BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EM. III NAPOLI
B. Prov. coll. 5 149

19382
BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio XIV
Palchetto C
Num.° d' ordine 46 C 96

Digitized by Google

B. Prov.
108 Coll. 5 (149-150)
1
18-19
Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

Digitized by Google

On souscrit, à Paris,

Chez N. E. LEMAIRE, Éditeur, boulevard Italien, n° 22, en face des Bains Chinois.

BARROIS l'aîné, libraire, rue de Seine, n° 10, Faub. St.-Germ.

DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.

J. DIDOT, l'aîné, Imprimeur du Roi, rue du Pont-de-Lodi, n° 6.

F. DIDOT, Imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.

TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.

Aug. RENOUARD, libraire, rue de Tournon, n° 6.

MONGIE aîné, libraire, boulevard Poissonnière, n° 18.

BOSSANGE père, libraire, rue de Richelieu, n° 60.

BRUNOT-LABBE, libraire, quai des Augustins, n° 33.

H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.

ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Haute-Feuille, n° 23.

Et chez tous les libraires de France et des pays étrangers.

Digitized by Google

CAIUS SILIUS ITALICUS

Digitized by Google

EXCUDEBAT JULIUS DIDOT
NATU MAJOR, REGIS TYPOGRAPHUS.

Digitized by Google

V41
1525549

CAIUS SILIUS
ITALICUS.

PUNICORUM
LIBRI SEPTEMDECIM

AD OPTIMAS EDITIONES COLLATI

CUM VARIETATE LECTIONUM

PERPETUIS COMMENTARIIS

PRÆFATIONIBUS ARGUMENTIS ET INDICIBUS

CURANTE

N. E. LEMAIRE

VOLUMEN PRIUS

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXIII

Digitized by Google

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC PRIORI VOLUMINE CONTINENTUR.

ERUDITISSIMO LECTORI

S. P. D.

N. E. LEMAIRE.

Ut in Editione nostra Livii publicanda antesignanum et ducem secutus sum Cl. Ruperti, ita in edendo atque illustrando C. Silii Italici poemate ad ejusdem auspicia et vexilla volui me convertere, quia, ut aiebat Heynius in præfatione (quam ad calcem operis rejiciam), ille in Silio interpretando operam posuit tam doctam et accuratam, ut æqui judices inter meliores eum habituri sint interpretes, qui criticam sollertiam cum interpretandi subtilitate præclare conjunxerit.

Mens quidem aliquando mihi fuerat, quum de Silio Italico bene mereri vellem, in hac editione novum de integro laborem exantlare, perpetuasque adnotationes proferre, quas ideo ad concinnandas adjutorem quærebam, et jam virum omni doctrinarum supellectile adornatum, ut in id opus se accingeret, invitaveram.

Antiquorum enim poetarum, viri docti nullum fere magis, quam Silium, neglexere, et, qui optime etiam de eo meriti sunt, ad interpretationem tamen carminis parum contulere, omnemque pæne operam in critica ejus tractatione posuerunt. Quicumque igitur editionem, Silio dignam, meditatur, ei nova adeoque lubrica via ingredienda; et non contextus tantum, quam et ac-

curatissimo et modestissimo potissimum judicio fieri potest, constituendus, sed poeta etiam perpetuo inprimis commentario illustrandus est.

Ea sunt quæ Cl. *Ruperti* sibi proposuit et perfecit: cujus operam quo attentius legi ac perpendi, eo magis visum est, frustra me operam impensamque consumpturum, quum tales forent in manibus opes. Sagacissimi enim ingenii vir, ipsum poetam perpetuis commentariis illustrare, et lectionem carminis, cujus omnem varietatem enotavit, ad fidem codd. accuratius constituere, et vulgarem atque antiquam vel revocare et tueri, vel emendare conatus est. Var. lect. ab interpretatione seposuit, et inde duplicem commentarii sui partem fecit, ut major lux eniteret, faciliorque foret alterutrum quærentibus labor.

Hunc itaque optimum ducem existimavi et secutus sum, adjectis quibusdam, quæ aut necessaria, aut certe bona viderentur: nam præcipua hæc cura fuit, ut quicumque mea editione uteretur, reliquis omnibus carere posset, et in ea reperiret, quidquid boni atque utilis ad Silii carmen explicandum emendandumque alii contulissent. Sæpius quoque loca similia e gallicis scriptoribus transcripsi, quique easdem res aut tractassent, aut memorassent, verbi causa, *Bossuet, Montesquieu,* eos contuli; quod præsertim in posterioribus libris deprehendes, quum hic plura sint Silio et Nostris communia.

Quæ autem Cl. *Ruperti* ad calcem operis addenda aut corrigenda subjunxerat, sive ex interpretatione Ernesti et Lenzii, sive ex notis criticis Withofii excerpta, hæc ego in suum quæque locum retuli, composui, concinnavi.

Eæ quidem fuerunt causæ, cur paulo fortasse longius excreverit labor; sed hæc si culpa est, ingenue fateor

volens peccasse, et cum ipso Goettingensi editore sic excusatum habeas velim : « Non defuere, qui nimiam « reprehenderent copiam tam exemplorum dictionis « alicujus aut elegantiæ, quam veterum recentiorum- « que scriptorum, in rebus historicis, geographicis ac « mythicis a me laudatorum. Id tamen ex vano erudi- « tionis ostentandæ studio profectum existimari nolim, « et res justam excusationem habere videtur. Primum « enim haud dissimulo, me omnem dedisse operam, ut « quam plurimis satisfacerem; neque vero ignorabam, « permultos etiam hodie esse viros doctissimos, quibus « hæc rerum verborumque illustrandorum ratio adri- « deat, quæ olim Nic. Heinsio, Burmanno, Broekhusio, « Drakenborchio aliisque magni nominis hominibus « probabatur : quorum tamen vestigia non ita sequutus « sum, ut exempla tantum exquisitioris loquendi for- « mæ cumularem, nulla habita ratione originis ejus vel « causæ, indolis ac significatus, nec admonito de iis « lectore; nisi forte illa vel ex locis adscriptis satis intel- « ligi et legentibus jam hac compendiaria via, qua char- « tæ parcitur, in memoriam revocari possent, vel ibi ab « aliis, quorum editiones ac libri omnium fere manibus « teruntur, jam explicata essent. Deinde in doctissimo « poeta interpretando versabar, in quo adhibendæ talis « eruditionis facultas et major erat, et aptior atque uti- « lior. Denique id egi, ut non tirones modo, sed erudi- « tos quoque homines et juventutis potissimum magis- « tros meam Silii editionem consuluisse haud omnino « pœniteret, atque iis, qui longiores disputationes de tot « exquisitis dicendi formulis, rebusque historicis, my- « thicis ac geographicis, ubivis in doctissimo poeta ob- « viis, desiderarent, (quales passim inveniuntur) ube-

« riores, unde eas peterent, fontes in promtu essent, et « quidem plerique vel adeo omnes, ut, si hunc vel illum « adire non possent, (quæ tristis multorum sors est) ad « alios confugerent. »

Commentationem vero de Silii vita et carmine in alterum volumen rejeci : ibi vir doctiss. de ejus genere, nominibus, studiis, honoribus, vita ac morte disputat; deinde in carminis indolem, consilium ac fontes, e quibus poeta hausisse videatur, inquirit; tum de præstantia illius, et de utilitate quæ percipi possit ex ejus lectione, disserit; quo facto, codices MSS. et editiones Silii recenset; in fine denique, quale consilium post virorum doctorum conatus in molienda editione secutus sit, declarat.

Tum subjungentur testimonia ac judicia; et Catalogus editionum ex integro concinnatus.

Accedet *Index rerum verborumque*, in quo potissimum desudavit auctor, et quem pro desperato centies abjectum, reputata tamen utilitate rei, in poeta potissimum tam docto conspicua, repetiit, et telam, impatientia toties abruptam, diligenter retexuit. Non defuere quidem editores poetæ, qui ante ipsum tales conficere indices laboraverint : sed Drakenborchianus non nisi ad criticas virorum doctorum observationes, Schmidianus ad notas Drakenb. et Heinsiorum, Ernestinus, qui omnium uberrimus est, ad sola verba spectat. Dausqueianus, Cellarianus et Bipontinus tam latinitatis, quam rerum rationem habent, at nimis manci sunt. Is, vero quem, diligenter toto carmine iterum perlecto, concinnavit, memorabiles res, voces ac dictiones continet omnes, et præterea, quidquid vel in notis vel in Var. Lect. illustratur, adpositis literis *n.* et *V. L.* indi-

cat. Maluit quoque nimiam sibi copiam, quam brevitatem exprobrari posse, et quædam tenuia nec adeo necessaria irrepere, quam quidquam prætermitti, quod si non omnibus, certe nonnullis notatu dignum videri posset.

Indicem excipit *Appendicula*, in juventutis potissimum gratiam adnexa, quam tamen, nisi lectores passim ad eam auctor remisisset, brevitatis studio omisissem, quanquam ex ea non minimus fructus percipi potest.

Ea sunt quæ monitum te, lector optime, volui : felix, si mea tibi adriserit opera, quam foveas et adjuves, precor. Vive, et vale.

N. E. LEMAIRE.

Digitized by Google

COMPENDIA SCRIPTURÆ

QUÆ SÆPISSIME OCCURRUNT.

C. Col. vel simpl. *Col.* hoc est, codex Coloniensis.
Oxon. vel *Ox.* codex Oxonius.
Tell. vel *c. T.* vel *T.* codex Tellerianus.
Put. vel *c. P.* vel *P.* codex Puteanus.
R. 1, vel *Rom. pr.* editio romana princeps.
Rom. 2, vel *R.* 2, editio romana secunda vel Pomponii Læti.
Rom. 3, vel *R.* 3, editio romana tertia a N. Heinsio collata et excussa.
Parm. editio Parmensis.
Med. editio Mediolanensis.
Ben. vel *Benes.* editio Benessæ.
Ind. vide in *Indice.*
App. vel *Adp.* Adpendix, sive diatribe de stylo et idiotismis Silii.

Digitized by Google

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Exposito totius operis argumento; 1—20. Carthaginis origo describitur, ubi Juno inprimis colebatur; 21—28. Quæ prospiciens, Romanos, Trojana stirpe oriundos, et plurimum jam opibus, armis, et potentia valentes, Carthaginem, Romæ æmulam, aliquando eversuros esse, Pœnis et potissimum Hannibali, quem natura crudelem, perfidum, fortem, laudis, vindictæ, præliorumque avidum et sine ulla religione finxerat, ad bellum cum hoc populo gerendum, animum incendit; 29—69. Ad idem bellum, ineunte etiam ætate, Hannibal a patre suo Hamilcare, altaribus admotus, in Didonis templo, coramque sacerdote, quæ ex victimæ immolatæ extis futura ejus fata et res gestas auguratur, solenni jurejurando adigitur; 70—139. Hamilcare mortuo, summa imperii committitur Hasdrubali, ejus genero, viro crudeli et ad iram proclivi, qui Tagum, Hispaniæ regulum, cruci subfigit; 140—164. Famulus autem Tagi cæde Hasdrubalis dominum ulciscitur, et inter tormenta risu serenaque lætitia exsultat; 165—181. Quo facto, Hannibal admodum adolescens, a toto exercitu, qui ex Pœnis et Hispanis constat, imperator salutatur; 182—238. Iste fortis, animosus, gloriæque cupidus, omni militiæ labore se exercet, et sæpius ne nocturnum quidem tempus ad quietem sibi reservat; 239—267. Quam primum autem militum animos sibi conciliavit, nullam interponit moram, quin Saguntum, Hispaniæ Tarraconensis urbem, obpugnet, et hanc causam belli cum Romanis, Saguntinorum sociis, gerendi adripiat; 268—295. Castra extemplo urbi admovet, et milites suos ad vallum invadendum murosque superandos hortatu et exemplo inci-

Antiquæ Hesperiæ, quantosque ad bella crearit,
Et quot Roma viros, sacri quum perfida pacti
Gens Cadmea super regno certamina movit;
Quæsitumque diu, qua tandem poneret arce
Terrarum Fortuna caput. Ter Marte sinistro
Juratumque Jovi fœdus conventaque patrum
Sidonii fregere duces; atque impius ensis
Ter placitam suasit temerando rumpere pacem.

men Cic. Orat. c. 48. — 9. *patrum* potius scribendum videtur, ut pacta majorum, non Senatus, intelligantur. — 11. *placitam*, h. quæ tam Pœnis quam Romanis pla-

4. *Hesperiæ*, terræ occidentalis; nomen Italiæ ob situm a Græcis impositum. — *Antiquæ*, h. post hominum memoriam jam habitatæ, adeoque nobilis et fama nominis sui notissimæ. Quemadmodum enim hominum, quæ vulgo dicitur, nobilitas ex antiquitate generis fere æstimatur; ita et antiqua origo sæpe a poetis in magna vel urbium vel terrarum laude ponitur. Vid. Heyne ad Virg. Æ. I, 12, 375, 531.

5. *perfida pacti*, in pacto servando, h. fœdifraga: græca loquendi forma, poetis Rom. sed præ ceteris Silio familiaris. Vid. App. *Perfidia Punica* tam nota est, ut vel in proverbium abierit eique *Græca fides* obposita sit, etsi scriptores Rom. ipsi testantur, Pœnos causa, fide, religione ac moderatione superiores, necnisi fortuna inferiores fuisse. — 6. *Gens Cadmea*, Carthaginienses, coloni Tyriorum e Phœnicia, unde Cadmus originem habuit. Silius urbium populorumque nomina variare, et hinc passim paulo longius repetere solet. Sic Romani *Dardanii* et *Rhœtei*, Puteolani *Pherecyadæ*, (XII, 159) Tarentini *OEbalii nepotes*, Pœni *Agenorides*, Lacones *Tyndarii* vocantur.

6. Pœni de principatu contenderunt, diuque dubium fuit, in *qua arce* h. urbe, Romæ an Carthagine, *Fortuna caput* imperii *terrarum* constitueret. — 7. *Arx*, ut Gr. ἄκρα et ἄκρον, poetis proprie, quidquid altum est, adeoque montes, vertex montis, (ut XV, 480, et ἄκρα τῶν ὀρῶν vel ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς, Hom.) colles et promontoria, ut Il. ξ, 36, deinde quod in colle et editis locis positum est, inprimis ἀκρόπολις, et quoniam hæc reliquæ civitatis initium et origo esse solebat, simpl. etiam *urbs* dicitur, ut Ἰλίου ἄκραι. Vid. Ind.

8. Ter Pœni, fœdere rupto, bellum Romanis intulerunt. — 9. *Juratum Jovi*, jurejurando confirmatum per Jovem, fœderis testem et perjurii vindicem, unde ὅρκιος et ὅρκων ταμίας dicitur, v. c. Eurip. Med. 170, et Hippol. 1025. Conf. inf. v. 482; VI, 693; et Schol. Eurip. ad Hecub. 336. — 10. *Sidonii*. Pœni, a Phœnicibus oriundi. — 11. *ensis suasit rumpere pacem*, pro vulgari, ipsi in animum induxere, rumpere pacem ense. Nam, quod Perill. Heyne literis, humaniter ad me datis, monet, a belli cupiditate ductum, quod arma ipsa stimula-

Digitized by Google

Sed medio finem bello excidiumque vicissim
Molitæ gentes; propiusque fuere periclo,
Queîs superare datum. Reseravit Dardanus arces
Ductor Agenoreas : obsessa Palatia vallo

cuit, et de cujus conditionibus inter utramque partem convenit, ex libris scriptis restituere Modius et N. Heins. cf. Intpp. ad Virg. Æn. IV, 38 et inpr. X, 15. Gronov. Gust. ad Stat. Th. VII, 190. Heins. ad Ovid. Epist. XIX, 208 et Æn. I, 37. Vulgo *placidam* editur, prob. Dausq.; sed *placidam pacem* propr. *turbari*, *placitam* autem, h. pactam, sancitam, conventam, *rumpi* monet Drak. cf. III 416. — 13. *periclum* suspicabatur N. Heins., motus auctoritate Mureti et Gron., qui in optimis membr. Livii XXI, 1 (vid. not.), *propius periculum*, non *periculo*, ut vulgo editur, invenerunt. Vulgaris quoque lectio ex ant. scriptura *pericli* vel *periclom* facile nasci potuit. Sed quoniam *propior* et *proximus* apud Silium plerumque tertio, non, ut ap. alios (vid Manut. ad Sallust. B. C. 11, et Gron. ad Liv. XXII, 40), quarto casui junguntur, nihil mutandum censet Drak. Huc adcedit, quod poeta orationem non variare tantum potuisse, sed, quia mox *datum* sequitur, ut *κακοφωνίαν* vitaret, etiam debuisse videtur. Cave tamen provoces ad auctoritatem Virg. Æn. VIII, 556, ubi vid. Heyne. — 14. *Quis*, pro *queis*. Col. et Ox. cum priscis edd. unde ubivis illud revocavit Drak., qui laudat Broukh. ad Prop.

re, movere, suadere dicuntur; et egregie gladio tribuitur, quod eo potius factum est. — *temerando rumpere*, temere violare : nam *temerare* est temere aliquid moliri et agere, vel novi quid tentare; deinde violare, inprimis res sacras, et usui humano non destinatas, quas *temerare* dicuntur, qui inrumpunt, quo ire nefas est, vel qui vident, tangunt, comedunt, faciunt, quæ non licet. Vid. Heins. ad Ovid. Fast. I, 630; ad Ep. ex Ponto II, II, 27, et ad Amor. I, VIII, 19; Burm. ad Val. Fl. I, 627, 800; et Broukh. ad Tibull. III, V, 7. Conf. ad II, 472. — 12. *medio*, secundo, *bello* Punico.

13. Hæc sunt Liviana XXI, 1 : « Adeo varia belli fortuna ancepsque Mars fuit, ut propius periculum fuerint, qui vicere. » Cf. Flor. II, 6, pr. *datum*, a fatis concessum. — 14. *Reseravit*, intravit, cepit; et actus pro conatu. Cf. App. *arces Agenoreas*, Phœnicias, ut VII, 642, h. Carthaginem, a Phœnicibus conditam, quorum rex et auctor, in Græcorum mythis, Agenor, Beli f. et Cadmi pater, fuisse dicitur : unde et Pœni *Agenoridæ* passim vocantur. Vid. Ind. et ad v. 6, 7 et 88. — 15. *Dardanus ductor*, Scipio, dux Romanorum, qui a Trojanis, quorum regem Samothracum fabulæ Dardanum faciunt, orti dicuntur : nisi ipsam Dardani originem, quæ ad Arcadiam, et, quoniam inde Pelasgi Italiam venerunt, ad Italiam quoque refertur, respici malis. De Dardano vid. Heyne Excurs. VI, ad Virg. Æ. III, 167 sq. *Dardanus* pro *Dardanius*, ut ap. Virg. Æn. IV, 662, et XI 287, ubi vid. Heyne. Sic et Κελτὸς Ἄρης, Θεσσαλὸς λαὸς, Δελφὶς ἄκρα vel πέτρα et alia vid. Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 173 et 177. Cf. ad v. 252, V. L. — *Palatia*, collem Palatinum, h. Romam, a Pœnis

Digitized by Google

Pœnorum, ac muris defendit Roma salutem.
Tantarum causas irarum odiumque perenni
Servatum studio, et mandata nepotibus arma
Fas aperire mihi, superasque recludere mentes.
Jamque adeo magni repetam primordia motus.
Pygmalioneis quondam per cærula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali Dido Libyes adpellitur oræ:
Tum pretio mercata locos, nova mœnia ponit,
Cingere qua secto permissum litora tauro.

II, 10, 47, et Intpp. ad Virg. Æn. I, 95. — 19. *superumque* tacite et invitis libris edidit Cl. Lefeb. Male! — 24. *solum* pro *locos* Nicander, quem Asulanus aliique secuti suot, primus refinxit, haud dubie, quod jam Drak. monuit, ex Virg. Æn. I, 367, quasi poetam dedeceret orationem variare. — 25. *litora* ubivis pro

obsessam, de quo v. XII, 510 sqq. *Palatia*, ut apud Virg. Georg. lib. I, v. 499.

18. *arma*, bella, *nepotibus*, posteris et quasi Epigonis Pœnorum Romanorumque a majoribus suis *mandata*, tradita et tanquam hereditate ad eos translata. Cf. Virg. Æ. IV, 622 sqq. ubi tamen *nepotes* non proprio sensu intelligendos monet Heyne. — 19. *aperire*, explicare, ut *ape. notitiam* dixit Cic. Orat. 33, et *causas* Prop. IV, x, 1. — *superasque mentes*, consilia deorum, maxime Junonis, *recludere*, prodere, ut *reserare*, VII, 436. — 20. *repetam primordia motus*, ab initio magnum et memorabile bellum. — *adeo*, itaque; vel παρέλκει. Vid. Ind.

21. Cf. Virg. Æ. I, 338... 368, ubi Venus originem Carthaginis, a Didone conditæ, fusius exponit, in quam tamen adcuratius inquirit Heyne Exc. I ad Virg. Æn. IV. — *terris Pygmalioneis*, e Phœnicia, seu Tyro. Cf. Æ. I, 346 sq. — *cærula* sc. æquora, seu maria, κυάνεα κατὰ νῶτα, simpl. pro mari, ob colorem, ut κύανος, et ap. Virg. Æ. III, 208; IV, 583; VIII, 672. — 22. *crimen*, τὸ ἄγος, *fraternum*, Pygmalionis fratris, qui Sychæum, Didonis maritum, occiderat regnumque vi occupaverat. Fabula satis nota et græcæ originis narratur auspiciis et ductu Maronis Æn. I, 365 sq.; IV, 211. — 24. *pretio mercata locos*, quocirca Pœnos longo tempore post tributum quotannis pependisse memorat Justin. IX, 2. — *mœnia ponere*, ut τιθέναι et *statuere*, ἱδρύειν, ἱστάναι, στῆσαι πόλιν, ἱστῆξειν τεῖχος, Callim. II. in Apoll. 14 al Cf. Burm. ad Virg. Æn. II, 295. *mœnia* Byrsam arcem, in media urbe et arduo loco sitam, ea parte, *qua permissum* ei erat *cingere litora*, agrum in terra mari propinqua, *secto tauro*, corio tauri, in minutissimas partes dissecto. — 25. Hanc fraudem illustravere, a Drak. laudati, Heindreich. reipubl. Carthag. I, 1, p. 21; et Themist. Orat.

Hic Juno, ante Argos (sic credidit alta vetustas)
Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen
Optavit profugis æternam condere gentem.
Verum ubi magnanimis Romam caput urbibus alte
Exserere, ac missas etiam trans æquora classes
Totum signa videt victricia ferre per orbem,
Jam propius metuens, bellandi corda furore

littora, auctoribus N. Heins. et Drak., edendum curavi, etsi origo hujus voc. prorsos ignota est, quod tironum causa moneo, ne fidem habeant Lipsio, qui a *litando*, vel, quod magis dissuadeo, Lefeb. ad h. l. qui λίτος, *litus*, a λειόω, vel potius, quam ousquam reperire memini, aut. forma λέω, *lævigo*, *complano*, *pavio*, descendere putat. De origine ac propria vi voc. *litus* vid. Ernesti ad Sueton. Tiber. c. 40. — 27. *Mycenen*, non *Mycenem*, Oxon. et priscæ edd. — 28. *sedem* pro *gentem* primus edidit Nicander, et post eum Aldus aliöque. Male!

XXI, p. 261, ed. Harduini, similemque narrat Saxo Gramm. hist. Dan. IX, p. 176.

26. Hæc adumbrata ex Virg. Æ. I, 15 sqq. *Argos* et *Mycene*, Μυκήνη, urbes perantiquæ Argolidis, ubi Juno, quæ a priore sæpius Ἀργεία et *Argiva* dicitur, in primis colebatur: unde *gratissima tecta*, oppida, πολὺ φίλταται πόληες, Hom. Il. Δ, 51. Nam Dii, ex antiqui sermonis genio, illas terras amare et incolere, vel certe frequentare dicuntur, quæ iis sacræ sunt, et ubi sacrificiis templisque coluntur. — *Mycenen Agamemnoniam* Silius a Marone mutuatus est, Æn. VI, 839. — 28. *profugis* Tyriis, Didoni ejusque comitibus, *condere gentem* ut IV, 767, et ap. Justin. II, 6 et 10; XXII, 5; Virg. Æ. I, 33; Tac. Germ. 2; Curt. VI, 2; VIII, 10, quæ loca excitarunt Heins. Drak. et Lef. Sic et κτιστὴς, κτίζειν ἔθνη, νῆσον cet. vid. Cuper. Obss. III, 9, Ernesti et Burm. ad Suet. Aug. 98.

29. Ingeniose Juno, Trojanis et hinc quoque Romanis, qui ab illis originem ducunt, ob causas vel ex Virg. Æ. I, 25 sq. notas, inimicissima, Pœnos ad bellum ipsa impulisse dicitur. Sed poeta et h. l. expressit Virg. Æ. I, 19 sq. et Ecl. I, 25. — *Magnanimus*, vox Maroni familiaris, bellicam virtutem exprimit, ut μεγαλόψυχος, μεγαλήτωρ, μεγάθυμος, μεγαλόθυμος, μεγαλόνοος, μεγαλόφρων, μεγάφρων. — *caput exserere* ut *caput efferre*, VIII, 251. Cf. Ovid. Fast. I, 300.

32. *propius*, præsentius adeoque majus periculum. — *furor*, ut semel moneam, omnes animi motus vehementiores, inprimis furiosam, insanam, acerrimam cupiditatem amoremque designat, ut *f. decoris*, II, 324; *f. laudum*, III, 146; *furiæ auri*, II, 500; *furere*, X, 27, quod de militibus propr. adhiberi monent Burm. ad Petron. 122, et Broukh. ad Prop. IV, VI, 56. Sic et *insania*, *insanire*, μανία et μαίνεσθαι. Cf. VII, 253, 497; VIII, 26. Iutpp. ad Hor. Od. I, 15, 27. Kœppen ad Hom. Il. γ, 39; ζ, 160. Ill. Beck ad Aristophan. Aves 1096; Schwebel ad Mosch. VII, 2; Spanh. ad Callim. H. in Cer. 30, et Burm.

Phœnicum exstimulat. Sed enim conamine primæ
Contuso pugnæ, fractisque in gurgite cœptis
Sicanio Libycis, iterum instaurata capessens
Arma remolitur. Dux agmina subficit unus
Turbanti terras pontumque movere paranti.
Jamque Deæ cunctas sibi belliger induit iras
Hannibal : hunc audet solum componere fatis.

36. *agmine* Parm. *magne* Col. — 37. *terra* Put. quod N. Heinsio adridebat et receptum est a Lefeb. coll. XIII, 865, XVI, 50, in fragm. restit. et Virg. Ecl. I, 12. Drak. vulgatum firmat ex III, 174, et XVII, 357. — 39. Voces Punicas, *Hannibal*, *Hamilcar*, *Hasdrubal*, *Hannon*, *Hammon*, cum adspirat. scribere jubent, auctoritate c. Col. et numorum moti, N. Heins. et Drak. probb. Cellar. Orthogr. lat. p. 109 sqq. ed. Ill. Harles., Corte ad Sallust. B. Jug. 5, p. 431 et Cl. Heusing. ad Coro. Nep. Hamilc. c. 1, quos secutus sum, etsi auctoritas fere par est, et Græci adspirat. respuere solent, ut *in* vocc. Ἀδριακός, Ἀδρίας et Ἰβηρία, in quibus nihilo secius eam retinui, præeunte Drak., qui tamen *harena* quoque et ad Val. Fl. V, 521. — 33. *Sed enim* ut ap. Virg. Æ. I, 19, al. pro at vero, ut *enim* pro *vero* dixit Virg. Æ. V, 580; VI, 52; VIII, 84; X, 874, ad quæ loca vid. Heyne. Vel τὸ *enim* παρέλκει et transitioni servit, ut *at enim*, *verum enim*, *immo enim*, *enim vero*, etc. *Sed vero*, *sed enim*, XII, 332. — 34. *Contuso* ut *retuso*, fracto et represso. Vid. Ind. et Jani ad Hor. Od. IV, III, 8. Heins. ad Claud. Cons. Hon. IV, 627; VI, 302. — *pugnæ primæ*, belli Punici I. — *cœptis Libycis*, Pœnorum. — *in gurgite Sicanio*, mari Siculo, in quo C. Lutatius Catulus, A. U. 512, tam splendidam de classe Pœnorum ad Ægates ins., inter Siciliam et Africam sitas, victoriam reportavit, ut b. Punicum I finiret. Cf. v. 61, 102; IV, 80; VI, 684 sq.; XI, 530; XIII, 731. Polyb. I, 60 sq. Flor. II, 2. — 36. *Arma*, bellum, *remolitur*, instaurat, renovat. — *Dux unus*, Hannibal, *subficit*, subpeditat, subministrat, *agmina* Junoni, *turbanti*cet, motus in mari et terra excitanti. — *Subficit*, ut ap. Virg. Æ. II, 618; IX, 803; et Ge. II, 424, 436. Withof. interpretatur : unus præstat et quasi repræsentat agmina; unus instar multorum agminum est. Cf. inf. v. 498, et Eumen. Paneg. ad Constant. c. 13.

38. *sibi induit iras*, eleganter pro, iram mente concipit. Drak. laudat XV, 739. Stat. Th. VIII, 392. Senec. Epist. 47, et Petron. c. 4, ubi vid. Burm. — 39. Poeta ἐναργῶς exprimit summam audaciam animumque invictum Hannibalis, qui ipsis fatis, quibus victoria Romanorum fixa erat et quorum vi etiam Dii cedunt (vid. ad V, 76), obponitur, cf. IX, 543; X, 54, 67, 68; XVII, 318. — *componere* ut *comparare*, voc. propr. de gladiatoribus, quum par pari componitur, ut invicem pugnent. Vid. Ind. « Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus, » etc. dixit Senec. Prov c. 2 Cf. Lucan. III, 195.

Sanguineo tum læta viro, atque in regna Latini
Turbine mox sævo venientum haud inscia cladum.
« Intulerit Latio, spreta me, Troius, inquit,
Exsul Dardaniam, et bis numina capta Penates,
Sceptraque fundarit victor Lavinia Teucris;

harundo scribeodum esse, mious mihi persuasit. Vid. ad v. 54, 145, et VIII, 440. — 40. *tum* e scriptis recte, puto, restituere Heinsii, quoniam sententia sic melius procedit : *quæ* pro *tum* ex Rom. 2, io contextum recepit Lefeb. Vulgo *cum*. — 41. *haud inscia* Col. et Ox. cum priscis edd. *haud nescia* Gryph., Ascens. al. *aut inscia* Put. *venientum nescia* Mars. Not. al. — 43. Interrogationis ootam, vulgu post *Dardaniam* et io sqq. verss. positam, recte delevit N. Heins.

40. *Tum* Juno *læta viro... inquit, Intulerit*, etc. — *Sanguineus*, ut *cruentus* et αἱματώδης, est sanguinolentus, cruoris cupidus, αἱμοχαρὴς, φιλαίματος (conf. v. 60); nisi poeta ad Hannibalem transtulit formam Martis, qui μιαιφόνος dicitur Hom. Iliad. ε, 844; φ, 402; et *sanguineus*, Ovid. Rem. Am. 153, et Virg. Æn. XII, 332, ubi Cel. Heyne illam verbi notionem in dubium fere vocasse videri potest. — 41. *Turbine* δινῶς pro impetu, motu. — *sævo*, vid. ad v. 2. — *clades*, calamitates, ut *exitia*, *damnum*, *noxa*, πῆμα, λύμη, ἄτη, λοιγὸς, βλάβη, ἧσσα.

42. Per me, inquit, Æneas Lavinium condiderit, sedemque ibi regni fixerit, dummodo Romanos, a Trojanis oriundos, per Hannibalem ad Ticinum, Trebiam, Trasymenum lacum et Cannas ingentibus prosternere possim cladibus. Hæc magno verborum ornatu et dilectu, si singula excusseris, expressa videbis : sed poeta vestigia Maronis persecutus est, Æ. I, 37 sq. Cf. et Æ. VII, 292 sq., 313 sq. Ita jam *Ernesti* : per me, inquit Juno, Æneas imperium in Italia fundaverit; per me vincant in fine Romani, dummodo interea sanguinem profundant : consentanea vox Junonis iratæ, at victoriam Romanorum, ut Dea est, prævidentis. — 43. *Exsul Troius*, Τρώϊος, Æneas, a Troja profugus. — *Latio*, in Latium. — *Dardaniam*, Trojam, h. Trojanos eorumque leges et instituta, ut v. 668 et ap. Ovid. Met. III, 539; Epist. VII, 151; et Fast. IV, 251. — *Penates*, sacra et religionem, ut VII, 475. Hæc adumbrata ex Virg. Æ. I, 6, 68; III, 12; ubi vid. Heyne et in Exc. IX ad Æn. II, 293. — *numina* et religio. — *bis capta*, h. Trojanorum bis captorum, ab Hercule et Agamemnone, unde *bis capti Phryges* et *gens bis victa* Maroni dicuntur : quam interpretationem cur tanquam nimis argutam damnaverit Heyne ad Æ. IX, 599, eo minus adsequor, quum eamdem Vir summus ad Æ. XI, 402, adsensu suo comprobaverit. Alii, v. c. Theocritus, Τευκρίδα τρίπερθεν, Trojam ter eversam, et quidem tertium ab Amazonibus, memorant. V. Heyne ad Virg. Æ. I, 490, et ad Apollod. p. 373, ut de *Lavinio* Exc. III ad Æ. VII. *Ticinus* (*il Tessino*) et *Trebia* (*Trebbia*) fluvii Galliæ Cisalp.,

Digitized by Google

Dum Romana tuæ, Ticine, cadavera ripæ
Non capiant, similisque mihi per Celtica rura
Sanguine Pergameo Trebia et stipantibus armis
Corporibusque virum retro fluat, ac sua largo
Stagna reformidet Trasymenus turbida tabo;
Dum Cannas tumulum Hesperiæ, campumque cruore
Ausonio mersum sublimis Iapyga cernam,

46. *capient.* Tel. *tibi*, scil. Ticino, corrig. Grot. et Gronov. Obss. II, 9, ed. prior. Nam in poster. sententiam mutavit et jam ante in gustu ad Stat. Th. V, 579 monuerat, τὸ *mihi* h. l. eleganter παρέλκειν. Sic et *tibi, nobis, vobis* in omnibus fere linguis orationi inseruntur, ut plus ei vitæ vigorisque concilient. Drak. laudat Virg. Æ. V, 391; Liv. præf. med.; Stat. Th. VIII, 671; Claud. Cons. Hon. VI, 470; Serv. ad Virg. Ge. I, 45; Manut. ad Cic. Ep. ad fam. IX, 2; Heins. ad Claud. bell. Gild. 47; Broukh. ad Tibull. I, 4, 47; Burm. ad Petron. cap. CI, et Vechner. Hellenol. I, 6; cf. App. Sed præferenda videtur ratio N. Heins., qui τὸ *mihi* ad *retrofluat* refert, ut sit dat. comm., quia Romanis infesta Juno. — 49. *Thrasymenus* ubivis scripsit Drak. et eo duce Lefeb. Alii *Thrasumenus*, *Trasimenus*, *Trasumenus*. Romani et Græci in hac voce scribenda parum sibi constant. Ταρσιμένην, non Θρασυμένην λίμνην exhibent omnes ant. libri Polyb. III, 82, teste Cl. Schweigh. Τρασυμέννα dicitur Strab. V, p. 157, quem secutus sum.

clade Romanorum inclyti. Vid. IV, 81 sqq., 485 sq. — 46. *similis*, similiter, *Trebia mihi* (vid. var. lect.) *retrofluat*, summa cum vi dictum, pro repleatur. Conf. XIII, 743. — *Celtica rura*, Gallorum agros. — 47. *Sanguine Pergameo*, Trojano, h. Romano. — *stipantibus* se, stipatis, densis, cumulatis. Vid. App. et ad v. 539. Versus 48 et 49 pulcherrimi delectu verborum et idearum. Cf. Virg. Æ. XI, 405, ibique Heyne. — 49. *reformidet*, cum horrore videat. Terror Romanorum ad fluvium translatus, ut III, 463; IV, 445, 602. Vid. ad V, 542. — *Trasymenus* lacus Etruriæ (Tusciæ) in agro Perusino, hod. *il Lago di Perugia*, seu *di Passignano* et *di Castiglione*; nobilitatus clade Flaminii, unde ipse prœlii locus *Ossariæ* nomen accepit. Vid. V, 1 sqq.

50. *Cannæ* (*Canna Distrutta*), olim urbs, postea ignobilis vicus Apuliæ (vid. ad VIII, 624), ad *Aufidum* fluv. (*Ofanto*) qui in mare Hadriat. exoneratur. — *tumulum Hesperiæ*, sepulcrum Italiæ, præclare, quoniam quadraginta, vel, teste Polyb. III, 117, septuaginta Romanorum millia ibi perierunt. Bene comparaut Catull. ad Manl. LXVIII, 89: « Troja, nefas, commune sepulcrum Asiæ Europæque; » Propert. II, 1, 27: « Civilia busta Philippi; » Claud. bell. Get. 637: « Pollentia, bustum Barbariæ; » Liv. XXXI, 29: « Capua, sepulcrum ac monumentum Campani populi. — 51. *Ausonio*, Romano. — *mersum* ut IX, 189. — *sublimis*, de cælo. — *Iapyx*, campus Iapygius, h. Apulus, seu Cannensis: nam Iapygiæ nomen apud poetas etiam Apuliam, Calabriam et Messapiam complectitur. Vid.

Teque vadi dubium coeuntibus, Aufide, ripis
Per clipeos, galeasque virum, cæsosque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti. »
Hæc ait, ac juvenem facta ad Mavortia flammat.
  Ingenio motus avidus fideique sinister
Is fuit; exsuperans astu; sed devius æqui.
Armato nullus Divum pudor; improba virtus,
Et pacis despectus honos; penitusque medullis
Sanguinis humani flagrat sitis : his super, ævi

54. *Hadriaci*, non *Adriaci*, Col. et lapp. prob. Drak. v. ad v. 39. Broukh. ad Prop. I, 6, 1. Cellar. Geogr. T. I, L. II, 9, et Intpp. ad Hor. Od. I, 3, 15, 16, 4. — 56. *sinistræ* primæ edd. — 57. *exsuperans* Ox. et Put. cum Med. Vulgo *exuberans*, perperam et adversante metro. Cf. Virg. Æ. XII, 19. Ovid. Trist. IV, 4, 2. Exsuperabat astu et Pœnos et hostes. Cf. v. 188, et Polyb. X, 30, Drak. *æquis* R. 2. — 59. *penitisque* conj. Voss. In marg. libri sui. — 60. *his super*, h. insuper, præter-

Ind. Silio præivit Virg. Æn. XI, 247, 678; ubi vid. Heyne. — 52. *Aufide*, etc. Conf. VIII, 671; X, 320. — *vadum* non modo locus est in aqua, per quem *vadere* licet, quum parum sit profundus; sed etiam fontis, lacus, maris, fluvii fundus vel alveus, per quem aqua *vadit* vel in quo continetur, etiam in locis præaltis; et hinc denique aquæ et flumen vel mare ipsum. Vid. Gronov. Obss. I, 19. — *vadi dubium*, cujus alveus est dubius. — 54. Cf. Virg. Æ. V, 806 sq. — *Rumpere iter* pro perrumpere, sibi iter facere, seu viam aperire, ut r. *cursum* et *aditus*. Vid. Ind. et Virg. Æ. II, 494. Heins. et Burm. ad Val. Flacc. I, 3, et ad Ovid. Epist. XVIII, 43. — 55. *flammare*, ut *adcendere* et *incendere*.

56. Bene fecit poeta, quod statim initio carminis egregiam veramque herois sui imaginem intexuit lectorumque oculis subjecit. Cf. v. 239 sqq., et Liv. XXI, 4. — *motus*, turbarum et bellorum. — *fidei sinister*, sinistræ, malæ; perfidus. — 58. *Armato nullus divum pudor*, metus et religio. Finge tibi virum, qui hæc dicere possit, « Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro, nunc adsint; » vel « virtus mihi numen et ensis; » et « adsis mihi dextera tantum, Tu præsens bellis et inevitabile numen, Te voco, te solam superum contemtor adoro : » quæ ap. Virg. Æ. X, 773; Stat. Th. II et XII leguntur. Drak. laudat. v. 117; II; 309; XII, 634; XVII, 318, et Liv. XXI, 4. Add. inf. XI, 183, 4. — *virtus improba*, h. magna, vel etiam constans, invicta, quæ nulla fortuna frangitur. Vid. Ind. et ad v. 2; Heyne ad Virg. Ge. I, 146; Æ. II, 356; IX, 62, et XII, 687. Sic et *virtus horrida*, XI, 205, 421; et *atrox*, XIII, 369; *fides atrox*, VI, 378; ubi vid. not. — 59. *pacis despectus honos*, contemtus odiumque pacis, quæ colenda erat et amanda. Cf. III, 123, et ad IV, 607. — 60 *ævi Flore virens*, ut ἀκμὴ et ἀκμα-

Flore virens, avet Ægates abolere, parentum
Dedecus, ac Siculo demergere fœdera ponto.
Dat mentem Juno, ac laudum spe corda fatigat.
Jamque aut nocturno penetrat Capitolia visu,
Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes.
Sæpe etiam famuli turbato ad limina somno

ea, *ἐπὶ τεύχεις*, scripti cum edd. Marsi, Junt. Ald. Nut. Gryph. et Ascens. conf. VIII, 21, 652, XI, 142; XII, 407, XIV, 333; Virg. Æn. I, 29; IX, 274; XI, 685: *insuper* ed. Ven. an. 1504 et aliæ, prob. Dausq. *hic super* R. 2, Parm. et Med. — 61. *paternum* malebat N. Heins. refrag. Drak., qui monet, Hannonem, non Hamilcarem, ad Ægates ins. superatum esse. *Ægades*, seu *Ægadas* scribendum esse putabat Cluver. Sicil. ant. II, 15, p. 419, repugn. metro et melioribus libris. — 62. *detergere*, h. detrahere, abolere ignominiam fœderis, ut ap. Claud. Eutrop. II, 10, et Gunther Ligur. I, 123 (ubi vid. Rittershus.); VII, 380, olim conj. N. Heins. sed postea damnavit. — 63. *et cladum*, duo vett. libri, nescio qui, prob. et recip. Lefeb. coll. v. 41, et VIII, 26. Sed non opus est, vulgatam sollicitare, quæ potius exquisitior est. — 64. *nocturno nisu*, h. ὁρμῇ, quæ in somnis a dormientibus fit, et Virg. Æn. XII, 910 *conatus* dicitur, h. l. et II, 621, emend. D. Heins. ingeniose; sed frustra in contextum recepit Cell. — 66. *ad limina* scripti, quibus favent Gloss. vett., Virg. Æn. IX, 648, et Appul. Met. II, p. 241, ed Basil. in-8 ubi vid. Beroald. Vulgo *ad lumina*, h. de nocte, accensis et inlatis luminibus, ut ita famuli, clamore Hannibalis territi, lumina intulisse dicantur, monente Drak. coll. Hor. Ep. II, 2, 97. Prop. III, 6, 1, et Burm. ad Petron. CIII.

ζωουσα ἡλικία, vel ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει, ap. Pind. Pyth. IV, 281. Cf. ad v. 376, et VII, 691. — 61. *abolere Ægates*, h. maculam et memoriam cladis, ad Æ. insulas Hannoni a Lutatio inlatæ; ut *abo. Sychæum* dixit Virg. Æn. I, 720. Cf. ad v. 34, et VI, 684. — 62. *Siculo demergere fœdera ponto*, egregie pro delere, et hoc pro violare, rumpere fœdus in hoc mari ictum. Nam *tradere ventis, flammæ, aquæ* poetis pro delere et irritum facere dicitur. Καταβρέχειν σιγᾷ, Pind. Isthm. V, 65. Vid. Intpp. ad Tibull. I, IX, 49 sq., et Hor. Od. I, XVI, 3, 4; XXVI, 2, 3. — 63. *Dat mentem*, θυμὸν, μένος ἐμπνεῖν, animum vel iram quoque et desiderium, hanc ignominiam delendi, in eo excitat. Cf. Virg. Ge. III, 267, et inf. ad v. 80, et VI, 609. — *fatigare*, propr. *fatim*, adfatim, frequenter *agere*; hinc precibus, hortatu, spe, etc. sæpius et vehementer movere, agitare, vexare. V. Heyne ad Virg. Æn. I, 280; IV, 572; VII, 582; VIII, 94.

64. Egregie sic adumbratur summa, qua Hannibal flagrat, cupiditas, Romanis bellum inferendi, quibuscum jam in somnis quoque armis contendit. Nam quæ interdiu cura singulari agimus vel cogitamus, eorum species nos per somnum agitare solent. Cf. simil. loc. VII, 325 sq. Drak. laudat Accium ap. Cic. Divin I, 22. Auctor, Octaviæ v. 740. Petron. Sat. CIV, ubi vid. Gonsal., Aristoph. Nub. I, 1, et Macrob. Somn. Scip. I, 3. — 66. *famuli ad limina*, servi, ut

Expavere trucem per vasta silentia vocem,
Ac largo sudore virum invenere futuras
Miscentem pugnas, et inania bella gerentem.
  Hanc rabiem in fines Italum Saturniaque arva
Addiderat quondam puero patrius furor: ortus
Sarrana prisci Barcæ de gente, vetustos
A Belo numerabat avos: namque orba marito
Quum fugeret Dido famulam Tyron, impia diri
Belides juvenis vitaverat arma tyranni,
Et se participem casus sociarat in omnes.
Nobilis hoc ortu, et dextra spectatus Hamilcar,

Dausq. perperam λυχνούχους s. λυχνάπτας intelligit. — 71. Hunc versum a Silii elegantia abhorrere gravique interpolationis suspicione laborare censebat N. Heins. Sed vellem rationes hujus judicii adjecisset. Vid. not. *tandem* Ox. et Put. cum Parm. et Med. quod recep. Lefeb. cui vox emphatica videtur. — 74. *famulis* Nut. *famulum* Asc. — 75. *Belidæ* quidam libri impressi.

ap. Plin. Ep. VI, 16, 13, ii *limini obversabantur;* Withof. sed *Lefebvre de Villebrune* alio sensu: sunt stipatores, armigeri. Ex Hom. quidem notissimi sunt θεράποντες et ἑταῖροι heroum, verb. c. Patroclus Achillis, Meriones Idomenei, Thrasymedes Sarpedonis tam amicus et comes, quam famulus: quin et heroinis δμωΐδες famulæ, comites tribuuntur, ut Penthesileæ a Qu. Calab. I, 33. Sed *famuli ad limina* ab his prorsus diversi et servili potius conditione sunt, qui ad fores cubiculi excubant, θυρωροί, ἀμφίπολοι, ut in gloss. vett. et ap. Hom. Odyss. ζ, 18, quod jam monuit Drak. Cf. Lips. ad Tac. Ann. XIV, 44. Si tamen Silius eos confudisse censendus est, fecit hoc Maronis exemplo Æ. IX, 648. — 67. *vasta*, magna, alta *silentia* noctis, quæ terrorem augent. Vid. Virg. Æ. II, 755. — 69. *Miscere pugnas*, μιγνῦναι ὑσμίνην, pro miscere, conferre manus, congredi, pugnare. De auctore pugnæ occurrit II, 528 et ap. Tibull. I, 3, 64. — *inania bella* bene dicit, ut σκιαμαχοῦντας, Ern.

70. *Saturnia arva*, vid. Virg. Æ. I, 569. — *Addiderat*, dederat, inspiraverat. Vid. Ind. — 71. *patrius furor*, pater furens, iratus: abstr. pro concr. vid. App. — 72. *Sarrana gens*, Tyria, a prisco Tyri nomine *Sarra*, צור. V. Gell. XIV, 6. — *Barcas*, nomen Punicum, quod vulgo ab hebr. ברק, *fulguravit*, deducitur. Ab hoc gentis auctore et Hamilcar *Barcas* et factio Barcina dicta. — 73. *Belus*, nomen ab hebr. בעל *dominus* formatum, priscis et diis et regibus Assyriæ, Ægypti, Babyloniæ et Phœnices proprium. Cf. ad v. 87. — 74. *Tyrum famulam*, servientem Pygmalioni, tyranno. Cf. Heins. ad Ovid. Fast. I, 286. — 75. *Belides juvenis*, Barcas. — 77. *spectatus dextra*, ut ferro, VIII, 263, δόκιμος τὰ πολέμια.

Ut fari primamque datum distinguere lingua
Hannibali vocem, sollers nutrire furores,
Romanum sevit puerili in pectore bellum.
Urbe fuit media sacrum genetricis Elissæ
Manibus, et patria Tyriis formidine cultum,
Quod taxi circum et piceæ squalentibus umbris
Abdiderant, cæliqne arcebant lumine, templum.
Hoc sese, ut perhibent, curis mortalibus olim

78. *primaque* Put. non male : *primas voces*, teste Lefeb., vetus unus, nescio quis. — 80. *sevit* Ox. Vulgo, *sævit*. — 81. Vulgo *Elysæ*, et pessime *Elisæ*. Sed Ἔλισσα dicitur, cf. Heins. ad Virg. Æ. IV, 335; ad Ovid. Ep. VII, 1, et Claud. laud. Seren. v. 147. — 84. *cæliqne arcebant lucida templa*, formula Lucret. II, 1037, conj. P. Scriverius, a Vossio ad marg. libri sui laudatus. Male : nisi *sacrum* v. 81, cum Dausq. per *templum*, ἱερόν, exponendum statuas, quod tamen non magis probandum videtur. — 85. *curis mortalibus*, h. vita misera, qualis solet esse hominum, qui inde *ægri*

Spectata, h. certis experimentis, an proba sint, nec ne, explorata et cognita, dicuntur propr. metalla, numi, histriones et gladiatores : unde *spectaculum*, VIII, 556, *spectatio* et *spectamen*, pro specimine, experimento. Cf. Ern. Clav. in hh. vv. et Ill. Harles. ad Val. Fl. I, 100, ad Ovid. Pont. II, 7, 82, et in Anthol. lat. poet. ad Lucret. I, 141. — 78. *distinguere vocem*, verba distincte enunciare, articulatim loqui. — Hæc verba non nimis urgenda, et ad pueritiam immaturamque ætatem Hannibalis significandam generatim ac paulo licentius dicta existimari debent; Ern. Cf. ad II, 349 sq. — 79. *sollers nutrire*, græca formula, satis nota. Vid. App. et Bentl. ad Hor. Od. I, 1, 6. — *furores* bellandi, ut v. 32. — 80. *bellum*, cupiditatem, cum Romanis bellandi, *sevit*, insevit, indidit, inspiravit, movit, ἐν φρεσὶν ἐνέρυσεν, Hom. Od. χ, 348, ἐνῆκε, ἐνέθηκε, ἐμπνεύσας μένος; Iliad. ε, 262; π, 37, 159; υ, 80, 110; φ, 145.

81. Silii oculis et animo observabantur loca Virg. Æ. IV, 457 sq., et 494 sq. ad quæ vid. Heyne. Egregie autem fingit, Hannibalem non in templo Jovis, quod Polyb. III, 11, et Corn. Nep. c. 2 tradunt, sed Didonis, Trojanis, Romanorum majoribus, infensissimæ, jurasse. — *sacrum*, sacratum, dedicatum. — *genetricis*, conditricis urbis. — *Elissæ*, Didonis unde Pœni *Elissæi* dicuntur II, 239 al. — 82. *patrius*, πάτριος, πατρῷος, γενναῖος. Vid. Heins. et Burm. ad Val. Fl. II, 156. — *formido* deorum, δεισιδαιμονία, religio, ut *metus*, *timor*, *horror*, *pavor* et similia, in omnibus fere linguis obvia. Dausq hæc intelligebat de metu paterno, ne filii sorte ducti immolentur, coll. IV, 767 sq. inpr. 821, 2. — *squalentibus*, pro squalentes. Cf. ad v. 211. — *umbris squalentibus*, atris, quales fieri solent ex densis et nigricantibus frondibus picearum; Ern. — 84. *cæli arcebant lumine*, pro cæli lumen, solis radios, a templo arcebant.

Digitized by Google

Exuerat Regina loco. Stant marmore mœsto
Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum
A Belo series : stat gloria gentis Agenor,
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.
Ipsa sedet tandem æternum conjuncta Sychæo :
Ante pedes ensis Phrygius jacet : ordine centum
Stant aræ cælique Deis Ereboque potenti.

et *miseri* Maroni, δειλοὶ et ὀϊζυροὶ βροτοὶ Hom. Od. δ, 197; λ, 19, Il. ν, 566 dicuntur. Sed suspicor fere poetam scripsisse *curis mordacibus*, ab amore scil. profectis, quæ Græcis θυμοβόροι, θυμοδακεῖς, ἀνίαι θυμοφθόροι, Callim. Fragm. 131, coll. Bentl., et γυιοκόροι, vel potius ex emendat. Cel. Ruhnken. γυιοβόροι μελεδῶνες Hesiodo Ἔργ. 66, vocantur. cf. ad VII, 271. Quidquid tamen legas, sensus est, se tristi vita hic liberaverat, morte sibi conscita; non vero, in secretum hujus sacelli *olim*, h. nonnunquam secesserat, ut a curis humanis, imperii inprimis, animum abduceret, ut interpretatur vir doctus in Annal. liter. senens. (*All. Lit. Zeit.* 1789, N. 262, p. 551.) Nam poeta addit, *ut perhibent*, et respexit ad Virg. Æn. IV, 529 sq. inpr. 652, conf. inf. VIII, 128 sq. *Curas* Didoni amor Æneæ injecerat. — 86. *mœsto* non *mœstæ*, omnes scripti, prob. N. Heins. ad h. l., ad Claud. Cons. Hon. VI, 379 et Val. Fl. II, 466 ubi inpr. conf. Burm. Uterque multis exemplis docet, statuas et imagines, summa arte elaboratas, sæpe a poetis ita laudari, ut eas quasi vivere ac spirare, et tam lætitiæ, quam mœroris indicia prodere dicant. Id vero alienum ab h. l., ubi nulla tristitiæ causa est. Vid. not. — 90. Vulgg. *Sichæo*. Sed vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 343.

86. Silio præivit Virg. Æn. I, 453 sq.; VII, 177; et Ge. III, 34 sq. — 87. *Effigies*, signa et statuæ. Vid. ad III, 32. Verba *marmore mœsto* de colore nigro et ob vetustatem sordido, qui tristem adspectum præbeat, accipienda esse, per literas mihi humaniter significavit Cel. Heyne. Sed, nisi me omnia fallunt, poetæ animo inhærebant potius verba Virg. Ge. I, 480 : « Et mœstum illacrimat templis ebur, æraque sudant : » ubi vid. Heyne. Cf. var. lect. et v. 98, et ad VIII, 647, 8. Exemplo Virg. Æ. I, 729, et poetarum Græcorum stirps regum Tyriorum a Belo *parente*, h. auctore ejus deducitur. De Belo, Agenore et Phœnice vid. Heyne ad Virg. Æ. I, 338. Exc. XXIII, ad Æ. I, 619; et ad Apollod. p. 259 sq., 525 sq. — 88. *Stat Agenor*, h. ejus statua, ut ap. Ovid. Epist. II, 67, et ex Ponto IV, 9, 107. Vid. Burm. ad Anthol. I, 63, 10. — *gloria gentis* ut ap. Virg. Æn. VI, 767. — 89. *cognomina longa*, cognomen diuturnum, diu usitatum.

91. *ensis Phrygius*, Trojanus, donum Æneæ. Conf. VIII, 150 sq. Virg. Æ. IV, 495, 507, 646, 663 sq. Et hæc adumbrata ad exemplum Virg. Æ. IV, 509 sq. — *centum* poetice positum puta, ut ap. Virg. Ge. III, 18; Æ. I, 416; IV, 199. Argutatur D. Heins., qui numerum centenarium infernis sacrum, ἑκατὸν τῆς Ἑκάτης, numerum esse monet : præterea et de cæli diis agitur. — 92. *Erebo*, diis in-

Hic, crine effuso, atque Hennææ numina divæ,
Atque Acheronta vocat Stygia cum veste sacerdos.
Immugit tellus, rumpitque horrenda per umbras
Sibila; inadcensi flagrant altaribus ignes.

93. *crinem effusa*, ut ap. Virg. Æ. IV, 509, relingerem, si nbivis elegantias venari mihi placeret. *Æthnææ* Ox. prob. Barth. Adv. VII, 15; XXI, 8. Alii *Etneæ*, et, non male, *Ætnææ* h. Siculæ. *Ætneæ* Med. et Antw. a. 1566. *Ennææ* Asc. Dausq. Cell. al. prob. Gron. Diatr. Stat. c. 59. Gr. Ἔννα. Sed *Hennææ* auctoritate numorum et prisc. membrr. defendunt Drak ad h. l., Heins. ad Claud R. Pros. I, 121; Salmas. ad Solin. p. 77; Spanhem. de V. et P. N. p. 906 et ad Callim. in Cer. 15; Jac. Gronov. Diss. Epist. in Liv. p. 31. *Henneæ* scribit Lefeb cui vox Punica videtur: *nomina* suspic. D. Heins. ut ad πολυωνυμίαν deorum referatur, refragg. Dausq. et Drak. Huic conjecturæ, quæ et nobis in mentem venit, favet locus Virg. Æn. IV, 508 sq. vid. ibi Heyne et ad Æn. VII, 337; it. Spanhem. ad Callim. in Dian. v. 7. Sed ex vulgata lectione eadem exsculpi potest sententia, si meminerimus, *numen* poetis primum voluntatem ejusque indicium, monitum et oraculum, deinde potentiam ac majestatem, vel opem et tutelam Dei, hinc vero ipsum deum, et denique ejus vel naturam, vel *nomen* quoque ac titulum dici. Vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 8, 133, 666; II, 123; III, 372; IV, 611; V, 56; VII, 119; VIII, 78; IX, 661; XI, 232. — 96. *inaccensi* Ox. Parm. Med. al. conf. Heins. ad Claud. R

feris. — 93. *atque* geminatur, ut ap. Virg. Ecl. V, 23. — *numina* pro numen, et *numen dei* pro ipso deo poni, nota res est. Vid. mox v. 118. Virg. Æ. I, 666; III, 359, 543; VII, 310. — *Henneæ divæ*, Proserpinæ, a Plutone raptæ, in nemore juxta *Hennam*, urbem, in media Sicilia (unde et ὀμφαλὸς Σικελίας, *Umbilicus Siciliæ*, dicitur), loco edito et undique præcipiti sitam, temploque Cereris (quæ inde *Hennæa* vocatur v. 214 al.) et Proserpinæ nobilitatam. Confer. Liv. XXIV, 39: Cic. Verr. IV, 106; V, 187: Heins. et Burmann. ad Ovid. Met. V, 385; et Spanh. ad Callim. Cer. 15 et 31. — 94. *Acheronta* ut ap. Virg. Æn. VII, 91, id. quod *Erebus*. v. 92. — *vocat*, invocat, ut Æ. III, 264; VI, 247. Ibid. IV, 510, gravius dicitur *tonat:* cave tamen id propterea h. l. substituendum judices. — *Stygia*, nigra (vid. ad v. 119) vel potius magica, ut apud Val. Fl. VI, 155; Lucan. VI, 766, et Senec. OEd. 621.

95. Manifesta Maronis vestigia Æ. IV, 490, et VI, 255 sq. — *per umbras:* nam sacra magica noctu fiunt. — *rumpere Sibila*, ἐκρῆξαι, pro sonum edere, emittere, cum vi et impetu, ut *rum. vocem*, VIII, 301; *querelas*, III, 558; *gemitum ad sidera*, IV, 458. Cf. Virg. Æ. II, 129; III, 246; IV, 553. Sic et Gr. ῥηγνύναι φωνὴν, δάκρυα, seu ῥῆξαι κλαυθμὸν, Plutarch. in Pericl. p. 172; ῥῆξαι οἰμωγὴν, Philostr. Icon. II, 9. Hebræi Esai. LIV, 1 (ubi v. LXX), al. et nos, in *Gesang*, *Geschrey ausbrechen*. — 96. *inadcensi ignes*, non nisi carmine magico adcensi. Sic v. 103 *flammæ surgentes audito carmine*, ad cantum magicum, quem audire quasi videbantur; v. 430 *ignis cantatus*, magicus; VIII, 503, *vocatis silvis;* XI, 447, *aggeribus vocatis*, et XI, 448, *cantatas turres*, h. muros Thebanos, Am-

Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti, vultusque in marmore sudat Elissæ.
Hannibal hæc patrio jussu ad penetralia fertur,
Ingressique habitus atque ora explorat Hamilcar.

Pros. I, 225. Intpp. ad Sueton. Tib. 14, et Burm. de Jove Fulgerat. c. 9. Vulgo *in accensis*, vel *et accensi*.

phionis lyra cantuque exstructos et sponte surgentes: quæ omnia nihil aliud quam summam carminum vim et præstantiam exprimunt, unde et Orphei cantum saxa et arbores secutæ dicuntur. Conf. var. lect. et inpr. a D. Heins. laudatum Pausan. Ἠλιακῶν, lib. V, cap. ult. 97. Cf. Virg. Æ. VII, 89; Ge. I, 477.

97. *per inania*, ut plene *per vacuum aera*, et ἐρήμας δι' αἰθέρος ap. Pind. Ol. I, 10. Tironibus nota esse debet vis et consuetudo magorum, præstigiis, herbis, φαρμάκοις, formulis et carminibus, ἐπῳδαῖς, inprimis vero lacte, vino et sanguine victimarum in specum defuso, animas defunctorum ex inferis *exciendi*, ψυχαγωγεῖν, vel cadavera rogo inposita in vitam revocandi, et tum ab iis responsa de rebus quæsitis postulandi. Mens enim hominum, futura sciendi cupida, facile sibi persuadere poterat, ψυχὴν, sc. animam animalem, quæ non, ut φρὴν, rationalis et divinior hominis pars, in cælum venire, sed ad inferos descendere credebatur, et pro aere halituque haberi, indeque *umbra*, *imago*, *simulacrum*, εἴδωλον, et voce Eurip. Hec. 389, φάντασμα dici solebat, victima in scrobem, sc. fossam, sub qua inferi sunt, cæsa, ad sanguinem ebibendum invitari, eo autem hausto vocis usum recipere et tum denique, quum animus e corporis compagibus ac vinculis exemtus acrius eo, qui illis adhuc includitur, videat et plura cognoscat, de rebus futuris consuli posse. Tota hæc manium evocandorum superstitio, νεκυομαντεία, seu νεκρομαντεία et ψυχαγωγία, e somniis forte orta, in quibus imago defunctorum nonnunquam cernitur; quod deinde homines arte quoque et mediis quibusdam adhibitis efficere posse sibi videbantur. Nota est vel ex 1 Sam. 28, 11 sq. et inpr. ex Hom. Odyss. lib. XI, quem inde νεκυίαν adpellarunt, et Silius imitatus est XIII, 400... 895. Fuere et olim loca manibus evocandis destinata, ut ψυχοπομπεῖον prope Heracleam, et Νεκυομάντειον apud Thesprotos. Conf. Orph. Argon. 569 sq. Cuper. Obss. I, 12. Broukh. ad Prop. I, 19, 11; idem et Heyne ad Tibull. I, II, 48; IV, I, 68. — 98. *marmore*, statua marmorea. — *sudat*, vid. ad v. 86.

99. Cf. XIII, 744 seq. *penetrale* propr. locus secretus, interior et sanctus in templo, ubi numen ejus præcipua cum vi commoratur, et sacerdotes, præter quos nemini intrare licet, ab ipso in furorem aguntur, θεοφοροῦνται, ἐνθουσιάζουσι, ut *adytum* Sibyllæ Æ. VI, 98. Sed forte simpl. Didonis templum innuitur. V. Heyne ad Virg. Æ. IV, 494.

Non ille evantis Massylæ palluit iras,
Non diros templi ritus, adspersaque tabo
Limina, et audito surgentes carmine flammas.
Olli permulcens genitor caput, oscula libat,
Adtollitque animos hortando, et talibus implet :
a Gens recidiva Phrygum Cadmeæ stirpis alumnos
Fœderibus non æqua premit : si fata negarint

101. *expalluit* Gryph. *aras* conj. D. Heins. quoniam ad aras hæc gesta sunt vid. II, 425. sq. et Liv. XXI, 1. Sed vulgatam, tam venustam lectionem, a librariis profectam esse, quis sibi persuadebit? — 102. *exspersaque* suspic. N. Heins. coll. Virg. Æn. III, 625. Sed ita ipsos auctores vett., non librarios corrigere videbimur. — 103. *carmine* Ox. Volgo *cardine*. — 106. *recidiva*, ut ap. Virg., Ox. Put. Parm. Med. Junt. Ald. Gryph. Nut. *rediviva*, Bas. Ascens. al. prob. Dausq. *redeviva* R.2, conf. ad X, 257.

101. *Massylæ evantis*, Libycæ vatis. Cf. Æ. IV, 483, et ibi Heyne. — *Evans* propr. Baccha, seu Mænas, a verbo εὐάζειν, *evare*, seu *evari*, orgia celebrare, et hoc a voce bacchantium εὐὰν, seu εὐοῖ, pro ἰοῦ οἱ, lat. *evoe*, unde ipse Bacchus Gr. Εὐὰν et ὁ Εὔιος, Romanis *Evan* et *Evius* dicitur. Hinc ad quamcunque vatem ἔνθεον, seu ἐνθουσιάζοντα transfertur. — *palluit* propter *iras*, ut ap. Horat. Od. III, 27, 28. Pers. I, 124. — *Ira*, ut *furor*, *rabies*, *insania*, ὀργὴ, θυμὸς, etc. quemvis vehementiorem animi, imbris, cæli, maris, fluvii, venti motum exprimunt, et sæpius tribuuntur poetis ac vatibus, quorum mens a corpore abstracta, divino quodam iostinetu et vi ita concitatur, ut iratis furentibusque similes videantur. Hinc et Aristoteles ὀργιαστικὰ μέλη καὶ ὀργιαστικὴν ἁρμονίαν adpellat, quæ ἐνθουσιασμὸν ἐμβάλλει τῇ ψυχῇ, καὶ ἃ παρίστησι τὴν ποιητικὴν δύναμιν. — 102. *diros ritus*, vid. ad II, 427. — 103. *surgentes* ut VII, 352; XI, 219. Cf. ad v. 96. — 104. Silio observabatur imago Jovis placidi, *oscula libantis natæ* ap. Virg. Æn. I, 254, 256, ubi vid. Heyne. — 105. *implet talibus* vocibus, ut ap. Val. Fl. II, 126, h. hortatur. Vid. Heins. ad Ovid. Met. VII, 120.

106. *recidiva*; quæ post ioteritum quasi resurgit, restituitur, viresque amissas recuperat, ut ap. Virg. Æn. IV, 344; VII, 322; X, 58. Vox vel a *cadendo* et a seminibus, quæ, etsi temere cecidisse, et vel penitus adeo interiisse videntur, tamen resurgunt plaolamque instaurant; vel a *cædendo* et surculis, seu arboribus, quæ recidendo renascuntur et repullulant, repetita; sed prius ob brevitatem syllabæ sec. præferendum videtur. Vid. Gesner. Thes., Gron. ad Sen. Troad. 472. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 45, et ad Claud. Phœn. 66. — *Gens recidiva Phrygum*, Trojanorum, h. Romani, quibus quasi restituta est. — *Cadmeæ stirpis alumnos*, vid. ad v. 5. — 107. *Fœderibus*, finito primo bello junctis. Vid. Polyb. I, 62 sq. — *non æqua*, pro inique vel iniquis Romani cum Pœnis iojusta fœdera pepigerunt : quam sententiam vide

Dedecus id patriæ nostra depellere dextra,
Hæc tua sit laus, nate, velis! age, concipe bella
Latura exitium Laurentibus! horreat ortus
Jam pubes Tyrrhena tuos; partusque recusent,
Te surgente, puer, Latiæ producere matres. »
His acuit stimulis; subicitque haud mollia dictu :
« Romanos terra atque undis, ubi competet ætas,

108. *patria* Put. Sed reliqui libri vulgatam tuentur, et sic aurium quoque fastidio occurritur. — 109. *Hæc tua laus, si, nate, velis*, conj. D. Heins. *velim* malebat N. Heins. cui adstipulatur Drak. ut sit hiatus et cæsura, propter quam litera *m* producatur, si non absorbeatur. Vid Brouch. ad Tibull. I, 5, 33, et ad Prop. II, 12, 1, 23, 101. Sed vulgata loco non movenda et poetico etiam sermone dignior videtur, modo ita exponatur : Si mihi forsan ipsi hanc patriæ ignominiam ulcisci per ætatem non licuerit; utinam *velis*, cupias, optes, postules, nate, ut hæc gloria tibi sit propria, tibi soli reservetur! Præter Heins. Drak. et Broukhus. etiam Oudend. ad Lucan. V, 526, putabat, ecthlipsi neglecta, literam *m* nonnunquam propter cæsuram produci, non elidi. Sed Schrader in emendatt. libro p. 136, 137 docet nihil simile Grammaticos, præstantiores quidem, tradere, atque adeo loca, quibus viri docti se tueantur, aut suspecta esse, aut perspicue mendosa. — 113. *haud mollia dicta*, h. dura, irata, minacia, conj. Burm. et e R. 1, recepit Lefeb. coll. Virg. Ge. III, 41, et Æn. IX, 804. Sed vulgata exquisitior. conf. v. 175. Sic et *seria dictu* ap. Horat. Art. P. 107. — *mirabile dictu* etc. — 114. *competat* et *conferet* in antt.

quam invidiose et infeste extulerit Hamilcar; Ern. qui etiam monet, in voce *premere* notionem latere dedecoris, quod Pœnis ex illa pace et fœderibus adhæreat.

109. *concipe* animo *bella*, bellicam virtutem, bellandi cupiditatem. Malim tamen interpretari : *conceptis* verbis jura bellum. Conf. XIII, 746, et Varr. L. L. IV, 15. Sic *concipere fœdus* (Virg. Æ. XII, 13), *vadimonium*, *jusjurandum*, etc. Cf. Ern. ad Tac. Hist. IV, 31. — 110. *Laurentibus*, Latinis, seu Romanis. *Laurentum* urbs Latii, non longe a Tiberi eo loco sita, qui nunc non *S. Lorenzo*, sed *Paterno*, seu *Torre di Paterno* dicitur. Sed a poetis toti Latio designando adhibetur. Vid. Heyne Exc. III, ad Virg. Æn. VII, v. 108.

110. Sententiarum verborumque vim et ἐνέργειαν quilibet facile, vel me non monente, sentiet. Cf. III, 73; IV, 731. Horat. Epod. XVI, 8. — 112. *Te surgente*, crescente, ut Æn. IV, 274; VI, 364. — *producere*, edere, vel educare.

113. *acuit*, θήγει, ὀξύνει, h. hortatur, excitat, παροξύνει, ὄρσει, ὄτρυνει, ut ap. Virg. Æ. VII, 330, 406. — *acuit stimulis*, stimulat, incitat ad bellum, ut *fodere*, V, 159; VII, 512. Formulæ a stimulo, κέντρῳ, seu σαυρωτῆρι, petitæ, quo equi, seu boves aratores pungi et incitari solebant, unde proverb. πρὸς κέντρα λακτίζειν. Vid. Æschyl. Prom. 322. Pind. Pyth. II, 173, et in N. T. Act. IX, 5. Cf. ad VII, 702. — *Subicit*, ὑποβάλλει, respondet, sc. Hannibal, ut Æn. III, 314. *Subicit* ἀρχαϊκῶς, ut XIII, 298; *inicit*, X, 571; *adicere*, *proicere*, *obicere*, *obi-*

Ferro ignique sequar, Rhœteaque fata revolvam.
Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non celsæ obstiterint Alpes, Tarpeiaque saxa.
Hanc mentem juro nostri per numina Martis;
Per Manes, Regina, tuos. » Tum nigra triformi

edd. — 117. *Non c. abstulerint Alp., T. s. Hanc mentem : juro* etc. refinxit Nicander in Junt. ed., unde Ald. Gryph. aliasque occupavit.

ces, etc. Vid Munker. ad Fulgent. II, 4, p. 71; III, 6, p. 117. Intpp. ad loc. class. Gell. IV, 17. Bronkh. et Heyne ad Tibull. I, VIII (IX), 54. Semper hæsi in h. l. et offendi: nunc nullus dubito, quin verba *acuit* et *subicit* ad idem subjectum, ad Hamilcarem, filio verba diri jurisjurandi præeuntem, referenda sint. Dele itaque majorem distinct. ac lege: *His acuit stimulis* (sc. Hamilcar filium), *subicitque haud mollia dictu*, et hanc diram jurisjurandi formulam adjecit, etc. *haud mollia dictu*, ut *haud mollia fatu* ap. Virg. Æn. XII, 25. — 115. *sequar*, persequar, ut Æn. XI, 674. Ovid. Met. II, 498. — *revolvere*, vel iterum pati et subire, ut ap. Virg. Æ. X, 61, quem locum male comparat Drak., vel, ut h. l. reducere, denuo moliri. Nam *volvere* poetis est, magna cum molestia et difficultate aliquid vel tolerare, vel perficere, expedire, moliri. — *fata Rhœtea*, Trojana: nam *Rhœteum*, τὸ Ῥοίτειον, Troadis opp. et promont. Hinc sensus est: exitium Trojano simile Romanis, Trojana stirpe oriundis, parabo. Cf. XVII, 230. *Rhœtei* Silio et Romani, a Trojanis oriundi, dicuntur: unde Dausq. interpretatur: Romanorum fata, quæ æternum illis imperium promittunt, retexam, retraham, h. irrita faciam. Nam *revolvere* voc. propr. de stamine, ut II, 181, et de filis Parcarum; unde fata mutare significat ap. Stat. Th. VII, 774. Sen. Herc. fur. 181. Cf. Heins. ad Ovid. Met. II, 654, et Intpp. ad Prop. IV, VII (VIII), 51. — 116. Idem orationis color ap. Stat. Th. II, 453 seq. Nulla religio, nulla fides, nullus labor impediet, vel coercebit; Ern.

117. *Tarpeia saxa*, colles Romæ, quorum præcipuus, Capitolinus, Jovis sedes, memoratur. — 118. *per numina* (vid. ad v. 93) *mentem nostri*, h. per Martem meum, summum hoc, quod veneror, numen; vel *nostri* est, mihi faventis, ut *nostro omine* dixit Plaut. Casin. II, VIII, 74; *meos deos*, Ovid. Epist. XII, 84; αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, Luc. XXII, 53; *suos Consules*, Cic. Mil. 33; *ventus suos*, Sen. Agam. 91; quæ loca laudat Drak. ad XII, 193. Add. inf. v. 480; IV, 650; VI, 707. Liv. IX, 19 extr. *nostris locis*, Cic. Verr. III, 19, *horis tuis*, Mart. X, 58, 7, *dies meus*, Polyb. XVII, 18, Σὺ νῦν ἡμέρα, σὸς ὁ καιρὸς et alia ap. Gron. Obss. I, 2, et ad Liv. 35, 12.

119. Silius more suo legit vestigia Virg. Æn. VI, 242 sq. ubi vid Heyne. — *nigra*, quoniam omnia, quæ ad inferos spectant, vel ibi sunt, *nigra*, *atra*, *furva* dici solent. Cf. VIII, 116, 119; XIII, 405, 429. Magis hæc ὀνοματοποιία est et

Hostia mactatur Divæ, raptimque recludit
Spirantis artus poscens responsa sacerdos,
Ac fugientem animam properatis consulit extis.
Ast ubi quæsitas artis de more vetustæ
Intravit mentes Superum, sic deinde profatur :
« Ætolos late consterni milite campos,
Idæoque lacus flagrantes sanguine cerno.

121. *Spirantis*, non *spirantes*, Col. ἀρχαϊκῶς, unde recepi. — 122. Hunc versum præcedentis glossam esse, ingeniose suspicatur vir doctus, ad v. 85 laudatus. Sed poeta forte ne quidquam, ut solet, intactum relinqueret, etiam τὸ *consulit* ex Virg. Æn. IV, 64, petiit et amplificavit, ut sensus sit : animam victimæ, quum jam in eo esset, ut aufugeret, extis raptim inspectis, vel properanter in extis, consulit. Hæc quidem verba salvo sensu abesse poterant : sed ejusmodi loca in luxuriantis, nec satis castigati ingenii poeta, qualis Silius est, ubivis occurrunt. — 123. *vetustæ* scripsi cum R. 3. Parm. Med. Vulgatum *vetusto* exquisitius videri potest. Sed poetæ epitheta a substant. sejungere, et librarii ea proximo voc. adcommodare solent. — 126. *fragrantes* Oxon. manifestus error librarr., judicio Drak., non

juramentum ἐπὶ τομίων, quam θυσίας; et hic, ut ap. Hom. Iliad. τ, 266 et al., victima juramentum sequitur; D. Heins. — *diva triformis*, ut triceps, triplex, *tergemina*, τρίμορφος, τριπρόσωπος, τρισσοκάρηνος, Hecate, quæ triplicem personam, Lunæ, Dianæ et Proserpinæ, gerere credebatur, unde hæc nomina in rebus inferis promiscue usurpantur. — 121. Silius habuit, quem sequeretur, Virg. Æn. IV, 63 seq. — *Spirantes*, ἀσπαίροντας, palpitantes.

123. *vetustæ*, nam haruspicina jam Pelasgis in usu fuit et ab Etruscis, qui maxime eam excoluerunt, ad Romanos pervenit. — 124. *Intravit* sacerdos *mentes Superum*, ut i. *in sensum*, *mentem*, *rerum naturam*, *terram*, etc. ap. Cic. Or. II, 25; Fin. V, 16; Flacc. 10; Academ. IV, 39; h. exploravit, cognovit fata et consilia, νοῦν deorum, per extispicii ritus. Drak. laudat Stat. Achill. I, 507, *irrumpere deos*, et ej. Theb. III, 549, 633. Alio sensu deus vatem *intrat*. Vid. ad III, 697.

125. Frequens est in poetico sermone usus vaticiniorum, quæ tam per se, quam propterea quod grandiorem orationem admittunt, multum habent gravitatis, et quod Gallis *intéressant* dicitur. Cf. III, 570 sq.; VI, 613 sq.; VII, 435 sq.; XII, 320 sq. Virg. Ecl. IV; Æn. I, 254; III, 458; VI, 756, et inpr. VI, 86 sq., ubi similiter vates non modo futura prædicit, sed et omnia ut jam præsentia cernit. Conf. Jani ad Hor. Od. I, xv, 9. — *campos Ætolos*, h. Apulos, Cannenses, ut c. *Diomedis*, et *Graium æquor*, vid. Ind. Nam Diomedes, Tydei, *Ætoliæ* regis, filius, redux a Troja, in Daunia, Apuliæ parte, consedisse traditur. Vid. Heyne Exc. I ad Virg. Æ. XI, 243. — 126. *lacus*, lacum Trasymenum. — *Idæo*, Trojano, h. Romano. — *flagrantes* Lefeb. exponit tepentes; melius Burmann. rubentes. Purpura certe ar-

Digitized by Google

Quanta procul moles scopulis ad sidera tendit,
Cujus in aerio pendent tua vertice castra!
Jamque jugis agmen rapitur; trepidantia fumant
Mœnia, et Hesperio tellus porrecta sub axe
Sidoniis lucet flammis: fluit ecce cruentus
Eridanus: jacet ore truci super arma virosque,
Tertia qui tulerat sublimis opima Tonanti.
Heu! quænam subitis horrescit turbida nimbis
Tempestas, ruptoque polo micat igneus æther?

nostro. Sic *agros olentes cædem* dixit Lucan. VII, 821, τοῦ φόνου ὄζοντας Theophr. H P. III, c. ult. *stagnantes* conj. N. Heins. Possis et *fumantes*, vel tum Drak. ex Virg. Æn. VI, 87, *spumantes*, et quot non alia? tentare. — 128. *Calpes* R. 1. — 129. *crepitantia* suspic. N. Heins. ut sonus incendii adumbretur. Ita legi posse concedimus: sed poetam quoque sic revera scripsisse, quo pignore contendas? Verendum potius, ne Silio elegantia aliqua, quam aut repudiavit, aut non recordatus est, obtrudatur: quod si satis secum reputassent Heinsii, Bentleii, Scaligeri aliique, quorum acumen ingenii admiramur, cautius criticam exercuissent. — 133. *tulerat* R 3. Parm. Med. Junt. Ald. Gryph. al. *tulerit* aliæ. — 134. *quianam* conj. N. Heins. coll. Virg. Æn. V, 13; X, 6, non improb. Drak. unde recepit Lefeb. Sed vid. ad v. 129. — 135. *ignibus* malebat Drak. ex Virg. Æn. I, 90. Sed cur Silium in imitandis

dens dicitur (vid. ad IV, 270), et genæ, vultus, oculi *flagrantes*, *ardentes*, *ignei*, *flammei*, αἴθωνες, φλέγοντες, μαρμαίροντες. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 216. Sed proprium coloris potius fulgor, splendorque (german. *brennende helle Farbe*, *feurige*, *glühende Augen*), non rubor innuitur, nisi forte ad fulgentem ruborem transferri possit. Conf. VII, 486, *fulgebit strage Metaurus*, quibus verbis vulgata lectio h. l. firmatur. — 127. *moles*, Alpes. — 128. *pendent* ob altitudinem, pro vulg. posita sunt. Cf. III, 556; XII, 531. Heinsii conject. *crepitantia* improbat etiam Withof. quia crepitent incendio virgulta aliaque, non mœnia, et sacerdos se futura cernere fingat, non etiam audire sonos in extis. — 130. *axe Hesperio*, plaga occidentali. — *tellus*, Italia.

132. *Eridanus*, Padus, *cruentus*, quia Ticinus et Trebia, sanguine Romanorum infecti, eo miscentur. — 133. Cf. Virg. Æn. VI, 856 sq. et ibi Heyne. Flor. II, 4. Propert. IV, 11, 39 sq. Res a Marcello in b. Punico II, gestæ satis notæ sunt ex Liv. inpr. XXIII, 16, 46; XXIV, 35 sq.; XXV, 23 sq., 31, 40, 41; XXVII, 12, 14, ut ejus mors ex Liv. XXVII, 26 sq. Conf. inf. XII, 278 seq.; XIV, 639 seq.; XV, 390 sq. — *Tertia opima* sc. spolia, ut III, 587; VIII, 256; XII, 280. — *sublimis*, ut ap. Virg. l. c. v. 856, 857, vel in sublime, in altum, h. in Capitolium. — *Tonanti*, ad Jovem Feretrium. Cf. V, 167, 168.

135. *Tempestas*, quæ Pœnum a mœnibus Romæ repulit. Cf. XII, 612 sq. Liv. XXVI, 11. — *rupto polo*, cælo, *micat ignibus æther*, cf. Virg. Æn. I, 90. Nubes et cæ-

Magna parant Superi : tonat alti regia cæli;
Bellantemque Jovem cerno. » Venientia fata
Scire ultra vetuit Juno, fibræque repente
Conticuere : latent casus longique labores.
Sic clausum linquens arcano pectore bellum,
Atque hominum finem Gades Calpenque secutus,
Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis,
Occubuit sævo Tyrius certamine ductor.

tores servum pecus reponere lubet? — 140. *arcano in pectore* R. 1. — 141. *Calpenque*, Parm. non *Calpemque*. — 143. *Occubuit* Put. R. 3. Parm. Sed vulgatum *occumbit* forte non deserendum erat, quoniam *fert* præcedit; nisi id ipsum corrilum fulmine *rumpuntur, abrumpuntur, scinduntur.* Vid. Ind. et Heyne ad Virg. Æn. III, 199; XII, 451. Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων dixit Q. Calab. et οὐρανόθεν ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ, Hom. Il. Θ, 554; π, 300. — 136. *parant Superi*, ut XII, 555. — *tonat alti regia cæli*, h. cælum altum. Vid. Heyne ad Virg. Ge. I, 503; III, 261.

137. *Jovem*, cui proprium est, tempestates ciere et inmittere, ingeniose poeta pro Romanis pugnantem induit. Juno autem hisce Trojanorum posteris inimicissima, ne Hannibalis animus in ipso rerum gerendarum principio frangatur, *venientia, μέλλοντα*, futura et novissima ejus fata adversa ex victimæ extis cognosci prohibet. Hinc *fibræ repente conticuere*, h. exta nihil amplius signi, sc. augurii exhibuere, non pluribus signis voluntatem deorum declararunt. Sic *vocem moribundo in corpore quærit* augur, dixit Lucan., *fibra locuta deos*, Prop. IV, 1, 104; *viscera loquebantur*, Martian. cap. I, p. 5; et Festus, « Muta exta adpellabant, ex quibus nihil divinationis animadvertebant; » quæ loca jam excitarunt D. Heins. et Drak. — 141. Hamilcar Hispaniam petit ibique perit. — *Gades* (*Cadiz*) *hominum finem*, extremam Europæ ins. et opp. versus occidentem, ἐσχατόωντα Γάδειρα, Dionys. Per. Cf. XVII, 642, et Horat. Od. II, 11, 10. — *sequi*, petere, adire locum, ut II, 87. Virg. Æn. IV, 361; V, 629. — 142. *fert columnis Herculeis*, ad columnas Herculeas, τὰς Ἡρακλέους στήλας, *Calpen* (*Gibraltar*) Europæ et Abylam (*Ceutam*) Africæ montem, laborum H. metas et monumenta, ut στῆλαι Διονύσου in extremis Indiæ montibus, ap. Dionys. per 1164. Montes illos dirimit fretum Gaditanum, seu Herculeum. (*die Strasse*). — *signa*, arma, agmina, *Garam.*, Libyca, Punica. Vid. ad v. 414. — 143. *sævo certamine*, in prælio adversus Vettones. Vid. Polyb. II, 1. Appian. b. Hannib. c. 2, et b. Hisp. c. 5; Corn. Nep. c. 4; Frontin. Strateg. II, 4, 17; Zonaras, Ann. VIII, 19. *Castrum altum* (forte *Cuença* in Castilla nova) locum ejus cæde insignem fuisse docet Liv. XXIV, 41. Sed teste Diodor. XXV, 2, eum Heliceen obpugnaret, ab Orisone (al. Orisso) rege Hisp.

Interea rerum Hasdrubali traduntur habenæ,
Occidui qui solis opes, et vulgus Hiberum,
Bæticolasque viros furiis agitabat iniquis.
Tristia corda ducis, simul immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat: asper amore
Sanguinis, et metui demens credebat honorem:
Nec nota docilis pœna satiare furores.

gendi occasionem præbuit. — 145. *Hiberus* et *Hiberia*, ut in monum. antt., ubivis scripsit Drak. Gr. Ἰϐηρία. — 146. *furiis* Col. *fatis* Ox. Put. et antt. edd. quod minus poeticam dignitatem spirat. *spatiis* Dausq. Cell. al. — 147. *duci* recte, opinor, corrig. N. Heins. et ex duobus antt. libris (qui sint, nescio) recepit Lefeb. *iræ... feritas*, quum Silius secundos casus maxime amet, emend. N. Heins. qui et vulgatam distinct. *feritas*, *erat asper* mutavit. — 149. *en! metui* ex libro ant., nescio quo, recepit Lefeb.

socio suo, improviso obpressus et fluvio, quem equo trajecturus erat, submersus interiit; unde Dausq. exponit: *sævo*, in undis, quod viris detestabile. Male!

144 *rerum habenæ*, ut alibi *rerum freni*, summa imperii. — *Hasdrubal*, Magonis f., Hamilcaris gener et successor, diversus ab Hasdrubale, Hamilcaris f., Hannibalis et Magonis fratre, cui bello in Italia orto, Hispania decreta provincia, et ab Hasdrubale, Gisgonis f., alio Pœnorum duce in Hispania.

145. Hispania tribus modis designatur. — *vulgus Hiberum*, populum Hisp., propr. incolas ejus partis, quæ intra Iberum (*Ebro*) continetur. — 146. *Bæticolasque viros*, adcolas Bætis fl. (*Guadalquivir*, corrupto nomine Arab. *Wadi al Kabir*, h. fluvius magnus) qui Hispaniæ Bæticæ nomen dedit. Cf. IX, 234. Hispanos acerbe et crudeliter *agitabat*, h. vexabat, ut II, 530; III, 700; XVI, 683. Silium, communi Romanorum de Pœnis judicio, de Hasdrubale nimis inique existimare, et ab aliis ejus comitatem humanitatemque, qua Hispanos magis, quam bello et armis, sibi conciliaverit, laudari, jam alii observarunt. Vid. Liv. XXI, 2; Polyb. II, 36; Appian. rer. Hisp. c. 4 et 6. Silio tamen Fabius ap. Polyb. III, 8, pr. adstipulatur, de cujus fide adversus Polybium disputavit Ernesti Opusc. philol. pag. 64 sq. — 147. *Tristia corda*, severa, inexorabilis, crudelis, sæva mens. Sic *tristia jussa*. h. dura, acerba, II, 2; *dicta*, VII, 548; XI, 84. Cf. Broukh. et Heyne ad Tibull. III, III, 35. — 148. *fructus regni feritas*, insolentia ejus et crudelitas, imperii summa ipsi tradita, crevit et effrenata esse cœpit. — *asper*, flagrans, vel sævus. Vid. Heyne ad Virg. Æ. I, 14. — 149. Demens honorem esse credebat, si metueretur. An *metui* est subst., ut sensus sit, honorem metui committebat, firmabat? — 150. *Nec nota*, nova, insolita, inaudita Ingenio valebat ad insolitas pœnas et exquisita supplicia invenienda.

Digitized by Google

Ore excellentem et spectatum fortibus ausis
Antiqua de stirpe Tagum, Superumque hominumque
Immemor, erecto subfixum robore mœstis
Ostentabat ovans populis sine funere regem.
Auriferi Tagus adscito cognomine fontis
Perque antra et ripas Nymphis ululatus Hiberis.
Mæonium non ille vadum, non Lydia mallet

152. *Togum* emend. Reines. Epist. 35 ad Rupert. et in Comm. ad Class. I Inscr. 191. Sed vid. mox v. 155. — 153. *suffossum* ant. edd. Sed conf. v. 165. — 156. *ululatur* invitis libris edidit Lefeb. Recte, puto; etsi vulgata ferri, et forte

— 151. Argute exornantur Liviana XXI, 2. Silius, ut poeta, isque sceonas tristiores gravioresque maxime amplectens, hoc sibi licentiæ sumsit, ut ex historia mallet ambigua vitiorum Hasdrubalis documenta, quæque in pejorem accipi possent, colligere, quam expressiora virtutum ejus testimonia sequi. Ern.

153. *robore erecto*, cruce: quo supplicio Pœni non servos tantum, sed summos æque ac infimos adficere solebant. Drak. laudat. Polyb. I, 11; Justin. 18, 7; Liv. Epit. XVII. Add. Justin. XXII, 7. — 154. *sine funere*, insepultum. — *Ostentabat*, quod summum olim scelus erat et mos barbarorum, a quo eos legum latores et philosophi religione sepulturæ redocere et avocare studebant. Cf. ad IV, 671; V, 156. Heyne ad Virg. Æn. VI, 325 sq.; IX, 485; et Obss. ad Tibull. III, 11, 15. Jani ad Horat. Od. I, xxviii, 23 sq. — 155. *Auriferi*, χρυσοῤῥόου, *fontis*, Tagi fl. (*Taio*, seu *Teio*), in quo nunc quidem non arenæ, sed numi tamen et globuli aurei aliorumque metallorum partes reperiuntur. — 156. *ululatus*, deploratus: *ululare* de quovis sono et cantu tam læto quam tristi, usurpatur, ut ὀλολύζειν et ὀλολυγή. Vid. Intpp. ad Callim. H. in Del. 258. — 157. *Mæonium vadum*, Pactolum, Lydiæ fl. auriferum. — *mallet*, magis optaret, seu permutaret, h. permutasset *ille*, Tagus rex, eum Tagi fl. auro et opibus: h. e. ditissimus rex erat idemque (v. 160 sq.) fortissimus. Ludit manifeste poeta in *Tago*; cui nomini quum duplex notio, hominis et fluvii auriferi, adhæreret, et nunc efferenda esset sententia hæc: « capturam et cædem Tagi reguli Hasdrubali gratam fuisse, » placuit eam ita enunciare: hic Tagus Hasdrubali gratior erat, quam Pactolus et Hermus cum toto eorum auro; Ernesti, et jam olim Marsus. Quia ratione nihil contortius vidi, *ille* haud dubie est Tagus rex, ad quem et verba, quæ tam præcedunt, quam sequuntur, spectant; non Hasdrubal, neque etiam fluvius aurifer, quem, ut ceteris præstantem designari putat Lefeb. — *Stagna Lydiæ*, non Caici, Caystri et aliorum Lydiæ fluminum, sed, quoniam de auriferis fluviis sermo est, ejusdem Pactoli, qui nunc *Sarabat* dicitur

Stagna sibi, nec qui riguo perfunditur auro
Campum, atque inlatis Hermi flavescit arenis.
Primus inire manu, postremus ponere Martem.
Quum rapidum effusis ageret sublimis habenis
Quadrupedem, non ense virum, non eminus hasta
Sistere erat : volitabat ovans, aciesque per ambas
Jam Tagus auratis adgnoscebatur in armis.
Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem leti famulus, clam conripit ensem
Dilectum domino, pernixque inrumpit in aulam,
Atque inmite ferit geminato vulnere pectus.
At Pœni succensi ira, turbataque luctu
Et sævis gens læta, ruunt tormentaque portant.

puncto post *Hiberis* sublato adjuvari potest. — 162. *Quadripedem* e R. 2, recepit Lefeb. nec est, cur improbet aliquis. vid. Burm. et Heyne ad Virg. Æn. XI, 614 et 875. — 166. *Deformem leti* in scriptis, h. deformatum et dehonestatum propter (ἕνεκα) fœdum et infame mortis genus. conf. Heins. ad Val. Fl. III, 342. Vulgg. *D. lateri* etc. *D. lacerum* Nui. *letho* R. 3. Parm. *læto* Med. — 167. *Dilectus* quædam edd. Male! conf. XVI, 68. Virg. Æn. VII, 640, et Val. Fl. III, 342. *pernixque* scripti, R. 3. Parm. Med. *irrupit* Ox. R. 3. Parm. Vulgo *pernix irrumpit*. — 170. *ruunt tormenta parare* frustra emend. N. Heins. et pluribus illustrat

æque ac *Hermus*, qui cum eo in Ægæum mare eodem alveo profluit. Uterque campos Smyrnæ et Phocidis dirimunt et sic fecundos reddunt, unde forsan aureas arenas, quæ jam Strabonis ætate frustra quærebantur, traxisse feruntur. — 158. *nec qui*, etc., conf. Lucan. III, 210, et Virg. Ge. II, 137; ubi in nota Heynii pro *Drakenb.* leg. *Dausq.* Nam prior recte monet, Hermum poetis auriferum dici, et v. 159 *arenas* in campum, non a Pactolo in Hermum *inlatas* innui. — *auro riguo*, arenis aureis, quæ campum irrigant, vel fluvii, campum irrigantis. *Riguum* dicitur, quod irrigatur, et quod rigat. Cf. Virg. Ge. II, 485. — 160. *Primus*, etc., cf. v. 242. Sic de Hannibale Liv. XXI, 4, « princeps in prælium ibat, ultimus conserto prælio excedebat. » — 161. *habenis effusis*, remissis, *sublimis* eques magis stans quam sedens, in concitato equi cursu, Ern. — 163. *erat*, dabatur, licebat, ut *est*, *erit*, *fit*, *fuerit*, *aderit*, ἦν, ἔστι, ἔσται, ἔστω, γένοιτο, ἐνδέχοιτο, πάρεστι, εἶναι, pro ἐξῆν, ἔξεστι vel ἔστι δύναμις, seu θέμις, etc. Vid. Gronov. Obss. IV, 8, et Heins. ad Ovid. A. A. II, 28.

165. Cf. Liv. XXI, 2 et 6. Justin. XLIV, 2 et 5. Val. Max. III, 3. — 166. Livius l. c. Hasdrubalem palam, Appian. de reb. Hisp. c. 8, et Hannib. c. 2, ex insidiis in venatione, sed Polybius, II, 36, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπὸ τινὸς Κελτοῦ τὸ γένος, obtruncatum

Non ignes candensque chalybs, non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnificesve manus, penitusve infusa medullis
Pestis, et in medio lucentes vulnere flammæ
Cessavere: ferum visu dictuque, per artem
Sævitiæ extenti, quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus, atque, omni sanguine rapto,
Ossa liquefactis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet; superat, ridetque dolores,

ad Val. Fl. III, 133 et ad Claud. R. P. III, 387. — 173. *Carnificæve* Ox. cum priscis edd. quod voc. nusquam reperitur. — 174. *luctantes*, quæ invitæ quasi ad hunc usum adhibebantur, R. 3, et Med. probb. N. Heins. et Drak. unde tacite id recepit Lefeb. — 176. *sinebant* et *videbant* in aliis edd. — 177. *rapto* scripti. Vulgatum *rupto* retinuit Lefeb. — 178. *liquescentis* non addicentibus libris emend. Lefeb., qui gravem hunc errorem a Drak. relictum miratur, quum sensus sit, ossa servi liquescentis vi tormentorum fumasse in ejus membris. Sed ex vulgata lectione *liquefactis* h. consumtis igne et tormentis, eadem sententia exoritur, nec metrum repugnat: nam secunda syll. verbi *liquefacio* non semper corripitur. vid. Ovid. Met. VII, 161; IX, 175. Catull. 88, 6. *fervida* Col. cum R. 2. Bas. Asc. et al. *turbida* edd. antt. et Gryph. Nut. al. *torrida* malebat N. Heins. *nervis* Col. cum ed. Gryph. et al. Non male: nec tamen minus aptum τὸ *membris*, qua voce etiam esse tradit. — 171. Candentes laminæ in quæstionibus et tormentis adhiberi solebant. Vid. Cic. Verr. V, 63. — 173. *Carnifices manus*, ut *vindices manus*, ap. Prudent. X, 447; *carnifices epulæ* et *pedes* ap. Claud. b. Gild. 179, et Martial. XII, 48; *virgulta valle*, h. virgultis obsita inf. XII, 354; *grex minister*, XI, 277; *jussum magistrum*, III, 387 et, quod ibi Drak. monet, *manus serva*, Ovid. Epist. X, 90; *torus maritus*, ib. II, 41; *ventus pluvius*, Hor. Od. I, XVII, 4; *aræ dominæ*, Stat. Th. V, 588; *animi mares*, Appul. Met. III, p. 131; et Elmenh. *tempestas autumna*, Gell. XIX, 7; *genius maritus*, Ennod. Ticin. I, 4; *vitis autumna*, Tertull. judic. Dom. 4; *juvenca cornua*, Pith. Catal. p. m. 572. Cf. Gronov. Obss. III, 24; Heins. ad Ovid. Epist. II, 74; III, 100; IV, 12; IX, 86; XIV, 19 inpr.; XV, 83; ad ej. Met. III, 728; ad Claud. nupt. Hon. et Marc. 88; b. Gild. v. 407; laud. Stil. I, 121; et ad Petron. c. 35. — *infusa medullis Pestis*, laminæ ardentes inustæ. *Pestis*, seu *lues*, quidquid noxium et exitiosum est, ὄλεθρος. Vid. Intpp. ad Val. Fl. II, 498; et Heins. ad Ovid. Met. IX, 197; h. l. ignis, ut passim. Vid. Ind. et Virg. Æn. V, 683; IX, 540 al. — 175. *ferum visu dictuque*, δεινὸς ἰδεῖν καὶ λέγειν. Cf. Heyne ad Virg. Æn. III, 621. — 176. *extenti* equuleo. Comparant Senec. Epist. 67; Prudent. hymn. I, περὶ στεφ. v. 105, et in Romano v. 109. — 179. *Mens intacta* scil. doloribus, ut *tangi* h. e. affici *dolore* dixit Prop. III, VII, 68 (al. III, VI, 34), et alii *tangi cupidine*, *religione*,

Digitized by Google

Spectanti similis, fessosque labore ministros
Increpitat, dominique crucem clamore reposcit.
  Hæc inter spretæ miseranda piacula pœnæ,
Erepto trepidus ductore exercitus, una
Hannibalem voce atque alacri certamine poscit.
Hinc studia adcendit patriæ virtutis imago,
Hinc fama in populos jurati didita belli,
Hinc virides ausis anni fervorque decorus,
Atque armata dolis mens et vis insita fandi.
  Primi ductorem Libyes clamore salutant;
Mox et Pyrenes populi, et bellator Hiberus:
Continuoque ferox oritur fiducia menti,
Cessisse imperio tantum terræque marisque.
Æoliis candens austris et lampade Phœbi
Æstifero Libye torquetur subdita Cancro,

caro et inpr. musculi innuuntur. conf. II, 468. — 185. *Hinc* ter continue in scriptis. Vulgg. *Huic studia* militum *accendit*, conciliavit; prob. Dausq. — 186. *didita* Col. et R. 3 in marg., h. passim vulgata vel sparsa, ut IV, 1, Virg. Æ. VII, 144; VIII, 132. Drak. laudat Gifan. Ind. Lucret., Rittershus. ad Gonth. Ligur. p. 144. Grot. ad Martian. Capell. p. 2, et Heins. ad Prudent. περὶ στεφ. hymn. II, 91. Vulgg. *dedita*, et *debita* Med. — 187. *anni*, non *animi*, scripsi, R. 3. Med. Gryph. Nut. probb. Modio et Drak., qui monent, *virides animos* propriam senum laudem esse, qui plerumque *animis frigent*. conf. v. 60, 216; V, 414; XVI, 597. — 189. *Libyes*, non *Libyci*, scripti et Parm. *Libys*, Λίβυς, pro *Libycus*, h. Carthaginiensis. vid. Iod. — 194. *Pestifero* Ox. cum priscis edd. *torretur* Asc. probb. Dausq.,

etc. Wilhof conj. *invicta*. Non male: sed illud exquisitius. Cf. Liv. XXI, 2. — 181. *Increpitat*, reprehendit et objurgat, nisi malis exhortatur, ut ap. Virg. Æn. I, 738, ubi vid. Heyne. En summa dolorum contentio! — *reposcit* pro simpl. poscit, vel sæpius poscit.

182. Inter funesta iræ piacula et pœnas, a Tagi famulo sumtas, qui eas spernebat, etc. — 184. Cf. Liv. XXI, 3; et Virg. Æ. VII, 472 sq. — 185. *studia adcendit*, favorem ei conciliat. Factiones, σπουδάς, exponit Burm. ad Val. Fl. III, 628. — 186. *jurati*, quod adversus Romanos se gesturum esse patri jurasset. — 187. *virides ausis anni*, ætas ad audendum resque præclaras gerendas idonea, ob vigorem; unde *viridis* plerumque juventus dicitur. Ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει, dixit Pind. Pyth. IV, 281. Cf. III, 255; V, 570; et Virg. Æn. V, 295; *viridi juventa*.

189. Populi tam Africæ, quam Hispaniæ eum imperatorem salutant. Illorum terra describitur v. 193... 219, horum 220... 238. Ipsi autem nominatim recensentur III, 231 sqq. — 193. Non nisi fines imperii Carth. declarandi erant, quod

Digitized by Google

Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris.
Terminus huic roseos amnis Lageus ad ortus
Septeno inpellens tumefactum gurgite pontum :
At qua diversas clementior adspicit Arctos,
Herculeo dirimente freto, diducta propinquis
Europes videt arva jugis : ultra obsidet æquor;
Nec patitur nomen proferri longius Atlas,
Atlas subducto tracturus vertice cælum.

N. Heins. et Drak. qui hoc in contextum recepit. Sed vulgata *torquetur*, si ex criticis præceptis arbitrium feras, tanquam difficilior et omnium fere librr. lectio, loco non movenda est, et poeta, propter conversionem terræ nostræ, *subdita torquetur* exquisite pro *s. jacet*, vel *est*, dicere potuit : τὸ *torretur* autem languet, quoniam cum *candens*, *æstifero s. C.* et *lampade P.* jungitur. Hinc vulgatum *torquetur* servavi cum Lefeb., qui illud ex Virg. Æn. VI, 798 (ubi tamen de cœlo agitur) et Cic. Ac. Qu. IV, 39 (*terra circum axem se torquet*) petitum putat. — 195. *mundi* pro *terris* quidam libri, teste Dausq. Sed libri scripti et editi, quos Drak. consuluit, nihil mutant. — 196. *roseus* quædam edd. — 202. *tactior* Tell. *tacturus* Put. non improb. Lefeb., ut *subducto* pro sursum ducto positum sit.

ex v. 191... 193, intelligitur. Hunc parum apte h. l. totius Lybiæ situs, termini, cœli solique diversitas, et variæ veterum sententiæ de terræ divisione memorantur, doctrinæ ostentandæ causa. — 195. Conf. Lucan. IX, 411 seq. Non defuisse inter veteres, qui Africam vel ad Europam, vel ad Asiam referrent, nota res est. Præter Lucan. l. c., vid. Agathem. II, 2. Sallust. Jug. 17. Varr. R. R. I, et L. L. IV, 2. Plin. III, 1. Eustath. ad Dionys. Per. 8; et Morus ad Isocrat. Paneg. cap. 48 pr. — 196. Sic et Plin. III, 1, et alii. Nam veteres Geographi vel totam Ægyptum, vel ejus partem Asiæ partibus adjecerunt, excepto Strab. I, p. 60 sq. qui, Arabico sinu inter Asiam Africamque termino constituto, eam Africæ adjungit. — *roseos ad ortus* sc. solis. Gr. ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. — Nilus dicitur h. l. *amnis Lageus*, h. Ægyptius, a Ptolemæo Lagi f., clarissimo Ægypti rege. Cf. X, 322; XVII, 592, et Lucan. I, 684. — 197. *Septeno gurgite* in mare fluit, h. septem ostiis, quæ adhuc supersunt, teste Pocockio Itin. T. I, p. 29 sq., 433 sq. vers. german.

198. *At qua* parte *clementior*, temperatior calore et frigore, *adspicit*, sita est versus *Arctos diversas*, Ursam majorem et minorem, Helicen et Cynosuram, h. septemtrionem. — *Arctos diversas*, ut *non æquas*, III, 192 ubi vid. not. — 199. *diducta*, diremta, divisa, *jugis*, montibus, Calpe et Abyla. Cf. ad v. 141, 142. — 200. *obsidet*, claudit, terminat. — *æquor*, mare Atlanticum. — 201. Atlas in occidentali Africæ ora ejus terminus est. — *nomen* Libyæ, h. Libyam ipsam *proferri*, longius protendi.

202. Manifesta imitatio ornatissimi loci Virg. Æ. IV, 246 sq., ubi vid. Heyne. — *tracturus* secum, detracturus cælum, si caput oneri

Sidera nubiferum fulcit caput, æthereasque
Erigit æternum compages ardua cervix:
Canet barba gelu, frontemque immanibus umbris
Pinea silva premit; vastant cava tempora venti,
Nimbosoque ruunt spumantia flumina rictu.
Tum geminæ laterum cautes maria alta fatigant;
Atque ubi fessus equos Titan immersit anhelos,
Flammiferum condunt fumanti gurgite currum:
Sed qua se campis squalentibus Africa tendit,
Serpentum largo coquitur fecunda veneno.

206. *quassant* conj. N. Heins. ad h. l. et Ovid. Fast. V, 83. Non male; modo ita poetæ placuisse constaret. Conf. tamen Heyne ad Virg. Æn. IV, 249. — 208. *cautes* Col. quod præter Drak. et Lefeb., olim etiam probavit N. Heins. ad Ovid. Fast. V, 83, qui tamen ad h. l. conj. *crates*, ut ap. Ovid. Met. VIII, 806; XII, 370, 396. Virg. Æ. XII, 508, forte quia imago tum continuatur. Vulgg. *fauces*.

subtraheret. — 203 sq. Hinc eum *κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι*, teste Herodoto IV, 184. Cf. Heyne l. c. — 204. *Erigit*, fert. — 206. *Pinea silva* Atlantis, quem Pausan. Att. 53 dicit *ἄβατον ὑπὸ ὕδατος καὶ δένδρων, ἃ διὰ παντὸς πέφυκε*, Ern. Cf. Heyne ad Virg. Æ. IV, 249. — 207. *rictu Nimboso*, ore nimbis ventisque pulsato. — 208. *laterum cautes*, h. cautes, sc. brachia Atlantis, quæ ab utroque ejus latere in mare procurrunt. — *fatigant*, commovent, turbant. Vid. ad v. 63. — *cautes*, quod Drak. monet, *maria fatigant*, cum undis undique impactis resistunt et impetum fluctuum frangunt, quo sensu *lassare* et *prædelassare* dixerunt Ovid. Met. XI, 729, et Lucan. II, 618; VI, 265; IX, 453. — *maria alta*, mare Atlanticum, ut mox *gurges*. — 209. Cf. Virg. Æ. IX, 913. — 210. *fumanti gurgite* ob vapores, quos, si procul spectes, sol tum producere videtur.

211. Sub zona torrida. — *campis squalentibus*, ut III, 655; IV, 375; XII, 373; XIV, 591, qui nimio solis et cancri ardore exusti, sordido colore ac nitore pulverulento obducti, tristes adspectu, inornati, vel inculti et steriles sunt, ut *horrens* campus ap. Virg. Ge. III, 161, et *στυφελὴ χθὼν* ap. Apoll. II, 1007; III, 411; quam Schol. exponit *τραχεῖαν καὶ σκληράν*: nisi poeta simul ad serpentes respexit, quorum mentio fit v. sq. nam Libyæ *humus serpentibus atris squalet*, ut utar verbis Ovid. Met. XIV, 410, et Lucan. IX, 384, et *squalere* est voc. propr. de serpentibus v. c. II, 547, 585; III, 209, XIII, 643; XV, 139. Vid. de hoc verbo Heyne ad Virg. Ge. IV, 91; Æn. X, 314, et XII, 87. Alii, v. c. D. Heins. ad III, 655. Drak. ad XII, 373, et Ern. ad Tac. Ann. XV, 42, *squalentem campum* interpretantur *τὸ ἄνομβρον πεδίον*, ut *squalens* significat siccum, aridum, quemadmodum *τὸ αὐχμηρὸν* sit id. qd. *τὸ ῥυπαρὸν* vel *τὸ ἄνομβρον*. — 212. *coquitur* pro tingitur, infi-

Felix qua pingues mitis plaga temperat agros,
Nec Cerere Hennæa, Phario nec victa colono.
Hic passim exsultant Nomades, gens inscia freni;
Quis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.
Altrix bellorum bellatorumque virorum
Tellus, nec fidens nudo sine fraudibus ensi.
  Altera complebant Hispanæ castra cohortes,
Auxilia Europa genitoris parta tropæis.

215. *Nomades*, non *Numidæ*, Col. more Græcorum. — 221. *Europa* scripti et priscæ edd. probb. N. Heins., Drak. et Lefeb., qui posterior *Europa* pro *ex E.* positum putat, ut *prole* VIII, 535, quem elegantem idiotismum adseruerint Jan. Gruter. in Criticis et Scalig. Lect. Anson. II, 12, p. 118, ed. Gryph. Aptius laudasset Virg. Æn. I, 167, V, 663. Propert. I. 2, 2, 4, 13; II, 31, 11; III, 17, 37, τεύχεα χαλκῷ Hom. Il. ζ, 504. Vulgg. *Europæ*, quo aures otiosus offenduntur.

citur; sed vi caloris, quo id efficitur, simul expressa.

213. *Felix*, fertilis, εὐδαίμων. Strab. II, eadem regio. Cf. ad IV, 359. — 214. Nec Siciliæ, nec Ægypto fertilitate cedit. — *Cerere Hennæa*, vid. ad v. 93. — *Pharos*, parva Ægypti ins., cum Alexandria aggere (heptastadio) et ponte olim juncta, et notissima vel ob turrim excelsam et marmoream ejusdem nominis, a Ptolemæo Philadelpho per Sostratum Cnidium exstructam, in qua ignes nocturni erant et speculum arte elaboratum. Totam Ægyptum designat ap. Lucan. VIII, 433. Stat. Silv. III, II, 202 al. — 215. *exsultant* equis, ut apud Virg. Æn. XI, 648, 663, exquisite de gente vaga et feroci. — *gens inscia freni*, quæ equos sine frenis, virga regit, ut hodie Mauri in Africa. Cf. II, 64; III, 293; XVI, 200. Intpp. ad Virg. Æn. IV, 41. Lucan. IV, 682. Herodian. VII, 9. — 217. *lupata*, seu *lupi*, λύκοι, frena asperrima, aculeis ferreis et inæqualibus, instar dentium luporum, quibus Galli utebantur ad equos feroces domandos, ut ap. Virg. Ge. III, 208. Horat. Od. I, VIII, 6 al. — 218. *Altrix tellus*, θρέπτειρα, μήτηρ, patria: quæ multa concitavit bella virosque fortes, Masinissam, Syphacem, Micipsam, Jugurtham et alios, genuit. — 219. *nudo ensi*, μόνῳ τῷ ξίφει, ut γυμνὸς pro μόνος, D. Heins. et Drak. coll. XIII, 161, 198. Ovid. Met. XIII, 159. Lucan. III, 481; IX, 593 al. Cf. Burm. ad Petron. cap. 88. — *fraudes* de dolis adcipit D. Heins., ut VI, 307; XII, 52. Dausq. de veneno, quo barbari gladios et tela inficere solent, quod de Dacis et Getis ex pluribus Ovidii locis notum est. Cf. v. 322, 326, et Heyne ad Virg. Æn. IX, 773, et X, 140. Drak. comparat Lucan. VIII, 303, 304.

220. Altera, et quidem præstantissima exercitus pars erant Hispani. Cf. Liv. XXVII, 14. — 221. *Europa*, in E. — *genitoris*, Hamilcaris

Digitized by Google

Martius hinc sonipes campos hinnitibus inplet,
Hinc juga cornipedes erecti bellica raptant:
Non Eleus eat campo ferventior axis.
Prodiga gens animæ, et properare facillima mortem.
Namque ubi transcendit florentes viribus annos,
Inpatiens ævi spernit novisse senectam,
Et fati modus in dextra est. Hic omne metallum:
Electri gemino pallent de semine venæ,

Europeis Tell. *Europe* conj. N. Heins. — 222. *hinc s.* et *Hinc juga* scripti. Vulgo *huic*. Sed *hic campos sonipes* et *Hinc juga* Med.

— *tropæis*, victoriis. — 222. Hispania præstantissimos equites et eqoos præbuit. Hæe quam ornate splendideque expressit! — *eampos hinnitibus inplet*, ut ap. Virg. Ge. III, 94. — 223. *juga bellica*, eurrum bellienm, eoi agitando geoerosiores equi olim adhibebantur. — 224. *axis Eleus*, eurrus in Olympiis, quæ Elide, prope Alpheum agebautur. — *ferventior*, eelerius.

225. Hispanos olim ad αὐτοχειρίαν admodum proelives fuisse, more eorum, qui, quum natura timidi sint et melancholiei, facile malis adflieti animum despondent, plnres testantur v. e. Liv. XXXIV, 17, et Jnstin. XLIV, 2. — *prodiga animæ*, vitam spernens et profundens, tanqnam rem vilem. eouf. Hor. Od. I, XII, 38, et quæ loea Drak. laudat, Ovid. Am. III, IX, 64. Stat. Th. III, LXIX, 602 (*largus animæ*). Claud. in Rufin. II, 183, et Prudent. περὶ στεφ. hymn. II, 17. Sie et *projicere animam, vitam*, etc. Vid. ad V, 226. Sie *saxo*, b. e. præcipitio mortem adeelerant Cantabri inf. III, 328 sq. Vel alio modo teste Strab. I. c. et gladio Iazyges, de quibus vid. Val. Fl. VI, 123 sq. — 227. *Inpatiens ævi*, vitæ pertæsus, *spernit*, non vult, recusat, ut ap. Ovid. Met. IX, 117, et Hor. Od. I, I, 21.

228. *Fati modus*, vitæ, fato adsignatæ, finis et terminus, *in dextra est*, dextra vitæ fioem imponit; h. ipsa neeem sibi eonsciscit. Cf. III, 328. Strab. III, p. 156, 249. Montes Hispaniæ, quos veteres auett. miris laudibus prædicant, nune quoque omnibus metallis abondant, sed inpr. ferrum effoditor, et aurum argentumqne eorum, quamdiu America utrumque eopiose suppeditat, in fntura fere tempora reservatur. De eopia et celebritate auri Fodinarum io terris Callaieorum, Asturum et Cantabrorum, quibuscum Hannibali moltæ gravesque fnerunt pugnæ, (unde *debellata procul*, ete. inf. IV, 59) Cf. Hens. ad Claud. Cons. Prob. v. 49, et Laud. Seren. v. 75. Withof. — 229. *Electrum*, ἤλεκτρον, h. l. non succinum, gemma illa ex resioa, quam nos *Bernstein*, sen *Agtstein*, voeamus, sed oobilius metalli genus, enjus qnatuor partes auro eonstant et quinta argento, ut ap. Hom. Od. δ, 73; ο, 459; σ, 295. Ovid. Met. XV, 319, al. Vid. loc. elass. Plin. XXXIII, 4, s.

Atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit.
Sed scelerum causas operit Deus. Astur avarus
Visceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infelix effosso concolor auro.
Hinc certant, Pactole, tibi Duriusque, Tagusque,
Quique super Gravios lucentes volvit arenas,

234. *Hic* recte, opinor, emend. Dausq. et N. Heins. — 235. *Gromos* vel *Grumos* e e. Ox. (cujus alia excerpta, quæ Drak. possidebat, et *Groinos* habebant) et *Gronios* ex Put., quocum ed. Med. congruit, ad marg. Silii notavit N. Heins. Vossius ad Mel. III, 1, p. 228, monet, h. l. in melioribus Silii libris, quos vellem nominasset, *Grovios* inveniri, quam lectionem, in MSS. quoque Melæ, Plin. IV, 20 s. 34, et Ptolem. III, 6 (ubi Γρούιοι) expressam, non improbat N. Heins. ad III, 366, ubi tamen omnes libri constanter vulgatam tuentur, excepta ed. Veneta, quæ *Gravidos* habet, manifesto

23, et Intpp. ad Virg. Ge. III, 522, et Æn. VIII, 402, 624. — *gemino de semine*, h. auro et argento.

231. Conf. egregius Ovidii locus, Met. I, 137 sqq. — *Astur*, etc. Comparant verba Plin. XXXIII, 4, « Plurimum *auri* Asturia gignit; neque in alia parte terrarum tot sæculis hæc fertilitas. » — 233. Silius hunc versum, quod alios jam monuisse video, debet Statio Silv. IV, 7, 15, 16. Cf. Barth. et Gesn. ad Claud. in Cons. Mall. Theod. 41. — 234. *certant tibi*, ut *pugnare*, *contendere*, *bellare*, *luctari alicui*. Vid. hæc verba in Ind. Id potissimum moneo, ne quis cum Drak. ad IV, 592 *luctari* pro *obluctari* positum, vel cum N. Heins. ad XIV, 454, *obluctari* legendum censeat. Est potius græca loquendi forma, pro *certare*, etc. cum aliquo, ut *μάχεσθαι*, vel *ἐρίζειν τινὶ* h. *σύν τινί*. — In *Durio* (*Duero*) olim aurum, quod nunc frustra in eo, æque ac in Lethe, quæritur, repertum aureumque inde sceptrum Joannis III, confectum dicitur.

235. *Gravii*, populus Hispaniæ Tarrac., inter Lethen et Durium Conf. V. L. et III, 366. Ubi Silius *Gravios violato*, h. corrupto *nomine Graium*, adeoque quasi Graios dici, et Græcorum coloniam esse memorat; captus forte perverso Romanorum studio et more, urbium populorumque nomina et origines a Græcis repetendi, de quo vid. Heyne Exc. IV, ad Virg. Æn. VII, p. 118 sq. ed. prior. Sed vera quoque historia subesse potest: nam Diomedem certe, priusquam in Italia consideret, in Hispaniam venisse, testatur Dionys Per. v. 483 sqq. quem Silii narrationi III, 366 sq. favere jam monuit Drak. ad XVI, 368. Nollem itaque Cellario miram oscitantiam, et poetæ turpem errorem exprobrasset Lefeb., qui non minus turpiter errat, putans, veteres *Grubios* esse Sarmatas, seu Scythas, quorum nomen hodie supersit in Polonia et Germania, ubi plura loca nomine *Grabow*, et Sarmatas in Hispania memorari III, 384. Ab iisdem nomen *Graviscæ*, seu Grabiscæ VIII, 475, deducendum putat, ut alia passim. — *lucentes*, aureas. Terra tam agri, quam vini cultu-

Infernæ populis referens oblivia Lethes.
Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho,
Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.
Hæ postquam Tyrio gentes cessere tyranno,
Utque dati rerum freni, nunc arte paterna
Conciliare viros; armis consulta Senatus
Vertere, nunc donis : primus sumsisse laborem,
Primus iter carpsisse pedes, partemque subire,
Si valli festinet opus : nec cetera segnis,
Quæcumque ad laudem stimulant : somnumque negabat
Naturæ, noctemque vigil ducebat in armis;
Interdum projectus humi : turbæque Libyssæ

operarum errore : nam h. l. *Gravios* exhibet. — 240. *Atque* frustra emend. Lef. — 241. Non deserenda videtur vulgaris distinctio, *Conciliare viros armis*, c. *S. V. n. donis*, h. nunc populos ad belli societatem sollicitare, nunc, etc. *nunc scita* pro *consulta* conj. Dausq. Sed vid. Gron. ad Liv. III, 37. — 246. *Alternum* pro *Naturæ* malebat N. Heins. — 246, 247. Ita distinguit Drak., ut sensus sit, Hannibaræ idonea. — 236. *Lethes*, ὁ Λήθης (vel ὁ τῆς Λήθης Strab., *Oblivionis fluvius* Plin.), qui et *Limæas*, *Limæa*, *Limeas*, *Limia* et *Limius*, nunc *Lima* vocatur, Hispaniæ citerioris, seu Tarrac. fl., inter Durium et Minium, diversus ab inferorum fluvio, qui *Lethe*, Λήθη, femin. genere, ἀπὸ τῆς λήθης, h. ab oblivione dicitur. Lusitani Celtici, Guadianam s. Anam fl. adcolentes, illum cum Turdulis, belli sociis, olim trajecisse, deinde, orta ibi seditione, ducem communem amisisse, et tandem offensionum oblitos terræque amœnitate captos, sedem eo loco communem stabilemque fixisse perhibentur : unde fluvius ille, æque ac Lethe apud inferos, (unde *referens obliv. I. L.*) vi aquis propria, patriæ rerumque præteritarum oblivionem inducere credebatur et *Oblivio* nominari solebat. Quam diuturna et constans hæc fama fuerit, vel ex eo patet, quod D. Junius Brutus, A. U. DCXVII pro consule huc missus, milites nec precibus nec minis ad flumen illud transmittendum impellere potuit. Vid. Flor. II, 17. Liv. Epit. LV. Mel. III, 1. Ptol. II, 6. Plin. IV, 22 s. 35. Plutarch. Qu. Rom. p. 272. Strab. III, p. 153, C; et Appian. de reb. Hispan. c. 71 sqq. ubi vid. Cl. Schweighæus. T. III, p. 295 sq.

237. *Cereri indocilis*, ut XI, 11. — 238. *Palladia arbore*, Palladi sacra, oliva. Conf. III, 324, 405, ubi vid. not. — *Olea non alia major in Bœtica arbor*, Plin. XVII, 12.

239. *Tyrio tyranno*. Hannibali, cujus indolem et naturam iisdem fere coloribus adumbrat Liv. XXI, 4. — 240. *arte paterna*; πολλὰς πόλεις τῇ πειθοῖ προσηγάγετο, de Hamilcare Diodor. XXV, 2. — *partem laboris*, operis.

247. *turbæ Libyss.*, militum gregariorum. « Multi sæpe militari sa-

Insignis sagulo duris certare maniplis:
Celsus et in magno præcedens agmine ductor
Imperium perferre suum: tum vertice nudo
Excipere insanos imbres cælique ruinam.
Spectarunt Pœni, tremuitque exercitus Astur,
Torquentem quum tela Jovem, permixtaque nimbis

lem noctu interdum vigilasse, interdum in terra nuda cubasse, sed semper armatum. Vulgo post *armis* colon, et post *humi* comma ponunt: quod posterius certe non spernendum videtur. Vid. not. — 248. *Insigni* quædam edd. *Incinctus sagulo* corrig. N. Heins., refrag. Drak., qui monet, Pœnis *sinus cingere inadsuetum* fuisse ipsosque propterea passim *discinctos* vocari (vid. ad II, 56), Silii vero mentem esse, Hannibalem hoc præter reliquos duces insigne habuisse, quod gregarii militis habitu semper usus fuerit, quod etiam memorant Liv. XXI, 4; Frontin. Strat. IV, 3, ex. 7; et Saresb. Polycr. V, 7. — 250. *par ferre*, tanquam dignius tanto duce, suspic. Barth. Adv. XLIII, 5. — 251. *ruinam* scripti et primæ edd. Vulgo *ruinas*; non male, conf. Virg. Æn. III, 571 al. — 252. *exterritus Astur* Ox. et Put. cum priscis editis, prob. Barth. Adv. VII, 15. Sed exquisitior est lectio Col., R. 2, et al. edd., *exercitus Astur*, pro Asturicos, h. Hispanicus, ἁπλοῦν et ἐθνικὸν ἀντὶ κτητικοῦ, simplex pro possessivo, ut *exercitus Scytha* dixit Claud. Eutrop. I, 508. *Astur equus* Martial XIV, 197. Ἕλληνα πόλεμον Thucyd. ap. Thom. Mag. Ἕλληνα στρατὸν, Σκύθην οἶμον, Ἄραψ τίκτων, ἄνθρωπον ἦθος, Κυζικηνὸς, Τυρσηνοὶ et similia alii, ut monent D. Heins. et Drak. ad h. l. et XVI, 180, cf. not. ad v. 14. Bentl. ad Hor. Od. I, 22, 2; II, 13, 8. Broukh. ad Prop. I, 11, 30. Scalig. ad Virg. Culic. p. 5. Merul. ad Enn. Ann. 1, p. 42. Barth. ad Claud. Cons. Hon. IV, 310. Heins. ad Claud. R. Pros. I, 17, ad Ovid. Fast. IV, 362; V, 583, et inf.

gulo opertum, humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt », Liv. XXI, 4. — 248. *duris certare maniplis*, patientia et laboribus certabat cum milite, molestiis ærumnisque adsueto et ad bellum indurato.

251. *insana* dicuntur magna, vel quæ modum excedunt, ut ap. Virg. Æn. II, 776; VI, 135 al. cf. ad v. 2, 58 et 101. Burm. ad Val. Fl. I, 605; II, 525, IV, 641, et, quos Drak. laudat, Barth. ad Stat. Th. I, 367, et Intpp. ad Plaut. Trin. III, 2, 47. Valetudinis πρεξίνους, insalubres imbres intelligit Dausq., eodemque sensu Sardiniæ montes insanos (Liv. XXX, 39 et Flor. II, 6, 35), dictos putat. — *cæli ruinam*, ut XII, 630, ventum ac procellam, vel tonitru: nam, quod Drak. monet, quum tonat, Jupiter, vel cælum et æther *ruere* dicitur. Vid. Cerda et Heyne ad Virg. Ge. I, 324, et Æn. I, 129. Heins. et Burm. ad Val. Fl. I, 663; VIII, 334. Broukh. ad Prop. I, VIII, 7. Jani ad Horat. Od. I, XVI, 12. Burm. ad Phædr. IV, XVII, 24. Possis etiam grandinem, vel pluviam, quæ de cœlo ruit, seu decidit, intelligere, ut VI, 322, et *ruina grandinis* apud Lucretium, libro VI, versu 155.

252. Sæpe in ipsa tempestate equo vectus conspiciebatur. — 253. *Torquentem tela*, ut Διὸς βέλος dixit Pind. et βέλος ἐνίσκηψε θεὸς

Digitized by Google

Fulmina, et excussos ventorum flatibus ignes
Turbato transiret equo : nec pulvere fessum
Agminis ardenti labefecit Sirius astro.
Flammiferis tellus radiis quum exusta dehiscit,
Candentique globo medius coquit æthera fervor,
Femineum putat inventa jacuisse sub umbra :
Exercetque sitim, et spectato fonte recedit.
Idem conreptis sternacem ad prælia frenis
Frangere equum, et famam letalis amare lacerti;
Ignotique amnis tranare sonantia saxa,
Atque e diversa socios arcessere ripa.

III, 339; XVII, 11, al. *exerritus* Tell. — 254. *ventorum ex flatibus* edd. recentt. — 258. *æquora* priscæ edd., h. campos, propr. apertos et æquabiles, ut passim; vid. Ind. — 259. *umenti j. s. umbra* Col., unde *humenti* edidit Drak. et *uventi* conj. N. Heins., ut II, 469; III, 522; VII, 650; VIII, 227, 451, 460; IX, 30; XI, 510. Non ignoro quidem, sæpius propter rorem *noctem humidam* ejusque *umbram humentem* dici v. c. II, 469. Virg. Æn. II, 8; III, 589 (ubi vid. Cerda et Heyne) IV, 7, 351; V, 738, 835. Id vero ab h. l. alienum est, et *horrenti* potius refingerem, nisi satis apta esset vulgaris lectio, *umbra* arboris *inventa*, h. casu oblata, obvia, ut monent Burm. et Lefeb. — 262. *Fingere* conj. Ulit. ad Grat. Cyneg., ut ap. Horat. Ep. I, 2, 64, et Macrob. Sat. VI, 2, conf. Bentl. ad Horat. Od. III, 6, 22, et Burm. ad Petron. c. 128. Sed vid. not. *flammam* R. 3, *frameam* conj. N. Heins. novandi prurigine. — 264. *Atque e diversa* scripti cum Parm Herod. — 254. Cf. Lucan. I, 151. Sed poeta h. l. tumet. — Vulgari sententia, impulsu nubium a ventis, qui in tempestate dominantur, facto ignes elici putabantur, unde ap. Virg. Æn. II, 648. — *venti Fulminis*, et ib. VI, 594 *turbo* pro fulmine; ap. Claudian. Rufin. II, 222. *madidis elisa tonitrua Coris;* Ern. — 255. *Turbato equo*, consternato, ap. Virg. Æ. VII, 767. — 258. *medius fervor*, m. dies, seu meridies, quo tempore sol medium cæli spatium tenet, *μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει*, Il. θ, 68; π, 777. Vid. Burm. ad Val. Flacc. III, 482, et ad Phædr. III, xix, 8. — *Candenti globo* solis, ut ap. Virg. Æ. VI, 725.

260. Comparant Curt. VII, 5, 9 sq. et Lucan. IX, 591 sq. — *Exercet sitim*, h. exercet se in siti perferenda, tolerat sitim, ut *ex. curas*, XI, 374. Vid. ad v. 675. — 261, 262. *equum sternacem*, ferocem qui facile equitem sternit, effundit : ut ap. Virg. Æn. XII, 364. — *Frangere equum*, ejus ferociam, h. domare, ut *fr. iram*, *vim*, *furorem*, *gentem*, *urbem*, etc., *ἐπιγνάμπτειν κῆρ* Hom. Il. α, 569; *ἐνικλᾶν νόημα* Il. θ, 408; *στρατηγοὺς κλαστήσεις* Aristoph. Equit. p. 596. Drak. laudat Senec. Herc. fur. v 31, et Gronov. ad Senec. Herc. OEt. v. 20. — 263. *lacerti letalis*, ut *fatiferæ juvenis dextræ*, v. 641. — *lacerti*, jactus eo inpulsi, ut XVI, 562. — 264. *tranare amnis*

Idem expugnati primus stetit aggere muri;
Et quoties campo rapidus fera prælia miscet,
Qua sparsit ferrum, latus rubet æquore limes.
  Ergo instat fatis, et, rumpere fœdera certus,
Quo datur, interea Romam comprendere bello
Gaudet, et extremis pulsat Capitolia terris.
Prima Saguntinas turbarunt classica portas,
Bellaque sumta viro belli majoris amore.

Med. Bas. et al., h. adversa, obposita, contraria, ut, moneote Drak., VIII, 351; XIV, 77. Sallost. Cat. 5. Curt. IV, 4, et aliis locis, quæ excitavit Broukh. ad Prop. I, 3, 31 et ad Tibull. IV, 1, 45. Vulgo *Gaudet et adversa*, verbis forte e v. 270 conflatis. *socios*, ooo *populos*, scripti com Parm. et al. edd. *accersere* Col. et omnes libri a Lefeb. coosulti, ut XI, 204; XIII, 160 al. Tirones coosulaot Cl. Schelleri præe. stili bene lat. T. I, p. 38. — 267. *lato* Nut. et al. — 268. *erumpere fœdera* e R. 2 in contextum recepit Lefeb. coll. XIII, 865 et Virg. Æn. I, 580, ut sit, omnino et impune solvere. Verbom *erumpere* non sexto, sed quarto casoi nonnunquam juogi, nemo oegabit. Sed quis umquam *erumpere fœdera* dixit? — 269. *Quo* Col. Vulgg. *certus*. *Quo datur* cet. *vallo* mallebat N. Heins. pro *bello*, quod voe. mox bis sequitur. — 271. *Saguntinas*, non *Saguntbinas*, in priscis edd et marmm. Σαγοῦντες Steph. Σαγοῦντον Ptol. Σάγουντον Strab. III, p. 159 et 167. Sic et in optimis membrr. Livö aliorumque, refrag. Schotto ad Aurel. Vict de vir. illustr. c. 42.

saxa, h. amnem, in quo sunt saxa *sonantia*, fluctibus adlisis, ut apud Virg. Æn. I, 200; VI, 551. — 265. *agger*, quidquid altum est (*Anhöhe*), v. c. vallum et murus, inf. v. 308, 368, 373, 418; VIII, 629. Virg. Æn. VII, 159 agger ex terra lignisque confectus, cui turris rotata imponebatur, v. 348. — *aggeres murorum* Virg. Æn. X, 24, 144; XI, 381, *a. viæ* ibid. V, 273; *a. fluminis* h. ripa inf. X, 92; *a. æquoris*, h. fluctus, XVII, 275.

267. *Sparsit ferrum*, huc illuc gladium movit; nisi malis, tela jecit, misit, ut XI, 390. Virg. Æn. XI, 650; XII, 50. Sic et *fundere*, II, 109; V, 655; VII, 647; *βέλεα χέων* Hom. Ill. θ, 590. — *rubet* sanguine effuso. — *limes*, conf. IV, 463, 464; IX, 378, 379; et, quem Silius his locis imitatus est, Virg. Æn. X, 513, *latumque per agmen ardens limitem agit ferro*, etc.

268 seq. Poeta res prius ab Hann. gestas omittit, quia poeticam tractationem non admittebant. — *instat fatis*, ut *addere cursum fatis*, XII, 45. *fata irritare*, V, 234 et *fato urgenti incumbere* ap. Virg. Æn. II, 653. Conf. ad II, 407. — *fœdera* vid. ad v. 294. — 270. *extremis terris*, in Hispania, obpugnatione Sagunti. — *pulsat Capitolia*, δεινῶς ut II, 303. — 272. *Bella sumta*, quæsita et adrepta, vel simpl. inchoata, suscepta ut XIV, 296. Conf. Burm. et Cuper. ad Petron. c. 89 et 122. Gron. ad Stat. Diatr. c. 57. Heins. ad Ovid. Epist. XVI, 371. *In causam belli Saguntus delecta est*, Flor. II, 6.

Haud procul Herculei tollunt se litore muri,
Clementer crescente jugo, quîs nobile nomen
Conditus excelso sacravit colle Zacynthos.
Hic comes Alcidæ remeabat in agmine Thebas
Geryone exstincto, cæloque ea facta ferebat.
Tres animas namque id monstrum, tres corpore dextras
Armarat, ternaque caput cervice gerebat.

275. *Zacynthos*, non *Zacynthus*, scripti et primæ edd. h. l. et v. 290, conf. Virg. Æn. III, 270. *Zazynthus* Dausq. et al. perperam. Gr. *Ζάκυνθος*. — 277. *facta*, non *fata*, Colon. cum R. 3. Parm. Med. *gerebat* R. 1, male, quoniam mox sequitur.

273. Poeta egregie describit originem, situm et fata *Saguntí*, urbis Hispaniæ Tarrac., ubi nunc *Murviedro* h. Muri veteres, in regno Valenciæ. Conf. Liv. XXI, 6... 15, et Polyb. III, 17 seq. — *Haud procul litore* maris mediterr. vel Balearici, a quo alii bis mille passibus, alii v. c. Liv. et Polyb. ll. cc. septem stadiis Saguntum distare memorant. — *muri Herculei*, h. Saguntini, quos ab Hercule exstructos esse (cf. v. 505; II, 507, 654) et ab ejus comite, Zacyntho, nomen adcepisse, poeta comminiscitur. — 274. *jugo crescente*, colle adsurgente. — *Clementer* ut ap. Tac. Ann. XIII, 38, et Germ. 1. — 275. *Conditus*, sepultus. Cf. II, 581 seqq. — *sacravit* pro vulg. dedit, ut ap. Virg. Æn. XII, 141. — *Zacynthus*, Dardani f., a quo Zacynthus insula et urbs dicta, notus est ex Dionys. I, 50. Pausan. Arcad. c. 24, p. 491 et Steph. Byz. in Ζάκυνθος. Alii, v. c. Strab. III, p. 110, ducti eadem nominis similitudine et more, origines populorum urbiumque a Græcis repetendi (vid. ad v. 235), Saguntum a Zacynthiis conditam tradunt, a quibus Silius urbem potius auctam esse v. 288 sq. memorat.

276. Alii Geryonis cædem Herculi Tyrio tribuunt. Sed poetæ omnes, quamvis diversissimæ indolis, fabulas in Herculem Thebanum transferunt. Vid. Heyne ad Apollod. p. 325 sq. — *Alcidæ* v. Heyne ibid. p. 338 sq. — *remeabat Thebas*, ut *venere lacus*, IV, 763 et similia, quæ, ut semel tironum causa id moneam, respondent Gr. *ἔρχεσθαι, ἀπάγεσθαι, οἴχεσθαι, πορεύεσθαι, παραγίνεσθαι, ἥκειν πόλιν*, etc., omissa præpos. *εἰς* vel *κατὰ* et *πρὸς*. Conf. Heyne ad Virg. Æn. I, 2. Spanhem. ad Callim. in Pall. 18. — 277. *cælo ferebat*, ad cælum efferebat *facta* Herculis. Vid. Heynium ad Virg. Æneid. lib. X, 548. *Dixerat ille aliquid magnum... cæloque animum fortasse ferebat.*

278. Hæc ad vim et magnitudinem Geryonis exprimendam valent; vid. Jani ad Horat. Od. II, XIV, 8, et Heyne ad Apollod. p. 385 sq. cf. inf. III, 422; VI, 629; XIII, 200 sq. Ceterum simile monstrum, Herilus, eodem fere orationis colore describitur a Virg. Æn. lib. VIII, v. 563 seq., *cui tres animas... mater... dederat, terna arma movenda.* — Paria quidem de Herilo refert Virgil. Sed *tellus* h. l. sola Hispania esse videtur;

Haud alium vidit tellus, cui ponere finem
Non posset mors una viro, duræque Sorores
Tertia bis rupto torquerent stamina filo.
Hinc spolia ostentabat ovans, captivaque victor
Armenta ad fontes medio fervore vocabat,
Quum tumidas fauces adcensis sole venenis
Calcatus rupit letali vulnere serpens;
Inachiumque virum terris prostravit Hiberis.
Mox profugi ducente Noto advertere coloni,
Insula quos genuit Graio circumflua ponto,
Atque auxit quondam Laertia regna Zacynthos.
Firmavit tenues ortus mox Daunia pubes,

281. *virum* malebat N. Heins. quod nollem tanto viro excidisset. Nam *haud alium... cui viro* est exquisitior loquendi ratio pro, haud alium virum, cui; ut apud Horat. Sat. I, 10, 16, et alios passim. — 283. *Hinc*, non *Hic*, scripsi, h. a quo sc. Geryone, et hoc pro cujus, ut *unde* et Gr. ὅθεν pro ἐξ οὗ. Drak. laudat III, 106. Terent. Adelph. III, 3, 7, et Hecyr. II, 2, 4. Sallust. Jug. c. 14. Serv. ad Virg. Æn. I, 6; VIII, 71, et Bentl. ad Horat. Od. I, 12, 19. — 288. *advenere* emend. D. Heins. Male! *Advertere* sc. se. h. advertebantur, (vid. not. ad v. 539) vel potius *advertere* sc. navem, proram, terræ, litori, ut *adpellere* et Gr. ἀνάγειν, κατάγειν, ἐπανάγειν, ἐλαύνειν, προσβάλλειν, ἐμβάλλειν, εἰσβάλλειν scil. τὴν ναῦν ap. Luc. V, 3. Joh. VI, 19. Eurip. Cycl. 99, et Bacch. 1043. Thucyd. II, 47. Aristoph. Equ. 599 et Ran. 208. Pollux. I, 9, al. Sic et *advertere* scil. mentem, προσέχειν, ἐπέχειν, προσποιεῖσθαι scil. τὸν νοῦν. Cf. Heyne ad Virg. Æn. VII, 35; VIII, 101. — 290. *ausit* Put. *hausit* R. 3. *aluit* Parm.

Withof. — 281. *duræ sorores*, ut XIII, 74, et *tristes s.* ap. Tibull. III, 3, 35 (ubi vid. Broukh. et Heyne) h. Parcæ severæ, inexorabiles. — 284. *medio fervore*, die, ut *medio æstu* dixit Virg. Ge. I, 297. — *Armenta... vocabat;* conf. Virg. Æn. VII, 663, et ibi Heyne. *vocabat*, ducebat. — 285. *fauces tumidas veneno* refer ad serpentem, qui eas *rupit* (*immani fauces diduxit hiatu* inf. III, 194) *letali vulnere*, ut vulnus letale infligeret Zacyntho, non ad Zacynthum; de quo dubitasse mireris virum doctum in N. *Allgem. deutsch.* Biblioth. T. VIII, P. II, p. 418. — *letali vulnere* ad vulnus letale infligendum. — 287. *Inachium virum*, Zacynthum, Græcum, ab Inacho, primo Argivorum rege.

288. *Noto* pro quocumque vento: alioquin poeta Eurum potius nominasset. — 289, 290. *Insula Zacynthos*, ex adverso Elidis, in Ionio mari, inter Strophades et Cephaloniam sita, et olim etiam *Hyrie* dicta, nunc vero *Zante*. cf. Plin. IV, 12, et Heyne ad Virg. Æ. III, 270, et ibid in Exc. I, p. 345 edit. prior. Ex eodem loco Virg. v. 272 Silius. — *Laërtia regna* petiit.

291. Saguntum amplificavit colonia ab Ardea eo deducta. Conf

Sedis inops; misit largo quam dives alumno,
Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen.
Libertas populis pacto servata decusque
Majorum, et Pœnis urbi imperitare negatum.
Admovet abrupto flagrantia fœdere ductor
Sidonius castra, et latos quatit agmine campos.

294. *populi* Put. — 295. *at Pœnis* corrig. Modius et Dausq. *ubi imp.* Col. et Put. Hinc *postquam* pro *ubi* in contextum vulgg. edd. e glossa irrepsisse suspicor. Sed *urbi* recte, puto, emendavit et post *negatum* pro commate punctum posuit N. Heins. — 297. *latos q. a. campos* Col. et Oxon. cum ed. Ald. in marg. Proprie agmen

Liv. XXI. 7. — *Daunia pubes*, Rutuli, seu Ardeates, sic dicti a Dauno, Turni patre; a quo diversus est Daunus, priscus *Apuliæ Dauniæ* (*Capitanatæ*, seu *Luceræ* provinciæ) rex, Diomedis socer (Strab. V, p. 283 seq. Plin. III, 11. Tzetz. ad Lycophr. p. 60), unde Apulia *Dauni arva*, IV, 556, *Daunia tellus*, VII, 157, et *Daunia regna*, IX, 499. Tota vero Italia passim *Daunia* et Romani *Daunia pubes*, V, 631 et *Dauni nepotes*, IV, 504, dicuntur. Cf. Heyne Exc. VII, ad Virg. Æn. VII, et Cluver. Ital. ant. III, 5, p. 970 sq. — 292. *Sedis inops, misit*, etc. Conf. v. 667 et ad VIII, 361. — *Sedis inops* hominum multitudine abundans, quam Ardea urbs non caperet; Ern. Pars Ardeatium, ob nimiam incolarum frequentiam, unde seditiones, potentiorum dominatus et factiones plerumque oriuntur, urbem patriamque deseruisse censenda est. Ver sacrum, ἔτος ἱερὸν, in causa fuisse suspicatur Lefeb. Cf. Heyne Op. acad. Vol. I, p. 296 seq. — 293. *viris*, Dauno inpr. et Turno, ejus filio. — *nunc Ardea nomen*, nil præter nomen superest. Silius hæc mutuatus est a Virg. Æn. VII, 411, 413 ubi vid. Heyne in V. L. Quoad verba Drak. et alii cf. VI, 478; X, 583. Ovid. Met. XV, 430. Liv. V, 18; VII, 29. Catal. Pithœi, III, pr. Mel. II, 3. Cfr. Heins. ad Vellei. Pat. II, 30 et Liv. XXIX, 1.

294. *Cum Hasdrubale* (Hamilcaris in Hispania successore, XIII annis post finem b. Punici I, A. U. C. 526, a. Chr. 228) fœdus « renovaverat populus Rom., ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus, » Liv. XXI, 2. Conf. infr. v. 480, 643; II, 449 seq. Flor. II, 6, ubi vid. Duker. p. 288. Polyb. II, 13; III, 21, 27. Sagunto dein obpugnata, Romani, Pœnos perfidiæ arguentes, responsum ab his tulere, Hasdrubalis fœdus non ratum a Senatu Carthag. factum, nec in eo Saguntum, versus occidentem ab Ibero situm, exceptum fuisse, cum de sociis utriusque populi, qui cis Iberum habitarent et qui tum essent, non de iis, qui, ut Saguntini, post pacem futuri essent, cautum fuisset. Conf. Liv. XXI, 18. Polyb. III, 29. Appian. Hisp. c. 7. Hannib. c. 2, et Pun. c. 6 et 67, ubi vid. Cl. Schweigh. et Heyne in Commentatt. de fœderibus Carthagin. cum Romanis, in Opusc. Acad. T. III, inpr. p. 73 sq.

296. *flagrantia* cupiditate pug-

Ipse caput quassans circumlustravit anhelo
Muros sævus equo, mensusque paventia tecta,
Pandere jamdudum portas ac cedere vallo
Inperat, et longe clausis sua fœdera, longe
Ausoniam fore, nec veniæ spem Marte subactis;
Scita Patrum, et leges, et jura, fidemque, Deosque
In dextra nunc esse sua. Verba ocius acer
Intorto sancit jaculo, figitque per arma
Stantem pro muro et minitantem vana Caicum.

vel equi potius campum quatiant; quo spectant exempla a N. Heins. congesta. Vulgg. *lætas q. a. causas*, quæ Marsus interpretatur: quærebat, Dausq.: movebat causas belli Romanis inferendi. *Latias causas* Parm. — 306. *minitantem vana Caicum* Col. h. *μάτην ἀπειλοῦντα*, vel, monente D. Heins., *μάτην πομπεύοντα καὶ λοιδορεῦντα*, sine effectu ullo conviciis hostes proscindentem, et multa quidem jactantem, nihil vero præstantem, conf. XII, 662. Horat. Sat. II, 3, 9 et Ep. I, 8, 3. Ita nihil amplius est, quod in h. l. nos morari possit: sed magna hic est varietas lectionis, quæ quomodo ex his verbis orta videri queat, vix adparet. *monstrantem membra* Bas. Gryph. al. *monstrantem tela* Nut. *motantem membra* quidam libri. *mutantem membra* Put. R. 3. Asc. *nutantem membra* Ox. Cell. al. *mutantem verba*, altercantem, convicia facientem, malebat Victorius ad Varr. R. R. II, extr. Melius *nudantem membra* olim emend. Heins. ad Claud. bell. Gild. v. 281; ut XIII, 211; XVII, 445, et ap. Virg. Æ. V, 586 Possis et refingere *sudantem membra*, vel *minitantem magna*, *μεγάλα*, *ἔπος μέγα*, vel *turgentem vana* et *muro atque tumentem vana*, ut XVII, 434, et ap. Virg. Æn. XI, 854. *Caicum* Col. cum Med. et

nandi. — 297. *castra*, copias. — Verba *latos quatit agmine campos* refer simpl. ad incessum equorum et agmen in campos eductum, vel simul ad agrorum vastationem incolarumque perturbationem; (cf. Intp. ad Virg. Æn. VIII, 596 et XI, 513) nam Livius XXI, 7, *Hannibal*, ait, *infesto exercitu ingressus fines*, *pervastatis passim agris*, *urbem tripartito adgreditur;* Ern. — 298. *caput quassans*, iratus, ut ap. Virg. Æn. VII, 292. — 299. *mensus* oculis.

301. *longe esse* eleganter pro, inutile esse, nihil juvare, ut contra *adesse alicui*, *παρεῖναι*, pro opem ferre Drak. ad XVII, 80 laudat Passerat. ad Prop. I, 7, 17. Burm. ad Petron. c. 58. Gronov. ad Senec. Hippol. v. 974. Heins. ad Ovid. Met. VIII, 435, et Freinshem. Ind. in Flor. Add. Heyne et Cerda ad Virg. Æ. XII, 52. Intpp. ad Flor. II, 6. Broukh. et Heyne ad Tibull. I. v, 2. — 302. *Ausoniam*, fœdus et auxilium Rom. — 303. *fidem*, promissa, pacta, vel etiam auxilium. — *Deos*, fœderis testes, seu religionem et sanctitatem fœderis.

304. *Verba*, quæ modo dixerat, *sancit*, confirmat, ut ap. Virg. Æ XII, 200. — 305. *jaculo Intorto*, quo hostilitatis initium fecit. Conf. IV, 134 et Virg. Æn. IX, 52, 53. — 306. *Stantem*, *pro muro*, h. in muro, ut ap. Virg. Æn. IX. 575.

Concidit exacti medius per viscera teli;
Effusisque simul prærupto ex aggere membris,
Victori moriens tepefactam retulit hastam.
At multo ducis exemplum clamore secuti
Involvunt atra telorum mœnia nube.
Clara nec in numero virtus latet : obvia quisque
Ora duci portans, ceu solus bella capessit.

Parm. Recte : nam Silius, Maronis exemplo, nomina militum non modo ab insulis, populis et urbibus, sed etiam inpr. a fluviis, et plerumque ejus regionis, unde orti sunt, repetere solet. Sic *Tagus*, *Durius*, *Galæsus*, *Sicoris*, *Bagrada*, *Cydnus*, *Rhyndacus*, *Farfarus*, *Metaurus*, *Padus*, *Symæthus*, *Mincius*, ut alia omittam, sunt nomina fluviorum, quæ in virilia convertit. cf. Gronov. Obss. IV, 18. *Caïcus* vero, Κάϊκος, est Mysiæ Phrygiæque fl. satis notus vel ex Virg. Ge. IV, 370 et præterea militis nomen ap. Virg. Æn. I, 183; IX, 35, et Val. Fl. VI, 688. *Caycum*, *Naicum* et *Vaicum* alii. — 307. *exacti medius teli* scripti et priscæ edd. ante Nycandrum, qui in Juntina primus edidit *injecto medius telo*. — 309. *retulit*, non *rettulit*, Col. ubivis, prob. Drak., qui monet, syllabam *re* in verbis compositis, quæ a consona incipiunt, apud veteres ancipitem fuisse, ut contra brevem in iis, quæ hiatus vitandi causa literam inserebant, ut in *redeo*, *redoleo*, aliisque; cf. Broukh. ad Prop. IV, 8, 44. Heins. ad Ovid. Epist. XIV, 46. Doctrinam Drak. falsam esse h. l. monet Schrader in Emendatt. libro Præf. p. XLIII, ubi docet, ab optimis poetis primam syll. verborum *refero*, *reperio*, *repello* semper produci in præs., et corripi in præter. temp. — 313. *capessit* scripti et editi ante Martin Herbipol., quo præeunte editores recentt. *capessat* substituerunt.

307. *medius teli*, h. ita transfossus, ut æqua pars teli et a fronte et a tergo promineret, ut *medius alni*, XIV, 481, vid. Gronov. ad Liv. XXVIII, 6, ad Senec. Consol. ad Marc. c. 16. Heyne ad Virg. Æn. IV, 663 in V. L. — *exacti*, transacti, trajecti. Vid Ind. et Gronov. ad Senec. l. c. et in gustu ad Stat. Th. VIII, 468. — *exacti teli medius*, exacto per media viscera telo, vel mediam partem teli corpore tenens, hinc mucrone, hinc capulo prominente; Ern. coll. Ovid. Met. XII, 484. — 308. *aggere*, muro. Vid. ad v. 265.

311. *nubes* poetis metaphor. dicitur multitudo, inpr. avium, quæ instar atræ nubis aerem secant et tenebris quasi involvunt, ut II, 37; IV, 553; VI, 336. Virg. Ge. IV, 60. Æn. VII, 705; VIII, 637. Sic et *nimbus* (vid. Ind.), *telorum tempestas ac ferreus imber*, Æn. XII, 284. *grando* telorum et lapidum, tela *pluunt*, Gr. νέφος γεράνων Anthol. III, 25. Epigr. 60. ψαρῶν Hom. Il. ρ, 755. πεζῶν Il. δ, 274. Τρώων Il. π, 66, et doctius νέφος πολέμοιο Il. ρ, 243 et Pind. Nem. X, 16, unde *nubes belli*, V, 379; XVI, 651, et ap. Virg. Æn. X, 809 (ubi vid. Cerda et Heyne), et *nubes* simpl. pro bello inf. VII, 84. Cf. Weitz. ad Val. Fl. I, 396.

312. Quisque ante ducis oculos tam fortia facta edit, tamquam solus pugnaret. Contra dixit Val. Fl. VI, 200. *mixta perit virtus*, h. in tanta militum multitudine facta

Digitized by Google

Hic crebram fundit Baliari verbere glandem,
Terque levi ducta circum caput altus habena
Permissum ventis abscondit in aere telum.
Hic valido librat stridentia saxa lacerto :
Huic inpulsa levi torquetur lancea nodo.
Ante omnes ductor, patriis insignis in armis,
Nunc picea jactat fumantem lampada flamma,
Nunc sude, nunc jaculo, nunc saxis inpiger instat :
Aut hydro inbutas, bis noxia tela, sagittas
Contendit nervo, atque insultat fraude pharetræ :
Dacus ut armiferis Geticæ telluris in oris,
Spicula quæ patrio gaudens acuisse veneno

314. *Baliari* pro *Balcari* ubivis reposuerunt N. Heins. et Drak., quoniam *Baliaris* III, 365 in Col., Βαλιαρίδες iu Steph. Byz., Βαλλιαρίδες in Strab., et *Baliares*, teste Tenull., in plerisque MSS. Frontini II, 3, 16, reperiuntur. cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 199. Plerumque tamen Græcis Βαλιαρεῖς dicuntur. — 316. *adscendit* scripti. *accendit* conj. N. Heins., quod impense arridebat Drak. coll. Virg. Æ. IX, 588. Stat. Th. X, 528. Ovid. Met. XIV, 825, et Lucan. VII, 512. Uterque tamen profitetur, vulgatam bene se habere, ut sensus sit, glandem funda emissam tam alte evolasse, ut aciem oculorum effugerit. — 323. *venenis* pro *pharetræ* Tell. — 325. *qui* pro *quæ*

singulorum dignosci non possnot. — 314. *fundit*, χεῖι, jacit, emittit. Drak. monet, *fundere* esse voc. propr., quoniam teste Isidoro Orig. XVIII, 10, « fuoda dicta eo, qnod ex ea fundantur lapides, id est, emittantur. » — *Baliari*, conf. III, 365. — *verbere* scil. fuodæ, qnæ verberatur, mittitur, ut ap. Virg. Ge. I, 309.

315. Verba Maroniana; vid. ad Æn. IX, v. 587, vol. IV, nost. edit. *Ed.* — 317. *Hic*, ille, *librat*, jacit, mittit. Proprie a flucinante libræ motn sursum deorsum movere denotat, unde passim de avibus adhibetnr, quæ alas ita movent. Vid. Ind. — 318. *nodo*, amento, loro hastarum et jaculorum, cujus ope fortius vibrantur. Vid. Ind., Eurip. Androm. v. 1132. Lips. Poliorc. IV, 5. Barth. ad Stat. Th. IV, 153. Drak. adscripsit verba Isid. Orig. XVIII, 7, « Lancea est hasta amentum habens in medio : dicta autem lancea, quia æqua lance, id est, æquali amento, ponderata vibratur. »

320. Coof. Virg. Æn. IX, 535. — 322 sq. vid. ad v. 219. — *hydro*, serpeutum veneno. — *bis noxia*, vulnere et veneno. Stat. Th. VIII, 418 *formidandæ* non *una morte sagittæ*. — *bis noxia*, cuspide et veneno. Drak. comparavit Ovid. ex Ponto, I, 2, 17. Claud. Laud. Stilic. I, 351. Sidon. Apoll. V, 407. Iscan. bell. Troj. VI, 233. — 323. *Contendit nervo*, arcu, qnem nervo, νευρῇ, intenderat, emittit. conf. Heios. ad Virg. Æ. V, 520. — *fraude* ut v. 219. — 325. *acuere veneno* imbnere, ut ap. Virg. Æn. IX,

Fundit apud ripas inopina binominis Histri.
Cura subit, collem turrita cingere fronte,
Castelloque urbem circumvallare frequenti.
Heu priscis numen populis, at nomine solo
In terris jam nota Fides! stat dura juventus :
Ereptamque fugam, et claudi videt aggere muros.
Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto,
Servata cecidisse fide. Jamque acrius omnes

vel invitis libris scribendum videtur, judice etiam N. Heins., nisi malis, *gaudet fucasse*, ut ap. Virg. Ge. II, 465. — 329. *at*, non *ac*, Col. — 332. *Sagunto* scripsi. Vulgo *Saguntum* prob. Dausq., qui exponit : universum Saguntum putat, esse suam *mortem dignam Ausonia*, si ob fidem servatam interirent, quum contra Italiam violata fide proditari sibi viderentur, si fœdera refringerent. *Sagunton* vel *Auso-*

773, *armare veneno ferrum*; Ern. *gaudent* emend. Livin. *patrio veneno*, ut ap. Claudian. B. Get. 237. Colum. X, 406, et Virg. Æn. XII, 857, ex ingeniosa emendat. Schraderi in Observatt. p. 18, ubi conj. *Armatam sævo patrii quam felle veneni*, etc. Withof. h. l. emendat. *Spicula, quæ patrio gaudet tinxisse veneno, fundit*, etc. coll. II, 610, et Ovid. ex P. IV, 10, 31. Sed ita nodus ferro secatur. — *binominis Histri*, ut ap. Ovid. ex P. I, 8, 11, et Stat. Silv. V, 1, 90, nam idem fluvius veteribus a fonte usque ad Mœsiam, quod b. Kolerus putabat et forte Mela II, 3 extr.; vel, teste Plin. IV, 24, ad Illyricum, vel denique, si fides habenda Agathem. Geogr. II, 4, Vindobonam usque *Danubius*, et inde, donec Pontum Euxinum influit, *Hister* seu *Ister* dicebatur. — *Dacia*, in qua *Getæ* habitabant, hod. Moldavia, Valachia et Transilvania.

327. *collem* cf. v. 274. — *turrita fronte*, aggere, cui turres imponuntur. Cf. v. 331, et Lucan. III, 455, 456. — 329. ut ap. Virg. Æ. VI, 879. Nota autem est *Fides prisca, cana, antiqua*. — 330. *dura juventus*, infelix, dura patiens. — 332. *Ausonia Saguntus* Modio et Barth. est Romanis addicta coruinque partes secuta Conf. IV, 650, 703. Ab Ardeatibus exstructam interpretatur N. Heins. prob. Drak., qui monet, Saguntum duplicis originis, partim Græcæ, ab Hercule Thebano et Zacynthiis, partim Latinæ, ab Ardeatibus repetitæ, fuisse, et h. l. *Ausoniam*, Latinam, in laudem, sed III, 178, *Graiam* per contemtum diei, ut Neapolin *Graia munimina*, XII, 41 et *Græca* seu *Græcula* passim, de quo vide Burmann. ad Petronium, caput 46.

333. *omnes* Saguntini. — 334. *stridula*, ut λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν Il. δ, 125. — 335. *Phocais* forte Ionica, Græca, et hinc Saguntina : nam poeta epithetis paulo longius petitis uti solet, et Saguntus tam Græca, quam Latina urbs fuit. Vid. ad v. 6, et 332. An *Phocais* dicta pro Massiliensis, ut sit epith. orn. (vid. Strab. IV, p. 171 sqq.) an pro Pho-

Intendunt vires; adductis stridula nervis
Phocais effundit vastos ballista molares,
Atque eadem, ingentis mutato pondere teli,
Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.
Alternus resonat clangor : certamine tanto
Conseruere acies, veluti circumdata vallo
Roma foret; clamatque super, « Tot millia, gentes

niæ... Servata fide etiam legi posse observat N. Heins. — 334. *Intendi* (infin. hist.) corrig. idem. Non male; sed non necesse. conf. ad II, 333; IX, 645. *eductis* Put. et idem et Col. II, 127. Sed *adducere* nervos, arcus, etc. (ut ap. Virg. Æn. V, 507; IX, 632. Ovid. Met. I, 455 et aliis locis, a Drak. adductis) proprie dicitur, ut ἀνέλκεσθαι τόξον ap. Aratum. Qui tamen critica prurigine laborat, malit forte h. l. legere *ac* vel *et ductis*, ut *ducti nervi arcus*, II, 127. *ducere cornua nervo* Val. Fl. VI, 376, et Virg. Æn. XI, 860. *ducere remos* Ovid. Met. I, 294 : ἕλκειν νεῦρα et τόξον Hom. Il. δ, 122; λ, 582. conf. Gron. Obss. I, 13. Heins. ad Val. Fl. I, 122. — 335. Pro *Phocais* vix temperare mihi possum, quo minus reponam *Phœnissa*, cujus voc. syllaba posterior propter elisionem facile excidere poterat. Ballistæ et fundæ a Phœnicibus inventæ, si fides habenda Plinio VII, 56, et Strabo VIII, p. 357, Ætolis quidem fundæ inventionem tribuit, sed p. 167 Baliarium incolas optimorum funditorum famam tenuisse memorat, ex quo Phœnices hasce insulas occupaverint. Ab inventoribus autem epitheta rerum peti solent, unde *tuba Tyrrhena* aliaque passim obvia. — 340. *fores* conj. N. Heins., qui ejusmodi elegantias omnibus locis intrudere solet. *clamantque* scripti, quod respuunt, quum Hannibalis verba sint, quæ sequuntur. Hujus tamen subjecti ellipsis non minus forte dura est, quam si exponas, Hannibal et principes Pœnorum undique milites increpant stimulantque : nisi legere malis, *clamorque* sc. fuit, resonat. Emendatio, a N. Heins. proposita, *clamatque* vel *clamansque super, Tot millia gentis* tanto Critico indigna est. Exquisitiorem formulam Silius Maroni debet Æn. IX,

censis? quorum voc. discrimen ne veteres quidem satis observasse monet Spanhem. ad Callim. H. in Pall. 24. Hinc quodammodo defendi possit, quod Dausq. et alii monent, Saguntinos adpellari posse Phocenses propterea, quod Zacynthus, Thebanus, eorum urbem condiderit, et Phocis a quibusdam referatur ad Bœotiam, vel ager certe Thebanus Phocidem complectatur. Alioquin *Phocais*, Φωκαΐς, formatur a *Phocaia*, Φώκαια, Ioniæ seu Phrygiæ minoris urbe, a qua diversa est *Phocis*, Φωκίς, parva Ἑλλάδος regio, unde *Phocenses*, Φωκεῖς, ut a Phocæa *Phocæenses* vel *Phocæi*, Φωκαῖοι, vocantur. Marsus suspicabatur, non probabat, Saguntinos ballistarum usum a Massiliensibus, Phocæorum colonis (vid. ad IV, 52) accepisse, qui Bellicarum machinarum fabricis inclaruerunt. — *molares*, ut ap Virg. Æn. VIII, 250. Ovid. Metam. III, 59, et Stat. Th. V, 561. — 337. *Ferratam ornum*, hastam ferro præfixam, ex orno, quæ et *fraxinus*, μελίη, poetis dicitur : nam orni sunt fraxini silvestres.

340. *super*, insuper, ut ap. Virg. Æn. II, 71; XI, 226, 685, vel de-

Inter tela satæ, jam capto stamus in hoste?
Anne pudet cœpti? pudet ominis? en bona virtus,
Primitiæque ducis! Taline inplere paramus
Italiam fama? tales præmittere pugnas?»
  Adcensæ exsultant mentes, haustusque medullis
Hannibal exagitat, stimulantque sequentia bella.
Invadunt manibus vallum, cæsasque relinquunt
Dejecti muris dextras. Subit arduus agger,
Inponitque globos pugnantum desuper urbi.
Armavit clausos, ac portis arcuit hostem
Librari multa consueta falarica dextra,

132, ubi τὸ *gentes* ex nostro quoque loco firmari potest. Ceterum vulgo male interpungunt: *clamatque super tot millia: Gentes... hoste. Anne*, etc. — 342. *Nonne* Col. recte, upinor. *ominis*, non *omnis* vel *omneis*, Col cum Med. et al. edd. — 344. *promittere* upinabatur N. Heinsi. — 346. *stimulantque*, non *stimulatque*, scripti cum R. 3. Parm. Med. — 351. *Vibrari* conj. Ulit. ad Grat. Cyneg. v. 342, frustra.

super, ut ibid. IX, 168; X, 384, e loco altiore, ex aggere. — 341. *Inter tela*, arma, *satæ*, natæ, h. bellicosæ, armis tractandis bellisque gerendis adsuetæ. — *stamus*, segnes adstamus, hæremus, ut *sedere*. — 342. *ominis*, Ovid. Fast. I, 178, *omina principiis inesse solent*. — 343. *bonæ primitiæ ducis*, præclarum sane initium imperii, mihi delati! cf. Virg. Æn. XI, 156 sq. Vim sarcasmi facile senties.

345. *haustus medullis Hannibal*, egregie pro, animo concepta virtus et audacia H., qui nil nisi bella spirabat; vel pro, vox H. intima pectora et medullas penetrans; Ern. Cf. Gronov. ad Senec. Thyest. 53 et 242. Intpp. ad Val. Flacc. I, 263. Barth. ad Stat. II, 417 et loca a Drak. et aliis ad h. l. et VIII, 318, congesta, Juven. Sat. VIII, 72. Claud. Cons. Mall. Theod. v. 196. Lucan. VIII, 285. Senec. Troad. 614 al. 346. *sequentia bella*, Romana, cum hoc arte connexa. — 347. *cæsasque... dextras*, cf. XIV, 490, 491. Lucan. III, 610 sq. — 348. *Subit*, admovetur urbi, *arduus agger*, machina super muros urbis eminens, unde *globus*, turba militum inscendat, ut ap. Virg. Æn. II, 47, *machina inspectura domos venturaque desuper urbi*; Ern.

351. Similiter a Liv. XXI, 8, et XXXIV, 14, describitur *falarica*, seu *phalarica*, missile telum, a *falis*, seu *phalis* sic dictum, h. turribus ligneis, e quibus catapulta, adeoque *multa dextra*, emitti solebat. Conf. VI, 214, 273; IX, 339. Festus h. v., Serv. ad Virgilium Æn. IX, 705, seq. (ubi eam sola Turni manu librari monet Drak.; sed vid. ibi Heyne) Stewech. ad Veget. IV, 18, p. 377. Lips. Poliorc. V, 5. Salmas. ad Solin. p. 640 seq. et Casaub. ad Æn. Tact. 34.

Horrendum visu robur, celsisque nivosæ
Pyrenes trabs lecta jugis, cui plurima cuspis;
Vix muris toleranda lues, sed cetera pingui
Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.
Fulminis hæc ritu, summis e mœnibus arcis
Incita, sulcatum tremula secat aera flamma.
Qualis sanguineo præstringit lumina crine,

353. *secta* malebat N. Heins. coll. Virg. Æneid. II, 85; IV, 505; VI, 214. Idem v. 355 *fumat* corrig., quod recepit Lefeb. Non male, ut sensus sit: falarica *fumat κατὰ cetera*. — 358. *perstrinxit* Put. *perstringit* priscæ edd. vid not. *præstringit* Col. et Oxon. quod multis exemplis Drak. defendit adversus Lambio. ad Hor. Epist. II, 1, 14, ad Lucret. III, 1058, et ad Cic. pro Rabir. 16, ubi voc. *præstingere* damnat, eique ubivis *præstringuere* substituendum putat. conf. Gifan. Ind. Lucret., Heins. ad Prudent. περὶ στεφ. II, 86. Grutter. ad Cic. in Vatin. 10 Taubman. ad Plaut. Mil. pr. Heins. et Ondendorp. ad Lucan. I, 154, cujus verba, *obliqua præstringens lumina flamma*, simul docent, causam non esse, cur nu-

353. Telum illud erat hastili abiegno, et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum quadratum, tres longum pedes, et stuppa circumligatum inlitumque pice, exstabat, Liv. l. c. — *cui plurima cuspis* erat, v. Heyne ad Virg. Æn. I, 419, et Bentl. ad Hor. Od. IV, 2, 29. *lues* vid. ad v. 174. — 355. vid. Liv. et Serv. ll. cc. — 356. Conf. Virg. Æn. IX, 705, 706. — 357. *sulcatum aëra*, ut Οἷος δὲ οὐρανόθεν πυρόεις ἀναπάλλεται ἀστὴρ Ὁλκὸν ὑπαυγάζων dixit Apollon. III, 1376.

358. Silius more poetarum sequitur vulgi opinionem de his ἀστέρων διαδρομαῖς et ἀποῤῥοίαις, stellis transcurrentibus seu διάττουσι. vid. Intpp. ad Virg. Ge. I, 365. Æn. II, 693 seq. V, 527, et Spanhem. ad Callim. in Del. 38. — *præstringere* est vehementer stringere, et *stringere* vel *destringere*, sive leviter adtingere (vid. ad IV, 119), sive arte et firmiter prehendere, manu premere eaque desuper mota remos inpr. exterioribus asperisque partibus, foliis ac frondibus privare, *streinfein*, *abstreinfein*; (vid. Cuper. Obss. IV, 5.) et hinc vel *nudare re aliqua* v. c. gladium vagina (vid. Drak. ad XVII, 164. Gronov. ad Liv. XXVII, 13. Heins. ad Ovid. Fastor. II, 99, 207.) et arbores fructibus, (ap. Virg. Ge. II, 368. Ecl. IX, 61.) vel *minuere* v. c. rem familiarem ap. Hor. Sat. I, 1, 8, et inpr. aciem oculorum et mentis hebetare, obtundere, ut h. l. et ap Horat. Od. II, 1, 18. Cic. Sen. 12. Phil. XII, 2, et ad Brut. ep. 18 Stat. Th. V, 666. Plin. II, 18; XV, 14 extr. Plaut. Mil. I, 1, 4. Gell. XII, 13 extr. Senec. ep. 71 extr. Liv. XL, 58, quibus locis in optimis edd. *præstringere*, non *perstringere* legitur. — *sanguineo*, rubente. Conf. v. 461, 462. Plin. II, 25. — *crine*, flamma ejusque radiis et longo tractu, ut v. 461; VIII; 638. Virg. Ge. I, 367. Æn. V, 528, et Valer. Flacc. I, 205; II, 42. Sic et *coma* ap. Senec. Œdip. 311 et

Ad terram cælo decurrens ignea lampas.
Hæc ictu rapido pugnantum sæpe per auras,
Adtonito ductore, tulit fumantia membra.
Hæc vastæ lateri turris ceu turbine fixa,
Dum penitus pluteis Vulcanum exercet adesis,
Arma virosque simul pressit flagrante ruina.
Tandem condensis actæ testudinis armis
Subducto Pœni vallo, cæcaque latebra,
Pandunt prolapsam subfossis mœnibus urbem.
Terribilem in sonitum procumbens aggere victo
Herculeus labor, atque inmania saxa resolvens,

bila h. l. pro *lumina*, auctore N. Heins., reponamus. — 362. *quassæ* pro *vastæ* malebat N. Heins. *ceu*, non *cum*, Ox. cum Med. Ald. Junt. Gryph. al. — 363. *adustis* quædam edd. Sed conf. Virg. Æn. IX, 537, et Heins. ad Ovid. Am. I, 15, 41. — 365. *arctæ* scripti et Parm. *apte* Med. *aptæ* R. 3. Sed testudo proprie *agi* dicitur. vid. loca a N. Heins. et Drak. adscripta, Virg. Æn. II, 441 (ubi conf. Heyne) IX, 505. Cæs. B. G. V, 43, et Sallust. b. Jug. c. 94. — 369. *resolvens*, non *revolvens*,

Herc. OEt. 727. Catull. LX, 77, *πυρὸς ἀμεινὴς βόστρυχος* apud Æschyl. in Prom. Conf. de stellarum comis *Dorville* ad Charit. p. 746. — *crinis* de face, quæ quum habet ignem solutiorem, aeris inpetu in caudæ criniumque passorum formam extendi solet; unde Artemidor II, 28, *ἀστέρας πωγωνίους barbatos* adpellavit; Ern.

361. *tulit* ut XIV, 491. — 362. Conf. Th. IX, 554 sq. Val. Fl. VI, 383, et Virg. Æn. IX, 535 seq. — 363. *Vulcanum exercet*, ut *Eurus ignem exercens* dixit Ovid. Epist. XV, 9. Rem *exercere*, vel *fatigare* dicimur, qua multum utimur, ut quasi lassetur. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 162 et ad Virg. Ge. III, 529 — 365. *condensis*, condensatis. Conf. Virg. Æn. IX, 514. — *Testudinem scutorum*, *συνασπισμὸν*, vulgo h. l. intelligunt, de qua vid. Liv. XLIV, 9. Sed in obpugnationibus magis in usu erat altera testudo, machina lignea, tabulis contexta et coriis vel centonibus obducta, quæ arietes, falces et musculos continebat, et tegebat eos, qui cuniculos agere murumque subruere conabantur. vid. Liv. X, 29; XXXIV, 29. Cæs. B. G. V, 42, 52. Vitruv. X, 19, 21. Lips. Poliorc. I, 8; V, 1. — 366. *Subducto vallo*, h. sursum ductis, eductis, evulsis vel ablatis vallis, aggeri infixis: mox v. 368 *aggere victo*. An *subducto* est simpl. convulso, proruto, ut forma loquendi petita sit a fundamento, quo subducto, ablato, totum ædificium corruit? — *cæca latebra*, testudine, ut *tecta acies*, *armorum tegmina* et *cæcus Mars* ap. Virg. Æn. IX, 513, 517, 518. Vulgo male de cuniculis cogitant, quos non tam ad murum subruendum, quam ad urbem ingrediendam spectare, jam monuit Drak. — 368. Cf. Liv. XXI, 12. — *in sonitum*, cum sonitu. — 369. *Hercu-*

Digitized by Google

Mugitum ingentem cælo dedit. Alpibus altis
Aeriæ rupes, scopulorum mole revulsa
Haud aliter scindunt resonanti fragmine montem.
Surgebat cumulo certatim prorutus agger,
Obstabatque jacens vallum, ni protenus instent
Hinc atque hinc acies media pugnare ruina.
 Emicat ante omnes primævo flore juventæ
Insignis Rutulo Murrus de sanguine: at idem
Matre Saguntina Graius, geminoque parente
Dulichios Italis miscebat prole nepotes.
Hic magno socios Aradum clamore vocantem,
Qua corpus loricam inter galeamque patescit,
Conantis motus speculatus, cuspide sistit,

scripti, ut III, 643. — 370. Male quidam, *cælo dedit Alpibus altis. Aëriæ* etc. distinguunt: *cæli dedit* Col. et Ox. *casu dedit* Junt. Ald. Gryph. Male! cf. v. I, 277, 508; II, 353; XII, 410 al. — 373. *certatim* Col. Vulgo *certantum*, non male, *certantem* Oxon. *prorutus*, non *protinus*, Col. Asc. Gryph. prob. etiam Dausq. Drak. laudat III, 642; IV, 602. al. conf. Gronov. ad Liv. IV, 29, et ad Tac. Ann. I, 68. — 374. *ni*, non *ne*, omnes scripti et R. 2, unde cum Lefeb. reposui: nec adsequor, cur N. Heins. et Drak., qui tamen archaismos, inter quos vulgo *ni* refertur, sectari soleant, id spreverint. cf. a Drak. jam laudati Intpp. ad Virg. Æn. III, 686. Broukh. ad Prop. II, 6, 3, et Noris. ad Cenotaph. Pis. IV, 5, p. 474. — 376. *primævæ f. i*, ut XVI, 405, emend. N. Heins. cui Drak. opponit V, 18; VI, 65. Virg. Æn. VII, 162. Senec. Hippol. 620. Sed vid. ad v. 113. — 380. *Aradum* Col. et Ox. cum Med. *Arados* (hod. *Laràca*) Phœniciæ, seu Syriæ ins. vel potius petra. vid. ad v. 306. Pœnos autem, ex quorum numero hic Aradus, ductu Didonis ex Phœnicia in Africam venisse, monet Drak.

leus labor, vid. ad v. 273. — 371. Rupes aeriæ, altæ, ut apud Virg. Ecl. VIII, 39. Georg. III, 474; Æn. VIII, 221, *scindunt montem*, dum revulsæ chasma in monte faciunt; Ern.

373. *Surgebat agger*, e ruina murorum. Conf. Lucan. III, 508. — 374. *ni* vid. Heyne ad Virg. Æn. III, 686. — *protenus* non confestim expono, sed porro tenus, porro, ut ap. Virg. Æn. V, 485; IX, 337 et Ecl. I, 13, ubi vid. Heyne. — *instent*, insistant, vel incipiant, de quo vid. Græv. ad Cic. Div. X, 16, et Drak. ad Liv. XXX, 12. — 375. *ruina* valli *media*, quum in medio esset.

376. *Emicat* ut ap. Virg. Æn. V, 319. — 377. *Rutulo* vid. ad v. 291. — 379. *Dulichios*, h. Zacynthios, Græcos, qui Saguntum auxerunt. Conf. v. 288 sq. II, 603. — *Dulichium*, maris Ionii ins., prope Zacynthum et Cephaloniam. Vid. Heyne ad Virg. Æn. III, 271.

381. In ipsa cervicis vertebra. Cf. Virg. Æn. XI, 691, 692, (ubi vid. Heyne in V. L.) et XII, 381. — 382. *Conantis* clamare, et hinc

Prostratumque premens telo, voce insuper urguet:
« Fallax Pœne, jaces: certe Capitolia primus
Scandebas victor! quæ tanta licentia voti?
Nunc Stygio fer bella Jovi. » Tum fervidus hastam
Adversi torquens defigit in inguine Hiberi;
Oraque dum calcat jam singultantia leto;
« Hac iter est, inquit, vobis ad mœnia Romæ,
O metuenda manus! sic, quò properatis, eundum. »
Mox instaurantis pugnam circumsilit arma,
Et rapto nudum clipeo latus haurit Hiberi.
Dives agri, dives pecoris, famæque negatus
Bella feris arcu jaculoque agitabat Hiberus.

387. *in inguen* R. 3, in marg.—388. *singultantia cæde* h. sanguine, ut pro φόνος pro αἷμα, paulo calidior quis conjicere possit, coll. Virg. Æ. IX, 333. — 394. *Bella ferens* scripti cum R. 3. Parm. Med. unde *serens* omnino legendum putabat N. Heins, qui hanc elegantiam et III, 365, VIII, 266. sæpiusque sectatur et male comparat sup. v. 80, et Liv. XXXI, 6, *bella ex bellis serere*. Aptiores sunt dictiones, *serere certamina, discordias, mentionem, lites*, etc. pro movere ap. Liv. II, 1; III, 40, 43; XXIV, 31, al. *prælia serere*, h. conserere, ap. Tac. Hist. V, 11. *vulnera serere* V, 235, et ap. Lucret. V, 1292, ut alibi *spargere* vulnera, tela, de quo vid. not. ad v. 267. Si quid tamen mutandum h. l., præstat forte, judice quoque Lefeb., lectio ed. R. 2. *famæque n. κατὰ Bella, feras*, etc. *agitabat*, olim, in patria; cujus verbi tempus

caput tollentis. — *sistit*, clamare, vel progredi prohibet, dum transfigit. Cf. II, 98. — 383. *premens telo*, ut apud Virg. Æneid. II, 530; VIII, 249; IX, 330, 793, 793; X, 347. — *voce urget*, maledictis insectatur. Conviciis acerbisque verbis, αἰσχροῖς et ὀνειδείοις ἐπέεσσι, vel χαλεπῷ μύθῳ, et provocare hostem, et victum inprimis, aut male jam tractatum adhuc incessere, non magis barbarorum populorum, quam heroum vitæ consentaneum. Conf. ad v. 398. Burm. ad Val. Fl. IV, 313. Cerda et Heyne ad Virg. Æn. II, 547; X, 737.

386. Quoniam Jovem Capitolinum bello quasi superare non potuisti, nunc Jovi Stygio, h. Plutoni, *bella fer*, infer. V. ad III, 365, in V. L. — 387. *in inguine* v. Hom. Il. ι, 568, 569. — *Hiberi*, Hispani, ut vulgo putant. Sed nomen proprium est. — 388. *singultantia in leto*, ἀποσφύζοντα, emittentia sanguinem cum singultu. — 392 *latus haurit*, ut, V, 524, ubi Drak. comparat Ovid. Met. V, 126. Senec. Agam. 890. Val. Fl. VI, 554. Stat. Th. VIII, 666; X, 308. Liv. VII, 10. Curt. VII, 2; IX, 5. Cf. Heyne ad Virg. Æn. II, 600; X, 314. — 393. *Dives agri* ut ap. Virg. Æn. X, 563. — *famæ negatus*, famæ virtutis sibi comparandæ occasione, ob privatam, quam agebat, vitam, destitutus. — 394. *Bella feris agitabat*, venatui operam dabat.

Felix heu! nemorum, et vitæ laudandus opacæ,
Si sua per patrios tenuisset spicula saltus!
Hunc miseratus adest infesto vulnere Ladmus.
Cui sævum adridens; « Narrabis Hamilcaris umbris
Hanc, inquit, dextram, quæ jam post funera vulgi
Hannibalem vobis comitem dabit: » et ferit alte
Insurgens gladio cristatæ cassidis æra,
Perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa.
Tum frontem Chremes intonsam umbrante capillo

imperf. cur plane alienum ab h. l. visum sit viro docto in N. *Allgem. deutsch. Bibl.* T. VIII, P. II, p. 418. haud adsequor. Idem v. 403. probat *vibrantem capillum*, ot respondent verbis *horrentes* e. c. g. — 396. *tenuasset*, h. minuisset, consumsisset paulatim, aliquando malebat N. Heins. coll. Stat Achill. I, 644. Claud. Coos. Hon. VI, 128 al. — 397. *Lagmus* et *Lagnus* alii. *Laudus* Oxon prob. Drak. qoia *Laudia* Ptolem. est opp. Mauritaniæ Cæsariensis, et *Laud* Plinin Mauritaniæ Tingitanæ fl. Hinc tacite id in contextum recepit Lefeb. *Latmus* conj. N. Heins. a Latmo ins., quam mibi ignotam esse fateor: fuit quidem bujus nominis Ciliciæ fl., et Cariæ, seu Ioniæ mons et urbs: sed h. l. Pœni mentio fit. — 399. *funera vulgi* scripti, R. 3. Parm. Med. Paris. Vulgo *vulnera vulgi*, sono auribus ingrato. — 402. *tegimen*, non *tegmen*, in optimis membrr. obique, prob. N. Heins., qui tameo ad Virg. Æ. III, 594 et VII, 666, utramque scripturam damnat, et *tegumen* defendit. — 403. *Chromis i. vibrante* emend. N. Heins. qnoniam vulgata in leges metricas peccet. Sed *Chromis* max v. 439. inter Saguntinos memorator. *Chremetes* corrig. Gronov. Obs. IV, 18, et *umbrante*, pro vulg. *vibrante*, ex Col. et Ox. recipiendum putabat, prob. Drak. *ubrante* Put. Versus 403 et 404 in edd. Junt. Ald. et Nut. duobus sequentibus postponuntur.

Draken. proprie de bello feris inferendo cogitabat, vel bella feris movebat, inferebat.

395. *vitæ opacæ*, quæ in nemoribus et venando transigebatur, ut *quies* o. ap. Stat. Silv. III, 5, 17. Cellar. interpretatur privatam, a strepitu bellico remotam. — 397. *infesto vulnere*, telo, quo vulnus infligitur. ut II, 92; V, 251. Sed vid. Heyne ad Virg. Æneid. lib. II, v. 529, p. 274, T. II nost. edit. *Ed.*

398. *sævum adridens*, δεινὸν ἐπιμειδήσας, vel μειδιόων, adject. pro adverbio. Vid. App. μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι Hom. Il. η, 212, laudatus a D. Heins. — Idem victoris sarcasmus IV, 288 sq.; V, 561 sq.; XI, 258. Præter Homerum Silio præivit Virg. Æn. II, 547 sq.; IX, 742; X, 829. seq.; XI, 688 seq., ubi vid. Cerda. Conf. Zinzerl. ad Val. Fl. IV, 313 et sup. ad v. 383. — 399. *post funera*, stragem, cædem, *vulgi*, militum gregariorum, ut IV, 266, 267. Sic λαὸς ap. Hom., et *populus*, II, 579. — 400, 401. *alte Insurgens*, ἐπερείσας Hom. vel ἀνασχόμενος sc. τὴν χεῖρα Il. γ, 362. Conf. Virg. Æn. XI, 697, et XII, 902. — *cassidis cristatæ*, κόρυθος ἱπποδασείης. *tegimen* capitis, galeam. — 402. *ossa crepitantia*, quæ *perfracta sonant*, IV, 380.

Septus, et horrentes effingens crine galeros;
Tum Masulus, crudaque virens ad bella senecta
Karthalo, non pavidus fetas mulcere leænas;
Flumineaque urna cælatus Bagrada parmam;
Et vastæ Nasamon Syrtis populator Hyempsal,
Audax in fluctu laceras raptare carinas;
Una omnes dextraque cadunt iraque peremti.
Nec non serpentem diro exarmare veneno
Doctus Athyr, tactuque graves sopire chelydros,

406. *Karthalo* (pro quo rectius forte *Carthalo* scripseris; vid. ad v. 3), Gr. Καρθάλων, non *Harcalo*, vel *Cartalo*, Colon. probb. N. Heins. et Drak. coll. XV, 453. Liv XXII, 15, 58. Justin. XVIII, 7. Polyb. I, 53, et Appian. Hannib. c. 49. Add. Liv XXVII, 16, et Appian. Pun. c. 68 et 74. — 407. *Bagrada*, non *Bragrada*, Col. R. 3. Parm. Med. vid. ad VI, 141. — 411. *serpentem*, non *serpentes*, scripti. — 412. *Athyr*, non *Atyr*, Col.

404. *horrentes effingens crine galeros*, crines formans in speciem galeri, quum tot cincinnis implicati essent, ut galero similes viderentur. Male itaque Dausq. ex h. l. efficit, *galerum* nativam quoque comam, non semper adscititiam esse, quod jam monuere Drak., et Gronov. Obss. IV, 18. — 405. *cruda virens senecta*, ex Virg. Æ. VI, 304. — *crudus*, ὠμὸς, proprie, non coctus, mollitus, corruptus, fractus et debilitatus, vel annis, ut h. l. et III, 386; V, 569; XII, 348, vel voluptatibus, ut III, 303, hinc et rudis, durus, asper III, 514, crudelis, ut ὠμὸν πρᾶγμα, seu βούλευμα, et terribilis VII, 113, fortis V, 423; X, 98; XIII, 224, et malis insuperabilis IV, 35. — Cf. II, 439; III, 289; XVI, 236. — 406. *mulcere*, domare. — *fetas*, non gravidas intelligo, sed enixas, quæ jam pepererunt (ut ap. Virg. Æn. VIII, 630. Ecl. I, 5 al.) et amori iterum indulgent : tum enim sævissimas esse eas, notum vel ex Virg. Ge. III, 245 sq.

407. Imitat. Virg. Æn. VII, 792. In Bagradæ clipeo expressus sui nominis fluvius (vel urna potius, ejus emblema), ubi forte patria ejus, vel unde originem duxit; ut in heroum scutis, eorum origo et imago, vel historia majorum rerumque ab his et a toto olim populo præclare gestarum, adumbrari solebat. Conf. II, 158; IV, 153; VIII, 385 sq. (ubi Drak. hæc exempla jam excitavit), X, 175; XIV, 212; XVII, 397. De Bagrada fl. vid. ad VI, 140 seq. — *cælatus parmam urna fluminea*, durior formula pro, parmam gerens, in qua urna, fluvii emblema, sculpta erat; Ern. — 408. *Nasamones*, accolæ *Syrtis vastæ* h. majoris, ex navium captarum spoliis ditescentes. Vid. Plin. V. 5; VII, 2; Lucan. IX, 438 sq., 891; Herodot. II, 32; IV, 172, 183. — 409. *Audax raptare*, θρασὺς ἁρπάζειν.

411. *exarmare veneno*, ut contra *armare v.* dixit Virg. Æn. IX, 773. — 412. *chelydros graves*, h. gravi fœtore, ut ap. Virg. Ge. III,

Ac dubiam admoto sobolem explorare ceraste.
Tu quoque fatidicis Garamanticus adcola lucis,
Insignis flexo galeam per tempora cornu,

415, ubi lectio vulgaris ex h. l. firmari potest. Vid. ibi Heyne. — *tactu sopire*; nam præter carmina, etiam manuum tactu serpentes domare et sopire solebant ἐπῳδοὶ, vel ἀσπιδοθῆραι et ὀφιοδιῶκται. Conf. III, 302; V, 354; VIII, 498 sq. Heyne ad Virg. Æn. VII, 753 seq. et de utroque modo angues domandi, ut de arte ὀφιοδήκτοις medendi, Plin. VII, 2; Cels. XXVII, 5; Lucan. IX; 891 sq. 922 sq. (ubi de Marmaridarum Psyllis, ut inf. III, 302, agitur) Strab. XIII, p. 588; Gell. IX, 2; XVI, 11; Gronov. Obss. II, 1; Heins. ad Ovid. A. A. II, 102.

413. Afri et inpr. Psylli, genuinam sobolem ab adulterina, admotis anguibus, dignoscere et *explorare*, δοκιμάζειν, solent. « Mos *Psyllis* liberos genitos protinus objiciendi sævissimis serpentibus, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus, » Plin. VII, 2. « Psylli quum arbitrantur, suppositum aliquem esse in stirpe, ei admovent, ut pungat, colubram. Quum pupugerit, si de genere sit, vivere: si non sit, mori. » Varro ap. Priscian. VII, 2; Cf. Lucan. IX, 891 sq. inpr. 906 sq. Solin. c. 27, p. 52; Tzetz. Chil. IV, hist. 135, v. 339; Ælian. Hist. Anim. I, 57, et Dio. LI, p. 453, qui posterior præter alia memorat, serpentes veste puerorum tacta continuo marcescere. Poetam h. l. agnoscas in variandis serpentum nominibus.

414. Ad Iarbam militem traducta, quæ de Iarba, rege Numidiæ, Jovis Hammonis f., nota sunt vel ex II, 59 sq. VIII, 54 sq.; Virg. Æ. IV, 36, 196 seq.; Justin. XVIII, 6 al. — *fatidicis lucis*, in quibus oraculum Jovis Hammonis, de quo vid. III, 10, 673 sq. — *Garamanticus*, Libycus; vel Silio, ut aliis, laxior est geographia. Nam Garamantes longe ab hoc oraculo in Marmarica remoti erant, et vel inter Æthiopiam et Gætuliam, vel in extrema Africæ parte ultra Gætuliam, colebant. Septemtrionales autem diversi ab australibus, qui non nisi 20 dierum iter ab Ammoniis aberant. Vid. Plin. V, 4. Herodot. IV, 174, 183. Cl. Schlichthorst. Geogr. Afric. Herod. p. 7, 140, 155. *Garamanticus* pro Garamantice, ut *ditissimus* V, 260 al.

415. Galeam cornibus arietinis, insigni Jovis Hammonis, ornatam habebat, ut ipse ille deus, IX, 298; et ap. Diod. III, 73; et Nabis, ejus sacerdos, inf. XV, 682; regesque Macedonum post Alexandrum M., qui ejusdem dei filius haberi cupiebat, de quo vid. Spanhem. de Usu et P. Num. Diss. V, p. 346 sqq. Notus enim veterum mos, vel patriam et originem, vel illustria majorum facta exprimendi ejusmodi ornamentis, seu clipei, ut sup. v. 407 (ubi vid. not.), seu galeæ, ut II, 157; V, 79; Liv. XXVII, 33; Stat. Th. VII, 279; Herodian. I, 14, quæ loca Drak. ad XV, 682 excitavit. Nec minus nota res est, Jovi Hammoni, ut et Baccho, Pani aliisque, fluviorum inprimis, numinibus cornua, ad vim majestatemque declarandam

Heu! frustra reditum sortes tibi sæpe locutas
Mentitumque Jovem increpitans, occumbis, Iarbas.
Et jam corporibus cumulatus creverat agger,
Perfusæque atra fumabant cæde ruinæ.
Tum ductorem avido clamore in prælia poscit:
Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus,
Quum silvam occursu venantum perdidit, hirto

417. *Iarba*, non *Hyarba* Col. ut II, 58, al. vid. Intpp. ad Virg. Æn. IV, 36 et 196. *Hiarba* cum adspirat. Cell. et more suo Drak. — 418. *En, jam* tacite edidit Lefeb. — 419. *Confusæque* ed. Junt. et inde expressæ Nut. al. prob. Dausq. Male! *fumabant*, non *fumabat*, vel *fervebat*, scripsi et pleræque melioris notæ edd. — 421. *latrantibus* etiam legi posse monet N. Heins. Sed vulgata exquisitior, quam Drak. ex Virg. Ge. III, 412. Ovid. Metam. XIII, 806, et Fast. II,

apta, tribui: quæ idea priscis temporibus, quibus homines pelle ferina vestium loco utebantur, orta et a Macedonum regibus renovata est. Vid. Lessing. Laoc. c. 8, p. 95, c. 9, p. 103; Broukh. ad Prop. III, 15, 19, 30, ad Tibull. II, 1, 3; Jani ad Horat. Od. II, 19, 30.

416. Oraculum mendax frustra incusabat. — *sortes*, κλῆρος, oraculum, quoniam oracula olim etiam per sortes, ψήφοις, edebantur. — 419. Cædes φόνος, depingitur. — *cæde*, sanguine, ut φόνος pro αἷμα. — *Perfusæ cæde*, adspersæ sanguine. Ern., exponit, mixtæ et confusæ cadaveribus, quod usui loquendi minus convenit. — 420. *ductorem* Hannibalem *poscit* Murrus *in prælia*, ad singulare certamen provocat, more heroum.

421. Splendida comparatio, concinnata ad exemplum Virg. Æ. X, 707, 718, ubi vid. Heyne. — *Fulmineus* solemne apri et inpr. ejus dentium epitheton, quod nonnulli ab exertis utrimque dentibus, fulminis cuspides referentibus, repetunt; alii, qui ad Ovid. Met. VIII, 289, provocant, ab ardente et calido oris adflatu; alii vero inde, quod, ut fulmina non in rectum, sed in obliquum feruntur, sic et aper *obliquo latrantes dissipat ictu*, ut utar verbis Ovid. Met. VIII, 344, unde σῦς δοχμιὸς et λικριφὶς ἀΐξας apud Hom. Il. μ, 148 et Odyss. τ, 451. Sed poetis *fulminea* potius dicuntur, quæcumque instar fulminis cum impetu ruunt, et tam terrorem incutiunt, quam omnia contundunt et necant, v. c. *ira*, XI, 99; *juvenis*, IX, 393; *ductor*, XVII, 549; *Scipiadæ fulmina gentis et belli*, VII, 106; Lucret. III, 1049; Virg. Æn. VI, 843; IX, 812; *fulmen Carthaginis Hannibal*, XV, 667; *fulmina belli* milites Pœnorum, VII, 223; *patria fulmina*, XV, 408; *fulmen linguæ*, VIII, 412; *f. verborum* Cic. ad Div. IX, 21, quo teste Orat. c. 9, Periclem fulgere et tonare dixit Aristoph. Conf. Virg. Ge. IV, 561; ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος Hom. Il. ν, 242; πρηστὴρ κεραύνιος al. — *Spartani canes* præstantius genus. Conf. II, 689; III, 295, et Heyne ad Virg. Ge. III, 345 et 405.

422. *perdidit silvam*, h. securi-

Digitized by Google

Horrescit sætis dorso, et postrema capessit
Prælia, canentem mandens aper ore cruorem,
Jamque gemit geminans contra venabula dentem.

231 firmat. — 423. *sætis*, non *sævus*, Col. prob. N. Heins. nisi quod *sætas* maluerit. — 424. *canentem* Col., h. spuma *cana* mixtum et mandendo in eam mutatum, ut *cana aqua*, πολιὴ ἅλς, seu θάλασσα. *Spumas cruentas* inversa loquendi forma dixit Virg. Ge. III, 203. Drak. conf. IV, 252, et Claud. laud. Stil. II, 350, ubi vid. Heins. *spumantem* R. 3. Parm. Med. ex interpr. *tenentem* Ox. et Put Vulgg. *candentem*, et quidam *ferventem*. — 425. *Jamque gemet geminum c. ven dentem* Col. Sic et Oxon. nisi quod vitiose in eo *decem* pro *dentem*. Volgg. *J. gemens geminum c. v. torquet*; sed τὸ *torquet*, quod nec scripti, nec meliores editi agnoscunt, grammatici potius acumen sapit, quam *dentem*, cujus ellipsis dura est *J. gemens geminum v. c. fertur* Put. et R. 3. quam lectionem ex verbis Virg. Æ. IX, 553 margini adscriptis ortam suspicor. Ad hæc corrigenda viri docti certatim operam suam contulere. *J. acuens geminum c. v. torquet* conj. Barth. Adv. VII, 15. *J. ciet geminum c. v. dentem*, vel *J. fremens genuino intra v. fertur*, vel *J. fremens genuinum intra v. torquet*, vel denique, quod ipsi et Drak. præ reliquis placebat, *J. fremens genuino intrat v. dente*, tentabat N. Heins. *Fremere* voc. propr. de feris iratis; *dentes* vero *genuini* sunt posteriores et novissimi in extrema gena, seu gingiva, κραντῆρες et σωφρονιστῆρες. conf. X, 298 et vid. Fest. h. v., Cic. N. D. II, 54; Plin. XI, 37. *J. gemens gemituque intra v. fertur*, vel *geminum cornu in v. torquet*, vel *gemino cornu in v. fertur* invita Minerva emend. Ulit. ad Grat. 109. *J. gemens genuinum intra v. torquet* Scalig. in marg. libri sui. Mea qualicumque sententia, quam tamen ex VV. DD. judicio, vel stare jubebo, vel cadere patiar, levissima, quam propterea in textum recepi, mutatione lectionis vetustiss. codd Col. et Ox. locus haud dubie corruptus, optime ita reconcinnari potest: *J. gemit geminans*, ut *capessit mandens* vs. sup. *gemit* propter vulnera a venatoribus canibusque inflicta, ut ap. Hom. in simili loco de leone saucio Il. υ, 169, ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ, et Il. π, 489, ὤλετο στενάχων taurus. cf. Avien. fab 17, et Virg. Ge. III, 226; ex quibus locis patet, hoc verbum immerito a Scalig. Poetic. V, 15 carpi, quod gemitus non sit iracundi et rabidi, sed mœrentis; quod Drak. etiam refellit coll. Virg. Æn. VII, 15. Lucan. VI, 688. Petron. Sat. 115, al conf. Heins. ad Val. Fl. I, 758, qui tamen h. l. in Scalig. sententiam discedit Taceo, cujuscumque generis sonum et strepitum verbo *gemere* exprimi, (ut ap

tatem et latebras in silva, spemque in ea positam; vel viam et reditum in silvam. Sic *perdere terga*, XIII, 171; *p. fugam*, viam fugæ amittere Martial. de Spect. XI, 2. — 423. *Horrescit sætis dorso*; nam aprorum sætæ erigi solent, si ad pugnam se expediunt. Φρίξας εὖ λοφιὴν Hom. Od. τ, 446. Conf. Stat. Th. II, 129, XI, 531; Virg. Æn. X, 711, ubi vid. Heyne. *Horrere* autem, ut semel moneamus, poetis dicuntur, quæ erecta sunt, seu eminent v. c. segetes, arma, pili ac sætæ, (quæ in subito frigore et pavore, vel in ira vehementiore eriguntur) omniaque ea, quibus aspera est et squalida superficies, non lævor ac nitor. Sic et φρίσσειν, v. c. κάπρος φρίσσει τρίχας, seu ἐθείρας, λοφιήν, vel ἄρουρα φρίσσει σταχύεσσιν, μάχη ἐγχείῃσιν, etc. ap. Hesiod. Scut. 171, 391; Hom. Il. ι, 339, 473, ψ, 599 al. Conf. Heyne ad Virg. Æn. X, 237; nostræ Collect. Vol. IV, p. 122, et VII, 86. *Ed.*

At parte ex alia qua se insperata juventus
Extulerat portis, ceu spicula nulla manusque
Vim ferre exitiumve queant, permixtus utrisque
Hannibal agminibus passim furit et quatit ensem,
Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum Temisus; qui carmine pollens
Fidebat magica ferrum crudescere lingua:
Quantus Bistoniis late Gradivus in oris

Virg. Ge. III, 133, 183; IV, 173. Æn. V, 806; VI, 413; XI, 138, et Hor. Od. I, 14, 6) quia non video, cur gemitus a feris saucius aliquis ait. *geminans dentem*, h. dentium ictus, ut ap. Virg. Æ. V. 434, 457; XI, 698; XII, 714. Hor. Od. I, 16, 8. Hæc scripseram, quum deinde animadverterem, in eandem fere conject. incidisse Cl. Lefeb., qui coll. v. 168, 537; Virg. Æ. XI, 698, et Val. Fl. VI, 379, edidit. *J. gemens geminat c. v. dentem*, quæ lectio probatur in Annal. liter. Gœttingue., Additam. XVII, p. 262, a. 1782. Et sensu quidem a nostra non differt, sed ab ea, quam antiquiss. MSS. exhibent, paulo longius recedit, et perperam certe gall. vertitur, *de ses broches il déchire à coups redoublés les filets des chasseurs*. Cæterum non magnopere intercedo, quo minus tota cod. Col. lectio servetur, excepto verbo *gemet*, in cujus locum varia substituere possis; quæ tamen nemo præstare ausit, v. c. *terit*, aut *acuit*, ut ap. Hor. Od. III, 20, 10. Virg. Ge. III, 255, et σῦς, seu Κάπριος θήγει ὀδόντας ap. Hom. Il. λ, 416; ν, 475, et ὕπαι δέ τε κόμπος ὀδόντων Γίγνεται, Il. λ, 417; μ, 149, vel *premit*, ut *dentes* in vite premere dixit Ovid. Fast. I, 355. nisi malis *fremit*, vel, ut ap. Virg. Æn. IX, 552, *furit contra* y. κατὰ *geminum dentem*, qui in ore apri utrinque prominent, ut ap. Ovid. Metam. VIII, 400. — 427. *Expulerat* Asc. et Nut. — 431. *Temisus* Col. *Remsus* Parm. *Rhemisus* Med. Ald. Gryph. al. Hinc librariorum stupore in e. Oxon. irrepsit *remissus*, quod quum in versus legem peccaret, plerique editores *missus* reposuerunt; forte etiam offensi locutione nostra, *Temisus ab litore A.*, quæ tamen passim obvia cf. Liv. I, 50, pr. Virg. Ge. III, 2, et, quæ loca Drak. ad V, 271, excitavit, inf. VI, 42; X, 174. Prop. IV, 6, 37, Val. Fl. I, 365, Liv. XXXI, 23. Plura exempla desideranti satisfacient Intpp. ad Petron. c. 38, et Heins. ad Ovid. Amor. II, 6, 1. ubi eodem modo etiam mox v. 433 *ab oris* legendum putabat. Sed cave quidquam mutes.

426. *insperata*, ex inaperato, contra spem et opinionem. — 430. *Cantato* incantato, carmine incenso, magieo, vid. ad v. 96, et VIII, 497 conf. Prop. IV, 5, 13; Ovid. Am. II, 5, 38 et Met. VII, 98.

431. *Litore ab Hesperidum*, ut sacerdos illa magici sacri, sup. v. 101, et ap. Virg. Æn. IV, 484. De Hesperidum hortis vid. Heyne ad Virg. l. c. ad Apollod. p. 406 seq. et Comm. de Theog. Hes. in Cer. v. 11, et Cl. Hermann. Mythol. T. I, p. 402. Conf. III, 282 sq. IV, 638, VI, 184. — 432. *crudescere*, crudius, sævius, et hinc nocentius et efficacius fieri.

433. Comparatio desumta a Virg. Æn. XII, 331 seq. ubi vid. Heyne. — *Quantus*, h. tantum furit H., quantum. — *Bistoniis oris*, Thracia, (vid. Plin. IV, 11) pro-

Belligero rapitur curru, telumque coruscans,
Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
Cornipedum adflatu tonat, et stridoribus axis.
Jamque Hostum, Rutulumque Pholum, ingentemque Metiscum,
Jam Lygdum, Duriumque simul, flavumque Galæsum,
Et geminos, Chromin atque Gyan, demiserat umbris;

436. *tonat* R. 3. Parm. Med., h. tonare facit, cum strepitu edit. cf. Martial. VIII, 2, 14, et Heins. ad Claud. in Cons. Olybr. et Prob. v. 208. *Prospera vibrati tonuerunt omina nimbi*. Proprie arma et *bella tonant*, ut XII, 300, vel heros *tonat armis*, *tonat et fulminat bello*, ut IV, 254, XIV, 299. Virg. Ge. IV, 561. Justin. XXXII, 4. Vulgg. *domat*, quod Lef. cum aliis damnat, cui tamen Scalig., qui idem fecerat, inepfire videtur. *donat* Junt. — 437. *Ostum* Col. unde *Oscum* conj. N. Heins. ab Osca, colonia Rom. in Hispania. Vulgg. *Hoscum*. Sed Hostum ex Oxon. Parm. et Med. recepit Drak. propterea, quod *Hostus*, et inde *Hostius* ac *Hostilius* nomina fuerint Romanis notissima, (prius avo et patri Tulli Hostilii, aliisque fuisse, tradunt Macrob. I, 6, Liv. I, 12, IV, 30) et *Hostus*, Hampsagoræ f., memoretur XII, 347, 403, 413, qui *Hiostus*, Hampsicoræ f., dicitur Liv. XXIII, 40, conf. Salmas. ad Solin. p. 24. *Rutilumque* Dausq. Pessime *rutilumque* Cell. conf. v. 261 sq. *Metiscum* vid. Heins. et Heyne ad Virg. Æn. XII, 469. — 438. *Durium*, non *Dyrium* vel *Dirium*, Col. Ox. Parm. Med. conf. V, 323, et sup. ad v. 306. *Galæsum* pro vulg. *Galesum* reposuit N. Heins. Γαλαῖσος, hod. *Galaso*, Calabriæ fl. juxta Tarentum. vid. Intpp. ad Virg. Ge. IV, 126. Æn. VII, 535, 575, et Hor. Od. II, 6, 10. — 439. *Chromin* Col. *Chromim* Put. *Chronim* Oxon. Vulgo *Chronum*. cf. Virg. Ecl. VI, 13, et Æn. XI, 675 ubi Heinsius non *Chromin*, ut h. l., sed *Chromim*

pria sede Martis. Conf. IV, 433; Hom. Od. θ, 361; Virg. Æn. III, 13, 35. Claud. in Rufin. I, 334 sq. De *curru* Martis conf. IV, 432 sq. et Heyne ad Virg. Æn. VIII, 433. — 434: *telum coruscans*, vibrans, πάλλων δοῦρα Hom. Il. γ, 19, ε, 495. Ἄρης στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων Anacr. XLV, 9. *Titanum* pro Gigantum, quos seriores inpr. poetæ confundere solent. Conf. Claud. Gigantom 75 sq. — *bella flagrantia*, vehementia et acria, vel ardentia quæ cum ardore geruntur, ut *flag. comitia* dixit Plin. H. N. Præf. — 436. *adflatu*, anhelitu.

437. Notus est poetarum mos, non numerum, sed nomina occisorum hostium recensendi, quod ad vim ornatumque narrationis, et ad animum lectoris in eam intendendum plurimum facit. — *Flavus*, ut ξανθὸς, solenne epitheton virorum fortium et heroum, quos et pulchritudo decebat, unde iis ξανθὰς τρίχας, seu ξανθὰν κόμην tribui notum vel ex Hom. Il. α; 197, β, 642; γ, 284; Od. ν, 399. *flavus Achilles* dicitur Claud. Paneg. VIII, 556 Hinc forte et *flava coma Bellonæ* inf. V, 220, ut ξανθὰ Γλαυκῶπις Pind. Nem. X, 13. *Flavi* autem *crines* veteribus non minus ac nobis placabant, unde *flava Phyllis et Chloe*, *flavus Ganymedes* etc. ap. Horat. Od. II, 4, 14; III, 9, 19, IV, 4, 4, ξανθὰς μὲν ἀνήψατο χερσὶν ἐθείρας Medea ap. Apollon. VIII, 828. Conf. inf. III, 402, IV, 200.

439. *demittere umbris*, *Orco*, et

Daunum etiam, grata quo non spectatior alter
Voce movere fora, atque orando fingere mentes,
Nec legum custos sollertior, aspera telis
Dicta admiscentem : « Quænam te, Pœne, paternæ
Huc adigunt Furiæ? non hæc Sidonia tecta
Feminea fabricata manu, pretiove parata,
Exsulibusve datum dimensis litus arenis;
Fundamenta Deum Romanaque fœdera cernis. »
Ast illum, toto jactantem talia campo,
Ingenti raptum nisu, medioque virorum
Avulsum inter tela globo, et post terga revinctum,
Hannibal ad pœnam lentæ mandaverat iræ,

scribendum putabat. Tantum itaque abest, ut viri docti in ejusmodi nominibus inter se consentiant, ut ne ipsi quidem satis sibi constent. *Gyan*, non *Gyam*, Col. Put. et priscæ edd. conf. Intpp. ad Virg. Æn. I, 222, 612; V, 118, 152; X, 318. *dimiserat* Put. et Med. quod, nescio quare, concinnius videbatur N. Heins. ad XI, 142; qui tamen aliis locis (vid. not.) recte damnavit. — 441. *figere* malebat Modius. Male! — 443. *Quænam*, non *quonam*, scripti, R. 3. Parm. Med. Forte *quianam*, h. cur, præstiterit h. l. et II, 645; IV, 647 al. — 444. *furiæ*, h. furor, insania, non *Furiæ* cum Drak. scribendum videtur, ne de Furiis propr. sic dictis h. l. cogitetur. *Quæ vos dementia adegit* ap. Virg. Æn. IX, 601. conf. inf. II, 645; IV, 648; X, 117. — 446. *dimensæ litus arenæ* malebat N. Heins.

hinc doctius *neci*, vel *leto*, ut X, 137; XI, 142; XII, 468; XIII, 459; poetis dicitur pro *d. ad umbras*, vel *manes*, ut IV, 342; XV, 470, ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν Hom. Il. α, 3, h. εἰς ἄϊδα, vel Ἄϊδος, Ἄϊδου δῶμα, οἴκον ἴαψε, seu ἔπεμψε ut Il. φ, 48, h. ἰού-σιν. Conf. Intpp. ad Virg. Æn. II, 85, 398, IX, 527; XII, 884. — 441. *movere fora*, judices. — *orando* causas, agendo, dicendo. — *fingere*, ut πλάσσειν, propr. ex luto, vel cera aliquid formare; hinc id. qd. *formare*, docere, et h. l. flectere, movere *mentes*, ut ap. Cic. Brut. 38 et inpr. Legg. III, 40. Cf. Burm. ad Petron. 117, et, quos N. Heins. et Drak. laudarunt, Virg. Æn. VI, 80; Grat. 105; Stat. Silv. V, 3, 192, et Val. Fl. V, 534 ubi Burm. hærebat. Sic et *formare*, XI, 452, ubi Drak. contulit Hor. Od. I, 10, 3, ej. Sat. I, 4, 122, et Epist. II, 1, 128 al. Vid. Græv. ad Justin. XX, 4.

443. Imitat. Virg. Æn. IX, 601 sq. — 444. *non hæc Sidonia tecta*, etc., hæc urbs, quam obpugnas, non est Carthago, a femina, Didone, condita. Conf. sup. v. 24 sq. — 445. *pretio parata*, conf. I, 24. — 447. *Fundamenta Deum*, urbem, cujus fundam. Deus, Hercules, jecit. Vid ad v. 273. — *Romana fœdera* urbem fœderatam Romanorum.

451. *lentæ iræ mandaverat*, ut *longa morte necabat* ap. Virg. Æn.

Increpitansque suos inferri signa jubebat;
Perque ipsos cædis cumulos, stragemque jacentum
Monstrabat furibundus iter, cunctosque ciebat
Nomine, et in prædas stantem dabat inprobus urbem.
Sed postquam a trepidis adlatum, fervere partem
Diversam Marte infausto, Murroque secundos
Hunc Superos tribuisse diem, ruit ocius amens
Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus.
Letiferum nutant fulgentes vertice cristæ:

454. *cuneosque* emend. idem h. l. cf. ad IV, 144. Sed vid. not. — 455. *prædam* Tell. a m. pr. quod recepit Lefeb., qui verba nostra e Cic. Phil. IV, 9, c. 4, petita putat. Sed vulgata doctior. — 460. *Letiferum nutant* Col. probb. N. Heins. et Drak. coll. v. 501, 524; II, 399; IV, 353; XVII, 397. Stat. Th. VII, 528; XII, 410. Claud. Cons. Olyb. et Prob. 4, 119 (ubi vid. Heins.) et in Rufin. II, 355. Hom. Il. v, 115; ε, 481; π, 138. Vulgg. *Letiferumque micant*; sed sane satis erat, *fulgentes cristas* dixisse, monente N. Heins. *Letiferumque nutant* tacite et vitiose

VIII, 488. — 452. *Increpitans* vid. ad v. 181. — 453. *cædis*, occisorum, ut VI, 603; VII, 614. — 454, 455. *cunctos ciebat nomine*, nam quod Drak. jam monuit, magnum habet momentum ad animos militum duci conciliandos, eosque ad virtutem incitandos, si quisque se duci, qui pro meritis omnes, vel præmiis, vel pœnis adficere potest, notum videt et ab eo nominatim adpellatur. Conf. IX, 245 seq. Lucan. VII, 286 sq. Heyne et Cerda ad Virg. Æn. XI, 731; XII, 758. Heins. ad Claud. Cons. Hon. VI, 255, et Burm. ad Val. Fl. IV, 649. — 455. *stantem*, adhuc salvam, *urbem* militibus ad prædam proposuit. Conf. Liv. XXI, 11.

456. Similis locus est Virg, Æn. IX, 691 sq. — *adlatum*, nuncius adlatus, nunciatum, ut, XII, 338. — *a trepidis*, ab iis, qui formidinis pleni festinabant. — *fervere Marte*, ut ap. Virg. Æn. VIII, 676. — 457, 458. *secundos*, faventes. — 459. *ruit ocius amens Lymphato cursu*, oratio turget. Conf. VII, 357; VIII, 153; XII, 545; Virg. Æn. VII, 377. — *Lymphatus*, νυμφόληπτος, h. ὁ τῇ Νύμφῃ λαμβάνεται, qui ob Nympham et quodcumque aliud numen, sive conspectum, sive iratum, furore conripitur; hinc terrore aliquo divinitus injecto perturbatus, vel simpl. perterritus, et, ut h. l., insanus. Cf. Cuper. Obss. III, 12, et Burm. ad Val. Fl. III, 46. — 459. *ingentes actus*, res alia parte gestas et v. 426, 455 memoratas.

460. Δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν, Hom. Il. γ, 337 et al. — *Letiferum* conf. ad v. 398. — Vim comparationis, quam Silius sublegit Maroni, Æn. X, 270, 275, nonnulli in cursu, propensione, aut prolapsione, alii vero (quibus favet locus Virg. ubi vid. Heyne) in fulgore cristarum ac cometæ, et Drak. denique in eo positam putat, quod, quemadmodum cometæ adparitio

Crine ut flammifero terret fera regna cometes,
Sanguineum spargens ignem; vomit atra rubentes
Fax cælo radios, ac sæva luce coruscum
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.
Præcipiti dant tela viam, dant signa, virique;
Atque ambæ trepidant acies: jacit igneus hastæ
Dirum lumen apex, ac late fulgurat umbo.
Talis ubi Ægæo surgente ad sidera ponto
Per longum vasto Cori cum murmure fluctus

edidit Lefeb. *Letifero nutant surgentes* Parm. *Letiferæ* alii. — 463. *læva luce* suspicari possis, coll. Virg. Æn. X, 275. — 466. *Æque ambæ* R. 3, et Parm. Non male. — 468. *Talis*, non *Qualis*, scripsi. *Egeo* Dausq. Male! Est *Αἰγαῖον*, cui *αἶγες* h. *τὰ κύματα*, fluctus et procellæ nomen dederunt, monente D. Heins.

pestem, famem aliaque mala humano generi portendere atque inmittere credebatur, ita quoque terribilis adspectus Hannibalis cristarumque in capite ejus nutantium, quæ ipso moto impetum ejus iramque declarabant, letiferum Saguntinis terrorem incuteret. Confer VIII, 636; Virg. Ge. I, 488; Plin. II, 25; Sueton. Ner. c. 36, et Claud. 46; Tibull. II, 5, 71; Cic. de N. D. II, 5; Lucan. I, 526 sq. Tac. Ann. XIV, 22; XV, 47; Val. Fl. V, 370 sq. ubi vid. Burm. — *Crine*, vid. sup. ad v. 358. — *fera regna*, h. barbaros incultosque populos, physicæ rationis ignaros. — 462. *vomit*, emittit. — *atra*, tristis, perniciosa, terribilis, ut mox *sæva luce* et *dirum lumen*. — 463. *Fax* poetis dicitur ignis, inpr. cometæ et stellarum, v. c. Virg. Æn. II, 694; Val. Fl. l. c. Sen. Octav. 232. — 464. *extrema* sc. mala.

467. *apex*, eminentia, summa pars v. c. galeæ, λόφος, conus ap. Virg. Æn. X, 270; XII, 492, h. l. hastæ, h. cuspis, *αἰχμὴ, ἐπιδορατὶς, ἀκωκή*. — 468. Quemadmodum fluctus, *per longum*, in alto, procul a litore, ubi frangitur, vento tumescens (qui nautis *Hulle* vel *Surf*. dicitur), ingenti cum impetu sonituque in litus fertur; sic Hannibal magno armorum strepitu, procul audito, præceps in hostes ruit. Conf. Lichtenberg. V. Cl. *Magasin für d. physik* T. II, P. III, p. 38. Egregia comparatio, repetita inf. IV, 243 seqq. et VIII, 428, 429, quam tamen Silius non minus debet Virg. Ge. III, 236 seqq. coll. Æn. VII, 528 sq. XII, 365 sqq. hic autem Hom. Il. δ, 422 seqq. (ubi vid. Koppen) coll. ν, 795, 799. Possis etiam vim ejus in terrore militum et nautarum quærere; sed ornatus tum minus placet. — *Ægæum mare* cum dilecto positum, quoniam tam propter insulas, *Cycladas* inprimis, et interjecta vada, scopulos ac promontoria periculosissimum, quam ob aquilones, vehementer in eo spirantes, procellosissimum est. Conf. Heyne ad Virg. Æn. XII, 366. — 469. *Corus*, seu caurus, *ἀργέστης*, *Nordwest*, ventus vehementior. vid. Heyne ad

Digitized by Google

Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tremunt : sonat ille procul, flatuque tumescens
Curvatis pavidas transmittit Cycladas undis.
Non cuncta e muris unum incessentia tela,
Fumantesque ante ora faces, non saxa per artem
Tormentis excussa tenent : ut tegmina primum
Fulgentis galeæ conspexit, et arma cruento
Inter solem auro rutilantia, turbidus infit :
« En, qui res Libycas, inceptaque tanta retardet,
Romani Murrus belli mora! Fœdera, faxo,
Jam noscas, quid vana queant, et vester Iberus.

472. *Turbatis gravidas* emend. D. Heins. coll. XIII, 494. Male!

Virg. Ge. III, 278; Pliu. XVIII, 34. — 470. *Suspensum mare* id. qd. mox *unda curvata*, alias *sinuata*, h. tumida, in altum sublata, ut XV, 154, *κῦμα κυρτωθὲν* Hom. Od. λ, 243, vel *κυρτὸν* Il. δ, 426, et ν, 799. Conf. VV. DD. ad Virg. Ge. IV, 361, et Æn. III, 564; Burm. ad Val. Fl. I, 615, et Drak. ad h. l. ubi laudat Noun. Dion. VI, 127 (*Βορείοθεν ἀγκύλον ὕδωρ*); Ovid. Met. XI, 505; XV, 508; Stat. Th. V, 384; XI, 437, et Avieu. Descr. Orb. v. 296. — 471. *sonat ille procul*, sæpe si plura milliara abest. — *flatuque tumescens*, nonnunquam ad altitudinem xx pedum. — 472. *pavidas*, quarum incolæ pavidi sunt ob æstum maris. — *transmittit*, transit, ut IV, 345; VIII, 551 al. Conf. Virg. Æn. IV, 154.

475. *tenent*, retinent. — *tegmina galeæ*, propr. capitis, ipsa Murri galea. — 476. *cruento*, cruore adsperso, vel rubro, ut ap. Virg. Ge. I, 306. — 377. *turbidus infit*, verba Maroniana Æn. XII, 10. — *turbidus*, *ταραχθεὶς*, seu *τεταραγμένος*, turbatus, commotus, ira furens. Conf. Heyne ad Virg. Æn. IX, 57; X, 648, 763; XI, 742, et inf. II, 529.

478. Amara irrisio Murri et fœderis, a Romanis cum Hasdrubale renovati, quo libertas Saguntinorum pacta, et *Iberus* finis utriusque imperii constitutus. Vid. Duker. ad Flor. II, 6, et sup. ad v. 294. — 479. *belli mora* (quæ verba vs. præc. explicantur) ut ap. Virg. Æn. X, 428, ubi vid. Heyne. *Mora*, is qui moratur, ut *principium* princeps, vel is, unde quid principium ducit; *spes* is, qui sperat; *palma* is, de quo victoria restat reportanda; *imperium* imperator, quæ comparavit Drak. ad VIII, 33; XV, 749; XVI, 504, 507. Conf. Intpp. ad Val. Fl. I, 23. — 480. *quid queant*, quantum apud me valeant, quam vim habeant. — *vester Iberus*, qui vobis favet, quoniam nobis per pacta non licet, eum transire. Conf. ad. I, 118 et IV, 648; Barthius Adv. VII, 15, hæc notat : « Quomodo *vester*, qui ab iis contemnebatur? an *Iberum* dicit modo a Murro in pugna occi-

Fer tecum castamque fidem servataque jura :
Deceptos mihi linque Deos. » Cui talia Murrus :
« Exoptatus ades! mens olim prælia poscit,
Speque tui flagrat capitis : fer debita fraudum
Præmia, et Italiam tellure inquire sub ima.
Longum in Dardanios fines iter, atque nivalem
Pyrenen, Alpesque tibi mea dextera donat. »
Hæc inter cernens subeuntem comminus hostem,
Præruptumque loci fidum sibi, corripit ingens
Aggere convulso saxum, et nitentis in ora
Devolvit, pronoque silex ruit incitus ictu.

481. *Fert equum* scripti, unde *Fer tecum* ingeniose reposuit D. Heins. Cf. loca a N. Heins. et Drak. adscripta, Avieu. fab. XLII. Senec. Med. 270. Juven. Sat. III, 276. Quintil. Declam. III, p. 38. Vulgg. *Ferto equum*, et *Fer æquum* Parm. *cassamque*, h. inanem, nil profuturam Saguntinis, ut III, 17; X, 116, malebat N Heins. — 489. Vulgo post *loci* distinguunt; sed sensus verborum est : altitudinem loci sibi favere. *Per prærupta loci* et v. 491, *actu* conj. N. Heins.

sum, nt *vester* sit, quem ad urbem vestrum concidi posse speratis?» Sed vid. Gronov. Obss. IV, 18. — 481. *Castus*, purus a vitiis, sanctus, inviolabilis, ut ἁγνὸς pro ὅσιος, unde *fides casta*, quæ *sancta* dicitur, II, 479; *sacra*, XIII, 281, et *alma*, h. venerabilis, Cic. Off. III, 29. Hinc *castus* etiam est fidus, qui fidem servat, III, 1, et XVII, 131 ubi Drak. monet, *castum* obponi perfido, vel perjuro, v. c. apud Cic. pro Rosc. Com. c. 7. Conf. Ernesti Clav. Cic. et ad Tac. Germ. c. 40. — *Fer tecum*, tibi habe. — *servata jura*, religionem in pacis legibus servandis. Inpia verba, sed ab heroum et Hannibalis animo (vid. sup. v. 56, 58) non aliena. — 482. *Deceptos Deos*, per quos pejeravimus, ut VI, 693, unde mox *fraudum* pro perjurio. — 483. *olim*, jamdudum. — 384. *Spe tui capitis* h. te occidendi. —

485. Conf. Virg. Æneid. lib. X, v. 650, p. 164, T. IV, nost. edit. *Ed.*

486. Similis sarcasmus in Homero et Marone passim obvius. Conf. II, 325. — 487. *donat*, h. condonat, remittit, (*erspart*) laborem hos montes transeundi, et per eos in *fines Dardanios*, h. Italiæ contendendi. Vid. Ind. et cfr. II, 325; Gronov. Obss. III, 23; Jani ad Horat. Od. III, 3, 33; Heins. ad Ovid. A. A. III, 85; Burm. ad Val. Flacc. I, 473; quosque Drak. ad h. l. et ad XV, 603, citavit; Sen. OEd. 1001; Lucan. IV, 764; VI, 58; IX, 1091. Val. Flacc. II, 473; Stat. Th. VII, 557; Ovid. ex Ponto II, 7, 51; Liv. VIII, 35; Græv. ad Cic. Ep. ad Div. V, 4; Gronov. ad Sen. Med 1015, et Phœniss. 235, 456.

488. *subeuntem* ex loco inferiori. — 489. *fidum* v. ad IV, 24. — 490. *nitentis*, enitentis Hannibalis, conantis adscendere. — 491. *pronc*

Subsedit duro concussus fragmine muri.
Tum pudor adcendit mentem, nec conscia fallit
Virtus pressa loco; frendens luctatur, et ægro
Scandit in adversam per saxa vetantia nisu.
Sed postquam propior vicino lumine fulsit,
Et tota se mole tulit, velut incita clausum
Agmina Pœnorum cingant, et cuncta paventem
Castra premant, lato Murrus caligat in hoste.
Mille simul dextræ, densusque micare videtur
Ensis, et innumeræ nutare in casside cristæ.
Conclamant utrimque acies, ceu tota Saguntos
Igne micet: trahit instanti languentia leto
Membra pavens Murrus, supremaque vota capessit:

495. *vetantia* Col. quod coll. IX, 262. Claud. in Ruffin. II, 184 et Gronov. Diatr. Stat. c. 45, tuetur N. Heins. etsi *negantia* quoque scribi posse monet. Vulgg. *minantia*; alii *mutantia*, *micantia*, *nutantia*. *nisu*, non *nixu*, Col. Parm. Med., ut ubivis scribendum præcipiunt N. Heins. et Drak. — 496. *propior*, non *propius*, scripti R. 3. Parm. Med. — 499. *læto* corrig. Dausq. Male! — 501. *innumera* conj. N. Heins. — 503. *ingenti* pro *instanti* Tell. unde *urgenti* reposuit Lefeb. coll. Virg. Æn. II, ictu, ex loco superiore. — 492. *Subsedit*, ὑφιζάνει, delitui sub clipeo; vel potius decidit, delapsus est. Id non memorant historici.

493. Sunt fere verba Virg. Æn. V, 455, et XII, 666 seqq. — *conscia Virtus*, conscientia virtutis. — *fallit*, destituit eum. — 494. *pressa loco*, obpressa, victa iniquitate loci. — *ægro*, ob vulnus. — 495. *vetantia*, obstantia, adscensu difficilia.

496. Subita animi perturbatio ingensque terror, propiore hostis adcessu, Murro injectus omnia in Hannibale augent, ut fortior subito majorque adpareat, et Murrus caligat, ἀμβλυώττει, occæcatur, tantum repente oculis caliginem pavore obfusam sentit, ut universo Pœnorum exercitu cinctus sibi videatur. *Caligant* oculi *vicini luminis* fulgore. Conf. XIV, 89, et ad II, 299. — *lumine*, splendore armorum. Sed cf. Virg. Æn. I, 588. — 497. *tota se mole tulit*, ut ap. Virg. Æn. III, 655; V, 373 et inpr. VIII, 199 ad quæ loca vid. Heyne, et Burm. ad Val. Flacc. VI, 104. — 499. *hostis latus*, πλατύνωτος, εὐρύνωτος, cujus humeri sunt lati, ὦμοι εὐρέες, quales decent heroem, qui ἀνὴρ πελώριος ἠΰς τε μέγας τε esse solet. Vid. Ind. v. *latus* et *ingens*, Intpp. ad Virg. Æn. I, 589; VI, 413; Clark. ad Hom. Il. γ, 226 et Drak. ad h. l. Sed h. l. Sed h. l. Sed h. l. potest etiam *hostis latus* esse, qui Murro paventi geminatus quasi videbatur. Conf. Virg. Æn. IV, 470, ibique Heyne. Quod proprie ad insaniam spectat, poeta ad terrorem transtulit.

503. Conf. Virg. Æn. III, 140

Conditor Alcide, cujus vestigia sacra
Incolimus, terræ minitantem averte procellam,
Si tua non segni defenso mœnia dextra. »
  Dumque orat cæloque adtollit lumina supplex;
« Cerne, ait, an nostris longe Tirynthius ausis
Justius adfuerit : ni displicet æmula virtus,
Haud me dissimilem, Alcide, primoribus annis
Agnosces, invicte, tuis : fer numen amicum;
Et, Trojæ quondam primis memorate ruinis,
Dexter ades Phrygiæ delenti stirpis alumnos. »
Sic Pœnus, pressumque ira simul exigit ensem,
Qua capuli statuere moræ; teloque relato
Horrida labentis perfunditur arma cruore.
Ilicet ingenti casu turbata juventus

653. Non male, sed frustra. — 506. *sacra terra*, vel *terræ huic* suspic. N. Heins. — 507. *defendo* Col. — 515. *utero*, vel *humero*, pro *ira*, suspic. N. Heins., qui tamen vulgatam lect. quodammodo ferri posse fatetur, coll. IX, 382. — 516. *mora* Parm. *Qua c. stant ære moræ* conj. Lavineius, et *Qua capulus dat in ære moras* N. Heins. coll. Stat. Th. IX, 104 et 327. Lenior forte medicina. *Qua c. voluere moræ*, vel *Qua c. datur ob moras*. — 517. *labentis* se. Murri, scripti et priscæ edd.

— 505. *Conditor* Sagunti. Vid. sup. ad v. 273. — *vestigia*, locum, in quo ejus vestigia sunt. — *sacra*, divina, Dei. Cf. ad VII, 9. — 506. *terræ minitantem averte procellam*, ut ap. Virg. Æn. III, 620.

509. *ait* scil. Hannibal, per ludibrium ejusdem Herculis auxilium implorans, cui se comparare solebat. Vid. Liv. XXI, 41, inf. II, 356; IV, 4 al.

512. *fer numen*, h. auxilium, ut ap. Virg. Æn. I, 666 (conf. V. L. ad v. 93.), vel præsta te mihi propitium. — *amicum*, benignum, ut contra *male amicum* ap. Virg. Æn. II, 735. — 513. *Trojæ quondam primis memorate ruinis*. Res satis nota, vel ex Hom. Il. ε, 638 seqq. Ovid. Met. XI, 194 sq. et Apollod. II, 6, iv. Conf. sup. ad v. 43. — 514. *Dexter*, propitius, *ades*, fer opem mihi, populum Romanum Trojana stirpe oriundum *delenti*, evertere conanti. Conf. ad v. 14. — *pressum*, impressum, *exigit*, pro simpl. transadigit, sc. in Murri corpus. Conf. ad v. 307 et 383 — 516. *Qua*, quatenus, quousque, *moræ capuli*, (ut *m. loricæ*, et *clipei* ap. Virg. Æn. X, 485 et XII, 541.) — *statuere*, voluere, jussêre, permisere. Conf. Burm. ad Grat. 110. — *relato*, extracto ex vulnere.

518. Si quem splendor quidam orationis et audacior spiritus delectat, eum hic locus inprimis tenebit, quo singula instar miraculorum aucta verbis, inpr. Junonis

Procurrit : nota arma viri corpusque superbo
Victori spoliare negant : coit aucta vicissim
Hortando manus, et glomerata mole feruntur.
Hinc saxis galea, hinc clipeus sonat æreus bastis;
Incessunt sudibus, librataque pondera plumbi
Certatim jaciunt : decisæ vertice cristæ,
Dereptumque decus nutantum in cæde jubarum :
Jamque agitur largus per membra fluentia sudor,
Et stant loricæ squamis horrentia tela;
Nec requies, tegimenve datur mutare sub ictu.
Genua labant, fessique humeri gestamina laxant.
Tum creber, penitusque trahens suspiria, sicco
Fumat ab ore vapor, nisuque elisus anhelo

Vulgo *labenti*, probb. Barth. et Dausq. — 524. *decisæ vertice* Col. Parm. Med. prob. N. Heins. qui tamen et *decussæ*, vel *detersæ*, vel *præcisæ* scribi posse observat. *et dempsæ vertice* Put. *et densæ v.* Ox. et R. 3. Vulgg. *decisæ in v.* — 525. *Dereptumque*, pro *direptumque*, reposui cum Lefeb., qui id in veteribus quibusdam, quos vellem nominasset, reperiri testatur. *Deripere* est deorsum rapere, detrahere ac. auferre per vim; *diripere* vero in partes et loca diversa rapere, distrahere, discindere : cujus differentiæ N. Heins., quem h. l. vulgata lect. non obfendisse videtur, rationem habuit ad IX, 29; X, 319, 599; XI, 377; XII, 309. ad Virg. Æn. I, 211; X, 475; XI, 743, ad Ovid. Amor. I, 5, 13, 14, 12, et Mett. III, 52; VI, 566; XI, 29. — 527. *Extant* corrig. N. Heins. Sed τὸ *stant*, h. hærent in squamis, iis infixa, firmat Drak. es IV, 142. conf. ad II, 639.

adparentis machinatio, quæ in Hannibalis favorem facta est. Ern. — *ingenti casu*, gravi malo, vel morte ingentis, magni viri. — 520. *negant*, vetant, inpediunt. — 521. *feruntur*, φέρονται, inrunnt. — *mole*, multitudine.

522. Hæc adumbrata ex Marone, qui Turnum simili periculo exponit, Æn. IX, 806 sqq. ubi vid. Heyne. — 525. *cæde*, sanguine, ut φόνος. — *fluentia*, pro fluens. Cf. Virg. Æn. III, 626. — 527. *horrentia* vid. ad v. 422. — 528. *tegimen pectoris*, h. loricam, telis ubique transfixam. — *mutare* cum alia adhuc integra, non *datur*, conceditur. — 529. *gestamina*, θώρηκα, ὃν φορέεσκε. Conf. Virg. Æn. III, 286.

530. Non muliebriter suspirat et gemit Hannibal, quod putat Ern., sed immani labore, cui fortiter omnibusque animi viribus resistit, obpressus, suspiria, anhelitum gemitumque de alto pectore ducit, quod ab herois dignitate animique magnitudine non abhorret. Neque tamen diffiteor hanc displicere mibi orationis luxuriem, qua Silius exornavit verba Virg. Æn. IX, 812, 814. — *creber*, crebro. — 531. *ab ore sicco*, sitiente, ἀφ' αὐαλέων στομάτων ap. Callim. H. in Cer. v. 6. Conf. Virg. Æn. V, 199; IX, 812

Auditur gemitus, fractumque in casside murmur.
Mente adversa domat, gaudetque nitescere duris
Virtutem, et decoris pretio discrimina pensat.
Hic subitus scisso densa inter nubila cælo
Erupit quatiens terram fragor; et super ipsas
Bis Pater intonuit geminato fulmine pugnas.
Inde inter nubes ventorum turbine cœco
Ultrix injusti vibravit lancea belli,

533. *gaudetque* scripsi et R. 3. Parm. Med. *suadetque* primus edidit Marsus, qui exponit, suadetque sibi. Dausq. militibus, inquit, exemplo suo suadet, et facit, ut duris enitescere ament, quoniam efficacias res gestæ, quam verba suadent.

sq. — *nisu elisus anhelo*, vix et difficulter editus. — 532. *fractum in casside murmur*, sonus cassidis fractæ, vel potius sonitus non continuus, modo fortior, modo remissior. Conf. Heyne ad Virg. Ge. IV, 72, et Stat. Theb. X, 323. — 533. *domat*, superat, fortiter ferendo. — *gaudet*, animum recipit reputans etc. — 534. *decoris pretio discrimina pensat*, ex gloriæ magnitudine pericula æstimat; pericula laude, quæ inde redundare possit, ponderat, et cum ea confert, ut *adversa secundis*, et *nova maleficia veteribus pensare* dixit Liv. XXVII, 40; et XXXVII, 1. Huic mentis constantiæ et herois dignitati *gemitus* male convenire videtur. Sed cf. Hom. φ, 272 sqq. Val. Fl. V, 311 al.

535. Jupiter, fœderis rupti vindex, triste Pœnis dat augurium, et *lanceam*, (*tragulam* apud Liv. XXI, 7.) quasi de cælo missam, ita dirigit, ut Hannibal ea sauciétur. Egregium phantasma et commentum poetæ, quod ad nobilitandum vulnus Hannibali inflictum, magnumque hujus rei momentum declarandum, et hinc ad animos legentium excitandos multum valet. Conf Liv. l. c. — *scisso* vid. ad I, 135. Sic *findi* ap. Liv. XXI, 1, et in sacris quoque libris σχιζόμενοι οὐρανοὶ Marc. I, 10, οὐρανοὶ ἀνεῴχθησαν Matth. III, 26. Conf. Hard. ad Plin. lib. II, 26, et Heins. ad Ovid. Fast. III, 371. — *densa inter nubila*, triste augurium, ut lætum, cælo sereno. Cf. Virg. Æn. VII, 141. Αἴσιον δ' ἐπί οἱ Κρονίων Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν; Pind. Pyth. IV, 40 sqq. 343 sq. — 538. *turbine cæco* Conf. V, 401, et Virg. Æn. XII, 320. — *lancea vibravit* scil. se, h. vibrata est, passive, absolute et intransit. ut passim. vid. Ind. Sic et *advertere* sup. v. 288, ubi vid. V. L. *convertit*, IX, 645, ubi Drak. monet, similiter dici *vertit* Liv. II, 62; V, 18, 49. Claud. in Eutrop. I, 251: *præcipitavere* Liv. V, 18: *mutans* Tac. Ann. XII, 29: *effringet* inf. I, 647. Ita quoque μεταβάλλειν ap. Aristot. παρακινήσαντα ap. Aristoph. in Βατραχ. et κεύθει ap. Sophocl. in OEd. Tyr. quos laudavit D. Heins. ad h. l. ut ναίω, ναιετάω aliaque omittam. Conf. Duker. ad Liv. III, 6. Cortii Exc. VI, ad Sallust. b. Jug. c. 85; Ernesti clav. Cic. vid. *vibrare* et

Ac femine adverso librata cuspide sedit.
  Tarpeiæ rupes, Superisque habitabile saxum;
Et vos, virginea lucentes semper in ara,
Laomedonteæ Trojana altaria flammæ;
Heu! quantum vobis fallacis imagine teli
Promisere Dei? propius si pressa furenti
Hasta foret, clausæ starent mortalibus Alpes,
Nec, Trasymene, tuis nunc Allia cederet undis.
  Sed Juno, adspectans Pyrenes vertice celsæ
Nava rudimenta, et primos in Marte calores,
Ut videt impressum conjecta cuspide vulnus,

540. *femine*, non *femore*, Col. vid. Heins. ad Virg. Æ. X, 788, et, quos Drak. laudat, Gell. VII, 12. Plaut. Mil. II, 2, 48. Varr. R. R. III, 9. Plin. XXVIII, 2. Gron. ad Liv. XXX, 18. Broukh. ad Tibull. I, 9, 26 al. — 549. *Nava*, h. strenua (unde *navare*), fortia, Col. cf. ad v. 560, IV, 485; V, 412; VII, 350; XVII, 126. Heins. ad Ovid. ex P. I, 10, 12, et Trist. V, 3, 37. Vulgg. *Vana*, prob. Dausq., qui primos irritosque conatus Hannib. in Sagunto expugnanda intelligit. — 550, 551. Hos versus, vulgo omis-

convertere, Heins. et Heyne ad Virg. Æn. I, 104; II, 208; X, 857. VV. DD. ad Hor. Od. IV, 10, 5, et Burm. ad Petron. c. 47.

540. *sedit* hasta, vulnus, etc. vid. Ind. et Heins. ad Ovid. Met. lib. XV, vers. 162. Burman. ad Lucanum lib. I, vers. 31.

541. Vobis, o Romani, quanta nunc spes adfulgebat, evitandi clades, a Pœno olim adcipiendas? — 541. *Tarpeiæ rupes*, plur. pro sing. ut II, 33; VII, 56; VIII, 341; XI, 267. — *Superis*, a Jove, Junone et Minerva, *habitabile*, dignum quod habitetur, vel habitatum: *saxum* Tarpeium, scilicet mons Capitolinus. — 542. *ara virginea*, virginis, Vestæ. — 543. *flammæ Laomedonteæ*, Trojanæ, ignis et sacra Vestæ, quæ Æneas, capta Troja, secum in Italiam abduxisse credebatur. Cf. V, 82; XIII, 620, et Heyne Exc. IX, Virg. Æn. II. — En insignem tautologiam luxuriamque poetæ, qui *Laomedonteæ* et *Trojana*, *aram* et *altaria* jungit. — 544. *fallacis*, quod Saguntinorum spes fefellit, quia Pœnum non necavit. — 545. *propius*, altius; *pressa*, inpressa, infixa. — 546. *starent*, essent, seu forent. — *Alpes*, via per A., quam post Herculem primus hominum munivit.

547. Nec Trasymenus lacus nobilior clade Romanorum factus esset, quam *Allia*, parvus fl. de quo vid. Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æ. VII, 717. Clades Alliensis satis nota vel ex Liv. V, 37 sq.

548. In hunc locum omnino transferri possunt, quæ disputavit Heyne ad Virg. Æn. IX, 802; XII, 134, et inpr. in Exc. ad Æn. IX, 638, unde adparebit, Silium etiam vitia Maronis imitari. — 549. *calores*, ardorem bellandi, primos conatus juvenis ferventis animo.

Advolat, obscura circumdata nube, per auras,
Et validam duris evellit ab ossibus hastam.
Ille tegit clipeo fusum per membra cruorem,
Tardaque paulatim et dubio vestigia nisu
Alternata trahens, aversus ab aggere cedit.
Nox tandem optatis terras pontumque tenebris
Condidit, et pugnas erepta luce diremit.
At duræ invigilant mentes, molemque reponunt
Noctis opus: clausos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior ultima virtus.
Hinc puer, invalidique senes, hinc femina ferre

sos, e c. Coll. restituit Modius, qui recte monet, a Junone, quæ in vertice Pyrenes stare fingitur, hastam ex H. corpore non potuisse evelli. Præterea v. 552. *Et validam* in omnibus scriptis et edd. Med. Marsi et Martini Herbipol. legitur, unde nonnulla hic excidisse adparet. Hinc Nicander primus in Juntina *Invalidam hastam* dedit, quam nonnulli explicant valde validam, ut *incana menta* ap. Virg. Ge. III, 311., Dausq. autem, quæ, licet duris ossibus inpacta, tamen Pœnum non necare valuerit, ut *fallax telum* v. 544. *Evalidam* R. 3, et Parm. prob. Gesnero in Thes. philol. qui non satis validam exponit, ut *edurus*, *egelidus*, *exalbidus*. *Et calidam*, sanguine tepefactam, malebat Burm. — 555. *aversus*, Col. et Ox. cum plerisque editis. *adversus* Put. et priscæ edd. — 561. *puer* et mox *nava*, non *pueri* et *vana*, Col.

554. *vestigia*, pedem, *Alternata trahens*, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων, Hom. Il. Λ, 546. Conf. Virg. Æn. IX, 797, XII, 386 et Val. Fl. II, 93 ubi vid. Burm. — *nisu*, vi. Cf. Ind.

558. Saguntinos per noctem urbem, quantum potuerint, muniisse murosque refecisse, apte ad miserationem singulatim tradit poeta; Livius vero XXI, 8 et 11, per aliquot dies quietem Saguntinis ab certaminibus datam esse, quam sententiam Silius inf. v. 581, 583, expressit. Ern. — *mentes duræ* sunt, vel obduratæ, pertinaces, obfirmatæ, quæ flecti non poterant, et in fide erga Romanos obstinate manebant (ut ap. Val. Fl. IV, 175, ubi Burm.), vel induratæ ad bellum, laborem et quævis mala ferenda, ut III, 161; VIII, 516, 608, et ap. Virg. Ge. II, 170 et Æ. III, 94, V, 730; Liv. XXVII, 48 (*Ligures durum in armis genus*) Hor. Od. II, 12, 11; Ovid. Trist. V, 5, 51. Conf. inf. ad VI, 308. — *molem*, muros, et aggerem, ut v. 579. — *reponunt*, reficiunt, iterum exstruunt; nam *ponere* est condere. Vid. sup. ad v. 24, et Heins. ad Ovid. Fast. II, 63.

559. Vis desperationis exprimitur, ut X, 218 sq. et ap. Stat. Th. VII, 699. — *acuunt*, ad virtutem strenuamque urbis defensionem accendunt. Cf. ad v. 113. — 561. Verba Maroniana, Æn. XII, 131 seq. quem locum ex Hom. Il. Σ, 514, 515, adumbratum suspicor.

Certat opem in dubiis miserando nava labori,
Saxaque mananti subvectat vulnere miles.
Jam Patribus clarisque senum sua munia curæ :
Concurrunt, lectosque viros hortantur, et orant,
Defessis subeant rebus, revocentque salutem,
Et Latia extremis inplorent casibus arma.
« Ite citi, remis velisque inpellite puppim,
Saucia dum castris clausa est fera : tempore Martis

564. *carisque* Put. — 566, 568. Ita hunc locum e c. Col. restituit Modius. In Oxon. et Pot. non nisi verba *Defessis s. r., revocentque* leguntur. Quæ in vulgg. edd. adducuntur, *revocentque Sagunto Sidonias flammas, nunc ite, impellite puppim*, a manu Pomponii Læti esse, in Vatic. quodam cod. adnotatum vidit N. Heins. Sed. in edit. Pomponii vacuum relinqui locum, adeoque famam ejus inmerito ab Heins. lacessi monet Lefeb. — 569. *sacris* pro *castris* Parm. *clathris* conj. N. Heins., qui hac voce, qua lignum, seu ferrum innuitur, quo transverso cancellorum instar caveæ, januæ et fenestræ muniuntur sepiunturque, gr. κλεῖθρον, magnopere delectatur. vid. eum ad Claud. de laud. Stilic. III, 272. *tempore M. rapto* Col. et plerique editi. *rupto*, h. interrupto, propter vulnus H. et noctis tenebras (vid. Liv. XXI, 8) Ox. R. 3. Parm. Med. et al. *tempore Marti rapto*, h. quod veluti rapitur Marti, dum quiescit H., satis confidenter edidit Lefeb. male provocans ad verba Stat. Th. VII, 611, *præceps tempore Ty-*

Ceterum singula h. l. ad miserationem faciendam apta sunt — 562. *in dubiis* rebus, in ancipiti fortuna belli et ambiguo rerum exitu. — 564. *clari senum*, gr. pro *clari senes*, h. γέροντες ἀριστῆες, Hom. Il. β, 404.

565. Amplificavit brevem narrationem Liv. XXI, 6 et 7. Proprie homines sunt *defessi*, seu *fessi rebus adversis*, vel simpl. *fessi* (cf. Ind. et Virg. Æn. II, 285; Horat. Od. II, 4, 11) qui malis, longaque inprimis obpugnatione et diuturno bello premuntur, viribusque exhauriuntur, ut ap. Virg. Æn. I, 157, 178 ; II, 109. Deinde ipsæ calamitates poetis *res fessæ* dicuntur v. c. II, 492 ; X, 275, et Virg. Æn. III, 145. Nam *rebus* h. l. sexto casu positum putare, paulo durius videtur. — 566. *subeant defessis rebus*, auxilio, ut ap. Plin. II, 7. *Vespasianus fessis rebus subveniens.* — 567. *Latia arma*, auxilium Romanorum.

469. *fera* θηρὰς Hannibal dicitur, ut *Libycus leo*, VII, 401, ubi vid. not. Conf. v. 638. — *tempore rapto*, quod properanter præterit, vel simpliciter raptim, festinanter utendum, vel denique, quæ ratio ceteris præstat, commodum tempus adripiendum, occasio amplectenda est, ut contra *tempus amittere*. Cf. VII, 531, et Virg. Æn. XI, 459. *Rapere*, seu *corripere* et *carpere*, Græce ἁρπάζειν, viam, iter, fugam, gradum, gressus, urbem, castra, letum, dies, tempus, campum, pugnam, poetis est raptim facere, seu perficere, et adcelerare, vel celeriter occupare et in usum suum convertere. Vid. Ind.

Utendum est rapto, et grassandum ad clara periclis.
Ite citi, deflete fidem murosque ruentes,
Antiquaque domo meliora arcessite fata.
Mandati summa est : dum stat, remeate, Saguntos. »
Ast illi celerant, qua proxima litora, gressum,
Et fugiunt tumido per spumea cærula velo.
Pellebat somnos Tithoni roscida conjux,
Ac rutilus primis sonipes hinnitibus altos
Adflarat montes, roseasque movebat habenas.
Jam celsa e muris exstructa mole juventus
Clausam nocturnis ostentat turribus urbem.
Rerum omnes pendent actus, et milite mæsto
Laxata obsidio, ac pugnandi substitit ardor,
Inque ducem versæ tanto discrimine curæ.
  Interea Rutulis longinqua per æquora vectis
Herculei ponto cœpere exsistere colles,

deus utitur, quæ vulgatæ potius lectioni favent. — 572. *accersite*, quædam edd. vid ad v. 264. — 579. *et structa* Tel. — 583. *tanto d. c.*, non *tanto in d. c.*, libri veteres

et quæ loca adposuit Drak. Jos. Iscan. b. Troj. V, 358, *cum tempore rapto Imperiale tonans*, etc. (ubi v. Dresem.) et Lucan. X, 507, « Cæsar semper feliciter usus præcipiti cursu bellorum et tempore rapto. » Conf. Heins. et Burm. ad Val. Flacc. II, 252, et ad Ovid. Epist. XIX, 74; Gronov. ad Liv. VI, 23. — 570. *ad clara*, ἔνδοξα, claritatem nominis, ad gloriam, *grassandum*, omni studio contendendum est : ut *ire periclis ad decus*, IV, 36, at *ad gloriam virtutis via grassari* ap. Sallust. b. Jug. c. I. — 571. *deflete*, etc. tristem eorum sortem exponite. — 572. *Antiqua domo*, Roma, vel ex Latio, unde Rutuli Ardeates coloniam Saguntum deduxere. Vid. ad v. 291, *domus*, patria, ut II, 75, et X, 95, ubi Drak. laudat Cerdam ad Virg. Æ. VIII, 114.

577. *rutilus sonipes*, equi Auroræ, cui non minus ac soli noctique equi et currus tribuuntur. — 578. *Adflarat montes*, locutio Virg. Ge. I, 250, ubi vid. Heyne. — *roseas habenas*. Nota est Ἠὼς ῥοδοδάκτυλος, seu ῥοδόπηχυς (Hom. Il. α, 477. Theocrit. II, 148) h. pulchra, pulchritudine, more poetarum, per aliquam ejus partem, colorem roseum, expressa. Vid. ad VII, 448.

580. *nocturnis*, noctu exstructis. — 581. *Pendere*, ut *hærere*, intermitti, desinere, differri, v. c. ap. Virg. Æn. IV, 88. — *Rerum actus*, obsidio. Poeta ante oculos habuit Liv. XXI, 8, sed eamdem sententiam triplici modo expressit.

584. *Rutulis*, Saguntinis. Cf. ad v. 291 sq. — 585. Rupes et promont. cum portu et templo *Herculis Mo-*

Et nebulosa jugis adtollere saxa Monœci.
Thracius hos Boreas scopulos inmitia regna
Solus habet, semperque rigens nunc litora pulsat,
Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes;
Atque ubi se terris glaciali fundit ab Arcto,
Haud ulli contra fiducia surgere vento.
Vorticibus torquet rapidis mare, fractaque anhelant
Æquora, et injecto conduntur gurgite montes :
Jamque volans Rhenum Rhodanumque in nubila tollit.
Hunc postquam Boreæ dirum evasere furorem,

586. *Menœci* quidam vitiose. — 589. *plangit* Col., h. tundit, percutit, πλήσσει, κόπτει, quod proprium est alarum. conf. Heins. ad Ovid. Metam. V, 675. *tangit* Ox. et Put. cum priscis edd. Vulgg. *frangit*; non male, et majore cum vi, de conatu conf. Virg. Ge. II, 441.

nœci, Μονοίκου λιμὴν, in Liguria erat, prope mare mediterr., ubi nunc Monaco est, inter Nicæam (*Nizzam*) et Genuam vid. Strab. IV, p. 139, 140, et VV. DD. ad Virg. Æn. VI, 831. Plin. III, 5, et Lucan. I, 405 sqq. — 585. *exsistere*, emergere, in conspectum repente venire, et hinc eminere, conspici, ut *exstare*, *surgere*, *exsurgere*, *erigi*, et h. l. *adtollere* se, de montibus, etc. Conf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. II, 264. Drak. ad Liv. XXV, 21, et, a quo hos jam laudatos video, Ernesti clav. Cic. — *Nebulosus*, νεφώδης, altus.

587. Egregia aquilonis pictura, in cujus singulis partibus summum πάθος et exquisitiores imagines effulgent, quæ tamen in vss. 593, 594, nimis audaces videri possunt. — *Boreas* h. l. *Thracius*, ut VII, 570, *Odrysius*, X, 11, *Hæmonius*, (quæ vox tam ad Thraciam, quam ad Thessaliam spectat, quoniam Hæmus mons utramque dividit) et Virg. Æ. XII, 365, *Edonus* dicitur exemplo Græcorum, quibus *Thracia*, ἀνέμων οἰκητήριον, a septemtrione est. Cf. VV. DD. ad Hesiod. Ἔργα v. 507; Hom. Il. I, 5; Hor. Od. I, 25, 11; IV, 12, 11, Epod. XIII, 3. Burm. ad Val. I, 611; VI, 340, et inpr. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 114, et in Del. v. 26 et 65. — 588. *Solus regna habet*, non solus ibi flat, sed regnat, h. quam maxime sævit. cf. Lucan. I, 406 sqq. — 589. *Alas*, velocitatis exprimendæ causa, ventis, ut VIII, 478 fulmini, a poetis adsignari, nota res est. — 591. Nullus ventorum audet, cum eo pugnare. Conf. VII, 556 sq.

592. *anhelant* exquisite pro sonant. Conf. ad III, 471. — *fracta æquora*, ad scopulos adlisa et repercussa. — 594. *Rhenum Rhodanumque*, fluctus in iis. Nomina fluviorum ad ornatum spectant. — 595. Disserunt inter se de discrimine urbis et eventu belli; quæ apte inventa est oratio hominum patriam urbem desperatam et ob-

Digitized by Google

Alternos mæsti casus bellique marisque,
Et dubium rerum eventum sermone volutant.
« O patria! o Fidei domus inclyta, quo tua nunc sunt
Fata loco? sacræne manent in collibus arces?
An cinis, heu Superi! tanto de nomine restât?
Ferte leves auras, flatusque ciete secundos,
Si nondum insultat templorum Pœnicus ignis
Culminibus, Latiæque valent subcurrere classes. »
Talibus inlacrimant noctemque diemque querelis,
Donec Laurentes puppis defertur ad oras,
Qua pater, adceptis Anienis ditior undis,
In pontum flavo descendit gurgite Thybris.
Hinc consanguineæ subeunt jam mœnia Romæ.
Concilium vocat augustum, castaque beatos

602. *Pœnicus* Col., antiqua forma, ut ap. Gruter. in fastis triumphal. p. 297. col. 2. Sic et *mœnera*, *mœrus*, etc. vid. quos Drak. laudat. Gifan. Ind. Lucret. vid. *pœniceus* et *mœrus*, Lambin. ad Lucret. I, 30. Heins. ad Ovid. Am. III, 7, 29, et Met. XII, 104. Add. Heins. et Heyne ad Virg. Æ. X, 24, 144; XI, 382. *penitus* Ox. proxime verum. Vulgo *protinus* prob. Dausq. qui explicat continue, jugiter, ut ap. Virg. Æn. III, 416. — 607. Alii *Tybris* et *Tibris*. conf. Virg. Æn. VIII, 330 sqq.

sidione pressam relinquentium; Ern. — 596. *Alternos*, alterne, ἀμοιβαίως. — 597. Verba Virg. Æn. VI, 157 — 598. *Fides* a Saguntinis præ reliquis diis culta. Nam, ut Livii verbis utar, fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt; et Florus II, 6, eorum urbem fidei erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum adpellat. Conf. ad II, 479. — *quo sunt Fata loco*, ut ap. Virg. Æn. II, 322; IX, 723. — 599. *arces* vid. ad v. 7. — *sacræ* conf. ad v. 505.

601. Conf. Virg. Æn. III, 529, ibique Heyne. — 605. *Laurentes*, Italiæ, vel Laurenti, urbis Latii, haud procul ab Ostia, ubi Tiberis in mare Inferum, seu Tyrrhenum influit. Vid. ad v. 110.

606. *patres*, quod prisco sermone honoris, reverentiæ, amoris religionisque vocabulum fuit, dicuntur Dii, reges et fluvii majores. Cf V. L. ad III, 126, et VV. DD. ad Virg. Æn. I, 155. Val. Fl. I, 11, et Petron. c. 41. — *Anio*, seu *Anien*, hod. *Teverone*, *ditior* n. V. Burm. ad Val. Fl. IV, 720. — 607. *flavo* v. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 447, et Jani od Hor. Od. I, 2, 13. — 608. *consanguineæ*, ob communem originem. Cf. v. 655 et 671.

609. Præclara priscæ Romanorum simplicitatis, frugalitatis virtutisque descriptio, cui comparentur suavissima loca Hor. Od. I, 12, 33 seqq. II, 5, 10, 20. Juven. XIV, 160 seq. Ovid. Fast I, 197 sq. et Propert. IV, 1, quibus locis vetus simplicitas potissimum

Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, et æquantem Superos virtute Senatum.
Facta animosa viros, et recti sacra cupido
Adtollunt, hirtæque togæ, neglectaque mensa,
Dexteraque a curvis capulo non segnis aratris;

613. *hirtæque togæ* (vestitus incomtus) e Col. recepi cum Modio et Lefeb. qui bene laudant Tac. Dial. de Orat. c. 26, pr., inpr. Lucan. II, 386 ubi Cato dicitur *Hirtam membra super romani more Quiritis Induxisse togam*, et Propert., IV, 1, 11. *Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu, Pellitos* (pellibus vestitos) *habuit rustica corda patres*. Add. Theogn. Sent. v. 55. Prudent. Psychom. 226, et Ernesti clav. Cic. vid. *pellitus*. Nec tamen spernenda est vulgata lectio, *hirtæque comæ*. Priscis enim temporibus Romani crinem et barbam alere solebant, nec seriori ævo deerant, qui hunc morem servarent, et tam intonsi quam barbati essent, v. c. Regulus, VI, 426 seq. Pompeius M. XIII, 861 seq. et ap. Lucan. VIII, 679 sq. Cato ap. Horat. Od. II, 15, 11, Lucan. II, 372 seq. Curius ap. Horat. Od. I, 12, 41. Hinc *imagines hirsutas*, h. vetustas, dixit Martial. IX, 48, 2. cf. Ovid. Fast. II, 30; VI, 264, et Intpp. ad Tibull. II, 1, 34, et Plin. VII, 59. — 614. *ad curvi capulos non segnos* delectat eo, quod cum magnificentia elegantiaque serioris ævi comparatur. — Admodum languere hunc locum censet vir doctus in N. *Allgem. deutsch. Bibl.* T. VIII, P. II, p. 418. Suffecisset sane simpl. memorasse, senatum a consulibus coactum esse. Sed quis ita poetam quasi in ordinem coget, et quis obfendetur imagine, in quam ille facile incidere poterat, quæque lectores tam jucundis adficit sensibus? — *casta beatos Paupertate Patres* cf. VI, 633, et Virg. Æn. VIII, 105. — *beatos*, felices, vel etiam divites et contentos re modica, non lauta, ut *μάκαρες* ap. Hesiod. Ἔργ. 549, vel *μακάρισι* et *εὐδαίμονες*. Conf. mox v. 615. Cuper. Obss. III, 1; Heins. ad Ovid. Amor. I, 15, 34, et, quos Drak. citavit, Varr. L. L. V, p. 24 et Claud. Cons. Olyb. et Prob. v. 46. — *casta*, integra et pura a scelere, paucis juste paratis contenta, nec divitiis per malas artes inhians. — 610. *Paupertas* h. loco, non inopia est, sed fortuna mediocris, quæ nec lauta, nec tenuis et despecta est, vita simplex sine quæstus opumque cupiditate, Sen. Ep. 87 « Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. » Conf. Jani ad Hor. Od. I, 1, 18, et, quos Drak. laudat, Lucan. X, 151; Hor. Serm. VI, 71; Val. Max. IV, 8, 2. (*Fabius paupertatem inopia mutavit*) et Broukh. ad Tibull. I, 1, 3, et 5. — *nomina parta triumphis*, viros triumphis claros, abstr. pro concr. vid. App. Capitolinos, Torquatos, Corvinos, Coriolanos, Fidenatas, Messalas, qui tum temporis cognominibus inclaruerant, indicari observant Dausq. et Drak.

613. *Adtollunt*, claros et venerabiles reddunt. — *hirtæ togæ*, v. V. L. — *neglecta mensa*, frugalis, qualis M. Curii Dentati, Q. Ælii Tuberonis et aliorum fuit, de quibus vid. Juven XI, 78 seqq. Val. Max. IV, 3, et Aurel. Vict. de vir. ill. c. 33. — 614. *Dextera* per aratrum non segnis, inutilis facta ca-

Digitized by Google

Exiguo faciles, et opum non indiga corda,
Ad parvos curru remeabant sæpe penates.
In foribus sacris, primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque rapta

nis aratri, vel *a curvi capulo non segnis aratri*, conj. N. Heins. Idem v. 618 *Captivæ exuviæ* scribendum putabat, ne *currus* bis repeteretur. Sed quot poetarum loca sollicitanda essent, si ad hanc normam ea exigere liceret! v. a Drak. laudatus Barth. ad Stat. Th. X, 449.

pulo, ad gladii usum, ad bellum. Conf. loc. sim. VIII, 398, et Claud. in Eutrop. II, 395. — Exemplo sunt C. Atilius Serranus et L. Quinctius Cincinnatus, de quibus vid. Virg. Æn. VI, 845; Liv. III, 26; Plin. XVIII, 3 seu 4. Alios laudat Sen. Ep. 86, et Flor, I, 11.

615. *Exiguo faciles*, qui tenuem victum, facilem paratu, parabilem habent, qui facile inveniunt pauca, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, ut fere *priscis introitu facilis*, V, 52, et *victu facilem* ap. Virg. Æn. I, 445, ubi vid. Heyne in Var. Lect. et in Exc. XIV, Possint etiam *faciles* esse contenti: nam *facilis* dicitur argilla, seu cera, quæ fingi et tractari potest; (v. e. Tibull. I, 1, 40, ubi vid. Heyne) unde ad hominem transfertur, qui facile flectitur, qui εὐκίνητος est, commodus, comis, humanus, et hinc contentus, αὐτάρκης, ut *difficilis* est inexorabilis, durus, pertinax, morosus; ἀργαλέος, δύσκολος, δυσχερής, χαλεπός. Sic fere εὐκόλως ταῖς διαίταις ap. Plut. et *contentus vivere parvo* ap. Tibull. I, 1, 25. Nisi malis accipere, ut *facilis soli* XV, 718; *periculis*, XII, 464; *morti* ap. Lucan. IV, 506; *injuriæ* ap. Quintil. Decl. I, 16, et *inanibus* ap. Tac. Ann. II, 27, ut innuantur ad fortunam mediocrem, cui adsueti sunt, perferendam idonei. — *Exiguum et parvum* dicitur res modica, fortuna mediocris, v. e. Virg. Ge. II, 472 (*exiguo adsueta juventus*) et Æn. VI, 844; IX, 607. Tibull. l. c. et Horat. Od. II, 16, XIII. — 616. *parvos penates*, humiles ædiculas, casas, in quibus et parva Penatium signa: Cf. VII, 173; Heins. ad Ovid. Metam. VIII, 637; Bentl. ad Hor. Ep. I, 7, 58, et VV. DD. ad Virg. Æn. VIII, 543. — *curru* sc. triumphali, sententia Marsi, Cell. et N. Heins. vid. ad III, 614; Drak. convenientius esse videtur, currus intelligere, quibus senatores, rure evocati, in curiam venerint, et inde domum redierint, unde sellæ curules ortæ. Sed poeta expressit Liv. III, 68; « præda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriæque simul publicæ, simul privatæ, triumphantes domum ad Penates redibatis. » Præclare autem *parvos penates* obposuit *currui*.

617. In templis olim senatus haberi, legatique excipi solebant. Cf. Intpp. Virg. Æn. I, 505 sq. et VII, 192 seq. inf. VI, 454; XI, 72; Cic. Cat. I, 13; II, 6; III, 9. Legatis plerumque extra urbem, in æde Martis, seu Bellonæ, seu Apollinis senatus dabatur. — *templum* etiam dicitur omnis locus inaugu-

Pugnantum ducibus, sævæque in Marte secures,
Perfossi clipei, et servantia tela cruorem,
Claustraque portarum pendent: hic Punica bella,
Ægates cernas, fusaque per æquora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra:
Hic galeæ Senonum, pensatique inprobus auri
Arbiter ensis inest, Gallisque ex arce fugatis
Arma revertentis pompa gestata Camilli:
Hic spolia Æacidæ, hic Epirotica signa,
Et Ligurum horrentes coni, parmæque relatæ

621. *vela* pro *bella* malebat N. Heins., h. vexilla navalia, quibus non minus, se rostris, inter tropæa erat locus. — 628. *horrentes coni* Col., h.

ratus et sanctus, et proprie is, quem augures certo ritu capiunt: hinc tribunal, rostra et curia. Cf. Liv. I, 30; XXXVII, 52, 53; XLI, 15, et Ernesti clav. Cicer. voc. *templum*. Ceterum Silius h. l. ante oculos habuit Virg. Æn. VII, 170 sq. inpr. v. 183, 186, ubi vid. Cerda et Heyne. Conf. etiam Perizon. Anim. hist. c. 7.

621. *Punica bella, Ægates*, spolia ex b. Punico I, pugna ad Ægates insulas finito; Cell. *Ægates Punica bella* Drak. putabat esse *prælium* cum Pœnis ad Ægates commissum, cujus pictura in foribus templi dedicata fuerit. Sic *bellum* et Gr. πόλεμος passim occurrunt. Vid. Ill. Harles. ad Ovid. Trist. V, 10, 26. Cort. ad Sallust. b. Cat. c. 9, et Casaub. ad Polyb. p. 147, ed. Gronov. Sed *bella* etiam pro *bellum*, et hoc proprie adcipi potest, more poetarum, qui generali notione præmissa, specialem, quæ illam explicet, adjiciunt. — Verba *Punica bella* et *Ægates* non de pictura intellexerim, sed de tropæis et rostris navium, quorum adspectus victoriæ illius memoriam instauraverit; Ern. Recte opinor. 623. — *Exactam ponto Libyen*, Pœnos in mari profligatos, et omnibus insulis, quotquot inter Italiam et Siciliam sunt, excedere jussos. Conf. Polyb. I, 62 et 63, 624, 626. Historia notissima vel ex Liv. V, 34, 49, et Flor. I, 13; cf. IV, 150 sq.

624. *pensati inprobus Arbiter*, iniquo ponderi explendo adjectus. Conf. Liv. V, 48 ext. — 626. *pompa*, triumpho. Vid. Liv. V, 49. — 627. — Hic versus ad *Pyrrhum*, Epiri regem, a Pyrrho, seu Neoptolemo, Achillis filio, *Æaci* pronepote, et regni Epirotici conditore, genus paternum, ab Hercule maternum ducentem, (unde *Æacides*, dicitur Cic. de Div. II, 56; Off. I, 13. Ep. ad Div. IX, 25.) referendus videtur. Sed *Æacides* etiam esse possit *Perses*, seu *Perseus*, ultimus Macedoniæ rex, a L. Æmilio Paulo, qui LXX urbes Epiri una die solo æquavit, in triumpho ductus, et ab eodem Achille, Æaci nepote, oriundus. Conf. ad XV, 291 seq. Prop. IV, 11, 39 et inpr. Heyne ad Virg. Æn. VI, 840.

628. *Liguria* (nunc Genua et

Hispana de gente rudes, Alpinaque gæsa.
Sed postquam clades patefecit et horrida bella
Orantum squalor, præsens adstare Sagunti
Ante oculos visa est extrema precantis imago.

galeæ, ut *cristæ capitum* apud Virg. Æn. VII, 185. et *galeæ Senonum* sup. v. 624. *horrentes tonsæ*, h. remi, Oxon. prob. N. Heins. ad h. l. et ad Claud. Cons. Honor. VI, 48, cui Drak. obponit, Romanos nunquam captarum navium remos in templis suspendisse, neque in toto bello Ligustico vel semel pugnam navalem commisisse. Vulgata lectio *horrentesque comæ* ab h. l., ubi de spoliis et tropæis agitur, abhorret, nec juvatur Dausq. distinctione, *hic E. signa, Et Ligurum*,

Lucca) varia cum Romanis bella, quæ Livius pluribus locis et Noris. Cenot. Pis. Diss. I, 1, copiose descripserunt, gessit, ut et *Hispania*; sed neutra ante b. Punici II tempora: unde Silius tempora turbasse, et forte Ligures cum Gallis Insubribus confudisse censendus est, æque ac Florus II, 3; cujus historia de rebus bellisque adversus Ligures non multo post belli Punici I finem gestis impeditissima est, et ad seriora tempora spectare videtur, quibus Fulvium, Bæbium et Postumium, qui Floro, Livio aliisque testibus Ligures vicere, Consules fuisse constat. — *parmæ rudes*, informes, vel nulla pictura et cælatura ornatæ, ut *p. alba* et *pura*, ap. Virg. Æn. IX, 548, et XI, 711, ad quæ loca vid. Heyne. An sunt scuta, ex coriis tantum, sine ferro, confecta, ut minoris essent ponderis, qualibus Numidæ utebantur? Vid. Sallust. b. Jug. c. 94 pr. et Suid. πάρμαι, δερμάτινοι θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις. Utrumque infra ad III, 234, jam laudavit Dausq. qui h. l. verba Strab. III, p. 106 (ubi ἀσπίδιον Lusitanorum, quod sine fibulis, aut ansis erat, describitur) adposuit et hæc notavit: « Ubi Romani hactenus Hispanos debellarunt? Suspicio est, Hispanos fuisse in auxiliis Pœnorum b. Punico I, devictosque in Sicilia. Sed quomodo *rudes parmæ*? Suspicio est fuisse tectas corio ἀδιφθέρῳ: nisi iis carere subsidiis est, parmam esse rudem, et crudito expertove bellatori sat commodam, quo inclino. »

629. *Alpina gæsa* sumsit ex Virg. Æn. VIII, 661, 662, ubi v. Intpp. *Alpina* Cell. putabat esse, ex arboribus Alpinis, ut durioribus, confecta; Dausq. erepta Senonibus in obsidione Capitolii, aut Celtis, quos b. Punico I, in Pœnorum castris stipendia fecisse, Appianus in Libycis tradit; Drak. erepta Gallis Insubribus, Alpium adcolis, et a Romanis tempore inter b. Punicum I, et II, devictis. Vid. Flor. II, 3 et 4. — *gæsa* etiam Afris tribuuntur ap. Liv. XXVI, 6, et inf. II, 444 (ubi Drak. notat, his locis vulgatam lect. Polluc. VII, 156, vindicari posse) sed plerumque Gallis, vel Hispanis. V. Barth. ad Stat. Tb. IV, 64.

631. *Orantum squalor*, h. legati squalentes, seu squalidi. Squalorem et sordes tam reorum, quam lugentium et supplicantium, ad miserationem movendam pertinere, vel tironibus nota res est. Cf. v. 673, 674. — 632. *extrema*, hu-

Tum senior mæsto Sicoris sic incipit ore :
« Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur
Marte satam populi ferro parere subacti,
Ne crede emensos levia ob discrimina pontum.
Vidimus obsessam patriam, murosque trementes :
Et, quem insana freta, aut cœtus genuere ferarum,
Vidimus Hannibalem : procul his a mœnibus, oro,
Arcete, o Superi, nostroque in Marte tenete
Fatiferæ juvenem dextræ : qua mole sonantes
Exigit ille trabes? et quantus crescit in armis?
Trans juga Pyrenes, medium indignatus Hiberum,
Excivit Calpen, et mersos Syrtis arenis
Molitur populos, majoraque mœnia quærit.

(signa) *horrentesque comæ*. — 635. *subacti*, non *coacti*, Col. Put. Parm. Med. quod Drak. firmat ex XIII, 709; XVII, 576. Virg. Æn. III, 257; VII, 214, al. conf. Heins. ad Virg. Ge. IV, 85, ad Claud. in Rufin. II, 314, et Ovid. Met. VI, 497. — 636. *emensum* Ox. Put. Parm. Med. passivo sensu, ut III, 648. Virg. Æ. II, 181. Appul. Met. VI, pr. Ita Drak. conf. Heins. ad Ovid. Met. XV, 226. Lefeb. id recepit, nec male, quoniam doctius est. — 642. *Exigit*, h. jacit, emittit, Ox. Parm. et Med., quod multis exemplis illustrant N. Heins. et Drak. conf. not. ad v. 307. *Erigit* Put. *Exycit* Col. Vulgg. *Conjicit*, ex glossa. *in arma* suspicari quis possit, ut *quantus In clypeum adsurgat* ap. Virg. Æn. XI, 284 ubi v. Heyne.

millimis verbis, vel opem in extremis suis rebus.

634. Oratio gravissima, et ad vim malorum declarandam mentesque miseratione permovendas aptissima. — *fide sacrata*, sacra et inviolata; vel templo Fidei publice sacrato. — 638. Similiter Dido de Ænea ap. Virg. Æn. IV, 366 sq. Cf. sup. v. 569. — *insana* vid. ad v. 101 et 252.

640. Verba generosa, et ad benevolentiam adliciendam idonea! — *tenete*, h. detinete, ut XI, 450, ubi plura exempla congessit Drak. — 641. *Fatiferæ*, ut II, 116, et *fatalis* II, 400, θανατηφόρου. Conveniunt fere verba Virg. Æn. XI, 283, 284. — *mole*, vi; vel quam magnas. — 642. *quantus crescit* ut XII, 719. — *crescit in armis*, semper majora audet, Schmid. Sed poeta ad ea, quæ sup. v. 496 sqq. dixerat, respexit, vel sensus est : quanto major videtur in armis, si arma cepit, seu in bello. Cf. V. L.

643. Ferocissimas gentes sibi conciliavit : quod sortem nostram adgravat. — Iberum superavit, et extra terminos egressus est, *indignatus*, fluvium esse *medium* inter Pœnorum et Rom. imperium, et utriusque finem. Conf. ad v. 294. — *Excivit* in bellum adversus Romanos *Calpen*, Hispanos, fretum Herculeum adcolentes. — *mersos*, obrutos, fortius quam habitantes. — 645. *Molitur*, parat, movet, ex-

Spumeus hic, medio qui surgit ab æquore, fluctus,
Si prohibere piget, vestras effringet in urbes.
An tanti pretium motus, ruptique per enses
Fœderis, hoc juveni, jurata in bella ruenti,
Creditis, ut statuat superatæ jura Sagunto?
Ocius ite, viri, et nascentem exstinguite flammam,
Ne seræ redeant post aucta pericula curæ.
Quamquam o! si nullus terror, non obruta jam nunc
Semina fumarent belli: vestræne Sagunto
Spernendum consanguineam protendere dextram?
Omnis Hiber, omnis rapidis fera Gallia turmis,
Omnis ab æstifero sitiens Libys inminet axe.
Per vos culta diu Rutulæ primordia gentis,

647. *nostras* Ox. *vestra se franget in urbe* emend. et recepit Lefeb. forma loquendi vulgari, quam Ciceronianam vocat, poeticæ substituta. *vestras se franget in urbes* malebat Barth. Adv. VII, 15. *vestras se inpinget in u.* N. Heins. — 650. *superatæ* Col. Vulgo *superata*, quod fraudi fuit Cellar., hanc ex verbis, *ut jura statuat*, sententiam exsculpenti: ut quæ dudum rupit fœdera, deleta Sagunto, vobis custodiat sanctius et finem ponat potentiæ? — 656. Ita veteres scripti editique, prob. N. Heins., quoniam Ἴβηρ posteriorem producit: præterea h. l. est cæsura. Plures, versui metuentes, ordinem verborum mutarunt: *Omnis H. rapidis, omnis f. G. t.* — 658. *Per vos culta*, non *Vos per culta*, scripti editique au-

citat ad bellum. Nam *moliri* de omni motu, opere, aut conatu usurpatur. Vid. Ind. et ad VII, 264. — *majora*, quam Saguntina, *mœnia quærit*, ad spem Romæ expugnandæ adspirat, et hujus rei occasionem quærit.

646. Conf. Senec. Med. v. 393 sq. — *medio qui surgit ab æquore*, qualem poeta descripsit sup. v. 468 sq. — 647. *effringet* vid. ad v. 539. Æstuantis instar fluctus in Italiam inruet, nisi mature cœptis ejus obviam iveritis. — 649. *jurata bella* conf. sup. v. 118. — 650. *statuat jura*, leges det.

652. Ne sero et frustra ad propulsandum periculum adnitamini, si nimis creverit. — 653. Quod si vobis quoque nihil metuendum esset, et si belli, vobis imminentis, flamma non jam erumpere quasi e cineribus inciperet: nonne fœderis religio originisque similitudo vos ad opem nobis ferendam incitare debet? — *Quamquam o!* ut ap. Virg. Æn. V, 195, et XI, 415.

656. Tota nunc Hispania, Gallia et Africa vestro imperio exitioque imminet. — 657. *sitiens*, commune epitheton populorum *æstifero axi*, h. calidiori cælo subjectorum: v. c. ap. Virg. Ecl. I, 65; et Ge. IV, 425.

658. *vos* scil. oramus (quod in hac precum formula sæpius omitti, docent exempla, in V. L. laudata) per sacra communia, quæ diu coluistis, et nos Saguntum ex Italia

Laurentemque Larem, et genetricis pignora Trojæ,
Conservate pios, qui permutare coacti
Acrisioneis Tirynthia culmina muris.
Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni

liquiores, quod coocinnius est et in obtestationibus usitatum. cf. V, 82; XII, 79, 80. Virg. Æn. IV, 314; V, 597. Lucan. X, 370. Plant. Rud. III, 2, 13, et Bacchid. IV, 8, 64. Tibull. I, 5, 7, III, 1, 15; Ovid. Met. X, 29, et Epist. X, 73. Senec. Herc. fur. 1183 in Medea 285 et Agam. 929. Val. Fl. VIII, 266. Stat. Th. VI, 170. Liv. XXIII, 9. Curt. V, 8. Appul. Met. IV, p. 156. Præter hæc exempla, a N. Heios. ad h. l. et Drak. ad V, 82, congesta, vid. alia op. Scalig. Catal. p. 71. Groonv. ad Liv. XXIX, 18, et Intpp. ad Virg. Æn. X, 369 et 903. — 662. *Zanclen*, oon *tandem*. Col. *Vos etiam tandem Siculos* emeod. Scaliger ad oram libri nobiscum deduximus. Conf. mox v. 666 sqq. — *primordia*, communem originem, a Rutulis ductam. — *culta diu*, quæ diu vobis quasi saera fuit et venerabilis. An *primordia* sunt sacra arcana et antiqua, ut *initia* et μυστήρια? Cf. Tac. German. e. 39. — *Rutulæ gentis*, ef. sup. v. 291 sq. Dausq. nota est hæc: « *culta* se. ab Ardeatibus, Saguntinorum patribus, qui templo Veneris, quod erat Latio eommune, præfuerunt, teste Strab. V, p. 160. » — *Primordia gentis Rutulæ* de primis conditoribus, Ænea inprimis, unde et Rutuli, Ardeates, et ipsi Saguntini eoloni; Ern. Sed quomodo Rutuli ab Ænea oriundi?

659. Hæe ad Penates et Palladium, quæ Æneas Troja abstulisse eredebatur, speetare videntur; nisi *pignora Trojæ* æternum forte ignem Vestæ innuunt. Cf. Heyne Exe. IX ad Virg. Æn. II. — *Laurentemque*, Italum, *larem*, ut *Pergameum larem* dixit Virg. Æ. V, 744, ubi vid. Heyne. Cf. sup. ad v. 110. — *pignora* imperii æterni. — *genetricis*, unde originem ducitis. — 660. *Conservate*, adjuvate *pios* et fideles socios vestros. — *qui permutare coacti*, etc. Cf. mox v. 667 et sup. ad v. 291 sq. — 661. *Acrisionei muri*, Ardea, Saguuti μητρόπολις (v. 291 sq.), quæ a Danae, Acrisii, regis Argivorum, filia vulgo eondita putabatur. Vid. Heyne ad Virg. Æn. VII, 409—412 in V. L. et ibid. in Exe. VII. — *Tirynthia culmina*, mœnia Saguntina, ab Hercule exstrueta.

662. *Zancle*, vetustissimum Siciliæ opp. (Herodot. VII, 164) a Messeniis ex Peloponneso, teste Strab. VI, p. 178 et 185 sqq. conditum, vel certe amplificatum, et ab Anaxila, Rheginorum tyranno, ex Messene oriundo, nova colonia auetum (Thucyd. VI, 1); unde *Messanæ*, hod. *Messinæ*, nomen adeepit. Seriori ævo Mamertini, populus Campaniæ, quam olim Opiei, Opsci, seu Osci, vetus Ausonum gens, incoluere (de quo vid. Heyne in Exe. VIII ad Virg. Æn. VII, 732), Messanam oecuparunt, quoeirca *civitas Mamertina* voeatur Cie. Verr. II, 5. Conf. inf. XIV, 194 sqq. Priscum nomen a situ loci et eurvitate litoris, seu portus, falcis formam referentis, (nam ζάγκλη, seu ζάγκλον, in lingua Siculorum τὸ δρέπανον, faleem significat) Thuc. VI, p. 413; Ovid.

Digitized by Google

Juvisse egregium; vos et Campana tueri
Mœnia, depulso Samnitum robore, dignum
Sigeis duxistis avis. Vetus incola Dauni,
Testor vos, fontes et stagna arcana Numici,
Quum felix nimium dimitteret Ardea pubem,
Sacra domumque ferens, et avi penetralia Turni,
Ultra Pyrenen Laurentia nomina duxi.

sui. *Vos et Mamertem* conj. Baptista Pius. — 665. *Sigæis* scripsere Drak. et Lefeb. Sed est Σιγειεύς. — 667. *nimiam* emend. N. Heins. ad h. l. et ad Val. Fl. VII, 21, idque recepit Lefeb. Parum interest. *Numidum* Put. — 669. *nomina* scripti.

Fast. IV, 474, et alii repetunt, sed Silius XIV, 48 sq. inde, quod falx Saturni, qua Cæli patris pudenda amputasse fingitur, ibi abjecta et inventa fuerit. Cf. Macrob. Sat. I, 8, extr. Prior ratio hunc mythum peperisse videtur, qui propter Siciliæ fertilitatem facile priscorum hominum animis subnasci potuit. Saturnus enim, quem fabulæ antiquissimum Latii regem faciunt, ab initio nihil aliud, quam almæ naturæ vitæque mitioris, cujus initia agriculturæ, sationi messique debentur, symbolum fuit. Ceterum hæc urbs belli Punici I causa fuit, ope Romanorum a Mamertinis adversus Hieronem, *Siculum tyrannum*, et Pœnos, implorata ac præstita. Vid. Polyb. I, 8—11. — 663. *egregium duxistis;* non tam egregium, quam utile potius et necessarium; de quo vid. Polyb. I, 10 sq. — *Campana mœnia*, h. Capuam, a *Samnitibus* dolo occupatam. Vid. Liv. IV, 37; VII, 38 sqq.; Flor. I, 16. — 664, 665. *dignum Sigeis avis*, communi origine, a Trojanis ducta: nam *Sigeum*, Σίγειον, promont. Trojæ; unde Romanus etiam IX, 203, *Sigeus* dicitur.

665. Ego et ipse non peregrinus, sed, ut Mamertini et Campani, Italus origine, vel Rutulus, *vetus incola Dauni*, ab Ardea oriundus. Vid. ad v. 291. Sicoris, princeps legatorum, personam Saguntinorum sustinet, unde v. 669 non ita intelligendus est, quasi ipse coloniam Ardeatium Saguntum deduxerit. Cf. v. 671. Testatur *Numicum*, seu *Numicium*, Latii fl. inter Lavinium et Laurentum, quia in finibus *Rutulorum* defluit, ejusque nomini religio aliqua inest. — 666. *fontes et stagna arcana Numici*, h. *sancta*, sacra ἱερὰ, quoniam Anna Perenna et Æneas in eo interiisse, et tanquam numina, habitare credebantur. Cf. ad VIII, 28 sqq. et inpr. Heyne in Exc. III, et in not. ad Virg. Æn. VII, 150, 242, 797, et ad Tibull. II, v, 43.

667. Cf. sup. v. 291 sq. — 668. *Sacra* videtur genus esse, cui, ut ap. Virg. Æn. II, 293 et 320, species subjunguntur, *domus* et *avi penetralia Turni*, h. sacra domestica et publica, Penates privati et publici. *Sacra ferens*, cf. II, 604, et Heyne ad Virg. Æn. VI, 810. — *avi*, prisci. — *Turni*, pro Ardea, ut *Dauni*, v. 665. — *penetralia* signa, ut XIII, 62, h. penates, ut *dii penetrales* ap. Senec. Œd. 265, et Phœniss. 340. — 669. *Laurentia*

Cur, ut decisa atque avulsa a corpore membra,
Despiciar, vesterque luat cur fœdera sanguis? »
  Tandem, ut finitæ voces, miserabile visu!
Submissi palmas, lacerato tegmine vestis,
Adfigunt proni squalentia corpora terræ.
Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.

Vulgg. *numina;* non male. *duxi* Col. et Ox. nam legatus in persona quasi urbis loquitur. *duxit* Put. Vulgo *vexit.* — 670. *a corpore*, non *e c.*, scripsi. — *Despiciat* quidam libri. *vesterque luam* corrig. N. Heins., quoniam ipsa urbs ore legatorum loquitur. *nosterque luat* e libris quibusdam vett. recepit Lefeb. et *luat suo* e R. 2. Sed vulgata ponderosior, et *cur* ἐπαγχῶς repetitur; nec fœdus a Saguntinis, sed a Romanis ictum. — 673. Hunc versum, a Marso aliisque, cum secutis, omissum agnoscunt Col. et Put. cum edd. Parm. Med. et aliis. *Submissis palmis* Col. Vulgata doctior. — 674. *Adfligunt* conj. Gifan. in Ind. Lucret. vid *adfigere*. Non male. Hæc verba a librarr. centies confusa esse, docent Gronov. Obss. IV, 8. Broukh. ad Prop. III, 5, 15. Bentl. ad Hor. Serm. I, 1, 81, et Heins. ad Claud. in Eutrop. II, 171, et ad Ovid. Metam. XII, 139, ubi Gifanii emendat. probat, quam in not. ad h. l. damnavit, coll. Corippo Africano III, 259. *Adfigere corpora terræ* est humi procumbere, eumque habitum aliquamdiu retinere: sed *adfligere* c. t. s. ad terram, cum vi et impetu humi prosternere, terræ adlidere, προσουδίζειν, vel οὔδει ἐρείδειν. Utrumque huic loco convenit, sed posterius forte nervosius, et propter verba, *miserabile visu et lacerato t. v.*, aptius: nam in magno luctu, et vestes scindi, et terræ corpora adfligi, solumque capite et pectoribus tundi solet. Vide a Drak. cum reliquis jam laudatum Bentl. ad Hor. Sat. II, 2, 79, et cf. VII, 613; IX, 631; X, 181, 208; XI, 83. Lucan. II, 31, et Appian. de reb. Pun. c. 81, ubi legati Pœnorum ἐς τε γῆν σφᾶς ἐρρίπτουν, καὶ χερσὶ καὶ κεφαλαῖς αὐτὴν ἔτυπτον.

nomina, Latinos. — 671. *vester sanguis*, Saguntini, consanguinei vestri (cf. v. 608 et 655), vobis cognati et ejusdem originis, ut III, 97; VIII, 405; et XI, 177; ubi plura exempla desideranti suppeditabit Drak. — *luat fœdera* ut ap. Virg. Æ. XII, 695, ... *me verius unum Pro vobis fœdus luere*, etc. — Sensus h. l. est: cor Saguntini (*vester sanguis*, v. not.), pœnas dent Pœnis, et deleantur propter fœdus vobiscum ictum? et cur id tam patienter feretis? — *vestrique tuam cur fœdera sanguis*, emend. vir doctus in N. Allgem. deutsch. Bibl. T. VIII, P. II, pag. 418. Sed quo sensu hæc ab eo capta sint verba, vel capi queant, vix habeo dicere.

673. *Submittere*, ut ἀνεῖναι et ἀναπέμπειν, sursum mittere, emittere, tollere. Vid. Iod. et Burm. ad Petron. c. 127; et ad Val. Fl. III, 528; Passerat. ad Prop. I, 11, 9. — *Submissi palmas*, græce pro palmis submissis, h. sublatis. — 674. *squalentia corpora*, cf. ad v. 211 et 631. — 675. *curas fatigant*, h. *futim*, crebro, *agunt*, agitant; ut μοχθεῖν ὕπνον, δρομὸν, κήδεα, etc. ap. Hom. Il. α, 106, et al. cf. ad v. 63. Proprie curæ nos fatigant et vexant, vel curis nos fatigamus. Sed exquisitius nos curas fatigare dicimur,

Lentulus, ut cernens adcensæ tecta Sagunti,
Poscendum pœnæ juvenem, celerique negantis
Exuri bello Carthaginis arva jubebat.
At Fabius, cauta speculator mente futuri,
Nec lætus dubiis, parcusque lacessere Martem,
Et melior clauso bellum producere ferro,
Prima super tantis rebus pensanda: ducisne
Ceperit arma furor, Patres an signa moveri
Censuerint; mittique viros, qui exacta reportent.
Providus hæc, ritu vatis, fundebat ab alto
Pectore præmeditans Fabius surgentia bella.
Ut sæpe, e celsa grandævus puppe magister,

679. *At*, non *Ast*, omnes scripti. — 680. *parcusque*, non *parvisque* sc. ex causis, Col. conf. VIII, 462. *pernixque*, repetita negatione, nec pernix, etc., conj. Dausq. coll. Hor. A. P. 165, quia vitiosum *pervisque* in ed. Nut. invenerat.

ut *exercere curas*, XI, 374, et *sitim* supra 260.

676. Cf. Liv. XXI, 6. Nomina Patrum, qui diversarum sententiarum auctores fuerant, poeta addidit, et cum delectu posuit. — *ut cernens*, etc., præclare de ferventis animi viro. — 677. *Poscendum pœnæ*, ad pœnam, ut *petere pœnæ Hann.* II, 29, et alibi simpliciter *poscere*, *deposcere*, *exposcere*. — *negantis*, recusantis eum tradere.

679. Q. Fabii Maximi artem bellandi et cognomen Cunctatoris poeta variis modis expressit. — 680. *Non lætus dubiis*, periculo inminente. — *lacessere Martem*, ut *pugnam* et *bella* ap. Virg. Æn. V, 429; X, 10, (ubi vid. Heyne) et XI, 254, — 681. *melior*, peritior belli caute gerendi. — 684. *Censuerint* voc. propr. de Patribus, ut II, 375; VII, 513; XI, 565. — *exacta reportent*, ut *exacta referre* apud Virgilium Æn. I, 309.

685. *ritu vatis*, Conferunt Liv. XXX, 28, ubi pariter de Fabio, « Locum nimirum, non periculum, mutatum, cujus tantæ dimicationis vatem, qui nuper decessisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum, graviorem in sua terra futurum hostem Hannibalem, quam in alia fuisset. » — 687 sqq. Fabius ingeniose cum perito et cauto navis gubernatore comparatur, ut Flaminius cum inperito inf. IV, 713 seq. Conf. II, 289 seqq. — *grandævus*, adeoque usu peritus; epith. cum delectu positum. Hanc venustam comparationem infra etiam invenies lib. II, vers. 289: « Ut, qui stelligero speculatur sidera cælo, Venturam pelagi rabiem, Corique futura Prædicit miseris haud vanus flamina nautis. » Cf. etiam Quintil. Instit. Orat. lib. XII, c. xi, « Hos ille formabit tanquam eloquentiæ parens, et ut vetus gubernator litora et portus, et quæ tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid adversis ratis poscat,

Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
Summo jamdudum substringit lintea malo.
Sed lacrimæ, atque ira mixtus dolor inpulit omnes
Præcipitare latens fatum : lectique Senatu,
Qui ductorem adeant : si perstet surdus in armis
Pactorum, vertant inde ad Carthaginis arces;
Nec Divum oblitis indicere bella morentur.

docebit. » — 688. *Corum*, vid. ad vers. 469. — 689. *substringit lintea malo*, ut ap. Martial. XII, 29, quo sensu *stricta carbasa deducere* dixit Lucan. II, 697, et *contrahere vela* Hor. Od. II, 1, 23. Conf. supra ad vers. 358.

691. *Præcipitare fatum*, vid. ad IV, 731. — 692. *ductorem* Pœnum. — *surdus pactorum*, ad pacta, fœdus nil curans, pro nihilo ducens, ut *s. votorum*, X, 554. — 693. *vertant* se, vel iter. Cf. ad v. 539. — *arces* ut sup. v. 7. — 694. *oblitis Divum*, quos scil. fœderis testes fecerint, adeoque Pœnis perjuris.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Q. Fabius Maximus et L. Valerius Flaccus, legati Romanorum, in Sagunti portum invehuntur, et inde ab Hannibale repulsi Carthaginem petunt; 1—24. Hac occasione usus, dux Pœnorum milites ad periculum sibi inminens propulsandum, urbem totis viribus obpugnandam, et bellum ipsis deinde Romanis inferendum exstimulat; 25—55. Asbyte, Iarbæ, Gætulorum regis, filia, virgo fortissima venatuique adsueta, cum grege mulierum Pœnis auxilio venit; 56—88. Hujus impetum fortiter reprimit Mopsus, Cretensis, sagittandi peritissimus, qui, magna prius edita hostium strage, in ipsam virginem inruit, et Harpen, ejus comitem, occidit; sed propter necem Dorylæ et Icari, filiorum suorum, animum despondet, dolorisque inpatientia e muro se præcipitat; 89—147. Tum Theron, Herculis sacerdos, pugnæ succedens, clava sua magnam hostium multitudinem prosternit, ipsamque Asbyten, curru excussam, interficit, et caput, hastæ adfixum, ostentat; 148—205. Cujus rei dolore et ira percitus Hannibal, virginis cædem vindicare parat, et Saguntini, ejus adspectu consternati, fugam capessunt; Theron autem, dum suos revocare et mœnibus hostem prohibere conatur, gladio per pectus adacto perit, ejusque corpus ter circa rogum Asbytes raptatur; 206—269. Interim Senatus Carthaginiensium, adventu legatorum Rom. perculsus, frequens in curiam venit, et de responso iis reddendo consilia capit. Ibi Hannon et Gestar mutuis se verborum contumeliis lacerant. Ille, inveterato Hannibalis odio incensus, auctor est, ut superbia temeritasque juvenis merito castigetur; nec Romani, qui tantum virtute valeant, novo injustoque

bello lacessantur; 270—326. Hic vero, factioni Barcinæ, quæ apud milites plebemque plurimum gratia valebat, addictus, Hannonis orationem refellit, et ad bellum Romanis, duce Hannibale, fortissimo reique militaris peritissimo juvene, inferendum, Patribus animum incendit; 327—375. Quibus orationibus habitis, Hannon res Saguntinis reddendas et Hannibalem Romanis dedendum censet: quæ sententia omnium fere, qui adsunt, indignationem movet. Fabius itaque, sinu effuso, bellum Pœnis indicit, et cum reliquis legatis Romam redit; 376—390. Hæc dum Carthagine geruntur, Hannibal, aliquot populis, qui defecerant, repente obpressis, omnibus copiis Saguntum obpugnare perseverat, et lætus adcipit clipeum, aliaque arma, ab Hispanis sibi dono missa, in quibus præter alia origines et fata Carthaginis, singulari opera et artificio expressa, miratur; 391—456. Saguntini jam unicam spem, in adventu classis Romanorum, qui tam procul erant, positam abjiciunt; et longa obsidione inopia omnium ita crescit, ut corticibus et frondibus arborum coriisque aqua mollitis famem tolerare cogantur; 457—474. Hanc urbis fortunam commiseratur Hercules, ejus conditor, et clam Junone, noverca sua, Fidei auxilium inplorat, quæ, ejus precibus mota, fractum Saguntinorum animum adeo erigit, ut vel ultima experiri non recusent; 475—525. Sed conatus Fidei non fugit Junonem, quæ præter opinionem prope urbem est, et extemplo Tisiphonen ab inferis evocat; 526—542. Hæc Furia formam adspectu terribilem exuit, et in Tiburnæ, morte Murri viduatæ, speciem conversa, Saguntinos hortatur, ut, quum nihil jam spei reliquum sit, morte voluntaria æternum servitium effugiant; 543—579. Tum petit tumulum, ex quo serpens prorepit, et ad mare contendit; 580—591. Hoc prodigio perterriti Saguntini, Genios jam urbe excedere sibi persuadent, et Tisiphones ope ex desperatione in rabiem vertuntur; qua instincti, arma, vestes, aurum, et quidquid publicarum, vel privatarum rerum superest, in rogum ingentem, ad id raptim exstructum, conjiciunt; et deinde parentes seque invicem jugulant: quo facto, Hannibal urbem capit; et Furia ad inferos revertitur; 592—707.

Digitized by Google

CÆRULEIS provecta vadis jam Dardana puppis
Tristia magnanimi portabat jussa Senatus,
Primoresque Patrum. Fabius, Tirynthia proles,
Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis
Abstulit una dies, quum Fors non æqua labori
Patricio Cremeræ maculavit sanguine ripas.
Huic comes æquato sociavit munere curas
Poplicola, ingentis Volesi Spartana propago.

1. *Cæruleis*, quod usitatum maris epitheton est, Col. et omnes edd. teste Drak. Sed, si Lefeb. fides potius habenda est, in quibusdam edd. *æruleis*, et io R. 2, *hærule s* exstat. *Herculeis* Ox. et Put. Noo male, si ooo, ut I, 199, fretum Gaditanum, quo legati, Romam petentes, noo transmittebantor, sed mare Sagunto, vel Monœco proximum intellexeris. Conf. I, 273, 585; *porrecta* R. 2. — 4. *numerabat* Tell. quod arridebat Cell. et arridere potest, coll. I, 72, 364, et Virg. Ge. IV, 209. Sed *memorare* idem fere esse, quod numerare, recensere, jam monuit Drak. — 5 *atra dies* quosdam legere, ad oram Silii notavit N. Heins. conf. Virg. Æn. VI, 429; XI, 28. Sed poetam h. l. in oppositione vocum *ter centum avos* et *una dies* ludere, observat Drak., ut Ovid. ex P. I, 2, 4, et Fast. II, 236. — 8. *Poplicola* ex fide marmm. (v. c. ap. Gruter. p. 150, inscr. 7 et bis p. 296.)

1. *vadis*, mari. Vid. ad I, 52. — *Dardana* ut I, 14. — 2. *Tristia* cf. ad I, 147. — 3. *Primores Patrum*, Fabium et Poplicolam. Priorem nominat etiam Flor. II, 6, 7, ubi vid. Duk. Sed Q. Bæbium Tampilum et P. Valerium Flaccum, qui a nostro Poplicola non diversus est, missos tradunt Cic. Phil. V, 10, et Liv. XXI, 6, qui c. 18 novæ legationis, cui Fabius interest, mentionem facit. — *Tirynthia proles*. Nam Fabius, auctor gentis Fabiæ, ex Herculis cum Vinduna, Evandri filia, concubitu natus dicitur. Conf. Vaill. Numism. Cons. Gent. Tab. VIII, et inf. VI, 627, 636; VII, 36, 44; VIII, 217; Plut. vit. Fab. M., Juven. VIII, 14; Ovid. Fast. II, 237, 375 sq. et ex Ponto III, 3, 99; Prop. IV, 1, 26; ubi v. Intpp. — 4. Conf. VI, 637 sq. VII, 40 sq. et Perizon. Animadv. hist. c. 5, p. 194 sqq. Res vel tironibus nota ex Liv. II, 48 sq. Dionys. IX, 22; Flor. I, 12; Ovid. Fast. II, 193 seq. — *Ter centum*, numero rotundo et poet. pro CCCVI, quot periisse omnes fere memorant — *turbine Martis*, infelici pugna, ut passim. Vid. Ind. *vortex pugnæ* IV, 230. — 5. *Fors non æqua*, iniqua, adversa, *labori*, conatui et virtuti. Conf. ad v. 364, et III, 2.

8. *Poplicola*, seu *Publicola* (v. V. L.) notum cognomen, quod P. Valerius, L. Bruti collega, in locum Tarquinii Collatini, primi Cos., subfectus, *a populo colendo* primus acceperat, quum fasces popu-

Is, cultam referens insigni nomine plebem,
Ausonios atavo ducebat consule fastus.

et auctorum Græcorum, Dionysii, Plut. et Dionis, scribendum putabant N. Heins., Drak., Sigon. ad Liv. II, 8, et Schott. ad Auctor. de Vir. Illustr. c. 15. Omnes tamen libri h. l. habent *Publicola*, vel *Poblicola*, ut in numo ap. Mediobarb. p. 31, et in Fastis Capitol. ap. Gruter. p. 289. Præterea a *populus* formatur *populicus* et *populicola*, (h. populum coleos, δημοκηδὴς ap. Dionys. L. V, et Plut.) pro quo olim non modo *poplicus* et *Poplicola*, sed et molliore forma *publicus* et *Publicola* dicebatur. Conf. Vorst. ad Val. Max. IV, 1, ex. 1. *Folci* Col. *Volesi* nomen legitur etiam inf. XIII, 244, et ap. Liv. I, 58; II, 30; Juven. VIII, 182. Dionys. Halic. II, 46. Plutarch. et Gruter. p. 6 et 460. *Volusus* est ap. Rutil. Itin. 1, 169, in Inscript. Aræ Terentinæ, in Fastis Capitol. et in numo gentis Valeriæ ap. Patin. Zosimus, a Cell. laudatus, lib. II, pr. Valeriorum originem a *Valeso* quodam Sabino repetit; unde *Valesius*, et postea *Valerius*, judice Pompon. Leg. II, D. de orig. jur. n. 36. Conf. Spanhem. de U. et P. N. p. 60 et Heins. ad Ovid. ex P. III, 2, 105. — 9. *Insculptum* Ox. — 10. *fastus*, non *fasces*, Ox. Put. et a m. pr. Tell. *Fastus* et *fastos* recte dici monent Bentl. et Jani ad Horat. Od. III, 17, IV; IV, 14, IV, et, quos Drak. laudat, Heins. ad Ovid. Fast. I, 11, ad Claud. Cons. Honor. IV, 155, et Cons. Mall. Theod. v, 2; Gronov. ad Senec. Consol.

lo in concione submisisset, secures teste Plut. ab iis sustulisset, legemque de provocatione a Consulibus ad populum dedisset. Cf. Liv. II, 7 et 8; Flor. I, 9 (ubi vid. Duker. p. 80.); Dionys. L. V. *Valerius* noster, vir consularis, legatus ad Pœnum missus, propr. cognomen *Flacci* habuit, sed poeta ei longe nobilius majorum cognomen tribuit, ut inf. VI, 62, Atilius, M. Reguli filius, *Sarranus* dicitur, etsi idem, quod pater, nomen habuit: quod recte jam monuit Periz. Anidmadv. hist. c. 1, p. 24. Valerium *Volesum*, seu Volusum, P. Valerii Poplicolæ, prisci Cos., patrem, ex Sabinis oriundum, cum Tatio, Sabinorum rege, Romam venisse, refert Dionys. Halic. II, 46. Inde h. l. *Spartana propago*, quia Sabini originem ducunt a Spartanis, e quibus quosdam acerbis Lycurgi legibus ad patriam deserendam commotos, et cum Sabinis permixtos fuisse, idem Dionys. II, 49, 51, et Plut. Qu. Rom. 15; tradit; quod jam animadvertit Drak., qui etiam comparavit inf. XV, 546 *Amyclæum nepotem*, h. Claudium Neronem, quod Claudia quoque gens a Sabinis Romam translata, unde idem Nero VIII, 412; similiter *Therapnæo* (Spartano) *a sanguine Clausi* ortus dicitur. — 9. Versus, qui nimio doctrinæ ostentandæ studio debetur. — 10. Sensum huj. vers. non percepit Ern. qui eum ita interpretatur « in fastis Rom. post avum consul inscriptus, seu in annalibus Rom. illius nepos denominatus; quam formulam luculentius elatam vid. ap. Hor. Od. III, 4, 5. » *atavo consule*, uno ex majoribus, Valerio Publicola, Volesi f. et Bruti collega; *atav.* non propr. dicitur: nam Valerius noster non quinto, sed nono gradu primi Publicolæ domum contingebat. — *fastus Ausonios*, annales Rom. — *ducebat*, incipiebat, h. ejus nomen in principio fasto-

Hos ut depositis portum contingere velis
Adlatum Hannibali, consultaque ferre Senatus,
Jam medio seram bello poscentia pacem,
Ductorisque simul conceptas fœdere pœnas;
Ocius armatas passim per litora turmas
Ostentare jubet minitantia signa, recensque
Perfusos clipeos, et tela rubentia cæde.
« Haud dictis nunc esse locum; strepere omnia, clamat,
Tyrrhenæ clangore tubæ, gemituque cadentum.
Dum detur, relegant pontum, neu se addere clausis
Festinent : notum, quid cæde calentibus armis,
Quantum iræ liceat, motusve quid audeat ensis. »
Sic ducis adfatu per inhospita litora pulsi,
Converso Tyrios petierunt remige Patres.
Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Incessens dextra; « Nostrum, pro Jupiter! inquit,

ad Polib. c. 33; Scalig. Emend. Temp. p. 501; Priscian. Gramm. VI, p. m. 197 al. — 17. *Perfossos* malebat D. Heins. *Pertusos* N. Heins., refragg. Dausq. et Drak., qui voc. *cæde* tam ad *perfusos*, quam ad *rubentia* referunt. — 19. *Tyrrheno c. t.*, ut ap. Virg. Æn. VIII, 526, et Stat. Th. III, 650, suspicari possis, quia et doctius est, et aures minus obfendit. Sed vid. ad I, 123. — 26. Hunc versum

rum inter primos Consules legebatur. Sic fere *ducere orationem*, *causam*, etc. dicitur. Durior videtur Schmid. explicatio « longam seriem majorum habebat, qui fuerant Consules. »

11. Conf. Liv. XXI, 9. — *depositis*, deductis, contractis, *velis*, *ἱστία στείλαντες*, ut remis in portum ageretur navis. — 14. *conceptas*, verbis conceptis inter pacis conditiones relatas. — 18. *strepere omnia clangore tubæ* pro, clangorem tubæ ubivis strepere, resonare, ut ap. Virg. Æn VI, 709. — 19. *tuba Tyrrhena*, *σάλπιγξ Τυῤῥηνὴ* pro Τυῤῥηνική, a Tyrrhenis, h. Tuscis, seu Etruscis, inventa. Conf. ad V, 12 sq. VIII, 488; Cerda ad Virg. Æn. VIII, 526; et Diodor. V, 40.

20. *relegant pontum*, ut simpl. *legere æquora*, etc. v. Bentl. ad Hor. Od. I, xxxiv, 5. — 23. *inhospita litora*, quia ab iis *repellebantur* legati. — 24. *Converso petierunt remige*, h. navi Carthaginem. Male *πρύμναν κρουσάμενοι* explicabat Scalig. ad Manil. V, 38; ut nautæ mutato situ, navem aversam in puppim inpulerint, non, ut antea, in proram. Hæc refutarunt a Drak. laudati Gronov. Obss. IV, 26; Scheffer. Mil. Nav. III, 4, et Salmas. Ep. 113 et 114. — Eodem modo Virg. Æn. XI, 713 *conversas habenas* pro equo dixit; Ern.

25. Egregia et adfectus plena oratio viri irati, suæque virtutis sibi conscii. — *fundentem*, solventem, expandentem. — 26. *Inces-*

Nostrum ferre caput parat illa per æquora puppis.
Heu! cæcæ mentes, tumefactaque corda secundis!
Armatum Hannibalem pœnæ petit inpia tellus.
Ne deposce, adero : dabitur tibi copia nostri
Ante exspectatum; portisque focisque timebis,
Quæ nunc externos defendis, Roma, Penates.
Tarpeios iterum scopulos præruptaque saxa
Scandatis licet, et celsam migretis in arcem,
Nullo jam capti vitam pensabitis auro. »
  Incensi dictis animi, et furor additus armis;
Conditur extemplo telorum nubibus æther,
Et densa resonant saxorum grandine turres.
Ardor agit, provecta queat dum cernere muros,
Inque oculis profugæ Martem exercere carinæ.

e c. Col. restituere Carrio et Modius, extruso alio, *Insequitur, verbis amens trepidantia castra*, quem Nicander in ejus locum substituerat, ut loco mutilo mederetur : nam priscæ edd. neutrum agnoscunt. — 29. *petis* malebat N. Heins. cui sequentia favent. — 39, 40. Hi versus transponendi, auctore N. Heins. Post *muros* hunc versum, *Navis : festinantque ruuntque ante ora suorum*, aut alium ejus-

sens dextra, persequens, h. dextram intendens ad navem, ut milites in eam oculos converterent; qui minantis et irati gestus est. — 27. *Nostrum* ἐναργῶς repetitur, ut passim alia verba. Drak. laudat inf. v. 302, 531; XV, 362; Virg. Æn. VIII, 84; Lucan. I, 203; Stat. Th. III, 62; Heins. ad Claud. in Rufin. II, 402; Bentl. ad Horat. Od. III, xxiv, 25; et Gronov. Diatr. Stat. cap. 20. — 29. *pœnæ petit*, ut mox *deposce* sc. in pœnam. Conf. ad I, 677. — *Hannibalem* δεινῶς pro *me*. Drakenb. comparat XII, 198; Virg. Æn. V, 194; Ovid. Met. VII, 11; Lucan. I, 202; Senec. Thyest. 180; ubi vid. Gronov. — 31. *Ante exspectatum*, ut ap. Virg. Georg. III, 348 (ubi vid. Intpp.) et Ovid. Met. IV, 789; VIII, 5; Drak, — *portisque*, etc. Tuæ urbi timebis, o Roma, quæ nunc peregrinam Saguntum defendis. — 33. Licet iterum in Capitolium confugiatis, ut olim, quum Galli Senones in urbe essent; nullo tamen captivi *auro vitam pensabitis*, h. auro penso, ut tum temporis, redimetis, ut XII, 428; Confer ad lib. I, vers. 624.

36. *furor additus*, verba Virg. Æn. II, 355. — *armis*, armatis. — 37. *telorum nubibus*, vid. ad I, 311. — 39. *Ardor agit*, (ut ap. Virg. Æn. VII, 293.) incitat Pœnos, *exercere M.*, ad oppugnationem strenue continuandam. — *provecta* sc. carina : quod verbum ex vers. seq. repetendum monent Drakenborch ad h. l. et Gronovius in Gustu ad Stat. Thebaid. lib. I, vers. 112.

Ipse autem incensas promissa piacula turmas
Flagitat, insignis nudato vulnere, ductor,
Ac repetens questus furibundo personat ore :
« Poscimur, o socii! Fabiusque e puppe catenas
Ostentat, dominique vocat nos ira Senatus.
Si tædet cœpti, culpandave movimus arma,
Ausoniam ponto propere revocate carinam;
Nil moror : evincta lacerandum tradite dextra.
Nam cur, Eoi deductus origine Beli,
Tot Libyæ populis, tot circumfusus Hiberis,
Servitium perferre negem? Rhœteius imo

modi excidisse putabat Dausq. Sed vid. not. — 48. *evincta* Col. ut inf. v. 341, et ap. Virg. Æ. V, 269, 365, 494, 774; VIII, 286; Tibull. I, 7, VI; Vulgg. *en vincta*; alii *et vincta*, *victa*, *vita*. — 51. *præferre* R. 3; Parm. Marsi Venet, Junt et al.

41. Ipse Hannibal ab incensis militibus promissam flagitat ultionem, et vulnus, adverso femori in obpugnatione urbis inflictum, nudat, ut animi eorum benevolentiæ misericordiæque sensu adficiantur. — *piacula*, ultionem ducis sui pœnasque a Romanis petendas. — *promissa*, quod v. 36 satis innititur. Et quis poetam ad annalium formulam et subtilitatem exiget? — Ernesti V. Cl. non persuasit mihi hanc explicationem: « Oratio Hannibalis, callida quadam ironia se ipsum fœderis rupti *piaculum* Romanis obferentis, atque ita, nudato insuper vulnere, quod nuper acceperat, milites ad odium Rom. suique commiserationem incitaturi, a Silio ficta est et nititur ipsis H. verbis v. 29, 31. Ergo *promissa piacula*, h. e. pœnam Romanis a se ipso promissam, *milites flagitat*, dum postulat ab iis, ut id promissum ipsi exsequantur, seque Romanis, ut hi volebant, tradant, quo pertinent verba seq. vss. 47, 48. Ut igitur milites acrius sentiant iniquitatem Hannibalis hostibus tradendi, irasque majores adversus Romanos concipiant (v. 54, 55.), his veluti τέχναις utitur, vulnus ostentans, virtutis suæ documentum, et Romanos victores adpellans. »

44. Orationem gravissimis adfectibus insurgere, ecquis est qui non sentiat? — *Poscimur*, poscor ad pœnam, ut *flagitor*. — *catenas* quasi *ostentat*, præclare, quoniam ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcebat. — 45. *domini*, dominici, dominantis, superbi, ut nostrum *herrisch*, *gebieterisch*, et κύριος pro κυριακός. Sic hasta, manus, mensa, terra *domina*, quibus obponuntur *famulæ* aquæ, manus etc. Confer ad I, 173; Heins. ad Ovid. Epist. II, 74; III, 100, et Fastor. I, 286. — *vocat* in jus, et ad rationem reddendam. — 49. *Eoi*, orientalis regis, *Beli*. Conf. I, 73 et 87. — 51. *Rhœteius*, Roma-

Inperet æternum, et populis seclisque propaget
Regna ferox : nos jussa virum nutusque tremamus. »
Effundunt gemitus, atque omina tristia vertunt
In stirpem Æneadum, ac stimulant clamoribus iras.
Discinctos inter Libyas populosque bilingues,
Marmaricis audax in bella Œnotria signis
Venerat Asbyte, proles Garamantis Iarbæ.

52. *æternum Imperet*, et Col. et Ox., unde *Æternum imperitet populis* recte, opinor, emend. N. Heins., quod et probavit Drak., et recepit Lefeb. *seclisque* Col. Ox. R. 3; Parm. quod ad diuturnitatem, ut τὸ *populis* ad magnitudinem imperii spectat. Vulgo *sedisque*, solemni librarr. incuria, qua, literas *cl* sæpius in *d* coaluisse, et contra literam *d* in *cl* divisam esse, exemplis docet Drak. — 53. *Regna* e e. Col. restituere Modius, N. Heins. et Drak., non improbb. Dausq. Cell. et Lefeb., qui vulgatam leet. *Signa* servarunt, h. exercitum victorem, arma victricia late proferat. — 54. *omina*, non *omnia*, scripti et priscæ quædam edd. — 56. *Libyas* Col. *Libyes* Ox. *Libycas* Put. Vulgo *Libycos*. Vid. ad I, 189. — 58. *Hasbytæ*, *Hasbitæ* aberrat. Nomen illud Drak. deductum putat ab *Asbytis*, Libyæ populo, qui Ἀσϐύται dicuntur Ptol. IV, 4, sed Ἀσϐύσται Herodot. IV, 170, Steph., Prisciano in Perieg. v. 195; Dionys. v. 211; ap. Tzets. in Lycophr. p. 122; et Plin. V, 5; ed. Hard. cf. Intpp. ad Virg. Æn. XII, 362, et Salmas. Exerc. Plin. p. 270. *Iarbæ* Col. vid. ad I, 417, Vulgg. *Hyarbæ*, et Drak. *Hiarbæ*.

nus. Vid. ad I, 115. — 53. *tremere* aliquid, ut VIII, 60; XVI, 666. V. Burm. ad Val. Fl. V, 520; Heins. ad Claud. in Rufin. II, 125.

54. Nota est superstitio veterum, qui, quum aliquid mali ominis accidisset, aut dictum esset, ejus eventum hostibus inprecari, et formula, *omen Dii avertant*, uti solebant. Cf. ad v. 377. Casaub. ad Theophr. περὶ δεισιδαιμ. p. m. 212; Heyne ad Tibull. III, IV, 1; ad Virg. Georg. III, 513, et, quos Drak. citavit, Daniel. proph. IV, 16; Ovid. Amor. III, 11, 16; Art. Am. III, 247; Met. VI, 212; Fast. III, 494; Bronkh. ad Prop. III, VI, 20.

56. Ad Asbyten Silius transtulit multa ex iis, quæ de Camilla memorat Virg. Æn. VII, 803 sqq. et XI, 552 sqq. — *Discincti* propr. dicuntur, qui veste laxiore, aut fluente utuntur, et hinc, qui negligenter, molliter et luxuriose vivunt. Silio h. l. præivit Virgilius Æneid. VIII, 724; ubi Cel. Heyne dubitat, an is proprius Afrorum habitus fuerit. Sed inf. certe III, 236, Afris, etiam pugnantibus, *sinus cingere inadsuetum* fuisse, poeta memorat, et Liv. XXXIV, 11, *Nomadum discinctus eques*, ut Auson. Grat. Act. c. 14, *discincta Carthago* dicitur. — *bilingues*, ut ap. Virg. Æn. I, 661; δίγλωσσος, vel δίπτυχος γλῶσσα ap. Eurip. Troad. v. 286; german. *zweyzüngig*. *Pœnus bisulcilingua* ap. Plaut. Pœn. V, 2, 74. Alia exempla vid. ap. Drak. ad XVI, 157. — 57. *Marmarica*, inter Cyrenaicam et Ægyptum, contra Cretam, hodie *Barca*. — 58. *Garamantis Iarbæ* conf. ad I, 414 et seqq. et Virgilii Æneid. lib. IV, vers. 198 et seqq. quem locum Silius hic ante oculos habuit.

Hammone hic genitus, Phorcynidos antra Medusæ,
Cinyphiumque Macen, et iniquo e sole calentes
Battiadas late imperio sceptrisque regebat;
Cui patrius Nasamon, æternumque arida Barce,

59. *arva Medusæ* suspicari possis coll. Lucan. IX, 626. Sed et vulgata bene se habet. Vid. not. *arva Medusæ* pro *antra* etiam conj. Schrader in observatt. p. 26, 27, quoniam voces illæ passim confundantur, (vid. Burm. ad Lucan. VI, 408) et sic Hammonis filio præclarius imperium reddatur. — 60. *iniquo sole* Junt. Ald. Gryph. Antwerp. al. *i. a sole* Med. Vulgatam lect. tuetur Drak. coll. Terent. Andr. I, 5, 33, et Cic. pro Cluent. c. ult. ubi vid. VV. DD.

59. *Medusæ* pater erat Φόρκυν, al. Φόρκος et Φόρκυς, unde ipsa *Phorcynis* dicitur. Poeta autem, quod alii jam observarunt, h. l. expressit Lucan. IX, 624 seqq. quem vide, ut de Phorcydum et Gorgonum genere, nominibus et sede, quam poetæ antiquiores in extrema Occidente marisque Atlantici insula, seriores vero in terra continente Libyæ iis adsignant, Heyne ad Apollod. I, 2, p. 24 sq.; II, 4, p. 295, 305; et Comment. de Theog. Hesiodi, p. 142 sq. it. Cl. Hermanni Mythol. Hom. et Hes. p. 38 et 401. — *antra Medusæ* conf. X, 174; et Ovid. Met. IV, 771 sqq. — 60. *Macæ*, οἱ Μάκαι, populus Syrticus. Conf. III, 275; IX, 11; Plin. V, 5. — *Cinyphius*, al. *Cinyps*, Κίνυφος et Κίνυψ, Libyæ fl., fertilibus, qui adjacent, agris celebratus, inter duas Syrtes per Macas in majorem *Syrtin* (*il Golfo di Sidra*) influit, et nunc *Wadi-Quaham* dicitur. Conf. III, 275: *d'Anville Geogr. Anc. III*, p. 71; *Mémoires de l'Acad. des Inscr.*, T. XXVI, p. 78; Herodot. IV, 175 et 198.

61. *Battiadas*, Cyrenæos, ut III, 253, et Βαττιάδαι ap. Pind. Pyth. V, 73, et Callim. H. in Apoll. v. 96. Hinc et Callimachus passim *Battiades* dicitur, vel quia a Batto originem ducebat. V. Burm. ad Ovid. Amor. I, xv, 13. — *iniquo sole*, nimio æstu, ut ap. Virg. Æn. VII, 227. *iniqua* dicuntur ea omnia, quæ nimis, vel parva, vel magna sunt. Ager autem Cyrenarum, etsi in desertioribus Libyæ locis situs, propter fertilitatem, quam potissimum fontibus debet, prædicatur. Vid. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 65. Ceterum *Cyrene* et mox *Barce* per πρόληψιν h. l. sed exemplo Virg. Æ. IV, 43 (ubi vid. Heyne) nominantur; nam Battus ejusque nepotes, harum urbium conditores, longo tempore post Iarbam vixere. Conf. ad I, 628, et VV. DD. ad Herodot. IV, 160. — 62. *Nasamon* vid. ad I, 408. — *patrius*, ejusdem patriæ, circa lucos Hammonis in Marmarica, quem vulgarem errorem geograph. notat Cellar. ad Curt. lib. IV, 7, 19. — *Barce* urbs mediterr. Cyrenaicæ, et etiamnunc caput regni Barcani, inde denominati, quod inter Ægyptum regnumque Tunetanum litori prætenditur. — *arida* cf. III, 251; Virg. Æ. IV, 42; Claud. bell. Gild. v. 160. Tota regio Barcana soli asperitate et siccitate sterilis, latrociniisque infesta est.

Cui nemora Autololum, atque infidæ litora Syrtis
Parebant, nullaque levis Gætulus habena.
Atque is fundarat thalamos Tritonide nympha,
Unde genus, proavumque Jovem regina ferebat,
Et sua fatidico repetebat nomina luco.
Hæc ignara viri, vacuoque adsueta cubili,
Venatu et silvis primos defenderat annos :

64. *Getulus* quidam. Male! Gr. Γαιτούλοι. — 67. Vereor, ut hic versus sit a Silii manu ; languet certe et versus præc. sententiam repetit. — 69. Vulgg. *assueverat*, quod primus Nicand. ap. Junt. dedit, verbo perperam ex v. præc. repetito : *defenderat* scripti et priscæ edd. quod Cellar. exponit, quasi transmittendo et transigendo áreneratt; et Drak., venatu defenderat virginitatem ab illecebris procorum. Sed *defendere* vitam est forte id. qd. tueri, h. servare, tolerare eam. N. Heins. conf. v. 673 hujus libri qui tamen ad sententiam h. l. expediendam nihil omnino valet. Idem conji. *exegerat*. Propius ad literarum ductum accedit emendatio Burm. *impenderat* ; proxime vero, quod reposuit Lefeb. *dependerat*, h. impenderat, ut ap. Lucan. X, 80. Conf. idem VIII, 100, et Colum. IV, 22, VII; X, 1, 20. Sed utrumque cum tertio casu jungi solet. Fortassis *desferverat* κατὰ *annos*, vel *duraverat*, vel *diffuderat*, et, nescio quid, scripsit poeta : *extenderat* suspic. Schmid. coll. v. 103.

63. *Autololes*, populus Mauritaniæ Tingitanæ et Gætuliæ ad montem Atlantem oramque maris Atlantici, Cf. III, 306 seq. XI, 192, Plin. V, 1, 2. — *infidæ*, latrociniis et naufragiis infestæ. — 64. *Gætulus levis*, agilis ad cursum et ad equos regendos *nulla habena*. Vid. ad I, 215. An *levis* est vagus et palans, more Nomadum, et *habena* h. l. imperium? Gætuli certe, ut verbis Sallust. Bell. Jug. c. 18 utar, neque moribus, neque lege aut imperio cujusquam regebantur : vagi, palantes, etc. Sed alterum magis h. l. convenit.

65. *is*, Iarbas, et mox *regina* Asbyte. — *fundari* et *fulciri* familia dicitur, uxore ducta liberisque ex ea susceptis, quibus mortuis δόμος ἡμιτελὴς Il. β, 701. Filii patrum στῦλοι, vel στύλοι οἴκων ap. Eurip. in Taur. v. 57; Troad. 570; al. conf. Burm. et Weitz. ad Val. Fl. I, 721; VI, 689; et quos Drak. laudat, Stat. Silv. IV, VII, 30; Auct. Octaviæ v. 532; Prop. IV, II, 69; Appul. Met. VII, p. 136; ubi v. Pric. (et p. 350); Virg. Æn. XII, 59. — — *nympha Tritonide*, h. Tritonidis paludis et fl. prope Syrtim minorem. Conf. Virg. Æn. IV, 198. Cellarius suspicabatur, Silium adlusisse ad Amazonidas Afras, quas circa hunc lacum habitasse tradit Diodor. III, 53. — 66. *proavum* si proprie dixit poeta, vel *proles* v. 58 non filia, sed neptis est, vel avi materni pater innuitur, ut Asbyte tam paternum, quam maternum genus a Jove fingatur duxisse, quod ad summam ejus nobilitatem valeret.

68. Conf. Virg. Æn. VII, 805 sq. Pind. Pyth. IX, 33 seq. — *ignara*, expers, *viri*, ut ap. Hor. Epist. II, 1, 132; ἄνδρα οὐ γιγνώσκω Luc. I, 34. Musæi locutionem γάμων ἀδίδακτος

Non calathis mollita manus, operatave fuso,
Dictynnam, et saltus, et anhelum inpellere planta
Cornipedem, ac stravisse feras inmitis amabat.
Quales Threiciæ Rhodopen Pangæaqne lustrant
Saxosis nemora alta jugis, cursuque fatigant
Hebrum innupta manus : spreti Ciconesque, Getæque,

Sed ibi est longius tolerare, ut v. 524; III, 95 et al. — 70. *molita* Tell. R. 3. Ben. Ald., non improb. Lefeb. si legatur, *non calathos molita manu.* — 75. *Hæmum*, Thraciæ montem, pro *Hebrum*, substituendum censebant Burm. et Drak. coll. Claud. de laud. Stilic. III, 307, 308, quis nemo per flumina currit. Non male : sed vulgata quoque lectio defendi potest. Si quid tamen mutandum, scriberem *cursuque fatigant Eurum* (vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 317.), vel *pulsuque fatigant*. Vid. not. *Geræque* quidam codd., teste et prob. Dausq., qui Geras sibi non nescios dicit, sed forte cum *Gerrhis* eos confudit, quod et suspicatur Drak. cf. D. Heins. — 70. *mollita*, mollis facta, vel effeminata *calathis* flectendis, vel lana trahenda et facienda. Conf Virg. l. c. — *operari*, operam dare, v. c. textis, Musis, sacris, etc. Cf. v. 674; Heyne ad Tibull. II, I, 65; III, 36; Bentl. ad Horat. Od. III, XIV, 6. — 71. *Dictynna* prop. Britomartis, Nympha et Dianæ socia, h. l. ipsa Diana. Vid. Heyne Exc. ad Virg. Cir. v. 200, et Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 190, 197, 205. — *planta*, calcaribus, *inpellere*, ut *p. fodere* VI, 212; VII, 67; VIII, 556; Virg. Æn. VI, 882. — 72. *stravisse*, ἀοριστως.

73. Comparatio petita ex Virg. Æn. I, 316 sq. et XI, 659 sq. ipsa autem Thraciæ, cujus montes populique h. l. recensentur, descriptio ex ejusd. Georg. IV, 461 seqq. conf. inf. VIII, 428 seq. — *Threiciæ*, (Θρηικιαι, ex forma Ion. Θρῆιξ pro Θρᾷξ) sc. virgines, vel Amazones, quæ cur *Thraciæ* dicantur, docet Heyne ad Virg. Æ. XI, 659. — 74. *cursuque fatigant* v. Heyne ad Virg. Æn. VII, 807 : *fatigare*, fatim agere, sæpius tractare, exercere, frequentare (vid. ad I, 63 et 675.) v. c. *amnem remis*, h. crebro movere, *silvas venatu*, sæpius pererrare, ap. Virg. Æn. VIII, 94, et IX, 605; ad quæ loca vid. Heyne. Sic *cursu Hebrum*, maximum Thraciæ, quæ hiemis sedes est, flumen, glacie scil. adstrictum, *fatigare* significat, cursu eum frequenter transmittere. Conf. Hor. Epist. I, III, 3, et, quos Lefeb. jam laudavit, Virg. Æn. XI, 660, *Amazones flumina Thermodontis pulsant*, et Martial. VII, 6, *Et ungularum pulsibus calens Ister.* Hæc ratio linguæ convenientior videtur, quam si *cursu fatigare* simpl. pro cursu vincere, superare, accipias. Conf. tamen Virg. Æn. V, 253, et inpr. Æn. I, 317 *volucrem fuga prævertitur Hebrum*, quæ lectio nostro forte loco firmari potest. Vid. ibi Heyne.

75. *Hebrum... fatigant*, Schmid. interpretatur campos Hebro adjacentes, ut *arare fluvium*, et similia, quæ illustrat Burmannus ad Grat. Cyn. 314. — *innupta manus :* «Ama-

Et Rhesi domus, et lunatis Bistones armis.
Ergo habitu insignis patrio, religata fluentem
Hesperidum dono crinem, dextrumque feroci
Nuda latus Marti, ac fulgentem tegmine lævam
Thermodontiaca munita in prælia pelta,

78. *dono crinem*, non *crinem dono*, Col. *nodo* conji. D. Heins. probb. N. Heins. Drak. (qui speciem Amazonæ, crinibus nodatis ornatæ, ex Gronov. Thes. Antt. Gr. T. I, exibuit) et Lefeb. qui τὸ *nodo* recepit, coll. Virg. Æn. IV, 138, et Senec. Hipp. v. 399, ut adeo Hasbyte eodem, quo Hesperides, modo crines *nodo*, h. in nodum *religaverit*, retro collegerit; vel religaverit nodo, h. retiolo aureo, κρωβύλῳ Hesperidum, quem fortasse ab ipsis dono acceperit. Si posterius verum est, non est quod vulgatam lect. sollicitemus; si prius, vox *Hesperidum* importuna est, et crediderim fere, poetam *H. modo*, vel, præeunte Virg. Æn. I, 320, *Harpalyces modoque*, vel *nodoque sinum* scripsisse: etsi ad morem Hesperidum, crines in nodum cogendi, Silius etiam inf. III, 284 respexisse videtur, et, si vel maxime ignotus est, locus tamen noster non majore interpolationis suspicione laborat, quam similis Horat. Od. II, 11, extr. ubi vid. Bentl. et Jani. — 79. *fulgentem*, non *fulgenti*, Col. et Ox. *lævam*, non *lævum* Col. — 80. *Thermodontiaca*, non *Thermodoontiaca*, Put. Θερμώδων, οντος, dicitur Ponti fl., qui Ponto Euxino miscetur. Conf. VIII, 433, et, quos Drak. laudat, Stat. Silv. I, 6, 56. Intpp. ad Virg. Æn. XI, 659; ad Prop. III, 12, (al. 13) 16; Heins. ad Claud. de R. P. II, et 2, et loc. class., a Drak. adpositum, Quint. Cal. I, 146 sq.

zones cum contemtu virorum se tuentur. » Justin. loco class. II, 4. Ἀμαζόνας ἀντιανείρας Hom. Il. γ, 189; ζ, 186; Ernesti: sed Homerus alio sensu eas ita dicit; eò, quo Virg. Æneid. lib. I, 493, *audetque viris concurrere virgo*. — *Spreti Ciconesque*, etc. pro, quæ spernunt connubia et consuetudinem Thracum. — *Cicones*, Thraciæ populus prope *Hebrum* fl., qui nunc *Marizza* dicitur. — *Getæ* Thracibus adnumerantur exemplo Virg. Ge. III, 462 et IV, 463; ad quæ loca vid. Heyne et Voss. — 76. *domus* conf. ad I, 572. — *Rhesi domus* v. Heyne ad Virg. Ge. IV, 461 et Æn. I, 469. — *lunatis armis*, h. peltis, scutis parvis, Amazonum inprimis, quæ formam mediæ, vel corniculatæ lunæ referebant. Cf. Virg. Æn. I, 490; XI, 663; Senec. Hippol. v. 400; Lips. Mil. Rom. III, 1

78. De *Hesperidibus* vid. ad I, 431. — *donum Hesperidibus* est aurea fascia, seu reticulum, ab Hesp. adceptum: poetam autem puto cogitasse de aureis pomis in hortis Hesperidum crescentibus, qui quum siti essent in finibus Mauretaniæ, obvia fictionis illius occasio fuit, inpr. Silio, qui his adlusionibus e longinquo repetitis delectatur; Ern. *nodo* omnino legendum putabat etiam Withof. — *dextrum* κατὰ *latus*, mammam, *nuda Marti*, ad pugnam, ut eo expeditius pugnaret. Cf. VV. DD. ad Virg. Æ. I, 492, et Heyne ad Æ. XI, 649; cujus explicatio nostro quoque loco comprobatur. — 79. *tegmine*, pelta, quæ lævum latus tegebat. — 80. *Thermodontiaca*, Amazonia. Vid. ll. cc. in var. lect. —

Fumantem rapidis quatiebat cursibus axem.
Pars comitum bijugo curru, pars cætera dorso
Fertur equi; nec non Veneris jam fœdera passæ
Reginam cingunt : sed virgine densior ala est.
Ipsa autem gregibus per longa mapalia lectos
Ante aciem ostentabat equos, tumuloque propinquo,
Dum sequitur gyris campum, vibrata per auras
Spicula contorquens summa ponebat in arce.
Hanc, hasta toties intrantem mœnia, Mopsus
Non tulit, et celsis senior Gortynia muris
Tela sonante fugat nervo, liquidasque per auras

66; ad Ovid. Met. II, 249. Add. Intpp. ad Val. Fl. IV, 601 et al. — 86. *tumuloque propinquum* conj. Best, et recepit Lefeb. prob. Drak., ut sensus sit : dum, equos in gyrum flectens, *sequitur*, h. petit (ut I, 141; Virg. Æn. V, 629; Ovid. Epist. VII, 10, et Fast. VI, 109; Cic. ad Att. X, 18 ubi vid. Græv.) campos colli, in quo Saguntus condita, propinquos. Non male : at, qui in campo sunt, tela in urbem alte sitam frustra mittere videntur. *Dum secat in gyros campum* emend. N. Heins. coll. inf. v. 171. Sed vulgatam forte lectionem non male ita expedias : Flectissimum pulcherrimumque equitatum Asbyte ipsa ante prima signa ducit, et, dum in campo circa urbem longius procedit, (vel in campo *viam*, seu *iter sequitur*, ut ap. Ovid. Pont. I, 4, 38; II, 10, 18; Virg. Æn. II, 737) collem, vel tumulum, (*τύμβον*, ut ap. Virg. Æn. XI, 849 sq.) urbi propinquum, conspicit et occupat, unde jacula in superiores urbis, colli impositæ, partes mittit.

81 *Fumantem*, ut VIII, 282. Cf. Virg. Ge. III, 107 et Hor. Od. I, 1, 4. — 84. *virgine densior ala est*, quædam mulieres, quæ Asbyten comitabantur, etiam nuptæ erant, sed major pars virgines. Male intp. quidam. « major pars virginum equo merebat. »

85. *mapalia* h. l. sunt forte vici et pagi, qui ex mapalibus constant, ut ap. Sallust. b. Jug. c. 18 et 46. De *mapalibus*, tuguriis Nomadum, Hamaxobiorum, quæ plaustris inponunt, v. Heyne ad Virg. Ge. III, 340, et Æn. I, 421. — *longa*, longinqua, remota. — 87. *Dum tumulum propinquum* arci Sagunt. circumequitat, unde *gyri* efficiuntur : nam *campum sequitur* (ut apud Virg. Æn. II, 737, v 629), qui in ipso campo progreditur eumque emetitur; Ern. Vid. var. lect.

90. *Gortinia Tela*, h. Cretica : nam Gortyna, seu Gortynæ (nunc *Gurtina*) urbs Cretæ (*Candiæ*) ex qua insula Mopsus Saguntum venerat. Conf. mox v. 101. Epitheton simpl. ornat, ut *harundo Cydonea* X, 261, et *Dictæa* XIII, 184; XV, 634. Cydon, vel Cydonia (hod. Canea) urbs, et Dicte mons Cretæ. Λύκτιον, seu Λύττιον ἄμμα ap. Callim. H. in Apoll. v. 33; ubi vid. Spanhem. Poetæ a præstantiore aliquo genere epitheta repetere solent : Cretenses autem nobilissimi olim sagittarii fuere, quorum hinc ope Romani sæpius usi sunt, Cretaque abundabat canna, sagittis aptissima. — 91. *fugat*, jacit, so-

Digitized by Google

Dirigit aligero letalia vulnera ferro.
Cres erat, ærisonis Curetum advectus ab antris,
Dictæos agitare puer levioribus annis
Pennata saltus adsuetus arundine Mopsus.
Ille vagam cælo demisit sæpe volucrem,

92. *Deligit* Col. unde *Derigit* suspic. Drak., quod Lef. edidit, ut sit pro, mittit e muris, non id. qd. *dirigit*, quæ verba communiter olim usurpata putabat Drak. ad IV, 676. Ego potius crediderim, verbum *derigere* soli librarr. fraudi et incuriæ deberi. Conf. ad IV, 540; VI, 228; IX, 583; Virg. Ge. II, 281; Æn. I, 401, et loca in notis laudata. — 94. *armis* malebat N. Heins. suffrag. Drak. Non male: certe vulgata friget. — 96. *dimisit* Put. et Parm. *divisit* (h. jaculo transfixit, ut ἰδάϊξε Hom. Il. φ, 147, et βάλε μέσσην Il. ψ, 875) R. 3, et Med. quod probavit N. Heins. ad Claud in Rufin. II, 25, et recepere Cell. et Drak. qui posterior *demittere* de eo tantum dici posse existimabat, qui in loco superiori ipse est et in inferiorem mittit; quo sensu *fundæ* VIII, 526, vel tela aliaque avem cælo demittere dicantur, non autem homo, qui tela jaculatur. Sed vid. Val. Fl. I, 94 Similiter *dejicere* dixit Virg. Æn. V, 542 et XI, 580, unde *dejecit* h. l. emend. N. Heins., quod ne ipsi quidem Drak. displicuit, cui nec Burm. conj. *defixit* spernenda videbatur. Nos vulgatam lectionem servavimus cum Lefeb. et Schmidio, qui posterior monet, fundam et tela non semper ave esse superiora, et hominem semper aliquo instrumento uti, quo quid dejiciat, adeoque funda, seu telis avem

nante nervo. Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, Hom. Il. δ, 125. — 92. *Dirigit vulnera*, h. sagittam, vulneris infligendi causa, ut ap. Sen. Herc. OEt. v. 159; Virg. Æn. X, 140; XI, 654; XII, 490. Conf. ad I, 397. — *aligero ferro*, ut πτερόεντες ὀϊστοὶ, τὰ πτερόεντα. Conf. v. 95.

93. *Curetum*, de quibus vid. loc. class. Strab. X, p. 310, 326, al. p. 465 seq. Conf. Heyne ad Apollod. p. 15, 16. Spanhem ad Callim. H. in Jov. v. 52, 53. — *antris*, antro Dictæo. — *ærisonis*, χαλκοφώνους, χαλκοκτύπους, propter Κνώσσια ὀρχήματα, vel πυῤῥίχην et ἐνόπλιον, quam saltationem armatam invenisse, et nato quoque Jove instituisse feruntur. Vid. Spanhem. l. c. — 94. *agitare saltus* (propr. feras in iis v. c. ap. Virg. Æn. IX, 686) ut *fatigare* dixit Virg. Æn. IX, 605.

96. Innuitur dexteritas et impetus, quo telum emittitur. Gron. Diatr. Stat. c. 16, v. 98 per hypallagen interpretatur: ante rueret fera incauta sub inopino ictu. Sed *incautum* h. l. et ap. Lucan. IV, 719 non modo eum dici, qui sibi non caveat, sed etiam, qui non caveatur, putant Barth. Adv. XXXV, 3, et Drak. ad h. l. ubi multis exemplis probat, plura adjectiva, quæ vim activam habeant, v. c. *nescius*, *ignarus*, *dubius*, *incredulus*, *surdus*, *cæcus*, *infestus*, passive, et contra *ignotus*, *notus*, *suspectus*, *innocuus* et alia active sumi. Conf. quos laudat VV. DD. ad Phædr. I, 11, et ad Gell. IX, 12; Gronov. ad Sen. OEd. v. 1; Boxhorn. ad Plaut. Rud. I, v, 17; Heins. ad Ovid. Met. VII, 672; Hottom. ad Cic. Verr. I, 7; Pric. ad Appul. Med. IX, p. 190; Æmil. Port. in Lex. Ion. Vid. Ἄκριτος et al. Add.

Ille procul campo linquentem retia cervum
Vulnere sistebat; rueretque inopina sub ictu
Ante fera incauto, quam sibila poneret arcus.
Nec se tum pharetra jactavit justius ulla,
Eois quamquam certet Gortyna sagittis.
Verum ut opum levior venatu extendere vitam
Abnuit, atque artæ res exegere per æquor,
Conjuge cum Meroe natisque inglorius hospes
Intrarat miseram fato ducente Saguutum.
Coryti fratrum ex humeris calamique paterni
Pendebant, volucerque chalybs, Minoia tela.
Hic medius juvenum Massylæ gentis in agmen
Crebra Cydoneo fundebat spicula cornu.
Jam Garamum, audacemque Thyrum, pariterque ruentes

demittere posse. — 98. *rueretque*, vel *ruere atque*, h. ruebat, maluerit N. Heins. — 99. *in cantu* R. 2, unde *fera*, *incautus*... *arcus*, b. a quo non cavebatur, reposuit Lefeb. Noo male, si *inopina s. i.* pro, inopino s. i., dictum acceperis. — 103. *artæ*, noo *arctæ*, semper in Col. et optimis quibusque codd. occurrit teste Drak. ad VII, 280, ubi laudat Pier. ad Virg. Æ. I, 293; II, 146; Castal. ad Rutil. Itin. II, 20; Lambin. ad Lucret. I, 71; Gronov. ad Senec. Œd. 277, et Broukh. ad Tibull. I, 5, 53; Add. Stœber. ad Manil. p. 525, et Ill. Harles. ad Cellar. Orthogr. p. 180. — 104. *Merone* ed. Lefeb. vitiose. Nomen ab ins. Nili in Æthiopia ejusque urbe ductum. — 107. *chalybs* et *calami* sunt synonima; unde hic versus languet, et vel plaoe ejiciendus videtur, vel *validusque chalybs*, aut simile quid legendum est, ut *chalybs* sit ensis. — 109. Vulgg. *Cydonæo*. — 110. *Garamum* scripti et Med., a Garamantibus sic dictum. Vulgo *Gravium*, prob. Dausq. Sed reliqua

Intpp. Tac. Ann. I, 50, et Cort. ad Sallust. b. Jug. c. 49, 5. — *poneret*, deponeret, finiret.

100. Nec ullus Cretensium Mopso tum arte jaculandi antecellebat. — 101. *Eois certet sagittis*, de arte sagittandi contendat cum Orientalibus, forte Parthis. Cf. Virg. Æn. XII, 858, et Lucan. VIII, 300, 311. — 102. *levior opum*, ut contra *largus opum*. — 103. *artæ res*, ut *angustæ* ap. Hor. Od. II, x, 21. — 104. *inglorius* ut ap. Virg. Æn. XI, 793 ubi v. Heyne. — 106. *Corytus* in Gloss. ap. Reines. Inscr. p. 106; Θήκη δημματινὰ βέλων, adeoque pharetra, ut ubivis fere ap. poetas, etsi propr. arcuum, non sagittarum theca est, si fides habenda Schol. ad Hom. Od. φ, 54; Lutat. ad Stat. Th. IX, 730, et Serv. ad Virg. Æ. X, 169; ubi vid. Heyne in V. L. — *fratrum*, Dorylæ et Icari, filiorum Mopsi. Cf. v. 126 et 133 sq. — 107. *tela*, arma, *Minoia*, Cretensia.

108. *medius juvenum*, inter filios. — *Massylæ gentis* conf. ad I, 101. — *Cydoneo* vid. ad v. 90, et conf. Virg. Ecl. X, 59, et Æ. XII,

Gisgonem, levemque Bagam, indignumque sagittæ,
Inpubem malas, tam certæ obcurrere Lyxum
Fuderat, et plena tractabat bella pharetra.
Tum, vultum intendens telumque in virginis ora,
Desertum non grata Jovem per vota vocabat.
Namque ut fatiferos converti prospicit arcus,
Obposito procul insidiis Nasamonias Harpe

Afrorum nomina, Gravios vero Hispaniæ populum esse (vid. I, 235.), monet Drak. *Granium* Parm. *Thyrum*, non *Tyrum*, scripti et priscæ edd. — 111. *Gisgonem*, non *Gisconem*, Put. et Med. *levemque* a Gr. λεῖος, non *lævemque*, recte scribitur, judice Drak. *lævumque* scripti et Med. aliæque antt. edd., quæ lectio forte non deserenda, nec cum N. Heins. in *sævumque* mutanda. *Lævus* et Gr. *σκαιός* propr. est sinister, et deinde, vel tardus, imperitus, stupidus, *ἀμαθὴς*, vel infelix, ut III, 94, ubi vid. not. forte et perversus, pravus, et hinc malus, inprobus, ut *σκαιός* et *sinister*. — 112. *Lyxum* scripti et priscæ edd. Vulgg. *Lixum*, forte rectius a Lixo, Africæ urbe. Vid. III, 258; V, 401. — 117. *Nasamonias Harpe* Col. et Parm. ne improb. quidem Dausq. Est græca forma, qua ab adjectivis gentilibus, in *ius* desinentibus, alia et quidem feminina, in *ias* exeuntia, deducuntur. Vid. exempla, a Drak. adlegata, inf. XIII, 494; XIV, 253, 270; Virg. Ge. IV, 463; Ovid. A. A. I, 556; II, 382; Senec. Herc. Œt. 192, et alia ap. Jani ad Horat. Od. I, 22, XIV, et Heins. ad Ovid. Epist. XV, 164, ubi *Arpe* hic le-858 ubi vid. Heyne. — 111. *levis* penult. longa, propr. politus, λεῖος, non asper tactu; hinc mollis, tener, inberbis, inpubes. Cf. Tibull. I, VIII, 31, et Hor. Od. II, XI, 6, ubi vid. Jani. Drak. putat; Bagam fingi inpilem, qui barbam sibi vellat exemplo mollium virorum, quod et Cæsarem aliosque fecisse constat. — 112. *et Lyxum*, *inpubem κατὰ* malas, ideoque *indignum occurrere* (græce pro, ut, vel qui occurreret) *sagittæ tam certæ*, cujus ictus tam certus erat, quæ non fallebat et aberrabat, adeoque digna erat, quæ virum fortiorem majoremque natu interimeret. Cf. Virg. Æn. XI, 767; Hor. Od. I, XII, 23 al. *ἰοὺς ἀφύκτους* adpellat Sophocl. Phil. 105. Vid. Valcknar. ad Eurip. Hipp. p. 317. — 113. *Fuderat* humi, pro straverat, ut ap. Virg. Æ. I, 193, *κέχυνται* Hom. Il. *ε*, 141.

114. *vultum intendens*, *τιτυσκόμενος* D. Heins. — *vultum intendens telumque* ut ap. Virg. Æn. V, 508. — 115. *per vota vocabat* ut *votis*, et *in vota* ap. Virg. Ge. I, 42. et Æ. V, 234, ubi v. Heyne. Frustra invocabat opem Jovis, ab ipso contemti, quoniam Cretam, natale hujus Dei solum, deseruerat. Conf. v. 141. Ita Cell. et Dausq. quem... nescio quare... nihil h. l. vidisse putabat N. Heins. ad Ov. Met. XIII, 707. Nil potius vidit Barth. Adv. VI, 25, ubi intelligit Jovem desertum Hannibali ejusque militiæ, ut sæpe *temeratus* dicitur violato fœdere; *per vota non grata*, quia puella erat Asbyte, et Jupiter magnus mulierum amator.

116. *converti* scil. in Asbyten. — 117. Cf. XIII, 657. — *insidiis*, ictui clandestino Mopsi. — *Nasamonias*, vid. V. L. et ad I, 408. —

Digitized by Google

Corpore præripuit letum, calamumque volantem,
Dum clamat, patulo excipiens tramisit hiatu,
Et primæ ferrum a tergo videre sorores.
At comitis frendens casu labentia virgo
Membra levat, parvaque oculos jam luce natantes
Inrorat lacrimis, totisque adnisa doloris
Viribus intorquet letalem in mœnia cornum.
Illa volans humerum rapido transverberat ictu
Conantis Dorylæ, junctis jam cornibus arcus,
Et ducti spatium nervi complente sagitta,
Excutere in ventos resoluto pollice ferrum.
Tum subitum in vulnus præceps devolvitur altis

gendum monet, refrag. Drak. ob consensum codd. et quia *Harpe* nomen virginis bellatricis est ap. Val. Fl. VI, 375, et equæ inf. XVI, 365. *Nasamonius Harpe* Ox. Pot. Med. proxime verum. Vulgg. *Nasamonia Sarpe*. — 119. *hiatu*. *En* tacite reposuit Lefeb. ut passim. — 121. *At c. f. casu* e Col. Put. et R. 3, recepit Drak Vulgo *At c. casum frendens*, quod exquisitius est. *Ad c. casum* conjectura Scalig., quam amplexus est Cell. — 123. *annisa*, non *annixa*, Col. ut v. 629; IV, 290, 586; IX, 379; X, 197, 257; XV, 578, probb. N. Heins. et Drak. conf. Serv. ad Virg. Æn. I, 144, 506. Intpp. ad Val. Fl. III, 193. Cel. Harles. ad Cellar. Orthogr. p. 298. — 125. *umerum*, ut *umens*, *umidus*, *umectare*, semper in e. Col scribi monet Drak. qui laudat Quintil. Inst. Orat. I, 5, et Broukh. ad Tibull. I, 4, 44. — 127. *Educti* Col. Put. Med. prob. Modio. *Adducti* conj. N. Heins. qui tamen nec vulgatam lect. damnat, quam servavi, quia et doctior est, et verba si-

118. *letum* reginæ intentatum *præripuit*, telum suo corpore recipiens.

121. *virgo*, Asbyte. — 122. *oculos natantes*, dubio motu fluctuantes, modo labentes, modo iterum se aperientes, ut dormitantium ebriorum et moribundorum oculi esse solent. Cf. VV. DD. ad Virg. Ge. IV, 496, et Æn. IV, 691 (*oculis errantibus Quæsivit lucem*); V, 856; Ov. Met. V, 71, et Fast. VI, 673; Stat. Th. II, 658. — 123. *totisque adnisa*, etr. Drak. Conf. inf. v. 627; V, 325; Virg. Æ. IX, 744, et Ovid. Met. V, 32, 33. — 124. *cornus*, hasta, ut alia quoque belli instrumenta ex corno, quæ arbor *bellis adcommoda* dicitur: Claud. R. P. II, 107. Vid. Virg. Ge. II, 447.

126. Conf. Virg. Æ. IX, 622 sq et inpr. XI, 859 seq. Hom. Il. δ, 122 seq. — *Conantis excutere in ventos*, h. qui in eo jam erat, ut sagittam emitteret. Similiter intento jam arcu occiditur Cleades VII, 659.—127. *complere* et *implere* artis sagittatoriæ vocabula esse docent a Drak. laudati Savar. ad Sidon. Apollin. I, 2, eoque præeunte Cerda ad Virg. Æn. XI, 860. — *ducti* vid. V. L. — 128. *resoluto*, sublato, *pollice* relaxante nervum, quem adstrinxerat. — 129. *in vulnus devolvitur* conf. Virg. Æn. X, 488,

Aggeribus muri, juxtaque cadentia membra
Effusi versa calami fluxere pharetra.
Exclamat paribus frater vicinus in armis
Icarus, ulciscique parat lacrimabile fatum:
Atque illum, raptim promentem in prælia telum,
Hannibal excussi prævertit turbine saxi.
Labuntur gelido torpentia frigore membra,
Deficiensque manus pharetræ sua tela remisit.
At pater in gemino natorum funere Mopsus
Conreptos arcus ter mœsta movit ab ira:
Ter cecidit dextra, et notas dolor abstulit artes.
Pœnitet heu! sero, dulces liquisse penates,

ne particula et minus cohæreut. Conf. ad I, 334. — 131. *fluxere* scripti et anti edd. nisi quod *flexere* exhibet Med. Vulgata lectio *fulsere* debetur Marso, et, quum *fluendi* notio jam verbo *effusi* expressa sit, præferenda videbatur Dausq., cui Drak similia loca Senec. Herc. Œt. 1228 et Furii ap. Macrob. VI, 4, subponit. — 138. *in g.* scripti cum R. 2, Ald. Junt. Nui. *in* deest in R. 1, aliisque antt. edd. Hinc, ut metro consuleret, *e* inseruit Martinus Herbipol., quem secuti sunt alii.

ubi vid. Heyne. — 131. Sagittæ ex pharetra, quum de muro decideret, versa effluxere. — *fluere* et *defluere*, decidere. Vid. si tanti est, N. Heins. et Ind.

132. *paribus in armis*, pariter armatus, ut *in ferro*, *in Tyriis*, *in Cois*, *in hasta*, vel *in toga laxa esse*; Drak. laudat IV, 380; Virg. Æ. V, 550, Appul. Met. III, p. 46; Val. Flacc. I, 641; V, 463; Stat. Th. IV, 221; Salmas. ad Pollion. Tyrann. XXX, 32; Gronov. in Gustu ad Stat. Achill. I, 558; Broukh. ad Prop. IV, II, 28, et ad Tibull. I, IX, 70, et II, III, 78; ubi cf. Heyne. — 134. *Atque* pro *atqui* positum videtur, ut in periodorum initiis et transitionibus, ap. Cic. Arch. 7; Phil. III, 9, et Catil. III, 2; ap. Terent. Andr. I, III, 20; v, 65; IV, I, 16, et ap. Plaut. Cas. II, VI, 12, et Bacch. I, I, 53; V, II, 68; nisi potius his locis cum Cl. Schellero in Lex. *atqui* legendum censeas, ut et ap. Virg. Æ. VI, 162. — *promentem* ex pharetra. — 135. *turbine saxi*, ut ap. Virg. Æn. XII, 531. Vid. Heyne. — 137. *remisit*, reddidit *tela*, nondum depromta.

138. Eximia suavitas et δεινότης horum versuum, qui summum amoris paterni adfectum animique perturbationem spirant. Sed prævivit Virg. Æn. VI, 32 seq. ubi vid. Heyne. — 139. *ab ira*, ira motus. Vid. Ind. et si tanti est, Drak. ad XI, 246; ubi præter alios laudat Gronov. ad Liv. XXIV, 30; XXVI, 1. — 140. *notas artes* v. sup. v. 96 sq. — 141. *penates*, patriam, Cretam. — Apta nunc patriæ cogitatio: si in patria mansissem, filios non perdidissem; sed absonum videtur, quemquam, ut sibi ipse mortem consciscat, saxum adhi-

Digitized by Google

Adreptoque avide, quo concidis, Icare, saxo,
Postquam ævum senior percussaque pectora frustra
Sentit, et, ut tantos compescat morte dolores,
Nil opis in dextra, vastæ se culmine turris
Præcipitem jacit, et delapsus pondere prono
Membra super nati moribundos explicat artus.
  Dum cadit externo Gortynius advena bello,
Jam nova molitus stimulato milite Theron,
Alcidæ templi custos aræque sacerdos,
Non exspectatum Tyriis effuderat agmen,
Et fera miscebat reserata prælia porta.
Atque illi non hasta manu, non vertice cassis,
Sed fisus latis humeris et mole juventæ
Agmina vastabat clava, nihil indigus ensis.

149. *Theron* pro *Teron* reposuere Dausq. Drak. et Villebr., quoniam idem nomen ap. Virg. Æn. X, 312; Stat. Th. II, 304, 572, et alios occurrit. Sic et in e. Col. scribi infra sæpius testatur N. Heins. qui h. l. silet. *Thero* Ox. inf. v. 192, et XVI, 501, quod pluribus exemplis defendit Gronov. ad Senec. Agam. v. 514, et ad Plin. XX, 21. Conf. a Drak. ad v. 192, et XVI, 335, citati Quintil. Inst. Orat. I, 5, et Pier. ad Virg. Æn. X, 322. — 151. *Ante exspectatum* forte præstiterit, ut et inf. X, 301. Vid. not. ad v. 31. *offuderat* conj. N. Heins. Male! — 155. *nil* Dausq.

bere: ergo ad doloris perturbationem, et mortis adcelerandæ cupiditatem Mopsi consilium referendum est; Ern. — 147. *explicat*, extendit, in longum porrigit.

148. Cf. Virg. Æn. X, 317 seq. (ubi vid. Heyne) et Hom. Il. ν, 136 sq. *Gortynius advena* Mopsus Cretensis vid. ad v. 90. — 150. Sacerdotes pugnantibus quoque intersunt, ut V, 175 sq. et ap. Virg. Æn. X, 637, et XI, 768, ubi vid. Heyne. — *custos*, minister, antistes, sacra curans, ut v. 237, et ap. Virg. Æ. VIII, 270; coll. Macrob. Sat. III, 6. — 151. *Non exspectatum Tyriis*, (h. Pœnis) junge et conf. X, 301. — *effuderat*, catervatim emiserat, ut ap. Virg. Æn. VII, 522. Proprie agmina effundunt se, vel effunduntur, ἐκχύονται, ἐκχέονται, seu ἐπιχύονται Hom. Il. θ, 158; ubi v. Schol. π, 295; Od. θ, 515, al. h. instar fluvii et torrentis cum impetu ruunt, ut IV, 520 sq. et XII, 185. Conf. Ind. et loca a Drak. congesta. Sic et simpliciter *fundi*, seu *fundere se* VI, 572; 648; Val. Fl. I, 610; II, 662.

153. Imitat. Hom. Il. ν, 140. — 154. *mole juventæ*, h. corporis juvenilis. Cf. Virg. Æ. V, 430 sq. — 155. Theron, qui Herculis sacerdos est, ejus quoque arma gerit, ut Aventinus, Herculis filius, ap. Virg. Æn. VII, 655 sqq. quem locum Silius imitatione expressit. — 155. *clava* etiam omnino heroes

Exuviæ capiti impositæ tegimenque leonis
Terribilem adtollunt excelso vertice rictum.
Centum angues idem Lernæaque monstra gerebat
In clipeo, et sectis geminam serpentibus Hydram.
Ille Jubam, Thapsumque patrem, clarumque Micipsam
Nomine avi, Maurumque Sacen, a mœnibus actos
Palantesque fuga præceps ad litora cursu
Egerat, atque una spumabant æquora dextra.
Nec contentus Idi leto, letoque Cothonis,
Marmaridæ nec cæde Rothi, nec cæde Jugurthæ,
Asbytes currum et radiantis tegmina lænæ

forte operarum errore. — 156. Vulgg. *tegmenque*. Vid. ad I, 402. — 158. Ita scripti et Parm. Vulgo *idem cælatum insigne gerebat*. In ed. Med. totus deest versus. *Lerneia monstra*, per adpositionem, suspic. N. Heins., cui certe locus Virg. Æn. VII, 658, magis favet, quam, quod Drak. putat, adversatur. Vid. ibi Heyne. — 159. *exsectis* Benessa, quem frustra secutus est Lefeb. coll. III, 32. — 160. Vulgg. *Tapsum*. Sed Θάψος est Africæ urbs, III, 261. Plin. V, 4. *patris* sc. nomine clarum, non male conj. N. Heins., quod tacite recepit Lefeb. — 161. *Macen*, a Macis populo Africæ, (vid. sup. v. 60) suspic. Dausq. quum Saces in Asia sint. Sed *Sacen* esse nomen propr. militis, ut ap. Virg. Æ. XII, 651, monet Drak. Miror tamen, neminem offensum voce *actos*, quæ cum *egerat* jungenda est. Forte leg. *altis*, vel *arctos*. — 163. *fumabant* malebat N. Heins. Sed vid. ad. I, 126, 129, et conf. VI, 12, 705; Virg. Æn. VI, 87, al. — 166. *lænæ*, scripti et Med. conf.

utuntur, quibus poeta insignes et Herculeas vires tribuunt. Comparant Hom. Il. *ι*, 141; Virg. Æ. X, 318; Stat. Th. XI, 45. — 156. Utebatur rictu leonis pro galea, ut alii aliarum ferarum exuviis. Cf. IV, 559; V, 132; VIII, 493; Stat. Th. VII, 276, et Virg. Æ. VII, 666 sq. ubi vid. Heyne. Pelle autem ferina cingebatur, more barbarorum et heroum. Conf. VII, 288; VIII, 523, 570; Virg. Æn. II; 722; V, 37; VIII, 553; Hom. Il. *κ*, 23, 29, 326, al. vid. ad I, 415, et Burm. ad Val. Fl. I, 34. — *tegimen leonis* nihil differt ab exuviis. Conf. VV. DD. ad Virg. Æ. I, 275, 323; VII, 666.

158. Verba Virg. Æn. VII, 657, 658. De forma clipei v. ad I, 407. In numero autem anguium capitumque quæ tribuuntur hydræ L., quam Silius tribus loquendi formis designat, veteres variare, satis notum est. Vid. Heyne ad Virg. l. c. et ad Apoll. II, v, 2, p. 345; Heins. ad Ovid. Met. IX, 70; Schol. et VV. ad Hesiod. Theog. v. 312, et quos Drak. laudat, Tristan. Comment. hist. T. II, p. 301, et Spanhem. de V. et P. N. Diss. III, p. 233 sq. — 159. *geminam*, quia uno capite reciso duo renascebantur. — 162. *Palantes fuga Egerat*, ut IV, 571, et ap. Virg. Æ. V, 265; XI, 734. — 163. *æquora*, h. l. vel campus, vel mare.

166. *læva radians* est splendens

Poscebat votis, gemmataque lumina peltæ,
Atque in belligera versabat virgine mentem.
Quem ruere ut telo vidit regina cruento,
Obliquos detorquet equos, lævumque per orbem
Fallaci gyro campum secat, ac, velut ales,
Adverso rapitur sinuata per æquora curru.
Dumque ea se ex oculis aufert, atque ocior Euro,
Incita pulveream campo trahit ungula nubem,
Adversum late stridens rota proterit agmen,
Ingerit et crebras virgo trepidantibus hastas.
Hic cecidere Lycus, Thamyrisque, et nobile nomen
Eurydamas, clari deductum stirpe parentis,

ad XV, 424. Vulgg. l. *lævæ*, h. clipeum, seu peltam, gemmis ornatam, quam læva manu gerebat, ut sup. v. 79, onde retinerem, nisi mox peltæ mentio fieret *lene*, et v. 167, *geminata* quidam vett. — 173. Vulgo *ocius Euro*. Sed *ocior E.* scripti, quod doctius est, et ex I, 496; XIII, 242; XVI, 191; Virg. Æn. VIII, 2, 3; XII, 733, et Stat. Th. VI, 521, a Drak. firmatur. — 178. *Eurymachus* corrig. N. Heins., quom inter sponsos Penelopes nullus fuerit *Eurydamas*, et hic paulo post denuo interficiatur. Sed vid. *not.* ad h. l. et v. 185, ubi idem Heins. frustra conj. *Gens c. feri*, vel *austri*, vel etiam *G. e. virum c. delentur I. Eurydamæ*

anro intertexto, ut sup. v. 79 *fulgens tegmine læva*, et ap. Val. Fl. III, 98 *stellantia tegmina*; Ern. — *lænæ*, χλαίνης, *radiantis*, purpureæ, ut *Tyrio ardebat murice læna* ap. Virg. Æn. IV, 262. — 167. *lumina*, pulchritudinem et splendorem v. c. clipei ut mox v. 211 et ap. Claud. Cons. Prob. et Ol. v. 95; vel ferri ap. Val. Fl. III, 100; ubi vid. Burm.. — *lumina peltæ*, splendidam, fulgentem peltam. — *gemmata. lumina peltæ*, peltam gemmis fulgentem, in margine vel ὀμφαλῷ, umbilico. — 170. Lævam in partem equos flectit, ut hoc *fallaci gyro* ictum Theronis effugeret, simulque lævam pelta tectam, et dextram ad tela in hostem conjicienda expeditam haberet. Conf. Virg. Æn. X, 885 ibique Heyne. —

171. *secare campum*, æthera, viam, τέμνειν ὁδὸν, τρίβον, κέλευθον, αἰθέρα, θάλασσαν, formæ loquendi a sulcis agrorum petitæ. — *velut ales*, celeriter, *rapitur per æquora sinuata*, per campum, quem sinuosis flexibus percurrit. Ita *campus sinuatur* ap. Tac. Ann. II, 16. — 174. *pulveream nubem*, ut et νέφος et ὁμίχλη κονίης ap. Hom. Conf. ad I, 311.

178. *Eurydamas* ille, a quo noster originem ducit, unus ex procis Penelopes erat, quorum principes Antinous et Eurymachus notiores sunt: unde Dausq. hunc Eurydamanta ex stirpe Eurymachi fuisse suspicatur. Sed Eurydamantis quoque mentionem facit Hom. Od. ς, 296 et, quem locum a Drak. jam notatum viden, Od. χ, 283; ubi Ulyssis manu periisse traditur —

Qui thalamos ausus quondam sperare superbos,
Heu demens! Ithacique torum, sed enim arte pudica
Fallacis toties revoluto stamine telæ
Deceptus, mersum pelago jactarat Ulixem:
Ast Ithacus vero ficta pro morte loquacem
Adfecit leto, tædæque ad funera versæ.
Gens extrema viri campis deletur Iberis
Eurydamas Nomados dextra; superinstrepit ater,
Et servat cursum perfractis ossibus axis.
  Jamque aderat remeans virgo, inter prælia postquam
Distringi Therona videt, sævamque bipennem
Perlibrans mediæ fronti, spolium inde superbum
Herculeasque tibi exuvias, Dictynna, vovebat.

Nomados dextra. — 186. Post *Eurydamas* quidam distinguunt. *Nomades* Col. *ater*, h. atro sanguine infectus, scripti et R. 2. Conf. ad III, 463; V, 154, 619; VI, 107; IX, 365; XIII, 429. Vulgo *acer*, h. δριμὺς, vehemens, incitatus, celer; quod forte non spernendum. Conf. Virg. Ge. III, 141. — 189. *Destringi* reposuit Lefeb., ut sit artissime stringi, premi, quemadmodum *depugnare*, *devincere*, *decertare*, *deprœliari* pro acerrime pugnare, etc. passim occurrunt. Sed cur pessime et sine ullo sensu *distringi* legatur, non adsequor. Significat enim vel in diversas partes distrahi, ex utraque parte lacessi, ut ap. Liv. XXXV, 18; XLIV, 35; vel impediri, occupatum esse, premi v. e. *bellis* ap. Nep. Hannib. 13, et *circa mala* ap. Flor. IV, 12. Neutrum vero ab h. l. abhorret. — 190. *Prælibrans* conj.

— *parentis*, cujusdam ex majoribus. — 180. *Ithaci*, Ithacii Ulyssis, ut ap. Virg. Æ. II, 104 et 128. Cf. ad I, 14, et App. — *arte*, quæ notissima est ex Hom. Od. β, 93 seqq. et τ, 149. — *pudica*, pudicæ Penelopes. — 181. *Fallacis toties telæ*, quæ toties procorum spes fallebat. — *revoluto*, retexto. Cf. ad I, 115; Heins. ad Ovid. Metam. II, 654, et VV. DD. ad Prop. IV, VII (al. 8.), 51.

182. Id tamen non nisi de Eurymacho memoratur Homer. Od. β, 182 sqq. — Quum non sit credibile, lectionem bis depravatam fuisse, existimo Silium memoria lapsum Eurydamantem pro Eurymacho, de cujus cæde vid. Odyss. χ, 81 seqq., posuisse; Ern. — 184. *tædæque ad funera versæ*, faces nuptiales in sepulcrales mutatæ. h. in ipso nuptiarum adparatu occisus est. Conf. XIII, 547. — 185. *Gens extrema*, h. ultima proles, soboles, progenies, γένος (ut ap. Virg. Æn. X, 228; XI, 305 et aliis locis, quæ tam in Iud. quam a Drak. ad h. l. et a Gronov. ad Sen. Hippol. 900 laudantur) adeoque ultimus ex posteris *viri*, Eurydamantis illius, ab Ulysse interemti, *campis Iberis*, in Hispania. — 186. *Nomados*, Asbytes, Afræ.

189. *bipennem*, quam Camillæ etiam tribuit Virg. Æn. XI, 651. — 191. *Herculeasque exuvias*, h. leonis, quales gerebat Hercules

Nec segnis Theron tantæ spe laudis in ipsos
Adversus consurgit equos, villosaque fulvi
Ingerit objectans trepidantibus ora leonis.
Adtoniti terrore novo rictuque minaci
Quadrupedes jactant resupino pondere currum.
Tum saltu Asbyten conantem linquere pugnas
Occupat, incussa gemina inter tempora clava,
Ferventesque rotas turbataque frena pavore
Disjecto spargit conlisa per ossa cerebro,
Ac rapta properans cædem ostentare bipenni,
Amputat e curru revolutæ virginis ora.
Necdum iræ positæ: celsa nam figitur hasta
Spectandum caput; id gestent ante agmina Pœnum
Imperat, et propere currus ad mœnia vertant,
Hæc cæcus fati, divumque abeunte favore,
Vicino Theron edebat prælia leto.
Namque aderat toto ore ferens iramque minasque
Hannibal, et cæsam Asbyten, fixique tropæum
Infandum capitis furiata mente dolebat.
Ac simul ærati radiavit luminis umbo,
Et concussa procul membris velocibus arma
Letiferum intonuere, fugam perculsa repente

N. Heins. — 192. *Thero* Oxon. vid. ad v. 149. — 200. *spargit*, et mox *Ac rapta* Col. et Ox. Vulgg. *sparsit* et *At rapta*. — 205. *Temperat* Oxon. — 206. *serus fati* R. 2, ut *seri studiorum* ap. Horat. Sat. I, 10, 21, prop. Lefeb. qui et *serus voti* tentat. Sed cave quidquam mutes. *Cæcus fati* græce dicitur pro nescius f., ut ap. Lucan II, 14, et *c. futuri* ap. Claud. de R. P. I, 138; *cæcus fata* Tell. *adeunte* quidam codd. teste Barth. ad Claud. Cons. Hon. IV, 166, et sic Cellar. — 208. *Jamque* conj. N. Heins. ad marg. Silii, coll. Virg. Æn. II, 662. Mox *iramque* Col. et Ox. Vulgatum *irasque* Lefeb. firmat ex I, 38, monetque in R. 2, esse *ira*, et a in codd. pro *as*, *am*, *an*, *ar* occurrere. — 213. *perculsa*, non *percussa*, scripti.

Conf. v. 150 et 156. — *Dictynna* vid. ad v. 71. — 193. Conf. ad v. 157. — 198. *Occupat*, prævenit, antevertit, vel obprimit. — 199. *turbata frena*, frena equorum turbatorum, adtonitorum.

206. *cæcus*, ignarus, *fati*, mortis sibi imminentis. — *divumque abeunte favore*: Comparant Virg. Æn. VII, 584, et Stat. Th. II, 540. — 207. *Vicino*, ipsi instante. 210. *furiata mente*, ut ap. Virg. Æ. II, 407. — 211. *umbo ærati luminis*, h. clipeus, bractea ærea in-

Ad muros trepido convertunt agmina cursu :
Sicut agit levibus per sera crepuscula pennis
E pastu volucres ad nota cubilia Vesper;
Aut, ubi Cecropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymettos,
Ad dulces ceras, et odori corticis antra
Mellis apes gravidæ properant, densoque volatu
Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.
Præcipitat metus adtonitos, cæcique feruntur.
Heu blandum cæli lumen! tantone cavetur
Mors reditura metu, nascentique addita fata?

Recte; nam *concussa* modo præcessit, et verbum *percelli* de graviore re et adfectu, de torpore, terrore, metu, stupore, clade, ruina, *percuti* vero de admiratione, probabilitate, inani cogitatione et leviore omnino adfectu adhiberi solet : etsi hoc discrimen, culpa forte librariorum, sæpe negligitur, et Gr. ἐκπλήττεσθαι utroque certe sensu usurpatur. Grammaticis autem, qui *percuti* ad corpus, *percelli* ad animum referunt, fides non habenda. Vid. quos Drak. laudat, Lambin. ad Lucret. I, 13. Id. et Bentl. ad Horat. Epod. XI, 2; Heins. ad Ovid. Met. IV, 138. Id. et Pier. ad Virg. Ge. IV, 357, et Æn. I, 513; V, 372; VI, 475; IX, 292; Burm. ad Petron. c. CXI, p. 516; Græv. ad Cic. pro Dejot. c. 6. Conf. inf. ad VIII, 388. — 216. Pro *vesper* scripsi *Vesper*. — 221. *convexæ* scripti. Sed innuuntur apes βοτρυδὸν, instar uvæ, conglobatæ, unde *apum nubes* VIII, 635, et *uva* ap. Juven. XIII, 68, et Plin. XI, 17. Conf. Hom. Il. β, 89, et, quos N. Heins. et Drak. excitarunt, Senec. Œd. 602; Lucan. IX, 286; inpr. Virg. Ge. IV, 257, 558, et Æn. VII, 64 sqq. — 224. *Mors, reditura, metu*, n. *a. fato*, h. homini a fato destinata, emend. et edidit Lefeb. Non male, etsi vulgatum quoque ferri poductus et fulgurans. Conf. ad v. 167. — 214. *agmina* Saguntinorum, qui cum Therone eruperant.

215. Conf. Virg. Ge. IV, 434. — 217. Comparant Hom. Il. κ, 87 sqq. π, 259 seq. Add. Virg. Æn. I, 430 sq. VI, 707 sq. et Apollon. I, 879 sq. — *Cecropius*, mons Atticæ, qui cum dilectu ponitur. — 217. *formidine nubis aquosæ* conf. VV. DD. ad Virg. Ge. IV, 166 et 191 seqq. — 218. *tollit*, propr. aves se tollunt ex monte. — 219. *corticis* vid. Intpp. Virg. Ge. II, 453, et IV, 33. — *antra*, alvearia, caveas.

221. Conf. Virg. Ge. IV, 257. — 222. *feruntur*, εἴσονται, fugiunt. — 223. Poeta h. l. ex Stoicorum disciplina, qua imbutus mortem sibi ipse tædio vitæ adceleravit, de stulto vitæ amore et fato philosophatur. Cf. XIII, 883 seq. et Virg. Æn. XII, 646. — *Heu blandum cæli lumen* ut XVI, 73, conf. Virg. Æn. III, 600; VI, 363. — 224. *reditura*, συνθετὸν ἀντὶ ἁπλοῦ, pro ventura, (quam metus et fuga non remorantur) D. Heins. refrag. Dausq. qui hæc habet : « Mors fugacium istarum oculis obversabatur, advenerat, jam fugitant : verum (certior paratiorque per fugam et metum) reventura est. » — *fata*, fatum, μοῖρα, mors *addita nascenti*,

Consilium damnant, portaque atque aggere tuto
Erupisse gemunt : retinet vix agmina Theron,
Interdumque manu, interdum clamore minisque,
« State, viri : meus ille hostis : mihi gloria magnæ,
State, venit pugnæ! muro tectisque Sagunti
Hac abigam Pœnos dextra : spectacula tantum
Ferte, viri : vel, si cunctos metus acer in urbem,
Heu deforme! rapit, soli mihi claudite portas. »
At Pœnus rapido præceps ad mœnia cursu,
Dum pavitant trepidi rerum fessique salutis,
Tendebat : stat primam urbem murosque patentes
Postposita cæde et dilata invadere pugna.
Id postquam Herculeæ custos videt inpiger aræ,
Emicat, et velox formidine prævenit hostem.
Gliscit Elissæo violentior ira tyranno.

test. — 225. *Consilium damnant* Col. *C. clamant* Ox. et Put. *portisque* Col. *portaque* Ox. Put. et Med. Vulgo *Auxilium clamant*, *portis atque*, quod perperam tuetor Dausq. Conf. sup. v. 152, et ad v. 52. — 231. *Ferte* Col. h. perferte, ut simili loco XI, 324; ad pugnam certe spectandam sufficite. Vulgo *spectacula t. Este*, h. spectatores. Vide not. ad III, 383, et conf. IV, 407, 408 : *tanta* Ox. *spect. tanta Ferte* conj. Barth. — 234. *fessi rerum trepidique salutis* suspicari possis. Vid. not. — 235. Vulgg. *primum*. Sed *primam urbem* scripti, R. 3. Parm. Med., h. non πρώτιστον, sed primum, præcipue, ante omnia, ut passim adjectiva, vel adverbiorum vicem explent, vel κατ' ἔνδειαν ad aliud substant. sunt referenda. Vid. App. et Heins. ad Virg. Æn. VI, 811 ; XII, 103, ad Val. Fl. III, 257, et ad Claud. in Ruffin. I, 302 ; Gronov. Obss. I, 7 ; Heyne ad Virg. Æn. IV, 3. — 237. *aras* Col. *arcis* conj. N. Heins. Male ! conf. sup. v. 150. — 239. Vulgg. *Elisæo*, vel *Eli-*

cuivis homini, dum nascitur, jam destinata, ut III, 134, 135, et ap. Manil. IV, 16, a Barth. Adv. VI, 25 citatum : *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* Conf. Clark. ad Hom. Odyss. δ, 208, et Spanhem. ad Callim. H. in Lav. Pall. v. 104.

228. Cum ipso animi fervore incalescit oratio, et homini conturbato auxiliumque præsentissimum efflagitanti egregie convenit. Cf. Val. Fl. VI, 29, et inf. V, 636 sq.

234. *trepidi rerum*, ut ap. Liv. XXXVI, 31, et Virg. Æ. XII, 589; ubi vid. Heyne, et ad Æn. I, 178, 462, conf. inf. XII, 13. Similiter *fessi salutis* sc. defendendæ causa. — *fessi rerum* ap. Virg. Æ. I, 178. — *fessi bellique viæque* ap. Stat. Th. III, 398. — 235. *stat* scil. consilium, seu sententia, ut III, 68 ; VI, 510, et ap. Virg. Æn. II, 750; XII, 678. — 237. *Herculeæ custos aræ*, Theron. cf. v. 150. — 238. *Emicat*, prosilit, et subito se ostentat. — 239. *Gliscit*, crescit, augetur, *ira*, ut ap. Virg. Æn. XII, 9 ;

« Tu solve interea nobis, bone janitor urbis,
Supplicium, ut pandas, inquit, tua mœnia leto. »
Nec plura effari sinit ira, rotatque coruscum
Mucronem : sed contortum prior impete vasto
Daunius huic robur juvenis jacit; arma fragore
Icta gravi raucum gemuere, alteque resultant
Ære inlisa cavo nodosæ pondera clavæ.
At viduus teli, et frustrato proditus ictu,
Pernici velox cursu rapit incita membra,
Et celeri fugiens perlustrat mœnia planta.
Instat atrox terga increpitans fugientia victor.
Conclamant matres, celsoque e culmine muri
Lamentis vox mixta sonat : nunc nomine noto

seo. Sed vid. ad I, 81. — 246. *pondera clavæ* scripti et Med. Ald. Gryph. Nut., h. clava ponderosa, gravis, ut *p. conti* VI, 277; XV, 687; *p. plumbi* I, 523; *p. pili* IX, 335; *p. baltei* ap. Virg. Æn. X, 496. Vulgo *pondere clavæ*. — 247. *et*, quod in Col. Ox. et R. 2 exstat, vulgo omittitur, prob. Lefeb., ut citatiore cursu feratur oratio. — 249. *ter lustrat* conj. N. Heins. coll. v. 266. Sed simili loco III, 160 vulgatam tuetur Drak.

ubi vid. Heyne, et Burm. ad Val. Fl. II, 278. — *Elissæo tyranno* Hannibali, Pœnorum duci vid. ad I, 81. — 240. *bone janitor* ironice, ut ap. comicos *bone vir, bone custos, bona libertas*, Drak. qui conf. I, 342; VIII, 269; XI, 570; Stat. Th. II, 460; Add. Ter. Andr. III, v, 10; Cic. Rosc. Am. 2, et Verr. V, 6; Virg. Æn. XI, 344. Theron autem ad portam urbis stabat.

244. *Daunius juvenis*, Theron : nam Saguntini ab Ardeatibus, quorum rex olim Daunus fuisse dicitur, originem trahunt. Vid. ad I, 291 seq. — *huic*, in hunc Hannibalem. — *robur*, clavam. conf. v. 155 et mox 246; Virg. Æn. VIII, 220. — 245. *alteque resultant*, etc. pro vulgari, clava resilit ab *ære cavo*, hoc est, clipeo, ut ap. Virgilium Æneid. lib. III, vers. 286.

247. *viduus teli* ut III, 601; XII, 370, et Lucret. V, 841. — *prodere*, decipere, deserere, rem sibi creditam destituere; unde *ictus prodit*, quum non perficit, quod intendebat is, qui inferebat. Ita N. Heins. et Drak. ad XVI, 621; ubi id firmant ex V, 571; XV, 712; XVI, 433; XVII, 138, 450; Virg. Æn. XII, 42, et al. conf. Heins. ad Ovid. Fast III, 113; IV, 715, et Met. XII, 596; Gronov. Obss. III, 20; Muncker ad Hygin. fab. CCL. et Gesner in Thess. — 248. Luxuriantis ingenii verba. — 251. Cf. Virgilium Æneid. lib. XI, v. 877 sqq. 891 sq. Feminæ viros pugnantes e muris prospectant, prisco more, satis noto vel ex Homero Il. γ, 141 seq. 383. Confer Burmannum ad Valerium Flaccum, lib. VI, vers. 484.

Adpellant, seras fesso nunc pandere portas
Posse volunt : quatit hortantum præcordia terror,
Ne simul adcipiant ingentem mœnibus hostem.
Incutit umbonem fesso, adsultatque ruenti
Pœnus, et ostentans spectantem e mœnibus urbem,
« I, miseram Asbyten leto solare propinquo. »
Hæc dicens, jugulo optantis dimittere vitam
Infestum condit mucronem, ac regia lætus
Quadrupedes spolia abreptos a mœnibus ipsis,
Queîs aditum portæ trepidantum sepserat agmen,
Victor agit, curruque volat per ovantia castra.
At Nomadum furibunda cohors miserabile humandi
Deproperat munus, tumulique adjungit honorem,
Et rapto cineres ter circum corpore lustrat.
Hinc letale viri robur tegimenque tremendum
In flammas jaciunt, ambustoque ore, genisque,
Deforme alitibus liquere cadaver Iberis.
Pœnorum interea queîs rerum summa potestas,
Consultant bello super, et quæ dicta ferantur
Ausoniæ a populis, oratorumque minaci
Adventu trepidant : movet hinc fœdusque, fidesque,
Et testes Superi, jurataque pacta parentum;

255. *urguentem* malebat N. Heinsius. Sed vid. not. ad lib. I, vers. 499. — 257. *ostentans*, non *obtestens*, scripti et priscæ edd. — 266. *lustrant* Tell. R. 3; Parm. Med. Beness. probb. N. Heins. et Lefeb. — 272. *a* in Col. A reliquis libris abest. — 273. *Movet* Col. Ox. Put. et Med. *Monet* Tell. et edd. vulgg.

256. *umbo*, ὀμφαλὸς ἀσπίδος, quo hostes propellebantur. — 257. *urbem*, cives, ut πόλις, Ἄργος, Ἑλλάς, etc. Conf. Cl. Facius ad Eurip. Orest. v. 46. — 258. *solare*, ejus cædem expia; vel eo, quod te tam cito visura sit in locis inferis. — 260. *regia Quadrupedes spolia*, equos currumque Asbytes, quos Theron ad urbem duci jusserat sup. v. 205.

264. *Nomadum*, Afrarum, *cohors*, exercitus Asbytes. — 265. *Deproperat*, σπεύδει, properanter perficit. — *honorem tumulique* ut ap. Virg. Æ. V, 58; X, 493. — 266. *rapto corpore* Theronis *circum cineres* Asbytes *ter*, ut ap. Hom. Iliad. ω, 14 sqq. et Virg. Æn. I, 483. — *lustrat*, circumit, ut in lustratione fieri solebat. — 267. De Theronis clava et exuviis leonis cf. v. 150, 156, 244.

270. Confer Liv. XXI, 18. —

Hinc popularis amor cœptantis magna juventæ;
Et sperare juvat belli meliora : sed olim
Ductorem infestans odiis gentilibus Hannon,
Sic adeo increpitat studia incautumque favorem :
« Cuncta quidem, Patres, (neque enim cohibere minantum
Iræ se valuere) premunt formidine vocem.
Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.
Testabor Superos, et cælo nota relinquam,
Quæ postrema salus rerum patriæque reposcit.
Nec nunc obsessa demum et fumante Sagunto
Hæc serus vates Hannon canit : anxia rupi
Pectora; ne castris innutriretur et armis
Exitiale caput, monui, et, dum vita, monebo,
Ingenitum noscens virus, flatusque paternos;

275. *cœptantis*, non *captantis*, Col. et Ox. ut IX, 320; X, 254, 259. — 276. *bello*, vel *bellis meliora*, sc. quam pace, conj. Burm., non improb. Drak. qui tamen *meliora belli* pro bellum felicius, ut *dura rerum*, *iniqua viarum* et similia, dici posse monet. *Dapis meliora* dixit Hor. Sat. II, 6, 89. — 277. *Hannon*, non *Anno*, vel *Hanno*, Col. ubivis et XVI, 675 Put. — 278. *furorem* duo scripti, teste Lefeb. — 279. *Cuncti equidem* non male corrig. Dausq. et N. Heins. ad marg. Silii, quod recepit Lefeb. ut sensus sit : omnes præ timore silent., ut ap. Virg. Æn. XI, 344 sq. Sed vulgatum quoque non spernendum videbatur Drak. — 282. *nota*, non *vota*, Col. et Nutii ed. Antwerp.

275. *juventæ*, Hannibalis. — 276. Hanno, qui jam *olim* censuerat, Hannibalem militari disciplina non imbuendum, nedum in Hispaniam mittendum esse, nunc auctor est, ut Romanis dedatur. cf. Liv. XXI, 3 et 9 sqq. Idem odium in H. expromit inf. IV, 770 seqq. et XI, 542 sq. Duæ factiones, in quas senatus Carthag. divisus erat, Barcina et Hannonis, satis notæ sunt vel ex Livio, XXI, 2 sqq.

278. Juvenes comparent Liv. XXI, 10, ut intelligant, quantum poeta ab historico scriptore differat. — *studia* et *favorem*, quo Barcina factio Hannibalem amplectebatur, ut v. 275 *amor c. m. j.* — 279 sqq. Recte conferunt Virg. Æ. XI, 344, 350. — 281. *propinquent* ut ap. Virg. Æn. X, 254; ubi vid. Heyne. — 282. *cælo*, diis, *nota relinquam*, silentio prætermittam (ut ap. Cic. Verr. III, 44, et Provinc. 3.) — 283. *Quæ*, etc. Silius expressit Maroniana Æn. XI, 343 seq. « Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem... Quid fortuna ferat populi », etc.

284. Cf. Liv. XXI, 3 et 10. — 288. *virus*, propr. vis odoris, seu saporis et vini, h. l. animi vis, æstus, vehementia. Conf. IX, 476 et XI, 560. — *flatus*, arrogantiam, elatos spiritus, ut *tumor*, (vid. Ind. hh. vv.) et φύσημα, φυσίωσις, (2 Cor.

Ut, qui stelligero speculatur sidera cælo,
Venturam pelagi rabiem, Caurique futura
Prædicit miseris haud vanus flamina nautis.
Consedit solio, rerumque invasit habenas.
Ergo armis fœdus, fasque omne abrumpitur armis :
Oppida quassantur, longeque in mœnia nostra
Æneadum adrectæ mentes, disjectaque pax est.
Exagitant Manes juvenem furiæque paternæ,
Ac funesta sacra, et conversi fœdere rupto
In caput infidum Superi, Massylaque vates.
An nunc ille, novi cæcus caligine regni,

289. *speculatur*, non *speculantur*, scripti : *speculatus* opinabatur N. Heins. — 299, 303. Silius expressit Liviana XXI, 10; *Carthagini nunc Hannibal juvenem*, flagrantem cupidine regni ad exercitus misistis... Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcentur fœdere : mox Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones. » Withof. conj. « Haud nunc ille, novi c. c. regni, E. a. quatit, haud T. tecta, sed (propria luat... Fata suis) nunc hoc, hoc inquam t. m., etc. » Ernesti tuetur vulgatam lect. « Exagitant manes Massylaque vates. Annuit. Ille novi c. c. r. E. a. q. ut T. tecta, sic propria... Fata suis : nunc hoc, etc. » hoc sensu : *adnuit*, sequitur Hannibal furorem, quo manes paterni, funesta sacra, et ira Deorum eum exagitant : sed quemadmodum propria novi regni libidine motus Saguntum vexat, ita etiam fas est, ut eam libidinem propria pœna luat; iniquum autem, ut pœnam, quam ipse meruit, in Carthaginem convertat. At quis poetæ tam scabram obtrudet orationem? — *hoc in tempore* N. Heins. adcipit, ut *in tempore tali* VII, 228, et XII, 311.

XII, 20; ubi vid. Intpp.) ὄγκος, οἴδημα, οἰδαίνειν, Apollon. III, 383; πνοαὶ Euripid. Phœniss. 457. Conf. Burm. ad Val. Fl. III, 631, et Intpp. ad Virg. Æn. XI, 346. — 289. Præclara comparatio, cui fere similem legimus I, 687 sq. Sed ab adfectu et indole æstuantis animi, qui impetum suum sequi, neque ornatum sectari solet, aliena videri potest.

292. Invidiam Hannibali conciliaturus, regiam dicit potestatem adfectare; Cellar. — 293. *fasque omne abrumpitur armis* ut ap. Virg. Æ. III, 55; ubi vid. Heyne. — 296 sq. Furorem Hannibali et insanam cæcamque bellandi cupiditatem injiciunt Manes, etc. Cf. I, 78 sq. 101 et 119 sq. — 296. *furiæ*, bellandi furor, vel ira in Romanos. Cf. ad I, 32. — 299. *novi cæcus caligine regni*, ut XIV, 89. — Vir doctus in *Algem litt. Zeit. a.* 1796, n. 139, p. 276, emend. *Heu, nunc ille, novi cæcus c. regni*, E. a. *quatiens, Tirynthia tecta*, etc. ut congruant verba Liv. XXI, 10 : « Ju-

Externas arces quatit? haud Tirynthia tecta,
(Sic propria luat hoc pœna, nec misceat urbis
Fata suis) nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros
Obpugnat, Carthago, tuos, teque obsidet armis.
Lavimus Hennæas animoso sanguine valles,
Et vix conducto produximus arma Lacone.
Nos ratibus laceris Scyllæa replevimus antra,

neas turresque admovet, Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (utinam falsus vates sim!) nostris capitibus incident. Sed vulgo male legitur, *Massylaque*, vel vitiose *Massillaque vates Annuit. ille novi... quatit ut T. tecta, Sic propria luat hæc pœna, n. m. u. F. suis: inquam hoc, inquam, nunc tempore*, etc. Drak., qui h. l. prorsus silet, a vulgg. lect. in v. 299 et 300 non discessit, nisi quod στιγμην τελειαν post *vates* posuit, et v. 299 asterisco notavit. Prius et Dausq. placuisse videtur, qui certe exponit: *Adnuit* Hannon, motu capitis indicat, se vera loqui; gestu fidem facit, more oratorum. *Adnuite* quidam, et vel *ac T. tecta* malebat Dausq. *aut T. tecta* Oa. et R. 2. Vulgatum ut genuinum et transpositum putabant Barth. et Cell. hoc sensu: *ut externas a. q. T. tecta*, sicut Hannibal Saguntum, ab Hercule conditum (vid. I, 273, 509), ut externas arces quatit; sic luat hæc, etc. Mox *nunc hoc, inquam, hoc tempore* Oa. et Put. cum priscis edd. *inquam, hoc nunc, inquam, tempore* alii. *nunc hoc, hoc, inquam, tempore* ea emendat. Modii recepit Cell. Ipse reduxi lectionem cod. Colon., quæ nulla mutatione indigere videtur, modo ea, qua feci, ratione interpungatur; nisi forte v. 299 *En* nunc refingere malis. Nec tamen multum abest, quin præferam emendationem N. Heinsii, *Haud nunc ille, novi c. c. r., E. a. quatit, haud T. tecta: (Sic... Fata suis) nunc hoc*, etc., quam recepit Lefeb. et adsensu suo comprobavit Ill. Heyne, qui literis ad me datis significavit, olim in libris *haut nunc*, et per compend. *at nc* scriptum fuisse, et verbis poetæ magnam inesse vim: Hannibal non Saguntum, sed ipsam Carthaginem obpugnat, vel obpugnare putandus; quod utinam ipsi male vertat! conf. I, 270, et Liv. l. l. Tum *sic* ut in diris et precibus, de quo vid. Lambin. et Jani ad Horat. Od. I, 3, 1; Heyne ad Tiboll. I, 4, 1; II, 5, extr., inf. V, 179 seq. Ovid. Epist. IV, 167 seq. XX, 3; Hor. Sat. II, 3, 300. Sed primum ex lectione cod. Col. eadem sententia erui, et deinde ex *an nunc* facilius vulgatum *annuit* ortum videri potest: præterea *sic* in obtestatione adhibetur *vel* ita, ut ab altero quid petamus, et, quo facilius id consequamur, ea illi adprecemur, quæ optatissima ei esse novimus, ut adeo significet hac lege et conditione, *vel* ut *ita*, seq. *ut*, v. c. ap. Ovid. Met. VIII, 866, unde fere suspicari possis, h. l. legendum esse, *Haud nunc... quatit, haud T. tecta. Sic propria... Fata suis, nunc hoc, inquam, hoc* ut. t., etc., nisi forte prætulerit, *At nunc ille... E. arces quatiat T. tecta, Si propria*, etc. — 304. *Hennæas* Col. Vulgo *Ætnæas*. Vid. ad I, 93. *Henneas* Lefeb. *Ætneas* alii.

303. Ut sup. I, 270. — 304. Campos Siciliæ (ubi princeps b. Punici I, theatrum fuit) milites nostri animosi sanguine suo inbuerunt. Hæc cladium olim adceptarum commemoratio spectat ad Pœnos a novo bello absterrendos. — *Hennæas* vid. ad I, 93. — 305. *produximus arma*, bellum duximus, traximus. — *Lacone*, Xanthippo. Cf. VI, 301 sq.

306. Hæc spectant ad pugnas

Classibus et refluo spectavimus æquore raptis
Contorta e fundo revomentem transtra Charybdin.
Respice, pro demens! pro pectus inane Deorum!
Ægates, Libyæque procul fluitantia membra.
Quo ruis? et patriæ exitio tibi nomina quæris?
Scilicet immensæ, visis juvenalibus armis,

307. *satiavimus*, vel simile quid suspic. Heins. frustra. — 310. *Libyaque procul* quin poeta scripserit vix est qood dubitemus. — 311. *mœnia* alii, inepte; *nomina*, ut III, 71, et sl. eleganter pro gloria, fama, ut gr. ὄνομα. — 312. Hunc versum Carrion et Modius restituerunt e membrr. Col., in quibus et *juvenalibus*, non *juvenilibus*, legi testatur et probat N. Heins. Id recepi, quia et rarior vox poetam decet, et Maro eadem uti solet. Vid. Æneid. II, 518; V, 475; VIII, 163 et Intpp. ad hh. ll.

navales, qoibus victi sunt Pœni io freto Siculo, in quo *Scylla* et contra eam Charybdis, quæ naves *refluo æquore raptas* suisque verticibos io gyrum tractas absorbet, et fractas earum partes ad litus Tauromenitanum, qood inde *Copria*, Κόπρια, dicebatur, evomit. cf. iof. ad XIV, 254 sqq. Lucan. IV, 455, et Hom. Od. μ, 73 seqq. de Scylla et Charybdi Heyoe ad Virg. Æ. III, 420 sq. et Hermanni Mythol. Hom. et Hes. p. 373 sq. de ipsa vero re Polyb. I, 21, 23, 24, 25, 28, 60, 61, et Flor. II, 2, 36. — *antra*, κοῖλον σπέος, ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει, etc. Hom. Od. μ, 84 sq. 93 sq. — *spelunca* ap. Virg. Æn. III, 424. — 307. *spectavimus* tantum, non malum etiam depulimus, Dausq. perperam. Ipsum potius Hannonem his præliis interfuisse putabat Drak. coll. V, 322 sq. Ne hoc quidem necessariom existimem, quia Hannoo oratoris partes agit, et fortunæ civium suorum particeps est. Sed conf. v. 322. Verba *classibus raptis* ad ferreas manus et corvos, quibos classis Pœoorum a Romanis, Duillio duce, tam dilata, quam dilacerata sit, male refert Daosq. cui Charybdis indoles parum nota fuisse videtor, quam multis poetarum locis citra necessitatem declarat Drak.

309. Æstuaotis animi adfectu abreptus ipsum Hannibalem, tanquam præseotem, adloquitur. — *pectus inane Deorum*, religionis fœderumque contemtor. — 310. *Ægates*, h. cladem, ad has insulas acceptam. conf. I, 34. — *membra Libyæ*, corpora Pœnorum e Libya. Sed. vid. V. L. *Membra Libyæ* egregie classem adpellat, in qua Carthaginis vis omnis et robor consistebat, N. Heins. Ita vocat Pœnos, io classe militantes, Drak. qui male provocat ad I, 670; nam cives reipubl. quidem, tanquam corporis, oon terræ membra dici solent.

312. Acerba irrisione perstringit audax juvenis coosilium, Alpes et Apeoninum traoseundi. — *Scilicet*, oum utique *subsident Alpes?* Sed præstat, puto, irooice et cum vi dictum accipere, ut ap. Virg. Æo. IV, 379; Hor. Od. III, v, 25; Cic. Sull. 24; *freylich, es versteht*

Subsident Alpes! subsidet mole nivali
Alpibus æquatum adtollens caput Apenninus!
Sed campos fac, vano, dari; num gentibus istis
Mortales animi? aut ferro flammave fatiscunt?
Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem.
Pubescit castris miles, galeaque teruntur
Nondum signatæ flava lanugine malæ.
Nec requies ævi nota, exsanguesque merendo
Stant prima inter signa senes, letumque lacessunt.
Ipse ego Romanas perfosso corpore turmas
Tela intorquentes conrepta e vulnere vidi;
Vidi animos mortesque virum, decorisque furorem.
Si bello absistis, nec te victoribus obfers,
Quantum, heu Carthago! donat tibi sanguinis Hannon? »

317. *Naritia* Put. Parm. Med., quod a Dorico Νάριτος pro Νήριτος deduci posse monet Drak. Cf. omnino Heins. ad Ovid. Rem. Am. v. 264. — 318. *cristis* Put. non improb. Lefeb. — 323. *retorquentes*, ut *remissurus* ap. Ovid. Met. V, 95, emend. Burm. prob. Drak. — 325. *obsistis* scripsi præter Tell., et priscæ edd., nisi quod in R. 3 *abistis*.

sich! Hinc notas exclam., non interrog. posui. — *mole nivali*, etc. ut ap. Virg. Æn. XII, 703. — *subsidet*, decrescet quasi, et se submittet, ut expeditius sit iter tuum.

315. Sed fac, *campos* et in iis pugnandi facultatem tibi *dari*; montibus superatis, num Romanos timidi humilisque animi esse putas? — 316. *Mortalis*, oppos. τοῦ *divinus*, egregius; vel, qualis mortalium esse solet; vel ejus, qui vinci potest. conf. mox v. 338. — *fatiscere*, lassescere, fatigari, hinc debilitari, vi, cui impar sis, cedere. — 317. Cernes tibi non cum Saguntinis rem esse. — *Neritia proles*, Saguntini, coloni a Zacyntho aliisque insulis, quibus Ulysses imperabat, deducti. Cf. I, 290 seq. *Neritos*, Ithacæ mons et vicina maris Ionii insula. Vid. VV. DD. ad Virg. Æn. III, 271; Strab. X, p. 312 seq. Hom. Il. β, 632; Ovid. Metam. XIII, 712, 318, 319; Comparaui IV, 425 seq. X, 647 seq. Virg. Æn. X, 324.

320. *ævi*, senectutis, *requies* et otium a bello ac negotiis *non nota* Romanis res est. — *exsangues merendo*, militiæ laboribus fracti et debilitati. — 321 *letum lacessunt*, mortem ultro adeunt, se ei obferunt. Vid. Heyne ad Virg. Æn. X, 10. — 322. *Ipse ego vidi*, cum emphasi, ut v. 340, et ap. Stat. Silv. V, II, 113; Drak. — 333. *Tela* e corpore suo tracta, quum alia deficerent, in hostem mittentes vidi. — 324. *decoris*, τοῦ κλέους, gloriæ *furorem*. Vid. ad I, 32. — 326. *donat* conf. ad I, 487.

Gestar ad hæc : namque inpatiens asperque coquebat
Jamdudum inmites iras, mediamque loquentis
Bis conatus erat turbando abrumpere vocem :
« Concilione, inquit, Libyæ, Tyrioque Senatu,
Pro Superi! Ausonius miles sedet? armaque tantum
Haud dum sumta viro? nam cetera non latet hostis.
Nunc geminas Alpes, Apenninumque minatur,
Nunc freta Sicaniæ, et Scyllæi litoris undas;
Nec procul est, quin jam Manes umbrasque pavescat
Dardanias : tanta adcumulat præconia leto

330. *Concilio*, *en*, sublata interrogat. nota, et mox *arma Quiritum*, malebat N. Heins. — 332. Vulgo *nam cætera* (*non latet*) *hostis*. — 333. *minati* Oxon. *minaci* Put. unde *minari* conj. N. Heins. vid. ad lib. I, vers. 334. Non male!

327. Turni exemplum Drancem refutantis ap. Virg. Æn. XI, 376 seqq. sequutus est poeta : Livius XXI, 11; aliique historici non definiunt, quinam Hannoni nominatim contradixerint; Ern. — *Gestar*, aliquis ex Barcina factione, quæ apud milites plebemque plurimum valebat. Ipsum nomen a poeta effictum. — *asper*, τραχὺς, iratus. — *coquere iram* eleganter pro lente parare eam, ut v. 540; VII, 404; πέπτειν, seu πέσσειν χόλον Hom. Il. δ, 513; πέσσειν κήδεα μυρία Il. ω, 639. Contra dolor, vel ira *decoqui*, h. defervescere, deflagrare dicitur ut χόλον καταπέπτειν Hom. Il. α, 81; ubi v. Schol. et Cœppen Drak. laudat Claud. in Eutrop. II, 350; Iscan. bell. Troj. III, 131, et Gronov. Diatr. Stat. c. 14. Hinc etiam *coquere consilia*, *bellum*, *extrema cœpta*, pro parare et clam moliri, inf. X, 430; XVI, 3; et ap. Liv. III, 36; VIII, 3; XL, 11. Exquisitius vero ipsa ira nos *coquere*, h. vexare dicitur, ut IV, 538; XIV, 103, et Virg. Æ. VII, 345; ubi vid. Heyne. Ratio harum locutionum in eo quærenda, quod gravis ira acerrimum motum ebullientis sanguinis, et in primis oleosarum ejus partium, a quibus bilis in jecore secernitur, excitat, quo fit, ut bilis largius ex jecinore effluat. Vid. inf. ad v. 626; in V. L., *Platner's Briefe ein. Arztes über d. menschl. Körper*, T. II, p. 460, et Jani ad Hor. I, XIII, 4.

330. Num concilio nostro Romanus interest, qui tantum non arma cepit? nam quoad cetera, alioquin hostis speciem satis manifestam præbet Hannon. τά γάρ ἄλλα ἐχθρός οὐ λανθάνει ὤν; quæ solemnis Græcorum locutio. D. Heins. — 333. *geminas Alpes* Dansq. perperam exponit *fissas* ab Hannibale, quasi duas ex unis factas : sed melius N. Heins. et Drak. Alpes ipsas et Pyrenen, ut ap. Sidon. Apoll. V, 593, et *binæ A.* ap. Prudent. Pass. Laurent. v. 438. — 335. Nec multum abest, quin Romanos etiam occisos pertimescat. — 336. *adcumulat præconia leto*, ut ap. Ovid.

Vulneribusque virum, ac tollit sub sidera gentem.
Mortalem, mihi crede, licet formidine turpi
Frigida corda tremant, mortalem sumimus hostem.
Vidi ego, quum, geminas artis post terga catenis
Evinctus palmas, vulgo traheretur ovante,
Carceris in tenebras, spes et fiducia gentis
Regulus Hectoreæ : vidi, quum robore pendens,
Hesperiam cruce sublimis spectaret ab alta.
Nec vero terrent puerilia protenus ora
Sub galea et pressæ properata casside malæ.
Indole non adeo segni sumus! adspice; turmæ
Quot Libycæ certant annos anteire labore,
Et nudis bellantur equis! ipse, adspice, ductor,
Quum primam tenero vocem proferret ab ore,
Jam bella et lituos, ac flammis urere gentem
Jurabat Phrygiam, atque animo patria arma movebat.

337. *ac tollit sub sidera gentem*, Col., quod Draken. firmat coll. Virg. Æneid. III, 422, 576; IV, 504. Vulgg. *tollitque ad s. g.* Post *gentem* distinguitur in ed. Parm., probb. N. Heins. et Drak., ut vox *mortalem* cum emphasi repetatur. Vulgo *gentem Mortalem : mihi*, etc. — 341. *Evinctus* ex Col. recepi cum Lefeb. vid. sup. ad v. 48. Vulgo *Succinctus*. — 344. *spectabat* Put. et priscæ edd. — 345. *Nec nō* Tell. et R. 2, vitiose pro *vō*, h. vero. — 352. *animo patrio*, qualem pater habuit.

Fast. II, 122. — 338. *Mortalem... hostem :* cf. sup. v. 316; Virg. Æn. X, 375; Hom. Il. π, 622; φ, 568, 569. Gestar oratoria arte singula fere Hannonis argumenta adsertaque refellit, et iisdem sæpe verbis utitur.

340 seq. Hæc obponit iis, quæ Hannon v. 322 seq. dixerat, et vim virtutemque hostium non magnopere extimescendam esse, probat ex eo, quod Pœni Regulum, summum Romanorum ducem, captivum duxerint. — *gentis Hectoreæ*, Trojanæ, et hinc Rumanæ, ab illa oriundæ. — 343, 344. Vide notas Argum. Lib. VI, subnexas. — 345. Refutat et irridet verba Hannonis sup. v. 318 seq. — 346. *properata*, ante justam militaremque ætatem sumta. — 348. *annos anteire labore* plus laboris et ante, quam ætas patiatur, suscipere. Drak. conf. IV, 426; Stat. Theb. XI, 34, et Silv. V, II, 13 seq. — 349. *nudis*, infrenatis, *equis*. Vid. ad I, 215. — forte etiam, sine stragulis. Conf. inf. XVII, 64, 65. — Conf. I, 78 sq. et XIII, 744 seq. ubi tamen decimo ætatis anno Hannibal jurasse dicitur, ut nono Liv. XXI, 1; Polyb. II, 1; III, 11 al. — 350. *primo ab ævo* inf. v. 428. — *patria arma*, bellum adversus Romanos, quod pater jam meditabatur, *animo movebat*. Conf. ad VII, 586

Proinde polo crescant Alpes, astrisque coruscos
Apenninus agat scopulos; per saxa nivesque,
(Dicam etenim, ut stimulent atram vel inania mentem)
Per cælum est qui pandat iter: pudet Hercule tritas
Desperare vias, laudemque timere secundam.
Sed Libyæ clades, et primi incendia belli
Adgerat, atque iterum pro libertate labores
Hannon ferre vetat: ponat formidinis æstus,
Parietibusque domus inbellis femina servet
Singultantem animam: nos, nos contra ibimus hostem,

hebat, Ox. et Put. quod non displicet N. Heins. coll. sup. v. 288, et Ovid. A. am. I, 191. Post hunc versum in editis, non scriptis, exemplaribus legitur alius, inepti versificatoris manu adsutus, *ultor erit cædis jam te spectante propinquæ*, quem jam Carrion et Modius obelo transfixerunt, quibus nec ipse Dausq., ut solet, obstrepit. — 353. *Propinquæque*, vel, teste Lefeb., *Pro quinque que polo* Put. *Proinde paulo* Dausq. et al., utrumque contra metri leges. *Satque polo* R. 2. *Proinde* duabus syllabis efferendum, ut ap. Lucret. III, 1049, 1066; IV, 652, 998; Virg. Æn. XI, 383. Conf. ad III, 16: *accrescant* corrig. N. Heins. Sed vulgatum doctius, ut mox *astris agat*. Conf. App. *astrisque*, non *altusque*, Col et Ox. — 357. *Despectare* R. 3. — 362. *hostros* pro *nos, nos* Put. Male, etsi *hostes* re-

353. Hæc spectant ad verba Hannonis v. 312 sq. — *Proinde*, ut ap. Virg. Æ. XI, 383; ubi vid. Heyne. — *coruscos*, quia Apenninus est ὄρος νιφόεν, vel ei imminent silvæ, seu arbores *coruscæ*, de quibus vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 164 et XII, 701. — 355. *stimulent* ad virtutem, reficiant, confirment, *mentem atram* h. tristem et timidam, ut *nigram*; (vid. Cerda ad Virg. Æn. IX, 719; et Burm. ad Petron. c. 82.) nisi malis, *stimulent*, ad iram, vel vexent, crucient, *mentem atram*, invidam, malam, gloriæ virtutique Hannibalis obtrectantem, ut ap. Hor. Epod. VI, 15; VIII, 3; Epist. I, XIX, 30, et Sat. I, IV, 85. — Ernesti maluerit, *ut stimulent*, sic paulisper adtollant, *artam*, timidam, *vel inania*, aucta in miraculum et hyperbolica, *mentem*. — 356. *Hercule*, qui primus Alpes transiit, unde et ara ei sacra in ipsarum valle erat. Conf. Ind. it. Barth. Adv. VI, 15; Liv. V, 34; Plin. III, 17; Diodor. IV, 19 sq. et al. — 357. *timere*, non sperare, ad eam non adspirare. — 358. *incendia belli* ut ap. Virg. Æ. I, 566. — 359. *Aggerat* conf. v. 304 sqq. — 361. *inbellis femina* Hannon dicitur, sarcasmo satis noto, ut adeo non opus sit tot exemplis, quot laudarunt Dausq. et Drak. — 362. *Singultantem animam* D. Heins. docto magis, ut solebat, quam vere explicabat cessantem, otioque torpentem, ut in lacrimantibus fieri soleat, quibus a singultu subinde vox inhibeatur, *ἀμβλήδην σχολάζουσαν καὶ ἀργοῦσαν* cum adverb. Hom. Innuit potius summam tristitiam mortisque timorem: singul-

Quis procul a Tyria dominos depellere Byrsa,
Vel Jove non æquo, fixum est: sin fata repugnant,
Et jam damnata cessit Carthagine Mavors,
Obcumbam potius; nec te, patria inclita, dedam
Æternum famulam; liberque Acheronta videbo.
Nam quæ, pro Superi! Fabius jubet? ocius arma
Exuite, et capta descendite ab arce Sagunti;
Tum delecta manus scutorum incendat acervos,
Uranturque rates, ac toto absistite ponto.
Dî procul, o! merita est numquam si talia plecti

fingas. — 364. *repugnant*, non *repugnent*, scripti et antt. edd. — 366. *dedam* Col. Vulgo *dudum*, prob. Dausq., qui in verbis *patria inclita dudum* et *æternum famulam* elegantem antithesin inesse putabat, quæ potius in verbis *famulam* et *liber* quærenda. Pessime tamen Barth. jungebat, *dudum famulam non videbo æternum.* — 367. *subibo* maluerit N. Heins. poeticæ dictioni substituens vulgarem. Drak. confert VII, 739; XIII, 709, Hom. Il. ο, 252; Hor. Od. II, 13, 22, XIV, XVO et al. — 368. Post *jubet* pro commate interrog. notam posuit N. Heins. — 372. *nunquam si* scripti. Vulgo *si nunquam* et *nusquam* Tell. *si numquam in talia plecti* emend. Barth. Adv. VI, 25, Male! *Talia* ut gr. τοιαῦτα, vel ταῦτα pro οὕτω.

tant enim vel lacrimantes vel morientes. — 363. *Tyria Byrsa*, ut ap. Virg. Æn. I, 367; ubi vid. Intpp. — *dominos* ot sup. v. 45. Summa vis et πάθος in bis, et qoi sequuntor, versibus, ut in tota orstiooe!

364. *Jove non æquo*, iniquo, irato, invito et oon favente, ut contra *æquus* est propitius. Cf. Iud. et ad III, 2; Virg. Æ. I, 479; VI, 129. Jovis autem ira metuenda, quoniam ὄβριμος est. Vid. ad I, 9. — 365. Hæc Dausq. ad b. l. et Drak. ad XII, 517 referuot ad vulgarem veterum opioiooem, Deos tutelares geoiosqne locorum expugnanda et expugnata urbe excedere vel omoino rebus adversis suos deserere, et ad hostes transire; unde ab his evocari, (Liv. V, 21; Plio. XXVIII, 2.) sed ab oppidi incolis io toto areaooque loco recondi, et catenis etiam eoostringi solebant. Coof. v. 590 seq. Tac. Hist. V, 13; Plut. Alex. c. 41; Curt. IV, III, 21; Drak. l. e. et Intp. ad Virg. Æ. II, 351 seq. Sie eontra Dii *præsentes esse*, vel *adesse*, quibus favent, et *redire* dicuntur, (v. e. VIII, 235, et Val. Fl. II, 485) fortuna mutata, cœptisque oostris iterum adspirante. Sed hæ loquendi formulæ etiam sensu forensi et poetieo adcipi possont; ut h. l. — 365. *Mavors* de belli fortuna. Altera interpretatio præfereoda, si Carthago Martem præ eeteris diis eoloit; quod poeta etiam I, 118, ionuisse videri potest. Idem Marsus colligebat ex portento capitis equini, ioter fondamenta urbis inventi. Sed vid. Heynii Exe. XIV, ad Virg. Æn. I, et conf. sup. I, 26 sqq. — 367. *liberque Acheronta videbo* ut ap. Ovid. Met. XIII, 465; Senec. Troad. v. 144 seq. et Lucan VII.

Carthago, prohibete nefas; nostrique solutas
Ductoris servate manus! » Ut deinde resedit,
Factaque censendi, Patrum de more, potestas;
Hic Hannon reddi propere certamine rapta
Instat, et auctorem violati fœderis addit.
 Tum vero adtoniti, ceu templo inrumperet hostis,
Exsiluere Patres, Latioque id verteret omen
Oravere Deum. At postquam discordia sentit
Pectora, et infidas ad Martem vergere mentes;
Non ultra patiens Fabius rexisse dolorem,
Concilium exposcit propere, Patribusque vocatis
Bellum se gestare sinu pacemque profatus,
Quod sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Inperat, ac, sævo neutrum renuente Senatu,
Ceu clausas acies gremioque effunderet arma,

κατὰ ταῦτα in hunc modum, taliter. Marsus per talia, et Cell. ob talia, *διὰ ταῦτα*, interpretatur. Pro *plecti* poetam *felix*, vel simile scripsisse suspicabatur Withof. — 374. *ut* scripti et primæ edd. Vulgatum *tum* servavit Lefeb. Sed *tum deinde* vix quisquam dixerit, et *tum* mox sequitur. — 375, 377. Hi tres versus desunt eod. Col. et inducendi videbantur, ut inepti et adulterini, Modio et D. Heins. dissentt. Dausq., N. Heins. et Lefeb. quibus ea, quæ sequuntur, favent. *Patribus* corrig. Burm. et mox *addi* N. Heins. Illud recepit Lefeb., hoc Drak. — 378. *templa irrumperet*, ut II, 692, V, 450; XIII, 79, etiam legi posse monent N. Heins. et Drak. qui tamen *irrumpere* et eum tertio casu IX, 365; X, 368; XII, 490; XIII, 176 et al. jungi docent. Sic et *intrare*, de quo vid. ad VI, 498. Conf. Burm. et Heyne ad Virg. Æn. VI, 528. — 380. *sensit* e Col. recepit Drak. Vulgatum retinui, quia *exposcit*, *imperat*, etc. sequuntur. — 382. *rexisse* scripti et antt. edd. ante Juntinam, in qua *texisse* primus dedit Nicander, sensu parum diverso. — 383. Hunc versum ingenio inepti hominis procusum et adsutum esse arbitror. Nam primum languet; deinde eo extruso sententia bene procedit; denique non adsequor, cur Fabius, qui et iræ impatiens est, et senatui interest, novum exposcat concilium, neque extemplo pacis conditiones ferat, quod teste Livio XXI, 18 fecit. — 387. Etiam hic versus ejiciendus videtur tamquam insititius.

612; Drak. — 373. *prohibete nefas*, ut ap. Virg. Æn. V, 197; ubi vid. Intpp. — *solutas manus*, libertatem. — 376, 377. Cf. Liv. XXI, 10, extr.

378. *Templo* vid. ad I, 617. — 380. *Oravere Deum*, in cujus templo erant, ut omen in Latium converteret. Conf. Virg. Æn. II, 190, et sup. ad v. 54. Conf. omnino Liv. XXI, 18, extr. Flor. II, 6; ubi vid. Salmas. Appian. Hisp. c. 13, et Polyb. III, 33. — 382. *Non patiens*, *μὴ δυνάμενος*. — 385. *sedeat*, ut *stat* II, 235; pro *sedeat animo*, h. statutum cum animo ac deliberatum habeant, certum sit ac decretum. Nam *sedere* est firmum et

« Adcipite infaustum Libyæ, eventuque priori
Par, inquit, bellum : » et laxos effundit amictus.
Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.
Atque ea dum profugæ regnis agitantur Elissæ,
Adcisis velox populis, quîs ægra lababat
Ambiguo sub Marte fides, prædaque gravatus
Ad muros Pœnus revocaverat arma Sagunti.
Ecce autem clipeum, sævo fulgore micantem,
Oceani gentes ductori dona ferebant,

Non minus certe languet, et verbum *effundere* mox repetitur. — 389. *effundit*, non *effudit*, scripti et primæ edd. — 391. Vulgo *Elisæ*. Sed vid. ad I, 81. — 392. Vulgatam leet. *Accitis* ab h. l. alienam esse, et alii jam dudum monuere, et ex notis adparet. *Adscitis* conj. Dausq., quo tamen difficultas non tollitur. Melius *Attritis* N. Heins. ad h. l. et ad Claud. Epithal. Honor. v. 179, coll. inf. VI, 301; VII, 247; XII, 83; XV, 3; XVI, 454. Proxime tamen ad vulgatam accedit emendatio Barth. Adv. VI, 25 *Adcisis*, quam et Heins. non improbavit, et nos cum Lefeb. recipere non dubitavimus. *Adcisæ* propr. dicuntur *res* tenues, extenuatæ, imminutæ, consumtæ, debilitatæ, adflictæ, inpr. malis et calamitatibus; unde *populi adcisi* sunt virium exhausti, adflicti et obpressi, vel quorum res, opes et vires adcisæ, seu fractæ sunt et infirmatæ. Prior dictio in deliciis potissimum est Livio, v. e. III, 10 (ubi vid. Intpp.); VI, 5; VII, 29; VIII, 29 al. Burmanno neque τὸ *Adtritis*, neque τὸ *Adcisis* placebat, quia illud de lento bello, non de subito impetu, qualis Hannibalis fuerit; hoc autem de rebus quidem et *robore*, non vero de populis dicatur. Quod ad posterius adtinet, primum analogia nobis favet, et deinde contrarium patet ex Silii VIII, 588, et Liv. VIII, 11. Conf. Heyne Obss. in Tibul. IV, 1, 189.

inmobile esse, v. e. VIII, 648. Cf. Ind. et Virg. Æn. II, 660; IV, 15; V, 418; XI, 551. — 390. Poeta omittit, quæ Livius libro XXI, 19; tradit.

392. *Adcisis*, obpressis, *populis*, Oleadibus, Oretanis Carpetanisque, qui delectus acerbitate consternati metum defectionis præbuerant. Vid. Liv. XXI, 11, et Polyb. III, 13, 15. — *Adflictis*, h. e. male mulctatis, emend. Withof. quia Livius illos populos tantum obpressos dicat celeritate Hannibalis. At vid. var. lect. — *labare*, ut Drak. verbis utar, est deficere, labefactari, minari ruinam, nutare, propemodum labi, nondum tamen labi, ut egregie notavit Gronovius ad Livii Præfationem, et ejus librum XXII, cap. 61. — *ægra*, infirma.

395. Splendidum hunc locum de Hann. clipeo Silius tractavit ad exemplum Virg. Æ. VIII, 626 sqq. Varia de hoc episodio dicenda essent, nisi otium nobis fecissent Ill. Heyne in Exc. IV, ad Virg. Æn. VIII, et Cl. *Schlichtegroll über den Schild des Herc.* quorum observationes ad h. l. transferre magni nec negotii nec ingenii est. Conf. ad VI, 653 sq. — *sævo*, δεινῷ, summo. Conf. ad I, 2, et Perizon. ad

Callaicæ telluris opus, galeamque coruscis
Subnixam cristis, vibrant cui vertice coni
Albentis, niveæ tremulo nutamine pennæ;
Ensem unum, ac multis fatalem millibus hastam;
Præterea textam nodis, auroque trilicem
Loricam, nulli tegimen penetrabile telo.
Hæc, ære et duri chalybis perfecta metallo,
Atque opibus perfusa Tagi, per singula lætis
Lustrat ovans oculis, et gaudet origine regni.

399. *Albentis* ἀρχαϊκῶς, non *Albentes*, Col. *coni Flaventis*, hoc aurati, conjectura N. Heinsius audacter et frustra : *tutamine* Oxon. vitiose. Vid. ad lib. I, 460. — 400. *unam* Col. et Oxon. *una*, hoc simul donum ferebant, recte, puto, emend. Barth. Adv. VI, 25, et N. Heins. — 401. *texam* Col. *intextam* conj. N. Heins. Prætiterit forte *nexam*, vel *lectam*, hoc conlectam, ut apud Virg. Æneid. lib. I, v. 320. Sed vid. not. — 402. *Loricam*, *nulli*, non *l. et nulli*, Col. Recte; nam *tegimen* de ipsa lorica intelligendum. — 405. *et gaudet o. r.* Col. *gau-*

Ælian. V. H. I, 1. — 397. *Callaicæ telluris* dona sunt, quoniam ea metallis, maxime auro, abundabat. vid. Martial. X, 16; XIV, 95, et 139, extr. *Callaici*, Καλλαικοὶ ap. Ptol. et Strab., vulgo Καλλαίκοι, *Callæci*, populus Hispaniæ Tarrac. inter Durium et Minium fluvios, versus *Oceanum*, ubi nunc fere Gallæcia, seu Gallicia est, et superior Portugaliæ pars. Nomen adcepisse dicitur ab ant. urbe *Calle*, cujus portus adhuc nomine *Puerto*, vel *Port a Port* insignis est, unde Portugalia denominata. Hinc minus recte *Gallæci* et *Gallæci* adpellantur. — 398. *Subnixam*, conf. Heyne ad Virg. Æn. IV, 217; Heins. ad Ovid. Met. VI, 715, et Gronov. Diatr. in Stat. c. 55. — 399. *Albentis coni*, propr. clari, vel splendidi, λευκοὶ, et hinc, vel ænei, vel aurei; ut *fulva cassis* V, 78; VII, 637, *aurea galea*, Virg. Æn. IX, 50 : κόρυθος λαμπρὸν φάλοισι Hom. Il. ν, 132.

400. *multis fatalem* : elegantissime : πολλοὺς ἀναιρησομένην; D. Heins. — 401. *Lorica texta*, contexta, *nodis*, χιτὼν λεπιδωτὸς, vel στρεπτὸς Hom. Il. ε, 113, φ, 31, et *conserta hamis* ap. Virg. Æn. III, 467; ubi vid. Heyne. Nam *nodi* dicuntur quæcumque vincula, et h. l. catenulæ, (conf. Virg. Æ. I, 296.) annuli, seu circuli, inter se implexi, quibus squamæ junguntur, quique Maroni et inf. V, 140, *hami* vocantur; *bilicem Loricam* (ut θώρηξ διπλόος ap. Hom. Il. δ, 133.) memorat Virg. Æ. IX, 707, et XII, 375; sed *trilicem*, Æn. III, 467; V, 259, et VII, 639; ad quæ ll. vid. Heyne. — 404. *opibus Tagi*, auro vid. ad I, 155, 234. — *per singula lustrat*, pro, perlustrat singula, Draken. — Conf. Virg. Æn. VIII, 617 seq. et 730. — 405. *gaudet origine regni* h. cælatura armorum, clipei in primis, originem Carthaginis adumbrante. Male Schmid. dona illa futuri regni putat indicia.

Condebat primæ Dido Carthaginis arces,
Instabatque operi subducta classe juventus.
Molibus hi claudunt portus, his tecta domusque
Partiris, justæ Bitia venerande senectæ.
Ostentant caput effossa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore salutant.
Has inter species orbatum classe, suisque,
Ænean pulsum pelago, dextraque precantem
Cernere erat : fronte hunc avide regina serena
Infelix, ac jam vultu spectabat amico.
Hinc et speluncam, furtivaque fœdera amantum
Callaicæ fecere manus : it clamor ad auras,

detque et Put. Vulgo *gaudetque in o. r.* — 409. *justæ B. v. senectæ* scripti plerique et primæ edd., Græcorum loquendi forma. Vid. App. *juste B. v. senecta* Wolfius Basil. 1522 primus edidit. — 413. *Ænean* Græco more pro *Æneam* cum Drak. scripsi, suadente N. Heins. quem vid. ad Ovid. Epist. VII, 26 : *pulsum p. terraque, precantem* volebat D. Heins. refragg. Dausq. et Drak., cum dextram protendere perpetuus sit supplicantium mos, unde frequenter *dextra precans* et *supplex* dicatur v. c. Virg. Æ. XII, 930. Vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. III, 721.

406. Argumentum clipei exponit poeta, et vv. 406, 425; in epitomen redegit, quæ Maro de Ænea et Didone pluribus verbis refert. *Condebat*, *Instabat*, *claudunt*, etc. eleganter pro, in clipeo videbat imaginem Didonis arcem C. condentis, etc. — *primæ*, vel ut *primam* sup. v. 235, ubi vid. V. L., vel antiquioris C. Nam est quoque *Carthago Nova* in Hispania, de qua vid. ad III, 368. — 407. *Instabat operi* ut ap. Virg. Æ. I, 423 et 504. — *subducta classe* in litus, ut contra *deducere*, more veterum satis noto. Conf. Heyne ad Virg. Æn. I, 551. — 408. *Molibus* lapidum *claudunt portus* vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 427; nostræ ed. vol. I, p. 122. *Ed.*

409. *Bitias* nomen Punicum : teste Serv. ad Virg. Æn. I, 738 : *classis Punicæ fuit præfectus, ut docet Livius.* Βιθύας memoratur Appian. Pun. c. 111, 114. 120; Draken. — 410. Conf. Virg. Æn. I, 441 sq. ubi vid. Heyne in Not. et Exc. XIV. Hinc Carthago etiam Κακκάβη olim dicta. Vid. quos Drak. laudat, Berkel. ad Steph. Byz. Vid. Καρχηδὼν, Bochart. Geogr. S. II, 1, 24, et Patin. num. ær. Imper. p. 12. — 411. *omen clamore salutant* ut XV, 146, et ap. Virg. Æn. III, 524, et XII, 257; ubi vid. Heyne. — 413. *dextra* porrecta *precantem*, qui dextram precantem, supplicem protendebat. Cf. V. L. Poeta respexit Virg. Æn. I, 519, 525, 597 seqq. ut in vss. 414, 415; Virg. Æ. I, 575 sq. 613 sq. IV, 1 sqq.

416. Conf. Virg. Æn. IV, 124 sq. 165 seq. — 417. *manus Callaicæ*, Callaicorum. Conf. v. 397. — Conf. Virg. Æn. IV, 129 seqq. Hæc

Latratusque canum; subitoque exterrita nimbo
Occultant alæ venantum corpora silvis.
Nec procul Æneadum vacuo jam litore classis,
Æquora nequidquam revocante petebat Elissa.
Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido
Mandabat Tyriis ultricia bella futuris,
Ardentemque rogum media spectabat ab unda

421. *nequiquam* scribendum putabant præter Festum Broukh. et alii ad Propert. II, 4, 5 : *petebat* Col. et omnes post Marsum edd., quod, ut ap. Senec Troad. v. 165, pro repetebat positum, at, quum classis *vacuo litore* non *petierit* mare, sed jam in eo fuerit, ab h. l. alienum videbatur Drak. Mens vero poetæ etiam hæc esse potest: classis litus, in quod subducta erat, deserebat et jam æquora petebat. Ex *petebat* stupore librarii ortum videtur *peribat* in e. Put., et hinc *preibat*, *præibat* in Oxon. R. 3. Parm. *redibat* conj. Barth. Adv. VI, 25 : *iterabat* N. Heins. coll. Hor. Od. I, 7, 32, cui tamen magis arrisit *operibat*, cum classis sæpe poetis *tegere et abscondere mare*, *æquor* vero *sub classibus latere* dicatur. Hoc non improbabat Drak., qui tamen præferendam censebat emendat. Burm. *tenebat* coll. Virg. Æn. V, 1, 8 : *premebat* edidit Lefeb. Possis et *secabat* aliaque tentare. Sed omnibus his non est opus. Cl. Hæufft in Periculis poet. a. 1788 editis et ab Ern. laudatis defendit vulg. *petebat* coll. simili loco Val. Fl. I, 136 : *operibat*, vel *secabat* conj. etiam Withoff.

sunt verba Virg. Æn. V, 257 ubi vid. Heyne. Ernesti nota hæc est: « quæri non debebat, quomodo hæc arte effingi potuerint. In his, si cum poeta res est, non est argutandum. Possunt sane figuræ ita effingi, ut, qui spectet, sciat, utrum clament, nec ne, an aliud quid agant. Sed habet etiam hoc præ artifice præcipuum poeta, quod actiones continuare dicendo, et vitæ documenta dilucidius exprimere orationis ornatu potest, quam artifex, qui unum tantum actionis momentum et veluti punctum figere valet. Sic ap. Stat. Theb. I, 550 sq. et Val. Flac. II, 410 sqq. ubi in multis frustra argutati sunt intpp. » it *clamor ad auras*, h. putes ire clamorem ad auras, videtur ire clamor ad auras. Ita N. Heins. ab acerba censura Barth. Adv. VI, 25 vindicat poetam. Vid. Gronov. Diatr. Stat. c. 4, et Drak. ad h. l. ubi conf. inf. 429, 430, Anacr. XXVIII, 6 seq. Ovid. Met. XIII, 689. Stat. Th. I, 525 sq. et alia loca, ubi poetæ, incredibilia narraturi, ea additis voce. *pæne*, *credas*, *putes*, *videntur* aliisve mollire solent. Cf. Virg. Æn. VIII, 646, 656, 717, et alia, quæ magis ad præstantiam artis, qua in ære expressa sunt, et ad ornatum poetæ pertinent, quam ad præcepta artis exigenda sunt. Vid. Heyne in Exc. IV, ad Virg. Æn. VIII, p. 229 sq. edit. prior. et Lessing. Laocoon. — 419. *Occultant alæ*, etc., venantes latebant post alas indaginum, pinnas in formidine; ut interpretatur Heyne ad Virg. Æn. IV, 121. Marsus et alii *alas*, turbam, *venantum* intelligunt.

420, 421. Confer, quæ sint ibi var. lect., et vide Virg. Æ. IV, 393

Dardanus, et magnis pandebat carbasa fatis.
Parte alia, supplex infernis Hannibal aris,
Arcanum Stygia libat cum vate cruorem,
Et primo bella Æneadum jurabat ab ævo.
At senior Siculis exsultat Hamilcar in arvis;
Spirantem credas certamina anhela movere:
Ardor inest oculis, torvumque minatur imago.
Nec non et lævum clipei latus aspera signis
Inplebat Spartana cohors: hanc ducit ovantem

sq. 571 sq. — 422. Conf. Æn. IV, 504 seq. — *saucia* vel gravi cura, ut ap. Virg. Æ. IV, 1; vel ense, ut ib. v. 646, 663. — 423. Cf. Virg. Æn. IV, 584 sq. inpr. 622, 629. — 424. Vid. Virg. Æ. V, 1 sq. — 425. *Dardanus*, h. Dardanius, Trojanus Æneas. Vid. ad I, 14. — *magnis pandebat carbasa fatis*, ut *fatis vela dare* dixit Virg. Æn. III, 9. — *fatis* per oracula et prodigia monstratis, vel bonis ominibus et spe magnæ felicitatis, ad quam eum fata sua ducebant, vel, quod malim, mandato magni Jovis, ut ap. Virg. Æn. IV, 614.

426. Conf. I, 93 seq. 119 seqq. — *infernis aris*, h. deorum infernorum, τῶν καταχθονίων. — 427. *cruor Arcanus*, quod D. Heins. observavit, potest esse, qui Apollonio μυδάλεος et Virg. Æn. IV, 455: *obscænus* dicitur, vel potius, in fossam magicam fusus. In sacris enim, præcipue magicis omnia, quibus vis quædam occulta et divina inesse putabatur, quia in vulgus nota non sunt, *arcana*, ἀπόῤῥητα, κρυπτα, *seclusa*, *sacra* vocantur. Conf. Burm. ad Val. Fl. IV, 15; VI, 477. Cellar. et alii existimant, poetam h. l. respexisse ad ritum illum, quo juramenta olim, in conjurationibus inprimis, potione sanguinis horrenda et sancta facere solebant; v. c. Lydi et Medi Herodot. I, 74. Catilina Sallust. b. Cat. c. 22; insulani Atlantici Plat. in Crit. extr. reges Asiatici Tac. Ann. XII, 47; (ubi memorat, id fœdus *arcanum* haberi, quasi mutuo cruore sacratum) Scythæ Lucian. in Toxari, seu de Amicitia c. 37, T. V, p. 273; ed. Schmid. et Mel. II, 1, 7; Armenii Val. Max. IX, 11; ext. 3, et alii. Conf. Lips. ad Tac. l. c. et Michaelis Colleg. crit. ad Psalm. XVI, 4, p. 107 sqq. et ejusd. Jur. Mos. §. 70, et 206; Hinc Sil. sup. I, 102: *diros templi ritus*, et inf. III, 140 *sacra horrida* dixisse videri potest.

429. *exsultat* ut VIII, 413 et ap Virg. Æn. XI, 648, quia dux erat, vel ob equum ferociorem. — 430. Viventi similis bella gerere videbatur. Sic *spirantia signa* et *vivos vultus* dixit Virg. Ge. III, 34; et Æn. VI, 848; *animosa signa* Prop. III, 7, (al. 9) 9. — *Spirare*, ut πνεῖν Il. ρ, 447; al. pro vivere. Cf. Drak. — 431. *torvum minatur*, ὑπόδρα ἰδών.

432. *aspera signis*, ut V, 141, et XI, 279; locutio Virg. Æn. V, 267; ubi vid. Heyne. Conf. Heins. ad Ovid. Met. XIII, 235, et XII, 700. Propr. clipei latus *asperum signis* erat. — 433. Conf. loc. class. Polyb. I, 32, et inf. VI, 301 seq. —

Ledæis veniens victor Xanthippus Amyclis.
Juxta triste decus pendet sub imagine pœnæ
Regulus, et fidei dat magna exempla Sagunto.
Lætior at circa facies, agitata ferarum
Agmina venatu, et cælata mapalia fulgent.
Nec procul usta cutem nigri soror horrida Mauri
Adsuetas patrio mulcet sermone leænas.
It liber campi pastor, cui fine sine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus : omnia Pœnum
Armenti vigilem patrio de more sequuntur,
Gæsaque, latratorque Cydon, tectumque, focique
In silicis venis, et fistula nota juvencis.
Eminet excelso consurgens colle Saguntos,
Quam circum inmensi populi condensaque cingunt
Agmina certantum, pulsantque trementibus hastis.
Extrema clipei stagnabat Iberus in ora,

436. *magnæ* conj. Huetius, quod prosaicum est. — 437. *contra* pro *circa* Puteol. — 441. *liber campi* Col. et Oxon., hoc liberum campi spatium habens, cui non peculiaris campus est adsignatus, sed qui modo hunc, modo illum occupat, et libere vagatur. Confer inpr. Stat. Silv. IV, 2, 24, et Ovid. Ep. Her. I, 80. Vulgatum *campis* tuetur Schmid., putans, verba *liber campi* non commodum habere sensum, et prius sæpe quidem cum genit. jungi, sed semper, ubi liberatio a re molesta, invidiosa et ingrata innuatur, quo utique spectant V, 212; Lucan. lib. IV, v. 384; VII, 818, et Senec. Hippol. 492, quæ loca Drak., et alia, quæ Heins. ad Virg. Æneid. X, 154, ad Claud. Laud. Stil. I, 151, et Gronov. Diatr. Stat. c. 2 congesserunt. — 445. *juvencis* Col. Parm. Med. *juventis* Ox. *juventis* Put. *viventis* quædam edd. *jumentis* Martin. Herbipol., et post cum alii, contra metri leges. — 447. *circa* R. 2. — 449. *pugnabat* Put.

434. *Ledæis Amyclis* ubi Leda habitasse dicitur. Conf. IV, 356. — 435. *pendet sub imagine pœnæ* cf. Gronov. Obss. II, 15, p. 335, et sup. v. 343. — 440. Cf. ad I, 406. — *Adsuetas* hominibus.

441. Conf. III, 290 sq. et, cujus vestigia Silius pressit, Virg. Ge. III, 339 seq. ubi vid. Heyne. — *It liber campi*, etc., h. sine ullis terminis et quousque libet, pecus libere in saltibus pascitur. — 444. *Gæsa* vid. ad I, 629. — *latratorque Cydon*, canis Cydonius, Cretensis: epitheton ornat. Conf. ad v. 689, et sup. ad v. 90. — *tectum*, mapalia. — *foci* h. ignis, *in silicis venis*, ut ap. Virg. Ge. I, 135, et Æn. I, 174 sq. et VI, vt, 7.

449. Iberus extremam clipei oram obit, ut Oceanus ap. Hom. Il. ς, 607, et Hesiod. Sc. Herc. v. 314; quorum rationem secutus est Silius, rejecta ea, quæ perperam

Curvatis claudens ingentem flexibus orbem.
Hannibal, abrupto transgressus fœdere ripas,
Pœnorum populos Romana in bella vocabat.
Tali sublimis dono, nova tegmina latis
Aptat concutiens humeris, celsusque profatur:
« Heu quantum Ausonio sudabitis, arma, cruore!
Quas, belli judex, pœnas mihi, Curia, pendes! »
Jamque senescebat vallatis mœnibus hostis,
Carpebatque dies urbem, dum signa manusque
Exspectant fessi socias : tandem æquore vano

456. *judex*, non *vindex*, Col. Ox. R. 2 : quod præter Barth. defendit N. Heins. coll. Lucan. I, 227; VII, 263 al. ut in invidiam Senatus Rom. dicatur, eum sibi arbitrium belli Saguntini arrogasse, quod ipse Hannibal ei exprobrat ap. Liv. XXI, 44. Adstipulatur ei Drak., qui tamen *judicem* a *vindice* nonnunquam parum differre monet, præsertim quum *judicis* sit, ea, quæ contra legem fiunt, *vindicare*, unde *belli vindex* possit esse curia, quæ puniendos belli, adversus fœdera inlati, auctores censeat. — 457. *vallatus* ex Col. reponendum putabat Modius, refragg. Dausq., N. Heins. et Lefeb. — 458. *quies*, h. belli immunitas, conj. D. Heins. quod recte damnant Dausq. et Drak. — 459. *vani* ex conj. edidit Lefeb., h. qui in rebus vanis spem ponunt, qui inania sibi persuadent. Vid. Heyne ad Virg. Æn. X, 631. Sed conf. not. *æquore vanos A. o., f. lumina p.* emend. Burm. suffrag.

placuit Virg. Æn. VIII, 671 sq. ubi mare inter terram, quæ in medio clipei est, et infera loca ponitur. Sed incidit in Scyllam, dum voluit vitare Charybdim. Subtile certe artis judicium non magis in eo, quod fluvius orbem clipei ambit, quam quod ibi trajicitur, declarasse videtur.

451, 452. Vid. ad I, 294. — 453. *sublimis*, superbus, elatus. — 454. *celsus*, capite erecto et obstipo, h. in tergum nimis reclinato, cervice rigida, qui habitus est hominis superbi et sibi admodum confidentis. Sic « celsus hæc corpore, vultuque ita læto, ut vicisse jam crederes, dicebat » ap. Liv. XXX, 32; ubi vid. Duker. Conf. Cic. Tusc. V, 14, et Or. I, 40. — 455, 456. Imitat. Virg. Æ. II, 582, et VIII, 537 sqq. ad quæ loca vid. Heyne et Cerda.

457 sq. Poeta illuc, unde v. 395 abierat, redit. — *senescere*, debilitari, fame, vigiliis aliisque malis consumi, ut γηράσκειν ap. Theocr. XII, 2, et Hom. Il. Θ, 360; *vallatis*, vallo Pœnorum cinctis. — *hostis*, Saguntini. — 458. *dies*, tempus, temporis spatium. — *Carpere*, ut φθίνειν et φθινύθειν, adtenuare, adterere, consumere paulatim et minuere. Cf. Drak. ad h. l. et Gronov. ad Sen. Herc. Fur. 874. — — *signa manusque socias*, auxilia Romanorum.

459. *fessi* v. ad I, 566. — *æquore vano*, quod vana et inania promittebat, quod frustra pollicebatur, classem Romanorum mox adventurum esse. Cf. Heyne ad Virg. Æn. I, 392. Sic et *frustrata litora*.

Avertunt oculos, frustrataque litora ponunt,
Et propius suprema vident: sedet acta medullis
Jamdudum, atque inopes penitus coquit intima pestis.
Est furtim lento misere durantia tabo
Viscera, et exurit siccatas sanguine venas
Per longum celata fames: jam lumina retro

Drak. Pro *ponunt* forte leg. *plorant*, vel simile quid. — 461. *En* reposuit Lefeb. sine auctoritate. *Ut* suspic. N. Heins. — 463. *misere*, non *miseris*, Col. *rurantia*, h. rorantia, conj. N. Heins. coll. Stat. Th. I, 618 ubi *liquentia viscera tabo* legendum docet.

quæ frustrabantur spem Saguntinorum; vel passive, quæ decepta sunt frustra exspectando classem Romanorum, ut litoribus tribuatur, quod ad ipsos Saguntinos spectat, et illa quasi frustra sperasse fingantur. Ita per prosopopœiam dici, monet Lefeb. coll. Ovid. Met. VIII, 293. — 460. *litora ponunt* h. c. cogitationes de litore; Withof. coll. Valer. Fl. I, 632 *seponite fluctus*. Exempla ibi ab intpp. et h. l. ab Heins. laudata parum convenire, idem recte monuit. — *ponunt*, pro certo, tamquam exploratum et verum sumunt, vel, si malis, putant, existimant, ut passim, et ap. Græcos τιθέναι N. Heinsius conferebat inf. IV, 397; VIII, 95; XI, 157, et XIII, 473, adeoque adcepisse videtur pro deponunt spem in litoribus, h. in adventu classis Rom. frustra positam, vel, ut Schmid. explicat, omittunt spectare litora, unde auxilium Rom. speraverant. Sed hæc ratio durior videtur iis, quas pruposui, etsi nec in his satis adquiesco. Conf. V. L.

461. Egregia et ornata descriptio urbis, fame et inopia in summas angustias detrusæ. Sed poeta nimium fere diu tristibus inmuratur phantasmatibus, ad quæ horremus. Juvenes harum deliciarum studiosi comparent Ovid. Met. VIII, 799 seq. 824 seq. Claud. b. Gildon. Vid. 21 seq. et Juven. Sat. XV, 98 seq. — *acta medullis*, per medullas, ut *fusa medullis* inf. v. 515 et *sitis acta omnibus venis* ap. Virg. Ge. III, 483. — 462. *inopes* victus. — *pestis*, h. fames Conf. ad I, 174. — *coquit*, vexat, lente consumit. Vid. ad v. 327 Sic et mox *exurit fames*, ut ap. Quintil. XII, 9; ubi c. 8 *ignea f.* dicitur, ut λιμὸς αἴθων Callim. H. in Cer. v. 67; ubi vid. Spanh. 463. *Est*, ἐσθίει, *viscera durantia*, h. obdurantia, seu perferentia malum, ut ap. Virg. Æn. VIII, 577. Conf. Ind. et quos N. Heins. laudat, Stat. Silv. I, II, 91; II, I, 141; V, II, 153; Val. Flacc. I, 237; (ubi vid. Burm.) VII, 338; Lucan. II, 256; IV, 52, 519; VI, 93; Hor. Od. I, XIV, 7. Drak. interpretatur: fames diu celata consumebat viscera, quæ tamen durabant, quoniam non repentino, sed lento malo exedebantur. — *tabum* et *tabes* dicitur lenta corruptio et consumtio cujusvis rei et corporis, cujus causa est fames, vel morbus, venenum, putredo, pestis, liquatio, etc. —

Digitized by Google

Exesis fugere genis; jam lurida sola
Tecta cute, et venis male juncta trementibus ossa
Exstant, consumtis visu deformia membris.
Humentis rores noctis terramque madentem
Solamen fecere mali, cassoque labore
E sicco frustra presserunt robore succos.
Nil temerare piget: rabidi jejunia ventris
Insolitis adigunt vesci, resolutaque, nudos
Linquentes clipeos, armorum tegmina mandunt.

467. *nervis* scripsit Lefeb. libris non addicentibus, hoc est, tendinibus, musculis, ligamentis, quæ a Græcis, in quibus rudis sit Drakenborch, qui absurde *venis* ediderit, τένοντας et νεῦρα vocari nos docet. Sed vir doctus ignorare videtur, *venas* poetis v. c. Virg. Georg. IV, 238, et aliis etiam cutem totumque adeo corpus dici, et verba *venis exstant* jungi posse. — 468. *membris*, non *nervis*, scripti. Vid. ad I, 177. — 469. *Umentis* Col. vid. ad v. 125. *Viventis* Ox. unde *Uventis* conj. Barth. Adv. VI, 25, et N. Heins. qui id passim poetis obtrudit. Sed ut taceam, quod Drak. monet, τὸ *viventis* propius ad *umentis*, quam ad *uventis* accedere, quum literæ *iu* et *m* in Longobard. scriptura vix discerni possint, quid quæso vulgatum mutare nos cogit? vid. ad I, 259. — 472. *tentare* volebat Barth. l. c. Male! — 473, 474. Vulgata lectio plane inepta videbatur N. Heins., qui va-

466 sq. *Exesis* conf. Bentl. ad Hor. Epod. V, 37. — *lurida sola Tecta cute ossa*; conf. Horat. Epod. XVII, 22, ibique Bentl. Conf. Theocrit. II, 88 sq. Callim. Hymn. in Cer. v. 93, 94, ubi vid. Spanh. Drak. comparavit Senec. Controv. I, 1. Quintil. Declam. XII, p. 210, et Claud. bell. Gild. v. 21 seq. — 471. Conf. Sen. de Ira III, 20; Liv. XXIII, 19 et 30; Cic. Verr. V, 33, 38. — *frustra* cum *casso labore*, et verba *rores noctis* cum *terra madentem* juncta languent. Nugatur D. Heins. cujus hæc nota est: « Mirum, siccitatem fami opponi. Ita tamen, ut hæc omnia magis loquendi genera esse, quam ad historiam pertinere, cognoscas: Græci certe insigni elegantia ξηροφαγεῖν de homine egenu dicunt et famelico, et ἀναξηραίνειν Callim. H. in Cer. 114, et ἐπὶ ξηροῖσι καθίζειν Theocr. I, 50. »

472. *Nil temerare piget*, non piget, omnia, corium, etc. temerare, h. edere, vel, ut N. Heins. exponit, violare morsu res eas, quæ victui humano non sunt destinatæ, quod Drak. confirmat loco Ovid. Met. XV, 75. Nam *temerare* est aliquid facere, quo nobis interdictum est, vel esse videtur. Conf. ad I, 11, et III, 501. — *rabidi jejunia ventris* ut fere ap. Virg. Æn. II, 356; Ἀπέλεστον λύσσαν αἰεὶ βουβρώστιν ἀναιδέϊ γαστρὶ φυλάσσει dixit Oppian. Ἁλιευτ. II, 207. — 473, 474. Pelles, vel coria *resoluta* h. clipeis detracta, comedebant, relictis nudis clipeorum cratibus: ut Drak. jam exposuisse video. Sed malim fere *resoluta* adcipere de liquefactis, vel aqua mollitis pellibus, ut « Casilinates obsidione Hannibalis clausos, lora, necessariis vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pel-

Desuper hæc cælo spectans Tirynthius alto
Inlacrimat fractæ nequidquam casibus urbis.
Namque metus magnique tenent præcepta parentis,
Ne sævæ tendat contra decreta novercæ.
Sic igitur, cœptâ occultans, ad limina sanctæ
Contendit Fidei, secretaque pectora tentat.
Arcanis Dea læta, polo tum forte remoto
Cælicolum magnas volvebat conscia curas,
Quam tali adloquitur Nemeæ pacator honore:

ria proponebat, *r. nudo Liquantes* (h. liquefacientes, seu aqua mollientes (*clipeo taurorum tegmina* (coria) *mandunt*, vel *r. nudo Ingentum clipeo taurorum t. m.*', vel denique, quod ceteris præferebat, *r. nudo Liquentum* (h. aqua fervida liquefactorum) *clipeo taurorum t. m.* Sed vid. not. — 479. *sacræ* Med. ut XIII, 282. Vulgatum Drak. tuetur loco Virg. Æn. VII, 365; conf. not. ad I, 481. — 481. *solo t. f. remota* conj. Fl. Putschius, prob. D. Heins. coll. v. 496 seq. Verum non *tum forte*, sed jam diu ante, Fidem terra relicta in cælum aufugisse, monent Dausq. et Drak. *sorte* contra omnium librr. consensum reposuit Lefeb., quoniam olim nil sine sorte actum, unde *sortiri* etiam sit obtinere, licet sine sorte. Quæ recondita doctrina vereor ut sint, quibus adsensum extorqueat. — 483. Ita Col.

les, ferventi *resolutas* aqua, mandere » coactos fuisse, tradit Val. Max. VII, 6, 2. Eosdem « lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandisse » memorat Liv. XXIII, 19.

475. Hercules deus intelaris Sagunti. Conf. I, 273 seq. — 476. *Inlacrimat*, quod nec diis, nec heroibus indignum est. Vid. Köppen ad Hom. Il. α, 349; Riccii Diss. Hom. XIII. Lessing. in Laoc. p. 6, et Ill. Harles. ad Val. Flacc. IV, 42; ubi idem Hercules lacrimas fundit, ut ap. Virg. Æn. X, 465; ubi vid. Heyne. Conf. inf. V, 204, 205. — 477. *tenent*, retinent, impediunt quo minus ipse Saguntinis opem ferat. — 478. *novercæ*, Junonis. — 479. Etiam hæc ingeniose fingit poeta. Cf. ad I, 598, et quem N. Heins. jam laudavit, Val. Max. VI, ext. 1. « Crediderim tum ipsam Fidem, humana negotia speculantem, mæstum gessisse vultum; perseverantissimum sui cultum, iniquæ fortunæ judicio, tam acerbo exitu damnatum cernentem. »

480. *secretaque pectora tentat*, secreto ejus animum tentat. — 481. *Arcanis læta*, forte solitudinem pro solatio petens. Tum *remoto* dictum pro remota a diis. Sed malim ita explicare: *arcanis* deorum consiliis delectabatur, *polo remoto*, ἐν ἀκροτάτῃ κορυφῇ τοῦ Ὀλύμπου, ubi concilia deorum haberi solent; v. c. ap. Hom. Il. Θ, pr. An *polus remotus* est simpl. μακρὸς, αἰπὺς, ἄκρος Ὄλυμπος? et *arcanis læta*, cui arcana credi solent? — 483. *tali honore*, ut X, 572, et apud Virgil. Æneid. III, 474, « multo compellat honore. » — *Nemeæ pacator*, ut contra leo *vastator Nemeæ* dicitur Stat. Silv. IV, VI, 40. Ita N. Heins.

« Ante Jovem generata, decus Divumque hominumque,
Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt,
Justitiæ consors, tacitumque in pectore numen,
Exitiumne tuæ dirum spectare Sagunti,
Et tot pendentem pro te, Dea, cernere pœnas
Urbem lenta potes? moritur tibi vulgus, et unam
Te matres, vincente fame, te mœsta virorum
Ora vocant, primaque sonant te voce minores.
Fer cælo auxilium, et fessis da surgere rebus. »
Hæc satus Alcmena; contra cui talia virgo:
« Cerno equidem, nec pro nihilo est mihi fœdera rumpi,
Statque dies, ausis olim tam tristibus ultor.
Sed me pollutas properantem linquere terras
Sedibus his, tectisque novis succedere adegit

et Oxon. Recte, judice etiam Dausq. qui tamen, ne Modio concederet, commodum quoque sensum, quem vellem declarasset, inesse contendebat vulgatæ lect., *Quam tamen alloquitur veniæ pacator honoræ*, in qua interpretanda nugabatur Marsus, si quis unquam. *Neme* Tell. propius verum. — 485. *norint*, et mox *tacitoque*, volebat N. Heins. — 489. *unam*, non *una*, scripsi. — 497. *novis*, scil.

quem vid. ad Virg. Æ. VI, 804, et ad Claud. laud. Stil. III, 284. Cfr. quæ Drak. ootavit luca, inf. XVI, 246; Stat. Th. IV, 250; Ovid. Epist. IX, 15; Sen. Herc. OEt. v. 282; iopr. 1990, et de Beoef. c. 13; ubi *orbis terrarum marisque pacator* vocator Hercules, ut *pacifer* io nomis ap. Beger. Thes. Brand. T. II, p. 779, 780, et in marm. ap. Gruter. p. 49, 1, et 1113, 4. Verbis *ante Jovem generata*, Silios *canam, priscam, antiquam Fidem* declarare voluisse videtur, quibus tameo epithetis prisca potius religio innuitur, qoam quod ante Jovem nata sit, quo sensu Vesta *cana* dicitur. Ex theogoniis certe id oon constat, oisi poeta forte Fidem cum Themide coofudit, quæ fœderibos et ferieodis, et religiose servandis præfici solet. Cf. Heyne ad Virg. Æ. V, 744, et mox v. 494.

486. *Justitiæ consors*; vid. Jnoi ad Hor. Od. I, xxiv, 6. — 489. *lenta* in ope ferenda, secora et parum sollicita; ut VII, 440; et XII, 567. Cf. Heins. ad Ovid. Trist. II, 514, et inpr. ad ej. Epist. XV, 169, et XIX, 81. — 491. *minores*, ut *parvi*, infantes. — *vocant* et *sonant*, h. invocaot, tnom auxiliom inplorant et præstolantur. — 492. *cælo*, de cælo. — *fessis rebus* vid. ad I, 566.

495. *Stat*, constituta est. — *tristibus*, horrendis, nefariis. — 496. Dii, ætate aurea iuter homines commorati, postea inpietate eorum commoti terram cum cælo commotarunt: quæ prisca fabula ex Hesiod. Ἔργ. v. 174, 201, et Ovid. Met. I, 125, 150, nota est. — 497. *Sedibus his* δεικτικῶς. — *Fecundum*

Fecundum in fraudes hominum genus : inpia liqui
Et, quantum terrent, tantum metuentia regna,
Ac furias auri, nec vilia præmia fraudum,
Et super hæc ritu horrificos ac more ferarum
Viventes rapto populos, luxuque solutum
Omne decus, multaque obpressum nocte pudorem.
Vis colitur, jurisque locum sibi vindicat ensis;
Et probris cessit virtus : en, adspice gentes :
Nemo insons; pacem servant commercia culpæ.
Sed secura tua fundata ut mœnia dextra
Dignum te servent memorando fine vigorem,
Dedita nec fessi transmittant corpora Pœno,
Quod solum nunc fata sinunt seriesque futuri;
Extendam leti decus, atque in secula mittam,

superis, non *Jovis*, scripti, Parm. Med. — 502. *luxoque* Mars. vitiose in texta, non in comment. — 505. *cessat* R. 2, non improb. Lefeb. — 507. *Sed si cura*, h. si tibi curæ est, *ex* emend. N. Heins. recepit Lefeb. Totus versus ob ὁμοιόπτωτα auribus est ingratus. — 510. Vulgo parenthesis post *sinunt* clauditur.

in fraudes hominum genus, ut *fecunda culpæ secula* dixit Horat. Od. III, vi, 17.

499. Qui *terret*, *plus ipse timet*, Claud. Cons. Honor. IV, 289. Cell. Plures ejusmodi sententias congessit Barth. Adv. XLVIII, 11. — 500. *furias auri* vid. ad I, 32. — *liqui furias auri*, etc. h. populos, vel homines cupidos auri, et malis artibus felices. — 502. *luxu solutum*, sublatum, *Omne decus*, decorum et honestum. — 503. *nocte*, concubitu, ut III, 429; vel propr. etsi sensus idem est. Vitiorum caligine, Mars. 504. Cf. XI, 183; ubi Drak. comparavit Lucan. I, 175; Sen. Herc. fur. v. 253; et in Hippol. v. 543. — 506. *commercia*, societas, *culpæ* h. socii sceleris. His solis invicem pax est.

511. *Extendam leti decus*, efficiam, ut eorum interitus memorabilis et gloriosus sit. — *mittere*, ut *dimittere*, *tollere*, *diffundere*, *efferre*, *aperire in sæcula* (IX, 341) *vulgus*, *ævum*, *populos*, *ora*, *diem*, etc., ἰέναι φωνὴν, ἐκφέρειν ἐς ἀνθρώπους, vel φανερὰ καταστήσειν ἐς ἀνθρώπους τὰ ἔργα, (ap. Arrian. exped. Alex. I, 12) pro, in cognitionem omnis ævi, omnium populorum et hominum adducere, efficere ut semper prædicetur aliquid, vel omnibus innotescat, palam facere, divulgare. Similiter *ire*, *abire*, *volare*, *volitare*, *ferri*, *venire*, *nasci* (h. crescere, VIII, 371) *in sæcula*, *in ora*, et *per ora hominum*, vel *in ore omnium esse* de eo, qui tam notus fit, vel est, ut omnes et omni tempore de eo loquantur. Conf. Drak. ad III, 135; VI, 711; XII, 312; Gronov. Obss.

Ipsaque laudatas ad Manes prosequar umbras. »
  Inde severa levi decurrens æthere virgo
Luctantem fatis petit inflammata Saguntum;
Invadit mentes, et pectora nota pererrat,
Immittitque animis numen : tum fusa medullis
Implicat, atque sui flagrantem inspirat amorem.
Arma volunt, tentantque ægros ad prælia nisus.
Insperatus adest vigor, interiusque recursat
Dulcis honos Divæ, et sacrum pro virgine letum.
It tacitus fessis per ovantia pectora sensus,
Vel leto graviora pati, sævasque ferarum

513. *levi* Col. recte, ut ap. Virg. Ge. I, 489. Vulgg. *severa Jovi*, h. irata J., ob cladem Saguntinis imminentem, quos præmio, non pœna adficere, Jovis erat, fœderum præsidis. Ita Barth. Adv. VI, 25. Male Marsus, quæ etiam ipsum Jovem ad fidem servandam coegit, quod tamen contra Modium defendit Dausq., cui nec displicet Gossnini conj. *Jovis d. n. v.*, quia Jupiter præses istius regionis. — 521. *It*, non *Et*, Col. ut III, 215; XII, 244; Virg. Æn. II, 173; Stat. Th. I, 494; V, 239, et aliis locis, quæ excitarunt N. Heins., Drak. et Gronov. Obss. IV, 18. — 522. *fæ-*

I, 15; Heins. et Burm. ad Val. Fl. II, 439. VV. DD. ad Virg. Ge. III, 9, et Æn. IV, 195; XII, 235; Broukh. ad Prop. II, 1, 2; Heyne Obss. ad Tibull. IV, 1, 200.

512. Eleganter pro, faciam, ut Saguntini etiam post mortem celebrentur. Cf. Ovid. Epist. XI, 119; ubi vid. Heins. — *prosequi* est voc. exsequiale. — 513. *severa*, irata. — 514. *Luctantem fatis*, δεινῶς, ut *componere fatis* I, 39. — 516. *numen* pro se. — *fusa medullis* vid. ad v. 461. — *medullis implicat amorem*, ut *ossibus implicet ignem* ap. Virg. Æn. I, 660; ubi vid. Heyne. — 518. *Arma volunt*, moræ impatientes, prœliique cupidissimi, ut IX, 7; ubi Drak. Conf. XIII, 318; Virg. Æ. VII, 340; IX, 539; Stat. Th. III, 664, et Val. Fl. I, 67; ubi vid. Burm. — *ægros nisus*, vires tenues. — 519. *interius recursat*, ut *animo recursat* dixit Virg. Æ. I, 662, et IV, 3. — 520. *sacrum pro virgine letum*, mors egregia, laudabilis et honesta (v. ad VII, 9) pro fide servanda. — 521. *fessis* vid. ad I, 566. — 522. *Vel leto graviora pati*; quum quis non capit generosæ virtutis stimulos, mortem ipsam contemnit, Barth. Adv. X, 24. Sed verba hæc spectant potius ad *sævos ferarum dapes*, quas propter ea, quæ poeta v. 523 et 525 adjecit, recte exponunt, carnes humanas, quas feræ invadant, quasque Euripidi Hecub. v. 1072: θοίναν ἀγρίαν θηρῶν, Senec. Thyest. 150 *dapes feras*, Minuc. Fel. in Octav. c. 8 *inhumanos cibos*, et Tertull. Apolog. c. 9 *feram libidinem*, dici monent D. Heins. et Drak. Rem ipsam permultis obsessarum urbium exemplis illustrarunt Dausq. et Drak.

Adtentare dapes, et mensis addere crimen.
Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem
Casta Fides, paribusque famem compescere membris.
Quam simul invisæ gentis conspexit in arce
Forte ferens sese Libycis Saturnia castris,
Virgineum increpitat miscentem bella furorem,
Atque, ira turbata gradum, ciet ocius atram
Tisiphonen, imos agitantem verbere manes,
Et palmas tendens; « Hos, inquit, Noctis alumna,
Hos muros inpelle manu, populumque ferocem,

dasque conj. Burm. — 526. *conspexit*, non *prospexit*, Col. — 528. *miscentis*, vel *miscenti* malebat N. Heins. — 529. *ira* Colon. et Put. ut v. 617, 642, et IX, 23, Drak. *ita* ant. edd. — 531. *Et palma ostendens* corrig. N. Heins., quod nimis forte cupide adripuit Drak., ut Juno non supplicet, sed Saguntum digito monstrans satis dictatorie eam protinus exscindere jubeat; quasi non eodem modo explicari possit vulgata. Antiquitus autem *palm' ostendens*, vel *palmostendens* scriptam putabat, refrag. Lefeb., qui in priscis libris *palma tendens* se reperisse tes-

— 525. *Casta Fides* vid. ad I, 481. — *paribus*, humanis: unde *crimen et culpa*. Conf. vid. 635.

526 seq. Facile adnoscas imitatorem Virg. Æn. VII, 323 sqq. ubi vid. omnino Heyne, et conf. Æn. XII, 845 seq. — 528. *miscentem bella* vid. ad I, 69. — 529. *ira turbata*, commota, incitata, κατὰ *gradum*, irate gradum accelerans. Conf. V. L. et ad I, 477. — *ciet*, ut ap. Virg. Æ. VII, 325; ubi vid. Heyne. — 530. *agitantem* vid. ad I, 146. — *imos agitantem verbere manes* conf. Virg. Æn. VI, 555 sq. inpr. v. 570, 571.

531. Cerda ad Virg. Æn. VII, 330, Silium reprehendit, quod præter decorum neglexerit majestatem regiam Junonis, quam Furiis supplicasse, seu palmas tetendisse fingat. Contra poetam consulto potius ad tam indignas preces demisisse Junonem, ut eo magis elucesceret acerrimum ejus in Romanos odium, coll. Ovid. Met. IV, 444, 445 et 471, suspicabatur Drak. Mihi potius viri docti argutari, nec preces, modo nimis supplices non fingantur, vel, ut in simili loco Ovid. Met. IV, 471, et mox v. 533, cum mandatis misceantur, dignitatem Junonis dedecere videntur. Conf. Hom. Il. ξ, 232 seq. Virg. Æn. I, 64 seq. et al. Forte etiam Juno h. l. manus non tetendisse censenda est, ut supplicaret, sed ut urbem Furiæ ostenderet, quod ex verbis ejus, δεικτικῶς pronuntiatis, *hos muros*, etc. probabile fit. Si vero jure vituperatur poeta, cur id non feramus in Silio, quum et bonus quandoque dormitet Homerus? vid. V. L. — *Noctis alumna* Conf. Heyne ad Virg. Æn. VI, 250; VII, 331; XII, 846, 860. — 532. *muros inpelle*, prorue, *manu*, magnifice, ut *montem Inpulit in latus* Æolus ap. Virg. Æn. I, 82, ubi vid. Heyne.

Dextris sterne suis; Juno jubet: ipsa propinqua
Effectus studiumque tuum de nube videbo.
Illa Deos summumque Jovem turbantia tela,
Quis Acheronta moves, flammam inmanesque chelydros
Stridoremque tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, ac, mixto quæ spumant felle, venena,
Et quidquid scelerum, pœnarum quidquid et iræ
Pectore fecundo coquitur tibi, congere præceps
In Rutulos, totamque Erebo demitte Saguntum.
Hac mercede Fides constet delapsa per auras. »
Sic voce instimulans, dextra Dea concita sævam
Eumenida incussit muris, tremuitque repente
Mons circum, et gravior sonuit per litora fluctus.

tatur, et hinc *palmam tendens* edidit. — 533. *suis*, non *tuis*, Col. — 534. Vulgo perperam legitur, *ipsa propinqua Effectus: studiumque tuum quo comprimit ora Cerberus*, etc., prob. Dausq., ut *propinqua* sit verbum, pro depropera, ut v. 281, et Virg. Æn. X, 254. Sed tres versus, tamquam avulsa a corpore membra, recte VV. DD. ex membrr. Colon. restituere. — 537. *Stridoremque jubæ*, h. comæ, frustra emend. N. Heins.

535. Omnia graviter horrendisque imaginibus expressa, nec minus præclare ad animi æstum, cui ipse quoque verborum sonus respondet. — *tela*, arma, quæ mox nominantur. — 536. *Acheronta*, ut ap. Virg. Æn. VII, 91, 312. — *moves*, concutis, vel terres, vel vexas. — *flammam*, faces. — 537. *Stridorem tuum*, sibilum serpentum tuorum, vel serpentes tuos sibilantes. Eumenides ὀφιοπλόκαμοι, de quo vid. Cl. Hermanni Mythol. T. II, p. 488. Serpentes autem ac flammæ proprie *stridere*, h. argutum sonum edere dicuntur. Vid. Ind. et Heyne ad Virg. Æ. VI, 288; Broukh. ad Tibull. I, III, 72. — 540. *Pectore fecundo*, ut ap. Virg. Æn. VII, 338. — *coquitur tibi*, a te. Conf. ad v. 327. — 541. *Rutulos* ut I, 584. — *Erebo demitte*, vid. ad I, 439. — 542. *Hac mercede constet*, hanc m. habeat. — *Fides delapsa per auras*, h. Fidei descensus. Conf. v. 513 sq. ἀνεμώλιος, vana, D. Heins. Male!

543. Magnifica hæc, et ad potentiam Junonis declarandam accommodata. Præterea poetam decet, non verba Furiæ, sed ipsam extemplo rem memorare. Confer lib. IV, 430 seq. Heyne et Cerda ad Virgilium, Æneid. lib. VII, 341, et Burmann. ad Valerium Flaccum, IV, 80. Nec Juno Furiam mittit, vel immittit urbi, sed *dextra incutit muris*. His et seqq. verbis multum lyrici spiritus inest. Splendide adumbratur vis Junonis, et celeritas Eumenidum, quæ ἀερόδρομοι ὥς τε νέφεα dicuntur Orph. H. LXVIII, 9; de quo vid. Hermann. l. c. — *concita ira*, irata, vel potius ce-

Sibilat insurgens capiti, et turgentia circum
Multus colla micat squalenti tergore serpens.
Mors graditur, vasto pandens cava guttura rictu,
Casuroque inhiat populo: tunc Luctus, et atri
Pectora circumstant Planctus, Mœrorque, Dolorque,
Atque omnes adsunt Pœnæ, formaque trifauci
Personat insomnis lacrimosæ Janitor aulæ.
Protinus adsimilat faciem mutabile monstrum

546. *circa* Col. Oxon. R. 3. Parm. Med. unde vel recipiendum, vel ex *circu* ortum videtur. — 547. *squamoso* Junt. et Ald. quod glossam redolet. Nam *squalens* vulgo putant esse squamosum. Sed vid. Heyne ad Virg. Æneid. lib. X, vers. 314. *tergore*, non *pectore*, scripti. — 548. *cava pandens guttura* Col. quod forte non spernendum. — 549. Hunc versum VV. DD. e MSS. Col. et Ox. revocarunt. Voces autem *luctus*, *planctus*, *mœror*, *dolor* et *pœnæ* majoribus literis scripsi, quoniam pictura efficitur vividior et magis poetica, si abstracta cogitentur personata. Cf. Virg. Ge. III, 552, ubi vid. Heyne et Voss. — 550. *circumstant*, non *circumdant*, scripsi et R. 2. — 553. *adsimilat* pro *adsimulat* edidi, usu quidem invito, sed etymologia ac vi verbi id postulante, et faventibus libris, nonnunquam omnibus v. c. Tac. Germ. c. 9. Adsentiuntur nobis Heins. et Heyne ad Virg. Æn. XII, 224; Scheller. in Lex. et præceptis styli; Barth. ad Claud. Ruf.

leriter, repente. — 546. *Sibilat insurgens capiti*, ut ap. Virg. Æ. XI, 754, 755, et Ge. III, 553. — 547. *squalenti* vid. V. L.

548. Similis Tisiphones comitatus ap. Ovid. Met. IV, 483 seqq. quem locum Silius ante oculos habuisse videtur, ut Virg. Ge. III, 552. Singulæ, quas poeta duxit, lineæ horrorem nobis incutiunt, maxime imago *mortis*, ingluviem suam dilatantis, rictum in immensum diducentis, et insatiabili cupiditate omnia devorantis. Ipsam gradientem, faucesque ejus quasi apertas cernimus. Eadem imago poetis Orientalium familiaris est. Conf. v. c. Habac. II, 5, et Esai. V, 14; ubi vid. Lowth. — 551. *Pœnæ*, Ποιναὶ Deæ ultrices, quæ prop. τοὺς φονεῖς sequuntur et puniunt, unde ἐμποίνιμοι dicuntur Sophocli in Ajace; D. Heins. Quidam eas a Furiis distinguunt. Vid. Burm. ad Val. Fl. VII, 147; Barnes. ad Eurip. Suppl. 490; Ernesti Clav. Cic. Markland. Epist. crit. p. 125, et, quos Draken. laudat, Scalig. ad Virg. Culic. v. 218; Delr. ad Sen. Med. v. 13, Barth. Adv. XXI, 9, et 20, et ad Stat. Th. VIII, 25. Vulgarem tamen vocis vim non spernendam putabat Drak. — *formaque trifauci Personat*; doctius *latratu trifauci personat* dixit Virg. Æn. VI, 417. — 552. *Janitor aulæ* ut ap. Hor. Od. III, 11, 16.

553. Tisiphone formam mutat, ut Alecto ap. Virg. Æn. VII, 415 seqq. ubi vid. Heyne ad v. 328, et de vulgari poetarum ratione, qua Deos, humana forma indutos, noti fere alicujus et familiaris, ad mortales adcedere fingunt, cf. Exc. XIII, ad Æn. I. Ipsa specie divina ac terribili videndam se præbet Ti-

Tiburnæ, gressumque simul, sonitumque loquentis.
Hæc bello vacuos et sævi turbine Martis
Lugebat thalamos, Murro spoliata marito;
Clara genus, Daunique trahens a sanguine nomen.
Cui vultus induta pares disjectaque crinem
Eumenis in medios inrumpit turbida cœtus,
Et mœstas lacerata genas; « Quis terminus, inquit?
Sat Fidei proavisque datum! vidi ipsa cruentum,
Ipsa meum vidi lacerato vulnere nostras
Terrentem Murrum noctes et dira sonantem :
Eripe te, conjux, miserandæ casibus urbis,
Et fuge, si terras adimit victoria Pœni.
Ad manes, Tiburna, meos : cecidere Penates,
Occidimus Rutuli, tenet omnia Punicus ensis.
Mens horret, nec adhuc oculis absistit imago.
Nullane jam posthac tua tecta, Sagunte, videbo?

II, 81, ad Stat. Th. IV, 261; et alii. Sed refragantur inpr. Gron. Diatr. Stat. c. 6, et Ernesti ad Cic. Invent. I, 28, ad Tac. Germ. 9, et vit. Agric. c. 10. — 557. *Daunique*, non *clarumque*, Col. et Ox. *Daunique t. ab origine n.* ad oram Aldini cod. ex ant. exemplari notatum vidit N. Heins. Idem v. 558 *cultus* malebat, quoniam vultus jam antea mentio facta. Sed Drak. recte jam monuit, orationem ita procedere : Huic itaque Tiburnæ pares vultus quum induisset Tisiphone, dispersis crinibus sectisque genis, etc. *inducta* Put. 561. *Sat F. p. datum* Col. quod firmatur verbis Virg. Æn. II, 291; IX, 135, et Val. Fl. III, 688. *Sat datum* etiam Oxon. si fides habenda Barth. Adv. VI, 25, sed *Stat datum*, teste N. Heins. Vulgo *Stat F. p. datus*, et *Stat datur* R. 3. — 562. *funere* ingeniose conj. Lefeb. coll. Virg. Æn. IX, 492 ubi *lacerum funus* dicitur cadaver dilaniatum Vid. not. ad v 647. Mihi vero ipsa quoque vox *lacerato* suspecta videtur, quia modo præcessit. Forte poeta scripsit *laniato funere*, vel *laniatum* (*laniatu*) *vulnere*.

siphone ap. Ovid. Met. IV, 485 sqq. — 554. *Tiburnæ*, viduæ Murri, de quo cf. I, 376 sqq. — 555. *turbine Martis* cf. ad II, 4. — 556. *Dauni* cf. ad I, 291. — 559. *turbida*, perturbata mente, vel acriter, inpetuose, violenter.

560. *Quis terminus* calamitatis vestræ erit? quando miseram finietis vitam? — 561. *Sat Fidei proavisque datum*, jam omnia præstitistis, quæ ad fidem socialem gloriamque majorum tuendam a vobis fieri exigique poterant. Vid. V. L. — 562. *meum Murrum*, suaviter et ad amoris adfectum apte. Conf. ad VIII, 122. — 563. *noctes*, somnum, proprie me noctu. Conf. III, 216; ubi Drak. laudat X, 348, Virg. Æn. IV, 530; Stat, Th. IX, 600. Contra *somnus* pro nocte ponitur. Vid. ad III, 200. — 564 sqq. Confer Virgilium, Æneid. II, 289 sq. — 568. *imago*, εἴδωλον.

Felix, Murre, necis, patriaque superstite felix.
At nos, Sidoniis famulatum matribus actas,
Post belli casus vastique pericula ponti,
Carthago adspiciet victrix, tandemque supremum
Nocte obita Libyæ gremio captiva jacebo.
Sed vos, o juvenes, vetuit quos conscia virtus
Posse capi, quis telum ingens contra aspera mors est,
Vestris servitio manibus subducite matres.
Ardua virtutem profert via : pergite primi

574. *Nocte* Col. Ox. R. 2. Vulgo *Morte*, quod nec ipsum elegantia sua carere judicabat Drak. coll. Virg. Æ. X, 641 ; Lucr. I, 135 al. Sed haud dubie glossema sapit : nam ut *vita* passim *lux*, ita *mors* poetis, vulgari euphemismo, *nox*, *somnus*, *sopor*, *tenebræ* dicitur, κελαινὴ νὺξ et σκότος Hom. Il. δ, 461 ; ε, 310 ; ὕπνος χάλκεος, νήδυμος, νήγρετος, vel τανηλεγὴς θάνατος Il. θ, 70 ; χ, 210. Hinc et somnus θανάτοιο συνέμπορος, et mors παλαιότερος κασίγνητος ap. Coluth. rapt. Hel. v 357, 359. ὕπνος γείτων et κασίγνητος θανάτοιο Hom. Il. ξ, 231 ; Virg. Æ. VI, 278, et Hesiod. Theog. 755, ubi uterque Νυκτὸς quoque παῖδες vocantur. Sexcenta poetarum exempla congesserunt et librarior. fraudem notarunt Drak. ad V, 526, X, 173 ; XIII, 129, 708. Cerda ad Virg. Æn. X, 745 ; Ill. Harles ad Coluth. l. c. Broukh. ad Prop. II, 13, 17, et 15, 24 ; Lambin. et Jani ad Horat. Od. I, 4, 24 ; 24, 5 ; 28, 15 ; III, 11, 38. — 578. *præfert* conj. N. Heins.

570. Imitat. Virg. Æ. XI, 158 sq. — 574. *Nocte obita*, ut *morte obita* ap. Virg. Æ. X, 641. — *Libyæ gremio*, in Libya (ut III, 878 ; IV, 786 ; XII, 203) adeoque in terra peregrina et hostili, procul a patria, ut *captiva jacebo*, moriar et sepeliar : quod non minus fere miserum veteribus videbatur, quam sepulcro prorsus carere ; quod vel ex Ovidio tironibus notum. Cf. X, 547 ; XIII, 875, et Drak. ad IV, 77. — *jacere*, ut κεῖσθαι, de mortuis et sepultis centies obvium : quod multis exemplis probant Drak. inf. ad v. 594 ; Passerat. et Broukh. ad Prop. I, VII, 24 ; Heins. ad Ovid. Trist. III, I, 50 ; Burm. ad Phædr. I, 24, et ad Petron. III, p. 666. — 575 *vetuit*, prohibuit. — *conscia virtus* ut ap. Virgilium, Æneid. lib. V, 455 ; X, 872 ; XII, 668.

576. Stoice disputat, ut XI, 186 seqq. ubi Drak. laudat verba Sen. Herc. Œt. 111, *miser non est, qui mori potest*. — *telum* dicitur quodcumque instrumentum, quo nos defendimus : hinc remedium, tutela, præsidium, vel adjumentum, ut VI, 359 ; XVI, 62 ; Cic. Læl. c. 17, et ad Div. VII, 16 ; Liv. III, 55, 69 ; IV, 28 ; VI, 35. Similiter ἀσπὶς ap. Æschyl. Agam. 1446 ; ἕρκος, ἔρεισμα, πύργος, κίων, ἕρμα ap. Hom. Il. α, 284 ; δ, 117, 137 ; π, 549 al. *murus* inf. XVI, 68 ; ubi Drak. monet, sic et *murum* dici Ovid. Met. XIII, 281 ; Claud. Cons. Hon. IV, 109 ; *pericli turrim clipeumque* Claud. in Rufin. I, 267 ; *clipeum* eid. laud. Stilic. II, 62 ; et Cons. Hon. IV, 433. — 578. *via Ardua*, difficilis, δυσχερὴς, *virtutem profert*, palam facit, ad eam du-

Nec facilem populis, nec notam invadere laudem. »
Hi ubi turbatas hortatibus inpulit aures,
Inde petit tumulum, summo quem vertice montis
Amphitryoniades spectandum ex æquore nautis
Struxerat, et grato cineres decorarat honore.
Excitus sede (horrendum) prorumpit ab ima

584. *prorumpit*, non *prorupit*, scripsi.

cit. Conf. ad IV, 603. — 579. *populis*, vili humilique turbæ. Vid. ad I, 399, et Burm. ad Val. Fl. I, 10. — *laudem invadere*, ad eam adspirare, occasionem ejus comparandæ cupide amplecti, ut IX, 12, et ap. Virg. Æn. IX, 186. — *nec notam laudem*, insolita virtutis documenta.

580. *inpulit aures* ut ap. Virg. Æn. XII, 618, et Ge. IV, 349. — *Inpellere*, ut *pellere*, *quatere*, *ferire*, *pulsare*, *percutere*, *verberare* aures, vel oculos: de quo v. Drak. ad III, 694, et IV, 7; Burm. ad Quintil. Declam. 301, p. 584, et ad Val. Fl. I, 743. — 581. *tumulum*, sepulcrum, quod Hercules Zacyntho, socio et comiti suo, exstruxerat. Conf. I, 274 sqq.

584. Serpentis portentum, et ipsa quoque verba petita sunt ex Virg. Æn. V, 84. sqq. coll. II, 203 seq. ad quæ loca vid. Heyne. Ab omnibus fere antiquis populis, et primum quidem, ut videtur, a Phœnicibus et Ægyptiis, (de quibus vid. Philo apud Euseb. Præp. Evang. I, 10, p. 40 seq. ed. Vales., Bochart. Hieroz. P. II, p. 429; Ælian. H. Æn. XI, 17; Herodot. II, 72; Barth. ad St. Th. V, 460) serpentibus aliquid divini tribui, ipsique ἀγαθοὶ δαίμονες et Dii quoque haberi solebant. Eorum symbolis genios inprimis hominum et locorum adombratos fuisse, docent præter Heyn. l. c. et D. Heins. ac Drak. ad h. l., Seguin. Diss. de Agathodæm. et in Select. Numism. p. 85. Gorius ad Donii Inscr. antt. p. 44; Meurs. ad Lycophr. Cassandr. v. 1473; Spanh. de Usu et Pr. N. Diss. III, p. 173, 192. Acta Erudit. A. 1723, p. 84 seq. Conf. inf. ad VI, 283 seq. Nec cuiquam id mirum videbitur, qui meminerit, serpentes olim τὸ ἐγχώριον, ubertatem, potentiam, felicitatem, (vid. Seguin. et Spanh. ll. cc.) sapientiam, (unde Apollonium, quamvis, ut Pythagoræus, a comedendis carnibus abstinuerit, δρακόντων καρδίας ἤτοι καὶ ἥπατος ἀπογεύσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆς παρὰ τούτοις κοινωνήσειε σοφίας, tradit Philost. in ej. vita I, 14, et III, 3) immortalitatem denique et æternitatem, propter orbem suum, innuisse; ut taceam, veteres ipsis vim sanandi, (quocirca Æsculapio sacri fuere, de quo vid. Ælian. H. Æn. XI, 2; Macrob. I, 20, et Festus voc. dracones) et vaticinandi incantandique adsignasse, maxime in Oriente, ubi augures propterea magicis eos carminibus fascinabant. De hac ὀφιομαντείᾳ et ὀφιολατρείᾳ vid. præter laudatos VV. DD. Hermann. de mythis Lyricorum, not. 900; Bochart. Hieroz. I, 1, 3, p. [illegible]01 et II, III, 6 et 14; Zornii Bibl. Antiq.

Cæruleus maculis auro squalentibus anguis.
Ignea sanguinea radiabant lumina flamma,
Oraque vibranti stridebant sibila lingua :
Isque inter trepidos cœtus mediamque per urbem
Volvitur, et muris propere delabitur altis,
Ac similis profugo vicina ad litora tendit,
Spumantisque freti præceps inmergitur undis.
Tum vero excussæ mentes, ceu prodita tecta
Expulsi fugiant Manes, umbræque recusent
Captivo jacuisse solo : sperare saluti

587. *Oreque, vibranti,* etc edidit Lef., operarum forte incuria, lectore certe ne admonito quidem. — 592. *excussæ mentes* probb. Modio et Heinsiis, coll. Stat. Th. III, 93; Lucan. IV, 536; Plin. Ep. I, 18. *Excuti,* pro percuti, concuti, percelli, terreri, ut ἐκπλήσσεσθαι ap. Hom. Il. ς, 225; Od. ς, 230 : *excussi* (κατὰ) *mentes* (ut ἐκπλήσσεσθαι φρένας dixit Hom. Il. ν, 394, et π, 403), emend. Gron. Diatr. Stat. c. 43, et ad Senec. de ira I, 7, quod doctius est et V, 54; IX, 644, alibique occurrit, sed N. Heins. minus placet, quia τὸ *expulsi* mox sequitur : *excussi mentem* reposuit Lefeb. Pro vulgata *excussi amentes*, quæ glossema videtur Drak., quum *amens* sit, cui *mens excutitur,* perperam stat Dausq., qui cum Cell. interpretatur : *excussi*, prolapsi domo in publicum, compita, forum, rogum, quasi extra mentem terrore positi. — 594. *jacuisse* Colon. ut v. 574. Vulgo *latuisse*. Utrumque bene et

T. II, p. 679 seqq. Selden. de diis Syris II, 17; Voss. Theol. gent. IV, c. 63. Nieuhov. Itiner. Sinens. p. 56, 61, 92; al. Kircher. China Illustr. p. 25, 32, 41. — *ab sede*, tumuli parte, *ima*, ut *ab imis adytis* ap. Virg. Æn. V, 84. — 585. *auro squalentibus* v. ad I, 211, et Heyne ad Virg. Æn. X, 314. — 587. *lingua vibrans* se, celeriter huc illuc se movens, adeo ut triplex esse videatur, quod notat Serv. ad Virg. Æn. II, 211; unde *trifida* et *trifulca* poetis dicitur. Conf. ad I, 529, et VI, 222; Heins. ad Ovid. Met. III, 34. — *stridebant* v. ad v. 537.

592. Conf. sup. ad v. 365. — 593. *Manes* tectorum præsides poeta facit : Lares enim et Manes pro iisdem ab antiquis colebantur, quod vel ex Festo voc. *Pilæ* patet; unde et *Maniam Deam* matrem Larum colebant (v. Macrob. Sat. I, 4), et primo omnium in urbium obsidionibus manes excantabant, cantuque eliciebant, D. Heins. Conf. Macrob. Sat. I, 7; Apul. de Deo Socr. p. 50, et Martian. Cap. II, p. 40; ubi docet, *Manes* ac *Lemures*, si vitæ prioris adjuti fuerint honestate, in *Lares* domorum urbiumque verti : si autem depraventur ex corpore, *Larvas* vocari ac *Manias*. Plura vid. ap. Guther. de jure Manium, et Noris. Cenot. Pis. Sed possis etiam *tecta* de tumulo Zacynthi (v. 581), vel de aliorum mortuorum cæsorumque tumulis, vel de tota urbe, et *Manes umbrasque* de animabus, circa tumulos suos vagantibus, accipere. Vid. Heyne Obss. ad Tibull. III, 11, 15. — 594. *Sperare saluti*, ut X, 630 *desperaverit urbi*,

Digitized by Google

Pertæsum, damnantque cibos; agit addita Erinnys.
Haud gravior duris Divum inclementia rebus,
Quam leti proferre moras: abrumpere vitam
Ocius adtoniti quærunt, lucemque gravantur.
Certatim structus subrectæ molis ad astra
In media stetit urbe rogus; portantque trahuntque
Longæ pacis opes quæsitaque præmia dextris,
Callaico vestes distinctas matribus auro,
Armaque Dulichia proavis portata Zacyntho,
Et prisca advectos Rutulorum ex urbe Penates.

ἀοριστῶς dicitur. — 595. *damnantque cibos* Col. et Parm. *clamantque c.* Put. vid. ad v. 52; *damnatque c.* Mart. Herbipol. *damnare cibos agit* Gryph. et Nut. non improb. N. Heins. Vulgo *damnant cibos*, contra metri leges: *addita* (h. infesta, non, ad cetera mala accedens, ut vult Schmid.) Put. cui favet auctoritas Virg. Æn. VI, 90, ubi vid. Heyne. Cf. etiam Burm. ibid. et ad Val. Fl. V, 286; Gronov. ad Senec. Herc. F. 1237. Vulgg. *abdita*, quod accipiunt pro, occultata in Tiburnæ specie. — 597. *perferre* Put. et R. 2. — 598. *luceque* Put. — 601. *Longæ* Col. Vulgo *Longas* prob. Dausq., ut longa series comportantium opes fuerit, aut longo tempore comportarint. Male!

et ap. Thucyd. ἐλπίζειν τῇ τύχῃ Lefeb. — 595. *damnant*, recusant, spernunt, ut III, 331; VII, 105. Cf. V, 60. — *agere* et *agitare*, h. stimulare, incitare, vel angere, vexare, Furiæ passim dicuntur. Ernesti monet, voce *addita* etiam simpl. vim adverbii *insuper* exprimi posse, hoc sensu: non satis est, Saguntinos de salute desperare, et damnare cibos, sed agit eos *insuper* Erinnys, furore et amentia inbuens, ut eo alacrius mortis consilium capiant. Cf. inf. XIII, 291 sqq. — 597. *moras proferre*, ut *moras trahere* dixit Virg. Æ. X, 888, et *moras producere* Terent. And. III, v, 9. — *moræ* propr. non proferuntur, sed meta, finis, Schmid. — *abrumpere vitam quærunt* ut ap. Virg. Æ. IV, 631, *invisam quærens abrumpere lucem*. Locutio a Parcarum filo petita. Conf. ad VII, 33. 598. — *gravantur lucem* tolerare, vel propter lucem; βαρύνονται τὸν βίον, ægre ferunt vitam, ipsis gravem et molestam. *Gravamur re*, quam quum maxime sustinemus et utcumque ægre ferimus; at *gravamur rem*, quam, si jam ferimus, tentamus excutere, vel nondum susceptam recusamus ac procul habemus: quod pluribus docent, a Drak. laudati, Gronov. ad Sen. Thyest. v. 106, ad Liv. XXI, 23, et in Diatr. Stat. c. 24, et Græv. ad Justin. XX, 2.

599. Conf. Liv. XXI, 14 et Appian. Hisp. c. 12. — *struere* voc. propr. de acervo et rogo: unde *strues*. — 600. *stetit* ut ap. Virg. Æ. III, 63, et Val. Flacc. I, 98. — 601. *Longæ pacis opes*, longa pace quæsitas, quæ eleganter *mites opes* vocantur XIV, 653; Draken. — 602. *Callaico* conf. ad v. 397. — 603. *Dulichia Zacyntho* vid. ad I, 289 et 379. — 604. *Rutulorum* conf. I,

Huc quidquid superest captis, clipeosque, simulque
Infaustos jaciunt enses, et condita bello
Effodiunt penitus terra, gaudentque superbi
Victoris prædam flammis donare supremis.
  Quæ postquam congesta videt feralis Erinnys,
Lampada flammiferis tinctam Phlegethontis in undis
Quassat, et inferna superos caligine condit.
Inde opus adgressi, toto quod nobile mundo
Æternum invictis infelix gloria servat.
Princeps Tisiphone, lentum indignata parentem,

605. *raptis* quidam antt. *superest parti*, h. rerum partarum, vel *gazæ* conj. N. Heins. *carptum* refinxit Lefeb. Propius ad literarum ductum accederet *raptim*, et ita Liv. XXI, 14, *in ignem ad id raptim factum conjicientes*, etc. — 607. *penitis terræ* conj. nescio quis, a Drak. refutatus. *terra*, non *terræ*, Col. quod et conj. Dausq. — 608. *damnare* tanquam efficacius malebat N. Heins. — 610. *tinctam*, hoc accensam, *Phlegethontis in undis* scripti. *tractam Phlegethontis ab undis* editi. — 613. *in victis* libri antt. teste Lefeb. *Æternum victis infelix g. servet* frustra conj. N. Heins. — 614. *parentem* Col. et Oxon. Vulgo *parentum*... ca-

291 seq. — 605. *captis*, mox capiendis, vel qui sibi jam capti videbantur. Qui brevi in hostium potestate erant futuri, Schmid. Conf. V. L. — 606. *condita* aurum argentumque *bello*, in belli usum, et belli tempore. — 608. *flammis supremis*, rogo, ut *ignis supremis* ap. Ovid. Am. I, xv, 41.

610. Loca simil. infra XII, 714; et Claud. in Rufin. I, 121, 122. Drak. qui etiam *lampada* proprium Furiarum gestamen esse notavit coll. Prop. I, III, 70 (ubi v. Broukh.); Sen. Thyest. 251, et Med. 15, al. — 611. *superos*, homines, vel locos, ut contra *inferi*. — 612. Ornatissima urbis fame confectæ, hominumque a desperatione omnium rerum ad rabiem versorum, imago, lineis quasi et coloribus variis, iisque fortissimis, distincta: et hanc animus magis abhorret, quam justo miserationis sensu contemplatur, ita nihil fere eorum, quæ ad fœditatem rei facinorumque atrocitatem declarandam augendamque valere possint, poeta prætermisit. Ipsa Tisiphone, adscititia specie abjecta, horrendam Furiæ formam resumit, miserosque homines, in furorem conjectus, ad cædes cognatorum perpetrandas concitat. Si Appiano b. Hisp. c. 12, fides habenda, Saguntini, noctu eruptione in Pœnorum stationes facta, omnes occisi sunt, et tum mulieres, obtruncatis prius liberis, vel suspendio vitam amiserunt, vel ex tectis se præcipitarunt. — *opus*, suicidium et combustionem. — *nobile*, memorabile, clarum. — 613. *invictis*, quorum mens et fides erga Romanos invicta fuit.

614. Furiæ tribuitur, quod insania et furor efficit. — *lentum* et *cunctantem*, quia debilis senum manus; ipsique a tam diro facinore

Pressit ovans capulum, cunctantemque inpulit ensem,
Et dirum insonuit Stygio bis terque flagello.
Invitas maculant cognato sanguine dextras,
Miranturque nefas aversa meute peractum,
Et facto sceleri inlacrimant: hic, turbidus ira,
Et rabie cladum, perpessæque ultima vitæ,
Obliquos versat materna per ubera visus:
Hic, raptam librans dilectæ in colla securim
Conjugis, increpitat sese, mediumque furorem
Projecta damnat stupefactus membra bipenni.
Nec tamen evasisse datur: nam verbera Erinnys
Incutit, atque atros insibilat ore tumores.

pulum probb. Dausq. Cell. Lefeb. Nihil fere interesse videtur. *parente* Parm. *parente* R. 2. *letum indignata parentem* corrig. D. Heins. *lentum i. pavere capulum*, vel *paventum*, vel *letum*, *ind. paventes* tentabat N. Heins. — 618. *aversa mente*, Col., h. alio versa, alienata, judice Modio; vel aversa a scelere, abhorrente ab eo, repugnante, *invita*. Vulgo *adversa*, quam renitentem, cum fatali Tisiphones impulsu pugnantem interpretatur Dausq. qui male provocat ad Plaut. Pseud. I, III, 8; ubi non *animo adverso*, sed *re adversa* legendum. — 620. *perpessusque* emend. et recepit Lefeb. — 621. *nisus* malebat D. Heins. cf. I, 64. Dausq. contra monet, aciem oculorum ab iratis obliquari, eosque limis intueri. Sed melius forte vulgata lectio vindicari potest, coll. Ovid. Met. VII, 340 *haud tamen ictus Ulla suos spectare potest, oculosque reflectunt; Cæcaque dant sævis aversæ vulnera dextris*. — 626. *tumores*, ed. Parm. egregie, h. iram et furorem. Nam *rabie fera corda tument* Virg. Æn. VI, 49: οἰδάνεται κραδίη χόλῳ et *fervens difficili bile tumet jecur*. Vid. not. ad v. 327. Jani ad Horat. Od. I, XIII, 4. Heins. ad Claud. Ep. ad Hadrian. v. 7. Gronov. ad Liv. XXXIII, 11. Bentl. ad Horat. A. P. 197. Burm. ad Virg. Æn. VIII, 40, et ad Lucan. V, 53; ubi monet, *tumere* de omni graviore animi motu, inpr. de ira usurpari, metaphora ab irato mari ducta, quod *tumere* dicatur. Vulgo *atros... timores*, quibus μελαγχολίαν, furorem et insaniam, innui

abhorrent. — 615. *Pressit*, inpressit, infixit altius, adjuvit manum in gladio alte, capulo tenus, infigendo. Conf. VI, 703.

616. Cf. Virg. Æn. VI, 570 sq. — 623. *increpitat sese*, damnat et abominatur facinus peractum, *et damnat medium furorem*, in medio actu crimen suum adnoscit; Ern. — *medium furorem damnat*, h. cædem semiperfectam. A contextu et usu loquendi abhorret Schmidii explicatio: summum f. priusquam incipiat decrescere. — 624. *stupefactus*, torpens κατὰ *membra*. — 625. *Nec tamen evasisse*, effugere cædem, ea abstinere, *datur* marito: nisi malis *evasisse* mortem *datur* conjugi. — *verbera Incutit*, ut ap. Virg. Æn. VII, 336 et 451. Furia acrius urgebat, et furorem ardoremque, qui resederat, rursus excitabat ad cædem perficiendam. — 626. *insibilat ore*, præclare pro-

Sic thalami fugit omnis amor, dulcesque marito
Effluxere tori, et subiere oblivia tædæ.
Ille jacit, totis connisus viribus, ægrum
In flammas corpus, densum qua turbine nigro
Exundat fumum piceus caligine vertex.
At medios inter cœtus pietate sinistra,
Infelix Tymbrene, furis; Pœnoque parentis
Dum properas auferre necem, reddentia formam
Ora tuam laceras, temerasque simillima membra.
Vos etiam primo gemini cecidistis in ævo,

putabat D. Heins. quod tamen locus Hor. Od. II, xix, 5, mihi certe non persuasit. — 629. *connisum*, non *connixum*, Col. Hoc Dausq., illud N. Heins. et Drak. tuentur. Vid. ad v. 123. — 631 *fumum* Col. *sumas*, vel *summa* vett. libri, unde *fumans* recent. quod perperam servavit Lefeb. *vortex* forte leg., ut ap. Virg. Æ. XII, 673, si verum est, quod vulgo putant, *verticem* de cujusvis rei summitate, κοινοῦ, *vorticem* de fluvio et omni alia re in orbem acta, ut *δίνη*, seu *δίνος*, proprie dici. Sed vid. not. ad III, 475; *picea caligine torrens* emend. Ill. Herd. in literis ad me missis. Non male, opinor, si v. 630 *flammans* reponatur. Sed vulgata lectio exquisitior videtur. — 634. *reddentia* Col. et Ox. ut *referre* vultum, faciem, etc. Recte, nec opus est tot exemplis, quot congessere Heins. et Drak. Vulgg. *redolentia*, inepte; etsi non prorsus male olere videbatur Dausq.

vulg. inspirat, anguium quasi sibilo immittit. Cf. v. 546 sq. — 628. *Effluere* ex animo, vel *excidere* et *decidere pectore* dicuntur, quæ obliviscimur. Vid. Broukh. ad Tibull. III, 1, 20.

631. Cf. v. 659. *Exundat* κατὰ *fumum vertex piceus caligine*, h. atra fumi nubes simul cum flamma emergit: nam flamma et fumus undæ modo, seu fluctuatim exsurgunt: unde poetis *undæ* et *undare*, seu *exundare*, ac *fluere* dicuntur. Vid. Ind. et cf. Virg. Ge. I, 472, et Æn. II, 609; VIII, 257; inpr. XII, 673. Plura exempla desideranti suppeditabunt N. Heins. ad VII, 355; et Burm. ad Val. Fl. II, 196. — *vertex* flammæ ut IV, 306; VII, 355; VIII, 655. Sic et *apex*, X, 558; et ap. Virg. Æn. II, 683, ubi vid. Heyne. *Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum*, Hor. Od. IV, xi, 11, ubi vid. Jani.

632. *pietate sinistra*, perversa. Conf. Ovid. Met. VII, 339 sq., et VIII, 477. Patrem ipse interimit, ne ab hoste occidatur. — 633. *parentis necem*, ejus occidendi potestatem. — 634. *reddentia formam*, etc. Cf. Jani ad Hor. Od. IV, v, 23. — 635. *temerasque*, vid. ad I, 11.

636. Poeta more suo legit vestigia Virg. Æn. X, 390 sqq. ubi vid. Heyne. Sed vss. 640... 649 luxuriantis sunt ingenii, et magis Ovidii lusibus, quam epicæ gravitati congruunt. Conf. tamen Bulæus et Burm. ad Val. Fl. I, 368. Barth. ad Stat. Theb. IX, 295, et, quos Drak. laudat, Plaut. Prolog. Menæchm. v. 18 sq. Quint. Declam.

Eurymedon fratrem, et fratrem mentite Lycorma,
Cuncta pares; dulcisque labor sua nomina natis
Reddere, et in vultu genetrici stare suorum.
Jam fixus jugulo culpa te solverat ensis,
Eurymedon, inter miseræ lamenta senectæ:
Dumque malis turbata parens, deceptaque visis,
Quo ruis? huc ferrum, clamat, converte, Lycorma;
Ecce simul jugulum perfoderat ense Lycormas.
Sed magno, quinam, Eurymedon, furor iste? sonabat
Cum planctu, geminæque nota decepta figuræ,
Funera mutato revocabat nomine mater;

639. *stare* libri scripti et editi ante Nicandrum, qui in Junt. primus edidit *hærere*, quod interpretat. τοῦ *stare*, esse, N. Heins. et Drak. ad h. l. et ad VII, 398 permultis poet. locis evincunt, quibus tamen *stare*, ut ἑστάναι, plerumque simpl. *esse* significat. Confer Heyne ad Virg. Æn. I, 646; VII, 553, et Burm. de Jove Fulgerat. c. 14. p. 322 sq. — 642. *mali turbata* Put. prob. N. Heins. quasi ubique inculcanda sit hæc elegantia, quam poeta passim respuit. Idem conj. *visu*, vel græce, *visus*. — 645. *Quinam* Col., h. quisnam, qualis, ut *qui* mollius pro *quis*. Conf. Drak. ad VII, 538, et IX, 651, ubi laudat X, 117; XIII, 450; XV, 668; Heins. ad Virg. Ecl. II, 19; ad Ovid. Met. XIV, 162, et ad Prudent. Apotheos. v. 418; Bent. ad Horat. Serm. I, iv, 41; v, 79; Gronov. Obss. ad script. eccles. c. 21. *Quianam* reposuit Lefeb. vid. ad I, 134. Vulgo *Quonam*. Quidam *quoniam* et *quam*. Scaliger ad marg. Silii emend. *Sed*, *Mago*, *quonam*. Male! — 646. *nota* Col. Vulgatum *notis* ad aurem suavius. — 647. Sic scripti et Parm. Vulgati.

VIII, p. 129 et 138; Gronov. Diatr. Stat. c. 9; et Iscan. bell. Troj. II, 176, ubi vid. Dresem. — 637. *mentitus*, referens speciem, similis, ψευδαλέος, μιμηλὸς, εἰσάμενος, ἀποματτόμενος, ut ap. Val. Fl. VII, 155, 211. D. Heins. Add. quos Drak. laudat, Claud. in Rufin. 136; Cons. Hon. III, 141; de laud. Stil. II, 249; bell. Get. v. 320; de rapt. Pros. I, 255; Erhard. ad Petron. c. 100 al. — 638. *dulcis labor*, ut *gratus parentibus error* apud Virg. l. c. — 639. *in vultu suorum stare*, hærere, eum continuo observare, ut filios certis signis dignoscere disceret. — *stare* Marsus exponit, non dubitare.

640. Gemini necem sibi ipsi consciscunt, quo facto mater super filiorum corpora concidit, quorum nomina etiam post mortem commutat. — *culpa*, ne matrem occideres, ut patrem Tymbrenus. Cell. — 641. *senectæ*, matris senectute jam confectæ. — 643. *huc*, in me. — 644. *jugulum* suum.

647. *Funera*, cadavera, mortuos filios, ut ap. Virg. Æn. VI, 510; IX, 492; cf. Burm. ad Val. Flacc. VII, 643, et ad Quintil. Declam. XII, 26. — *revocabat* ad vitam, more veterum, quo mortui conclamantur et *vocantur*. Conf. Lucret. III, 470; et Heyne ad Virg. Æn. II, 644; et ad Tibull. III, 2, 15.

Donec, transacto tremebunda per ubera ferro,
Tunc etiam ambiguos cecidit super inscia natos.
Quis diros urbis casus, laudandaque monstra,
Et fidei pœnas, et tristia fata piorum
Inperet evolvens lacrimis? vix Punica fletu
Cessassent castra, ac miserescere nescius hostis.
Urbs, habitata diu Fidei, cæloque parentem
Murorum repetens, ruit inter perfida gentis
Sidoniæ tela, atque inmania facta suorum,
Injustis neglecta Deis : furit ensis et ignis;

go *Nomine m. r. funera*. Proxime verum *Funere m. r. nomina* Med. *revocabat*, scil. et spectaculum et dolorem funeris, perperam edidit Lefeb. coll. Virg. Æ. II, 3, vid. not. — 649. *Tunc etiam a.* Col., h. quos ne moriens quidem dignoscere potuit propter formæ similitudinem. Vulgo *Cessit et ambiguos*. — 651. *fata*, non *facta*, Col. Neutrum ab h. l. alienum. — 652. *Imperet* scripti eum R. 2 et 3; ut *imperare amori, menti, iræ, libidini*. Vid. si tanti est, Drak. *imperare velit* glossa in e. Tell. Vulgo *Temperet*, quod ex Virg. Æ. II, 8, margini adscriptum irrepsisse videtur. — 656. *fata* Col. ut v. 651, prob. N. Heins. Vulgatum præferebat Drak.

650. Silio ante oculos observabantur duo Maronis loci, Æn. II, 6... 8, et v. 361 sqq. Conf. inf. V, 420 sqq. — *monstra* dicuntur omnes res insolitæ et portentosæ, vel quæ præter naturam fiunt, v. c. monstrosa phænomena ap. Virg. Æn. III, 583, ostenta et prodigia, τέρατα, ibid. II, 172; III, 59; V, 659; *monstra pœnæ*, h. pœnæ insolitæ et inmanes, infra VI, 583; *monstra*, ἄτοπα, indigna, ingloria, X, 61. Hinc *monstra* h. l. possunt esse insolita facinora et atrocia, cædes cognatorum, *laudanda*, quia ex fidei constantia manarunt : nisi malis jungere *monstra fidei*, h. rara et insolita fidei specimina, δείγματα, ut *virtutum monstra* dixit Flor. I, x, 8, et *miraculum audaciæ*, Liv. II, 10; cf. Grut. ad Hist. Aug. p. 4. Cell. *laudanda* putat esse ex disciplina Stoicorum, qui talia facinora laudabant. Dausq. exponit memorabilia, quale memoret Plin. VII, 3, extr. « in uterum protinus reversus infans Sagunti, quo anno ab Hannibale deleta est. — 652. *Evolvere*, ab initio repetere, et hinc exponere, narrare, ut apud Virg. Ge. IV, 509; Æn. IX, 528; Stat. Th. I, 2; cf. Ind. — *vix Punica... hostis*. Cf. Virg. Æ. II, 6, 7; XI, 259 (ubi vid. Cerda et Heyne), et, quos Draken. laudat, Ovid. in Ibin. v. 207 seq., et Trist. III, ix, 59; Sen. Agam. v. 521. — 653. *miserescere nescius hostis*, ut X, 491, qui locus ad verbum expressus ex Virg. Ge. IV, 470.

654. Bene transtulit locum Virg. Æn. II. 363 sqq. — 655. *Murorum parentem*, conditorem, auctorem (de quo, si tanti est, vid. Drak. ad h. l. et Bentl. ad Hor. Od. III, III, 65, qui ad fastidium docti sunt) scil. Herculem. Cf. I, 273 sqq. — 657. *neglecta Deis* ut ap. Hor. Od.

Quique caret flamma, scelerum est locus! Erigit atro
Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem.
Ardet in excelso proceri vertice montis
Arx, intacta prius bellis: hinc Punica castra,
Litoraque, et totam soliti spectare Saguntum:
Ardent tecta Deum; resplendet imagine flammæ
Æquor, et in tremulo vibrant incendia ponto.
  Ecce inter medios cædum Tiburna furores,
Fulgenti dextram mucrone armata mariti,
Et læva infelix ardentem lampada quassans,
Squalentemque erecta comam, ac liventia planctu
Pectora nudatis ostendens sæva lacertis,
Ad tumulum Murri super ipsa cadavera fertur.
Qualis, ubi inferni dirum tonat aula parentis,
Iraque turbatos exercet regia Manes,
Alecto, solium ante Dei sedemque tremendam,
Tartareo est operata Jovi, pœnasque ministrat.

662. *solita hinc spectare* (scil. arx, hinc castra P. et litus, hinc Saguntum) emend. N. Heins. *solita inspectare* scripsit Lefeb., qui posterius voc. in antiquis deprehendit. Sed nihil forte est, quod in vulgata sperni et displicere possit, si verba, *hinc* (h. inde, ex hac arce) *Punica... Saguntum*, parenthesi includantur et voc. *soliti* ad Saguntinos referatur. — 663. *resplendet* Col. et Ox. cum priscis edd. vid. not. Marsus primum edidit *respondet*, in quo nescio quid occultioris philosophiæ inesse putabat Dausq. — 668. *arrecta* Tell. quod recepit Lefeb. et ad exemplum Virg. Æ. IV, 280, tam h. l., quam VII, 686; IX, 595; alibique passim legendum censebat N. Heins. nescio cui bono? Vulgatam exemplis tuentur Drak ad hh. ll. et Burm. ad Val. Fl. II, 213. — 674. *pœnisque m.* suspic. N. Heins. ut

I, 11, 35. — 658. *scelerum est locus*, cædibus polluitur. — 663. Cf. XII, 732, et Heyne ad Virg. Ge. II, 281; Æn. II, 312, inpr. VII, 9 (ubi cf. Cerda); VIII, 22 sq., et Burm. ad Val. Flacc. III, 558, et ad Petron. 127. — 664. *vibrant*, vid. ad v. 587, et ad I, 539.

665. Scena postrema, non minus ornate, et ad mœroris furorisque vim apte expressa. Tiburna iterum in conspectum prodit, sed sup. v. 614 seq. ipsa Tisiphone, quæ itaque denuo formam mutasse videtur. — 668. *erecta comam*, furentis habitus. Cf. Heyne ad Virg. Æn. VI, 48, et Burm. ad Val. Fl. II, 213. — *Squalentem* cruore, vel quia squalor sordesque lugentibus tribuuntur. — 671. Cf. Virg. Æn. VI, 555 seq., 570 seq.; Hom. Il. ι, 565 sq. — 672. *Ira regia*, regis, h. iratus rex inferorum. — *exercet*, vexat. — 674. *Jovi Tartareo*, ut *Jovi Stygio*, I, 386; *nigro*, VIII, 116, ubi vid. Drak. Ζεὺς χθόνιος et

Arma viri, multo nuper defensa cruore,
Inponit tumulo inlacrimans; Manesque precata,
Adciperent sese, flagrantem lampada subdit.
Tunc rapiens letum, « Tibi ego hæc, ait, optime conjux,
Ad Manes, en, ipsa fero. » Sic ense recepto
Arma super ruit, et flammas invadit hiatu.
  Semiambusta jacet nullo discrimine passim
Infelix obitus, permixto funere, turba.
Ceu, stimulante fame, quum victor ovilia tandem
Faucibus invasit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens inbelle pecus, patuloque redundat
Gutture ructatus large cruor : incubat atris
Semesæ stragis cumulis; aut, murmure anhelo
Infrendens, laceros inter spatiatur acervos.
Late fusa jacent pecudes, custosque Molossus,
Pastorumque cohors, stabulique gregisque magister;
Totaque vastatis disjecta mapalia tectis.

ministrare velis dixit Virg. Æ. VI, 302; X, 218; *telis et habenis* Stat. Th. VII, 752; *vitiis* Grat. Cyneg. 314. Non male : sed nec vulgata spernenda. Conf. XIII, 295, et Virg. Æ. I, 213, ubi vid. Burm. et Heyne. — 684. *invasit*, non *invadit*, scripti cum Parm. et Med. — 688. *interspatiatur* una voce legendum videbatur Dausq. — 691. *septis* pro *tectis* volebat N. Heins. quia ovile ac bovile poetis passim *septa*

καταχθόνιος ap. Orph. H. XVII, 1, et Hom. Il. ι, 457. — *operata est* ἀορίστως pro operatur, h. operam dat, vel operari solet. Vid. ad v. 70. — 675. *Arma nuper defensa*, cf. I, 519 sqq. — 678. *rapiens letum*, vid. ad I, 569. — *hæc arma*, δεικτικῶς. — 679. *ense recepto* sc. in viscera, vel corpore, ut X, 7, et ap. Cic. Rosc. Am. 12. — 680. *hiatu*, patulo quasi ore, cupide haustura. Cf. IV, 336.

681. Non penitus cinefieri dedecorosum et inominale, Dausq. — 682. *Infelix obitus*, ut v. 570. — *funere*, ut v. 647. — 683. Ornatissima comparatio, quam Silius, ut multi alii, mutuatus est a Virg. Æ. IX, 339 sqq., et X, 723 sq. Conf. etiam Æn. IX, 59 sqq., et Burm. ad Val. Fl. VI, 613 sq. Sed h. l. ad confusam semiambustorum mortuorumque stragem spectat. Utraque scena non magis fœda, quam miserabilis. — 686. *atris*, infelicibus; vel ob atrum cruorem. Vid. ad V, 165. — 688. *laceros*, lacerarum ovium.

689. Canes Molossi, ex Epiro, robore insignes, et non minus ad custodiam gregis, quam ad venationem idonei erant. Poetæ autem epitheta a præstantiori aliquo genere repetere solent. Vid. ad I, 421.

Inrumpunt vacuam Pœni tot cladibus arcem.
Tum demum ad Manes, perfecto munere, Erinnys
Junoni laudata redit, magnamque superba
Exsultat rapiens secum sub Tartara turbam.
  At vos, sidereæ, quas nulla æquaverit ætas,
Ite, decus terrarum, animæ, venerabile vulgus,
Elysium et castas sedes decorate piorum.
Cui vero non æqua dedit victoria nomen,
(Audite; o gentes, neu rumpite fœdera pacis,
Nec regnis postferte fidem!) vagus exsul in orbe
Errabit toto, patriis projectus ab oris;
Tergaque vertentem trepidans Carthago videbit.
Sæpe Saguntinis somnos exterritus umbris
Optabit cecidisse manu; ferroque negato,

ovium et boum dicuntur. Vulgatum defendit Drak. coll. sup. v. 444. — 697. *venerabile vulgus Elysio* conj. N. Heins. Sed Draken. solam distinctionem mutavit, commate post *vulgus* posito. Conf. Virg. Æn. V, 734, 735. — 699. *Cui* Col. prob. N. Heins. ut ad Hannibalem referatur. Vulgo *Quis*, vel *Queis*. — 700. *ne* Lefeb. vitiose.

— 692. Cf. Liv. XXI, 24, 25. — 694. *superba*, læta prospero rei eventu. De Foriæ reditu ad Orcum pauca dixit, non ausus in certamen descendere eum Virg. Æneid. lib. VII, vers. 540 seq.

696. Eximium epiphonema, quod ad sensum commiserationis, cui ipsum poetam indulgere videmus, augendum, et, inde a v. 699, ad invidiam Hannibali faciendam, permultum valet. Cf. IV, 396, et Virg. Æn. IX, 446 sqq. — *sidereæ*, divinæ, eximiæ. — *quas nulla æquaverit ætas*, quibus nulli unquam mortales æqui, æquales, pares fuerint scil. fide et constantia, adeoque gloria. — 697. *Ite, decorate*, sine copula media, ut sæpe fit, Drak. qui laudat Heins. ad Claud. de R. P. I, 92. — 698. De *Elysio*, v. Herman. Mythol. Lyric. p. 473 sqq. Heyne ad Virg. Æn. VI, 637 sqq., et ibid. Exc. VIII; it. Opusc. Academ. T. I, p. 395. sqq. — *castas sedes*, ubi sunt animæ *castæ* a vitiis et peccatis, adeoque piæ, sanctæ, ut *castum agmen* ap. Claud. de Rapt. Pr. II, 322; cf. ad I, 481.

699. Poeta eodem artificio usus est, quo Maro Æn. X, 501 sq. ubi vid. Heyne. Cf. inf. XIII, 874 sqq. — *non æqua*, injusta. — 701. *exsul* Hannibal in Syria, Creta et Bithynia, quod vel ex Liv. XXXIII, 47, 49; XXXIV, 60; XXXVII, 23, 24, et XXXIX, 51, notum.

704. Olim credebant, interfectorum animas eos, quorum scelere perierant, hostiliter persequi, Drak. qui laudat XVII, 161 sqq. Claud. in Rufin. II, 324 sq., et Broukh. ad Tibull. I, vi, 15. Add. Virg. Æ. IV, 385 sq. — 705 sqq. Optabit in

Invictus quondam Stygias bellator ad undas
Deformata feret liventi membra veneno.

pugna, ut virum fortem decet, cecidisse, et, hac morte negata, indigno modo necem sibi veneno consciscet. Illud optat ipse infra XVII, 265 sq. Cf. XIII, 892, et Liv. XXXIX, 51. — *manu*, non sua, sed hostium, ut ap. Virg. Æn. II, 645 (ubi vid. Burm. et Heyne), vel in pugna, ut ap. Virg. Æn. II, 434 et passim, etiam in prosa. De manu viri fortis, qua cecidisse heroibus maximum mortis solatium fuerit, præter Dausq. accipit Drak. ad IV, 672, ubi V, 561 sq.; IX, 426; X, 303; Virg. Æn. X, 829; et alia loca confert, ut ad hoc loco verba Sen. Agam. v. 515. *Felix vocatur, cadere qui meruit manu*, unde ap. Virg. Æn. II, 434, verba *ut caderem manu* jungenda putat.

Digitized by Google

C. SILII ITALICI
PUNICORUM
LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Sagunto diruta, Bostar in Libyam mittitur, ut de eventu belli Romanis inlati oraculum Jovis Hammonis in Marmarica con sulat; 1—13. Hannibal ipse Gades petit, ubi in templo Herculis, cujus labores in foribus sculptos contemplatur, donaria Deo vota suspendit; 14—44. Et recessum adcessumque maris admiratur; 45—60. Inde Himilcen, uxorem suam, quamvis invitam cum filiolo lactente in Africam amandat; 61—157. Curis vero et laboribus fessus, nocte adpetente, somno altiore obprimitur, in quo ei obfertur species Mercurii, qui ipsius cunctationem increpat, seque ab Jove ducem in Italiam ei missum memorat; 158—213. Hoc visu lætus extemplo copias ex hibernis educit, quæ sigillatim recensentur; 214—405. Has per Pyrenæum saltum Bebrycumque fines traducit, et ex Volcarum agro Rhodanum ac deinde Druentiam, qui et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliæ fluviorum difficillimus transitu est, trajicit; 406—476. Tum per Gallias, fusis, qui iter morari atque impedire conabantur, ad Alpes contendit, in quarum jugum milites, pugnando et tædio laborum malorumque fessi, sed promissis et oratione ducis confirmati, duodecimo demum die evadunt; 477—556. Gravissimo labore jam præter omnium opinionem exantlato, Venus de periculo, Romanis inminente, cum patre conqueritur; 557—569. Jupiter contra, spe belli fortiter a Romanis gerendi feliciterque olim finiendi, filiæ dolorem levat, et futuram Romæ fortunam splendidumque Flaviæ gentis imperium, vaticinantis in modum, exponit; 570—629. Interea Hannibal, Alpibus per varios casus et tot discrimina rerum superatis, in Italiam degreditur, et in

Taurinis, quæ Gallis proxima gens est, castra ponit; 630—646. Eodem Bostar, ex Africa reversus, pervenit, et oraculo Jovis Hammonis, cujus situm et originem describit, prosperum futuri belli eventum portendi nuntiat, quo militi ad dimicandum animus inceditur; 647—714.

Postquam rupta fides Tyriis, et mœnia castæ,
Non æquo Superum genitore, eversa Sagunti;
Extemplo positos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataque limina Gades.
Nec vatum mentes agitare et præscia corda
Cessatum super imperio : citus æquore Bostar
Vela dare, et rerum prænoscere fata jubetur.
Prisca fides adytis longo servatur ab ævo,

4. *litora* Put. solemni varietate. — 8. *adyti* reposuit Lefeb. quasi poetæ non

1. Conf. Liv. XXI, 21. — *castæ*, vid. ad I, 481. — 2. *Non æquo*, quod Drak. monet, vel cum Marso exponi potest, injusto Jove, qui ejus eversionem permisit (cf. II, 657 et 699); vel præter fas et æquum, quemadmodum *æquo Jove* fieri dicitur, quidquid recte et ordine fit (v. c. Horat. Ep. II, 1, 68); vel denique, cum Cell., invito, irato, quæ ratio ceteris præstare videtur : nam Jupiter ὅρκιος est. Vid. ad I, 9; et II, 364. Sic *Jove non probante* dixit Hor. Od. I, 11, 19, ubi vid. Intpp. — *eversa* post octo, vel novem menses. Vid. Polyb. III, 17; Liv. XXI, 15; Flor. II, 6. — 3. *Extemplo adit Gades*, sed, teste Liv. XXI, 21, 22, primum Carthaginem novam. Cf. ad v. 159. — *cardine*, termino, vel extrema parte mundi, tunc temporis cogniti. Cf. ad I, 141. — *positos*, κειμένους. Vid. Heins. ad Ovid. ex Ponto I, v, 78. — 4. *limina*, sedes, urbes. — *cognata* Carthagini : nam Phœnices, et quidem Tyrii, a Rubro mari profecti, utramque urbem condidere. Vid. Strab. III, p. 116, al. 221; Curt. IV, 4; Vellei. I, 2; Diodor. V, 20; Isidor. Orig. XV, 1; Plin. IV, 22; et V, 19; ubi vid. Hard. Fest. Avien. Descr Orb. v. 611 sq. et alii, qui tradunt, insulam, prius Κοτινοῦσαν dictam, a Phœnicibus Ἐρυθίαν (quam Strabo l. c. et p. 257. C. aliique a Gadibus distinguunt), et a Pœnis Γάδειρα, גדר, h. sepem, marinis objectam fluctibus, vocatam esse. De Carthaginis originibus vid. ad I, 21 sqq. — 5. *agitare*, explorare. — 6. *imperio* orbis terrarum.

8. Oraculum Hammonis (de quo vid. ad I, 414, et inf. v. 666 sqq.) *æmulum* Delphico, h. tam antiquum et celebre, ut cum Delphico de principatu quasi contendat. —

Qua sublime sedens, Cirrhæis æmulus antris,
Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon,
Fatidico pandit venientia secula luco.
Hinc omen cœptis, et casus scire futuros
Ante diem, bellique vices novisse petebat.
Exin clavigeri veneratus numinis aras

centies numero plur. pro sing. utantur. Idem mox *Cyrrhæis* scripsit, et *Cyrrheis* Dausq. Sed Κίῤῥαν quis nescit? — 14. *cornigeri* emend. Modius. Male! Poeta enim non amplius de Jove Hammone, sed de Hercule Gadit. agit, et voce *Exin* sermonis seriem abrupit. Numum Hadriani, qui Herculem Gadit. *clavigerum*, κορυνηφόρον, exhibet, ex Tristani Comm. histor. T. I, p. 486, exprimendum curavit

9. *sublime sedens*, vid. Heins. ad Ovid. Ep. IX, 129, et Burm. de Jove Fulgerat. p. 322 sqq. Dausq. hæc verba eo spectare putabat, quod Hammonis simulacrum, quum responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes, si fides habenda Curt. IV, 7, et Diodor. XVII, 50. — *Cirrha*, Phocidis urbs et navale Delphorum, unde pro ipsis Delphis, et *antra Cirrhæa* pro oraculo Delphico, quod ex specu edi solebat, ponuntur. — 10. *anhelantes* ob sitim, qui æstu solis torrentur. — 13. *Ante diem*, ut ap. Virg. Æn. IV, 620, et Ovid. Met. I, 148. — *novisse petebat*, quærebat, optabat, ut ap. Horat. Ep. I, XI, 29, et Martial. V, 51.

14. Hannibal Gades petit, et adcedit templum Herculis Gaditani, ut apud Liv. XXI, 21. Locus noster class. est de hujus dei sacris, de quibus aliunde parum nobis constat, et de templo, quod ultra XII M. P. a Gadibus aberat teste Strab. III, p. 117, al. 169, et summæ semper religionis fuit, unde Romani etiam, aliique populi sæpe illud voti causa adiere; de quo vid. Diodor. V, 20. Opes ejus et ornamenta magno sibi usui fuisse memorat Cæsar b. Civ. II, 18. Illud duæ inprimis columnæ quadratæ ex auro argentoque conflatæ (sed si Strab. fides habenda, χαλκαῖ ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ), cum scriptura Phœnicia ornasse, et fabulæ etiam de duabus Herculis columnis locum dedisse dicuntur. Conf. Arrian. de Expedit. Alex. M. II, 16; Appian. Hisp. c. 2 (qui in hoc templo, a Phœnicibus condito, horum ritu Herculem Tyrium, non Ægyptium, vel Thebanum, sua etiamnum ætate cultum fuisse tradunt), Mela III, 6; Diodor. V, 20; Macrob. Sat. I, 20; Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 65; inpr. Philostr. vit. Apollon. V, 5, p. 190. 191; Bochart. Chan. I, 34, p. 675 sq.; Gyrald. Synt. X, 333; Tristan. Comm. hist. p. 378, 382 sq., et 486. Ceterum Silius ad sacra Herculis Gaditani nonnulla, quæ proprie ad sacra hujus dei apud Ægyptios et in Italia pertinent, transtulisse, et v. 32 sqq. ubi res ab eo gestas recenset, Herculem Gaditanum cum Thebano confudisse videtur. — *aras onerat* (scil. Hannibal, non Bostar, quod Barth. putabat) *donis*, ut ap. Virg. Æn.

Captivis onerat donis, quæ nuper ab arce
Victor fumantis rapuit semiusta Sagunti.
Vulgatum, nec cassa fides, ab origine fani
Inpositas durare trabes, solasque per ævum
Condentum novisse manus : hinc credere gaudent
Consedisse Deum, seniumque repellere templis.
Tum, quîs fas et honos adyti penetralia nosse,
Femineos prohibent gressus, ac limine curant
Sætigeros arcere sues : nec discolor ulli
Ante aras cultus; velantur corpora lino,
Et Pelusiaco præfulget stamine vertex.

Drak. — 16. *semusta*, et IX, 123, *semanimi*, auctore N. Heins. scripsere Drak. et Lefeb. Sed vid. Pier. Heins. et Heyne ad Virg. Æn. III, 578; V, 697; X, 396. *Semiambusta* sup. II, 681. Conf. inf. ad v. 495, et ad II, 353. Vel pueris nota est συνίζησις. — 19. *Hinc*, non *hic*, Col. et Put. cum Ven. Marsi et all. edd. prob. N. Heins. Tum suppl. hic, sc. hoc in templo, quod durum est. Ego potius crediderim legendum esse, *Hic e. g. Concessisse* sc. vita, seu fato et naturæ, h. mortuum esse, ut ap. Tac. Ann. IV, 38; XIII, 30. Nam teste Mela III, 6, *ut sanctum sit templum, ossa Herculis ibi sita efficiunt.* — 25. *Et*, non *Ex*, scripti et V, 101; et X, 620. — 17. Vulgaris, nec vana quoque fama est, templum non saxo, sed trabibus asseribusque exstructum esse, nec unquam refectionem desiderasse. Πετρῶδες δὲ αὐτῆς οὐδὲν, ἀλλὰ βαλβίδι ξεστῇ εἴκασται. Ceterum Marsus monet, poetam ad hoc templum traduxisse, quod de templo Apollinis Uticensi et Dianæ Saguntino memoret Plin. XVI, 40, eorum scil. « trabes etiam nunc durare, ita ut positæ fuerint prima urbium origine. »

19. *gaudent*, solent, ut *amant*, φιλοῦσι. — 20. *Consedisse*, sedem ibi ac domicilium constituisse, vid. V. L. — 21, 22. Sacerdotes a sacris et ara H. feminas arcent, ut in Italia, vid. Macrob. Sat. I, 12. Gell. II, 6; et Prop. IV, IV, (al. IX), 21... 70. — 23. Id Herculi Ægyptio proprium fuisse notat Dausq. et ab Ægyptiis ortum, qui sues et subuleos aversabantur ut inpuros, quod vel ex Herodoto II, 47, notum. Sed aliis locis porcos Herculi inmolatos esse, patet ex Sext. Empyr. Pyrrh. hypotyp. III, 24, p. 155; et Phædr. Fab. V, 4, quos citavit Drak. — *curant arcere*, pro arcent, Drak. qui laudat Barth. ad Stat. Th. II, 360, cf. Virg. Æn. IX, 518. — *nec discolor*, unus idemque. — 24. *velantur lino*, h. vestibus lineis, quarum usus sacris Isidis proprius. Vid. Broukh. ad Tibull. I, III, 30. Cave tamen existimes, his verbis, lectionem vulg. loci Virg. Æ. XII, 120. confirmari. — 25. *Pelusiaco stamine*, Ægyptio lino : nam *Pelusium* urbs Ægypti, nunc *Tineh*, non *Damiata*. Epitheton ornat et eum dilectu positum est : de hujus enim lini candore et mollitia vid. inf. v. 374; Plin. XIX, 1, et Grat. Cyneg.

Discinctis mos tura dare, atque è lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clavo.
Pes nudus, tonsæque comæ, castumque cubile:
Inrestincta focis servant altaria flammæ.
Sed nulla effigies, simulacrave nota Deorum

priscæ edd. — 26. Non *thura*, a θύω, sed *tura*, a voc. Celt. *tyr*, resina, recte scribi noiai Lefeb. male rem, ex Arabia adlatam, » Celtus repetens. Servius ad Virg. Ge. I, 57; a *glebis tunsis*, quibuscum tus de arboribus fluens coalescat, sed melius alii a *tusis* granis tus dictum putant. — 30. *nullæ e. s. vota D.* utique cor-

v. 41 sq. *Stamen* vero h. l. est vitta, seu infula, ut ap. Prop. IV, IX, 52. Frontes sacerdotum Ægypt. vitta forte linea, non, ut vulgo, lanea, cingebantur. Vide Heyne ad Virgilium, loco citato.

26, 27. Poeta ad Herculem traduxisse videtur, quæ solis cultui apud Phœnices propria erant. Heliogabalus certe, Bassianus olim dictus, et Emesæ in Phœnicia natus, ibi ut solis sacerdos προϊει σχήματι βαρβάρῳ, χιτῶνας χρυσοϋφεῖς καὶ ἁλουργεῖς χειριδωτοὺς καὶ ποδήρεις ἀνεζωσμένος, τά τε σκέλη σκέπων πάντα ἀπ᾽ ὀνύχων ἐς μηροὺς, ἐσθῆσιν ὁμοίως χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμέναις, et, quum Imperator esset ac Nicomediæ hiemaret, τὴν ἱερωσύνην τοῦ ἐπιχωρίου Θεοῦ, ᾗ ἐντέθραπτο, περιεργότερον ἐξώρχητο· σχήμασί τε ἐσθῆτος πολυτελεστάτης χρώμενος, διά τε πορφύρας χρυσοῦ ὑφάσματι, περιδεραίοις τε καὶ ψελλίοις κοσμημένος· — ἦν τε αὐτῷ τὸ σχῆμα μεταξὺ Φοινίσσης ἱερᾶς στολῆς καὶ χλιδῆς Μηδικῆς: unde et principes Romanorum Heliogabalo et Soli sacra faciebant, ἀνεζωσμένοι χιτῶνας ποδήρεις καὶ χειριδωτοὺς, νόμῳ Φοινίκων (ut fere h. l. *e lege parentum*) ἐν μέσῳ φέροντες μίαν πορφύραν ὑποδήμασί τε λίνου πεποιημένοις ἐχρῶντο, ὥσπερ οἱ κατ᾽ ἐκεῖνα τὰ χωρία προφητεύοντες. Vid. Herodian. V. 3 et 5. Non ad manum mihi est, quem ex eodem Herod. docte h. l. illustrasse N. Heins. notavit, Rubenius rei vestiar. I, 17. — 27. *latus* itaque *clavus* etiam sacerdotum insigne fuit, et Baliares, Gaditanis vicini, πλατυσήμους χιτῶνας invenere. Vide quos Dausq. laudavit, Strab. III, p. 116, al. 169; et Eustath. ad Dionys. Per. Vid. 65.

28. Ἀνυποδησία in sacris plurium populorum usitata erat. Vid. Spanh. ad Callim. H. in Cer. vers. 125, et Sagittar. de Nudipedal. vett.

29. Hercules ut in Græcia roboris, sic in Oriente et inpr. Phœnicia, ubi origo totius fabulæ et ideæ, quam veteres sibi de hoc deo informarunt, quærenda est, Solis symbolum fuit: unde ignis æternus, ut in templo Vestæ. Vide Selden. de Molocho in Synt. I. de Diis Syris c. 6. Cl. Herman. Mythol. Lyricor. pag. 293 seqq.; Voss. Theol. Gent II, 15; et quos Drak. laudat, Tristan. Comm. hist. T. I. p. 494; T. II. p. 165; et Beger. Thes. Brand. T. III, p. 46.

30. Comparant Philostr. vit. Apoll. V, 6, ubi refert, in hoc templo Herculi Ægyptio et Thebano aras esse; ἀγάλματα δὲ αὐτοῦ οὐκ εἶναι· βωμοὺς δὲ τοῦ μὲν Αἰγυπτίου δύο χαλκοῦς καὶ ἀσήμους, ἕνα δὲ τοῦ Θηβαίου. Huic loco alium, non minus

Majestate locum, et sacro inplevere timore.
In foribus labor Alcidæ Lernæa recisis
Anguibus hydra jacet, nexuque elisa leonis

rigeodum eensebat N. Heios. cootra sentiente Drak. quo judiee mens poetæ est, in hoc templo simulacrum Herc. non nosci ejusque effigiem non exstare. Vid. not. — 33. *nixuque* h. e. magno conamine, Nut. et al. Male! *Ora nexu*, ἄμμασι, *elisa*, more Herculis, cujus præcipua vis in brachiis erat, quibus arte adductis leonem ab eo *elisum* fuisse (ἀγχθῆναι), omnes fere numi et poetæ declarant. Conf. Drak. ad h. l. et Heyne ad Apollod. p. 342; sed de vi et usu verbi *elidere* Bentl. ad Hor. Od. III, xxvii, 60, et voc. *nexus* Gronov. Diatr. Stat. c. 25; Gesn. et

aptum et memorabilem adjicio ex Herodiano V, 3, ubi de Phœnicio Solis templo agitur: ἄγαλμα μὲν οὖν, ὥσπερ παρ' Ἕλλησιν ἢ Ῥωμαίοις (ut h. l. *simulacra nota* sc. Romanis atque recepta) οὐδὲν ἕστηκε χειροποίητον, θεοῦ φέρον εἰκόνα· λίθος δέ τίς ἐστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα. Κωνοειδὲς αὐτῷ σχῆμα, μέλαινά τε ἡ χροιά. διοπετῆ τε αὐτὸν εἶναι σεμνολογοῦσιν, ἐξοχὰς δὲ τινας βραχείας καὶ τύπους δεικνύουσιν· εἰκόνα τε Ἡλίου ἀνέργαστον εἶναι θέλουσιν, οὕτω βλέποντες. Herculem sub symbolo ignis inrestincti, non arboris, quod ex v. 691, perperam Dausq. colligebat, cultum fuisse suspicabatur Drak. — 31. *timore*, vide ad I, 82.

32. In foribus templi labores Herculis (Thebani) expressi, non vero pictis tabulis, ut VI, 653 sqq. sed *cælatura*, vel sculptorio et anaglypho opere (*en bas relief*) quod ex v. 34 intelligitur, et ex Philostr. l. c. nisi quod hic in ara et columnis τὰ δώδεκα Ἡρακλέους ἔργα ἐκτετυπῶσθαι λίθου ὄντα, memorat: quæ Silius, Maronis vestigia premens, ad fores templi transtulit, quæ ita olim ornari solebant. Drakenb. laudat Cic. Verr. IV, 56; Val. Fl. V, 417; Claud. Cons. Hon. VI, 44; Ovid. Met. II, 4; Prop. II, xxiii, 2 Cf. Heyne Exc. XV, ad Virg. Æn. I, 453 sq.; et Not. ad Ge. III, 26 sq; et Æn. VI, 20 sq. Posteriorem locum poeta noster etiam in eo expressit, quod otium fecit Haunibali ad argumeutum sculpturæ perlustrandum, misso Bostare, qui oraculum consuleret, quemadmodum Æneas interea Achaten ablegaverat ad Sibyllam adducendam. Qua occasione utitur ad narrationem de sacris Herculis rebusque ab eo gestis, quæ alioquin ab h. l. aliena videri possit, carmini suo intexendam. Præterea ad Virgilii ductum sculpturæ argumentum divisisse videtur. Nam in unis forium valvis expressa, puto, hydra Lernæa, leo Nemeæus et Cerberus, v. 32... 37. *Juxta* vero, h. in alteris valvis (*contra* ap. Virg. Æn. VI, 23; et Val. Fl. I, 137), reliqua v. 38... 44. Facile autem adparet, Silium non nisi sex Herculis *labores*, ἄθλους, recensuisse, et pugnas cum Antæo, Centauris et Acheloo ad alias res ab eo gestas spectare. Quis vero poetam ad ejusmodi subtilitatem exiget?

32. Cf. ad II, 158; et de ipso mytho Cl. Herman. Mythol. Homeri et Hes. p. 75. — 33. *leo Cleonæus*, vulgo Νέμειος, vel Νεμεαῖος: nam *Cleone*, seu *Cleonæ*, Κλεωναί, op. Argol. non longe a silva Nemea

Ora Cleonæi patulo cælantur hiatu.
Ast Stygius, sævis terrens latratibus umbras,
Janitor, æterno tum primum tractus ab antro,
Vincla indignatur, metuitque Megæra catenas.
Juxta Thraces equi, pestisque Erymanthia, et altos
Æripedis ramos superantia cornua cervi.

Burm. ad Quintil. II, VIII, 13, et c. 12 pr. — 34. *cælantur* pro *celantur* recte emend. Bentl. et N. Heins. — 35. *Ast*, *Stygias*, etc. conj. Burm. et mox *inferno tum primum abstractus* N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Met. VII, 413. Sed *æternum antrum* est, quod jam Drak. col. IX, 118; XIII, 611, et XVII, 471, docuit, unde nunquam abstrahendus erat, ubi æternum manere debebat. — 39. *cervi* Col. Ox. R. 2, 3; Parm. Med. unde eum Lefeb. recepi. Sic et ap. Hygin. Fab. 30; Plaut. in Persa I, 1, 3; Martial. IX, 101, et alios, quos laudat Drak., qui tamen vulgatum *cervæ* retinuit, cui favent Virg. Æ. VI, 803, et quos excitavit Muncker. ad Hygin. l. c. Nec negari potest, verba ἡ ἔλαφος, ἡ ἵππος, ἡ πάρδαλις, τίγρις, κύων, ἄρκτος, ut *cerva*, *bos*, *canis*, *equa*, *panthera*, *tigris*, *leo*, promiscue de utroque sexu usurpari, et Græcos certe sæpius femin. genere uti. Vid. Muncker. l. c. Heyne ad Virg. Ge. I, 59; Burm. ad Val. Fl. VI, 70, 71, 347; Græv. et Spanh. ad Callim. H. in Dian. 102; Ernesti ad Hom. Il. υ, 221 et ad Callim. in Lav. Pall. v. 2; Spanh. de V. et P. N. p. 163 seq. et Drak. ad h. l. qui posterior ita quoque factum monet, ut alii Herculem Geryonis boves masculos, alii feminas ex Hispania abduxisse, (vid. ad VI, 629, et Cerda ad Virg. Æ. VIII, 203) et alii cum equis, alii equabus suis Diomedem objecisse tradiderint. Vid. Heins. ad Ovid. Epist. IX, 68, et Met. IX, 194. Hinc et *cornua cervæ* facile defendi possunt, etsi cornigeras cervas inveniri negarunt jam olim Aristot. hist. anim. IV, extr. et alii, quibus suffragantur Swart. Analect. I, 2; Bochart. Hieroz. III, 17, et Salmas. Exerc. Plin. p. 157; sed reclamant Græv. et Spanhem. l. c. Schol. ad Eurip. Herc. fur. 375; Scalig. de re poet. III, 4 et 9; Wessel. ad Diodor. p. 258, 72; conf. Heyne ad Apollod. p. 349. Omnino in talibus non argutandum, neque aberat. — 34. *hiatus*, χάσμα ὀδόντων Anacr. II, 4. — *patulus*, ut *Nemeæus magnus hiatus* ap. Lucret. V, 24: cf. Burm. ad Val. Fl. I, 34; et Drak. ad h. l. qui *patulum* dici monet ob guttur elisum, non ob malas divulsas, quod Marsus putabat.

35. De Cerbero, et descensu H. ad inferos vid. Heyne ad Apollod. II, 5, 12. p. 428 sqq.; et Herman. Mythol. Homeri et Hes. p. 147 et 404. Ipsa verba Silius mutuatus est a Virg. Æn. VI, 395, 400, 401; et VIII, 296, quod a lectione sollicitanda VV. DD. revocare debebat. Sed vid. V. L. — 37. *Megæra* pro Furiis. — *metuit catenas* præclare ad vim Herculis declarandam.

38. *Equi Thraces*, h. e. Diomedis, Thraciæ regis, ἀνδροφάγοι. Vid. Heyne ad Apollod. II, 5, 8, p. 370 sqq. — *pestis E.* aper in Erymantho, monte Arcadiæ. Vid. Heyne l. c. p. 350; *pestis*, ut *p. Lernæa*, *Nemeæa*, πῆμ' ἀνθρώποις ap. Hesiod. Theog. v. 329. cf. ad I, 174. — 39. *cervus*, vel *cerva Cerynitis* a poetis fingitur χρυσόκερως, vel quia Dianæ sacra fuit et omnia divina sunt aurea, vel propter summam cornuum pulchritudinem; eadem *æripes*, χαλ-

Nec levior vinci Libycæ telluris alumnus
Matre super, stratique genus deforme bimembres
Centauri, frontemque minor nunc amnis Acarnan.
Inter quæ fulget sacratis ignibus OEte,

poeta ad physicorum subtilitatem exigendus est. — 42. Vulgo male legitur, *frontemque timet minor omnis A.*, quæ verba Cell. ad Acheloum cujus frontem parvuli Acarnanum timuerint, referebat : Dausq. autem, cujus nugis Barth. temere subscribit, ad Abantas ὀπισθοκόμους, qui postea in Ætoliam translati et Acarnanes dicti fuerint. Vid. Hom. Il. β, 542; Plut. Thes p. 2; Strab. X, p. 714, A. *frontemque minor nunc omnis A.* Col. *f. timet nunc omnis A.* Oxon. *f. illinc* (ab altera parte) *minor amnis A.* conj. Bentl. non improb. Drak. *f. minor truncam amnis A.* indubitate scribendum videbatur N. Heins. ad h. l. et ad Sabini Epist. III, 91; quod recepere Drak et Lefeb. Nec dissimulo, literas *am* in *truncam* facile excidere potuisse, quia et eliduntur, et in initio sq. voc. repetuntur. Sed non adsequor, cur respuamus τὸ *nunc*, quod non modo optimorum libb. auctoritate firmatur, sed minus quoque languet, quam *truncam*, cujus vis et notio voce *minor* satis declaratur. Itaque revocavi lectionem e. Col., nisi quod pro *omnis* reposui

κόμους, ob præcipuum robur et velocitatem pedum. Vid. Diodor. IV, 13; Qu. Calab. VI, 223; Heyne ad Virg. Æn. VI, 803; et ad Apollod. II, 5, 3, p. 348 sqq.

40. Iolell. *Antæus*, cujus regia Irasa ad Tritonidem paludem in Cyrenaica fuit, quique hospites ad luctam provocasse, et tacto terræ, matris suæ, novas vires collegisse dicitur. Vid. Heyne ad Apollod. II, v, 11, p. 417 seq.; et ad Pind. Pyth. IX, 185. — 41. De Centauris, qui poetis *bimembres*, *biformes*, *semiferi*, *semihomines*, διφυεῖς, vocantur, et de Herculis pugna cum iis, res nota vel ex Ovid. Met. XII, 198 sq. vid. Heyne ad Virg. Æn. VII, 674; VIII, 293; ad Apollod. p. 351... 9; et ad Pind. Pyth. II, 41. — 42. *amnis Acarnan*, Achelous, fl. Acarnaniæ, quam ab Ætolia dividit. De ejus lucta cum Hercule vid. Ovid. Met. IX, 8 sq. Herman. Myth. Lyricor. p. 288 sqq. Heyne ad Apollod., p. 461; et *Antiquarische Aufsatze* P. I. De cornibus fluviorum, quæ originem locumque huic fabulæ dederunt vide ad I, 415. — *frontem minor* græce dicitur, qui alterum cornu amisit et frontem habet truncam. N. Heins. et Drak. contulere Juven. Sat. VIII, 4, *Curios jam dimidios, humerosque minorem Corvinum*, et Lucan. II, 717, *Rapta puppe minor subducta est montibus Argo*. Add. Val. Fl. I, 582, *Nec scopulos, aut antra minor tellus.* — *nunc*, post Herculis luctam, quum antea, ut taurus et ut deus fluvii, duo cornua haberet. Sic de eadem re Val. Fl. I, 36, *ambobus jam cornua fracta juvencis.*

43. *OEte*, Οἴτη, mons Thessaliæ, Herculis rogo nobilitatus. Vid. Heyne ad Apollod. II, 7, 7, p. 480... 6. — *sacratis ignibus*, fulmine, quo Hercules raptus et inter Deos relatus est. (Nam in inferis est ejus Εἴδωλον, αὐτὸς δὲ μετ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι Τέρπεται ἐν θαλίῃς, ut utar verbis Homer. Od. λ, 601.) Cf. Soph. Philoct. 1427. Apollod. l. c. et Diodor IV, 38 et 39, ubi vid. Wessel.

Digitized by Google

Ingentemque animam rapiunt ad sidera flammæ.
Postquam oculos varia iuplevit virtutis imago,
Mira dehinc cernit : surgentis mole profundi
Injectum terris subitum mare, nullaque circa
Litora, et infuso stagnantes æquore campos.
Nam qua cæruleis Nereus evolvitur antris,
Atque imo freta contorquet Neptunia fundo,
Proruptum exundat pelagus, cæcosque relaxans
Oceanus fontes torrentibus ingruit undis.
Tum vada, ceu sævo penitus permota tridenti,
Luctantur terris tumefactum inponere pontum.
Mox remeat gurges, tractoque relabitur æstu,

amnis, cui medelæ, per se satis obviæ, boni etiam libri favent. — 45. *variæ* malebat N. Heins. frustra. — 47. *Injectum* Col. Tell. et omnes fere edd. *Inventum* Put. *Innectum* Parm. *Invectum* Ox. quod præter Barth. prob. N. Heins., qui et *Ingestum* legi posse monet. — 51. *Proruptum*, non *Præruptum*. Col. — 52. *Oceanus* scripti et editi ante Marsum, qui primus dedit *Oceani*, in quo adquiescit Lefeb. — 55. *fractoque* corrig. N. Heins. ad h. l. ad Val. Fl. VII, 583, et ad Ovid. Met. XI, 729. Tacite id receptum a Lefeb., nec displicuisse videtur Draken. qui multis certe exemplis ostendit, undam, fluctus, æstum, mare *frangi*, quum impetus eorum litore, scopulis, aliove impedimento retundatur. Plura qui desiderat, consulat Burm. ad Val. Fl. III, 36, ad Ovid. Epist. VII, 69, et ad Petron. c. 123. Enimvero mare non ad scopulos, vel litora frangi solet, quum sponte in recessu post æstum relabitur et residet, sed quum intumescit. Quare si quid mutandum, *stratoque* potius legerem. *Sterni*, ut *στορέσθαι* et *καταστορέσαι*, dicitur ma-

45. Vide, quo studio poeta ornatum sectetur. Postquam Hannibal res præclaras, ab Hercule gestas, in foribus templi expressas viderat, æstus marinos contemplabatur, et miraculo rei stupebat, ut Syphax inf. XVI, 195 seqq. Vss. 46... 54 adcessus, et v. 55 sq. recessus sc. defluxus maris describitur. — *inplevit*, ad satietatem delectavit. — 46. *molem profundi* (τοῦ βάθους) pro aquarum inmani copia nova phrasi dictum videbatur Barth. Adv. XXI, 15. Sed quamvis non modo magnitudinem et difficultatem, sed copiam quoque poetis *molem* dici, vel tironibus nota res est. Vid. Iod. 49... 50. Cfr. Virg. Æn. II, 419.

49. *cæruleis antris*, ut mox *imo fundo et cæcos* (reconditos, profundos) *fontes*. — 51. *Proruptum pelagus*, vide Heinsium ad Claudian. de laud. Stiliconis, II, 462; Heyne ad Virgilium, Æneid. I, 246, in V. L.; et Exc. VII; Burmann. ad Valerium Flaccum, IV, 507.

53. *sævo tridenti*, ut ap. Virg. Æn. I, 138, ubi vid. Heyne. — *tridenti* sc. Neptuni, quamvis et Nereo tribuitur a Virg. Æn. II, 418. — 55. *æstu*, fluctibus — *tracto*, retracto, rejecto. Virg. Æn. X, 307, *retrahitque pedem simul unda re-*

Digitized by Google

Ac ratis erepto campis deserta profundo,
Et fusi transtris exspectant æquora nautæ.
Cymothoes ea regna vagæ, pelagique labores
Luna movet : Luna, inmissis per cærula bigis,
Fertque refertque fretum, sequiturque reciproca Tethys.
Hæc propere spectata duci : nam multa fatigant.
Curarum prima exercet, subducere bello

re planum et tranquillum, quod prius intumuerat. Vid. Heyne ad Virg. Ecl. IX, 57, et Æn. V, 763. Possis etiam *tractuque r. æstus* refingere, ut *tractus* undarum ap. Lucan. III, 551; V, 565; X, 257; et flammarum ap. Virg. Ge. I, 367; Lucret. II, 207, al. Sed vid. not. — 56. *Stat ratis* conj. N. Heins. et Gron. Obss. IV, 17, quod iterum, lectore non admonito, recepit Lefeb. nec intercederem, nisi a vulg. lect. nimis recederet et hæc utique ferri posset. — 57. *Et fusi*, quod Dausq. jam divinaverat, Col. et Ox. Vulgo *Effusi*. Sed *Et fusis in transtris*, h. sedentes, seu jacentes, a manu ipsius Silii fuisse putabat N. Heins., quod impense adridebat Drak. coll. VII, 303, et Virg. Æn. I, 214. Plura exempla vid. ap. Heins. ad Claud. bell. Gild. 327; Burm. ad Val. Fl. I, 252, et ad Petron. c. 130. Sed nostra forte lectio eodem modo explicari potest. — 60. *Tethys*, Τηθὺς, priscæ edd. Vulgo *Thetis*, et Lefeb. *Thetys*, claudicante versu. Draken. laudat Bentl. et Davis. ad Cæs. b. G. III, 12, et Richter. Specim. Obss. Crit. p. 74. *Tethys* ut XVII, 244 et al. pro mari, ut *Thetis*, etsi Deæ sunt diversæ. — 61, 62. Ita scripti et editi ante Nicandrum, qui in Junt. primum vulg. lect. protulit, *nam multa fatigant Pondera curarum, primum subducere bello*, quæ et ipsa suas veneres habet, et latini leporis gustum præ se fert. Sed alteram præferunt Mod. Barth. N. Heins

labens. — 56. *ratis* et *nautæ exspectant æquora*, æstum maris, quo a terra continente repellantur. — *deserta*, relicta in *campis*, litore, terra *erepto p.* recessu maris.

58. Causam æstus, vel fluxus et refluxus maris, jam olim ante Cartesium quidam, v. c. Pytheas Massiliensis ap. Plut. de plac. philos. III, 17, a sole, sed plerique rectius a luna repetebant; quorum sententiam firmarunt potissimum Newton. philos. nat. princip. mathem. quique hunc excerpsit Edm. Halley *in the true theory of the tides, in the philos. Transact. N.* 226, *art.* 2. Cf. *Recueil des pièces qui ont remporté le prix à l'Acad. roy. des Sciences*, T. IV; VV. DD. ad Virg. Georg. II, 479; Strab. III, p. 117 sq. loc. class. Plin. II, 97 (ubi vid. Intpp.), et, quos Drak. laudat, Manil. II, 90; Claud. Cons. Hon. VI, 499; in Paneg. Mall. Theod. v. 107; Sidon. Apoll. XXII, 107; et, qui plures causas jungunt, Lucan. I, 412 sq., et Mela III, 1. — *Cymothoes* (Nereidis ap. Virg. Æn. I, 144. al.), *regna*, h. e. mare. — *vagæ* vid. Broukh., et Heyne ad Tibull. I, 3, 39; et II, 6, 38. — *labores pelagi*, eleganter pro æstu et recessu maris. — 59. *bigis*, vid. Heyne Exc. II, ad Virg. Æn. II. — 60. *reciproca T.* ut *revoluta* ap. Claud. in Ruf. I, 132. — *fatigant* vid. ad I, 63 et V. L.

62. Dulcissimi versus, qui amorem conjugalem et parentis adfectum spirant. Juvenes harum deli-

Consortem thalami, parvumque sub ubere natum.
Virgineis juvenem tædis, primoque Hymenæo
Inbuerat conjux, memorique tenebat amore.
At puer, obsessæ generatus in ore Sagunti,
Bissenos lunæ nondum compleverat orbes.
Quos, ut seponi stetit et secernere ab armis,
Adfatur ductor : « Spes o Carthaginis altæ,
Nate, nec Æneadum levior metus, amplior, oro,
Sis patrio decore, et factis tibi nomina condas,
Quîs superes bellator avum, jamque ægra timoris
Roma tuos numeret lacrimandos matribus annos.
Ni præsaga meos ludunt præcordia sensus,
Ingens hic terris crescit labor : ora parentis

et Drak. (qui conf. IX, 134; XI, 379; XIII, 468; XVII, 76) quidquid obloquatur Daosq. — 66. *in ore* scripti et editi ante Marsum, qui dedit *in ora*, idqoe exposuit, in regione Saguntina. Quod quom metri legibus repugnare videret Nicander, reposuit *ad ora*, ut vulgo legitur. Male ! *In ore* est coram, prope, in conspecto, v. e. *urbis* ap. Flor. II, xv, 7; Drak. laudat X, 464, et Senec. de Ben. VII, 19; conf. Heins. ad Claud. Honor. IV, 270, et ad Ovid. Epist. X, 126: *more* R. 2. — 72. *Quis* scripti et editi ante Marsum, qui primum *Qui* male intulit: *jam gesta timoris* Oxon. unde *jam justa timoris*, h. quæ jam timendi causam habeat, suspic. Barth. Adv. VI, 15, et *jam certa t.*, h. quæ jam ooverat, olim sibi timendum esse, N. Heins, qui tamen vulgatum exemplis, a se congestis ad XV, 135, et ad Val. Fl. III, 737, defendi posse recte monet. — 75. *Ingens hic malis* Oxon. teste Barth. l. c. qui inde non male conj. *Italis*. Nullam in cod. suo discrepantiam scripturæ ex Oxon. notatam vidit N. Heins., qui quidem *Ingens Hesperiæ*, vel *I. hic Teucris* legi posse, sed vulgatam quoque bene se habere fatetur, adsent. Draken., qui monet, *terras* IX, 59; XIII, 790, 893; Val. Fl. I, 631 (ubi vid. Intpp.); Virg. Æ. VI, 870; Sen. Herc. fur. 250, et al. homines dici, in terra viventes, et Hannibalem sperasse, Carthaginem non modo Italiæ, sed et totius terrarum studiosi comparent Hom. Il. ζ, 394 sq. inpr. v. 440 sq., et 474 sq. Lucan. V, 722 sq. Virg. Æn. XII, 435 sq. ubi vid. Heyne. Scalig. Poet. V, 16. — 63. *parvum sub ubere natum*, ὑπομάζιον, ut IX, 71. Virg. Æn. V, 285. Stat. Th. III, 683; al. Drak.

64. Conf. XVII, 73, ubi Drak. monet, amorem primum majorem acrioremque putari secundo. — 65. *memori amore*, ut *memori ira* XIII, 71, ubi Drak. laudat Ovid. Epist. XXI, 9; et Met. XII, 583; Liv. IX, 29; et Virg. Æn. I, 4, ubi vid. Heyne. — 69 sqq. Cf. Val. Fl. I, 267 sq. *amplior sis patrio decore*, major patre tuo claro : πατρὸς πολλὸν ἀμείνων Hom. l. c. v. 479. — 71. *nomina condas*, famam pares, ut IV, 37. — 73. Cf. I, 110 sq., et IV, 729. — *numeret*, augurans et timens futura pericula. — 75. *crescit* ut ap. Flor. II, 6. « Scipio, qui in exitium

Agnosco, torvaque oculos sub fronte minaces,
Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum.
Si quis forte Deum tantos inciderit actus,
Ut nostro abrumpat leto primordia rerum;
Hoc pignus belli, conjux, servare labora!
Quumque datum fari, duc per cunabula nostra;
Tangat Elissæas palmis puerilibus aras,
Et cineri juret patrio Laurentia bella.
Inde, ubi flore novo pubescet firmior ætas,
Emicet in Martem, et calcato fœdere victor

rarum orbis caput a se relictum iri. — 78. *tantis inviderit actis* conj. Bentl. non improb. Drak. quia Dii VI, 84, 340; VII, 61; XV, 514, et al. nimium felicibus hominum rebus invidere, eorumque fortunam omni conatu abrumpere dicantur. — 79. *Et* non male corrig. Bentl., quod prob. Drak. et tacite recepit Lefeb. *nostra* maluerit N. Heins. et v. 80 *bellis*, non male, judice etiam Schmidio, cui tamen *pignus belli* videtur esse, qui magnorum bellorum futurus est administrator. — 82. Vulgo *Elisæas*, vel *Eliseas*. Vid. ad I, 81.

Africæ crescit » Drak. — *labor*, calamitas, ut πόνος, μόχθος, κόπος: vel qui Romanis multorum laborum et exitii causa, erit ut *metus Æneadum*, et contra *spes Carth.* Cf. IV, 815, 816, et ad I, 479. — 77. *Vagitum gravem*, signum futuræ fortitudinis, iracundiæ et fervidi ingenii, unde *Felix* (terra) *quæ tantis sonuit vagitibus* dixit Martial. IX, 21, adulator Domitiani. — *elementa irarum mearum*, prima iudicia indolis bellicæ et virtutis paternæ.

78. Drak. laudat Lucan. V, 659, *licet ingentes abruperit actus* (ut et inf. X, 136) *Festinata dies fatis.* — *Incidere*, abscindere, præcidere, impedire, tollere, id. quod *abrumpere* vs. seq. quo eadem sententia exprimitur. — 80. *pignus belli*, puerum, qui bellum a me inchoatum continuet; Ern. — 81. Cf. I, 78 sqq. — *duc per cunabula nostra*, eum puerum sic forma et institue, ut ego in pueritia institutus sum. — 82. *Tangat aras*, ritu eorum, qui precantur et jurant, ut ap. Virg. Æ. IV, 219; XII, 201; Hor. Od. III, XXIII, 17; Prop. III, XX, 25. — 84. *flore novo*, κουριδίῳ ἄνθει, D. Heins. πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέϊ λάχνῃ Hom. Od. λ, 318; conf. ad I, 61. — 85. *Emicet*, inruat, *in Martem*, ut XV, 158; XVI, 524. — *calcato fœdere* ut ap. Stat. Th. III, 208. *Calcare*, ut πατεῖν pro ὑπερβαίνειν. D. Heins. Tum *calcare fœdus*, ut ὑπερβασίῃ ὅρκια δηλεῖν dixit Hom. Il. γ, 107; et, κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, Il. δ, 157. Sed verbum *calcare* notionem potius spernendi exprimit, et nostra dictio petita est a victoris more, quo contemtus et insultationis causa collum, vel pectus et caput devictorum olim calcabat, λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων Il. ν, 618; de quo copiose disputavit Barth. ad Stat. Th. II, 713. Ἐχθροῖσιν αὐτοῦ ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδὶ, et οὐ γὰρ θα-

In Capitolina tumulum mihi vindicet arce.
Tu vero, tanti felix quam gloria partus
Exspectat, veneranda fide, discede periclis
Incerti Martis, dúrosque relinque labores :
Nos clausæ nivibus rupes, subpostaque cælo
Saxa manent; nos, Alcidæ mirante noverca,
Sudatus labor, et, bellis labor acrior, Alpes.
Quod si promissum vertat Fortuna favorem,
Lævaque sit cœptis, te longa stare senecta
Ævumque extendisse velim : tua justior ætas,
Ultra me inproperæ ducant cui fila Sorores. »
Sic ille : at contra Cirrhæi sanguis Imilce

86. *dedicet* omnino scribendum censebat N. Heins. coll. vet epigr. ap. Trebell. Pollioo. io vita Aureoli (*pontem Aureoli dedicat* et *tumulum*) et Gruter. Inscr. p. 931. Sed Drak. putat, vulgata lect. non male exprimi jactantiam Haooibalis, qui in Capitolio locum, quasi ad se pertineat et injuste a Romaois possideator, sibi *vindicari* velit, ut in eo sepeliatur : proprie enim *vindicari* a nobis ea, quæ oostra sint, sed quorum possessione exciderimos. — 94. *longæ instare senectæ* conj. N. Heins.

νόντι καὶ προσεμβῆναι σε χρὴ dixit Sophoel. in Eleetra et Ajace. Hine *πατεῖν* pro *καταφρονεῖν* v. c. ap. Anacr. XLVI, 6, *Σφίν, Τρίπος πατεῖται*, et ap. Aristophan. Equit., p. 596, *Βουλὴν πατέσεις καὶ στρατηγοὺς κλαστίσεις*, cf. ad VI, 414 et 550. — 86. *tumulum* inanem se. honorarium, eenotaphium, ut ap. Tae. Ann II, 7; Virg. Æn. VI, 380, 506; et Suet. Claud. I; conf. XV, 807.

88. *fide* Drak. et Lefeb. non male adcipiunt pro *fidei*, ut *segnitie* IX, 6; cf. II, 409, IV, 574, XVI, 249, et de ipso archaismo VV. DD. ad Hor. Od. III, 7, 4; et Sat. I, 3, 95, ad Virg. Ge. I, 208; Gell. IX, 14; Heins. et Burm. ad Ovid. Met. III, 341.

90. *subposta cælo Saxa ;* Alpes tam altæ, ut cælum ferre videantur. Cf. I, 202; XI, 136, 217; XII, 73. — 91. *Alcidæ novercâ*, Junone, conf. ad II, 356. — 93. Similis eolor orationis ap. Virg. Æn. IX, 211 sq. — 94. *Lævus*, ut *sinister* et *σκαιὸς*, adversus; cf. VV. DD. ad Virg. Ge. IV, 7; Burm. et Heins. ad Val. Fl. I, 370, IV, 540. — *stare* vid. ad II, 639; in V. L. — 95. *justior*, ut *δίκαιος* pro *ἄξιος*, D. Heins. *tua vita dignior ætas*, Virg. Æn. IX, 212. — 96. *cui fila ducant Ultra me*, longiora meis, h. e. eui longiorem, quam mihi, vitam dent. — *Sorores*, Parcæ, *inproperæ*, tardæ in filo rumpendo, ut *Sorores pigræ* ap. Stat. Silv. II, 3, 21; ex emendat. Heinsii, quem vid. ad Ovid. Met. IV, 470, Drak.

97. Imilce nata *Castulone*, (Liv. XXIV, 41), urbe Punico bello clarissima, (vid. Liv. XXIII, 19, 20), in finibus Hispaniæ Bæt. et Tarrac. ad ripas Bætis sita, hod. forte *Cazlona*, vel *Cazorla*. Poeta in gra-

Castalii, cui materno de nomine dicta
Castulo Phœbei servat cognomina vatis,
Atque ex sacrata repetebat stirpe parentes :
Tempore quo Bacchus populos domitabat Iberos,
Concutiens thyrso atque armata Mænade Calpen,
Lascivo genitus Satyro nymphaque Myrice,
Milichus indigenis late regnarat in oris,
Cornigeram adtollens genitoris imagine frontem.
Hinc patriam clarumque genus referebat Imilce,
Barbarica paulum vitiato nomine lingua.
 Quæ tunc sic lacrimis sensim manantibus infit :

99. Pro *vatis* forte leg. *fontis*, vel *nati*, ut intelligatur Castalius fons, vel, unde huic nomen inditum tradunt Probus ad Virg. Ge. III, 293 et alii, Castalios, Apollonis f. — 103. Leg. f. *Lascivo et genitus*. — 104. *Milichus* scripsi, prob. etiam Dausq. quoniam idem nomen ap. Tac. Ann. XV, 54, 55, 71, et Martial. II, 63 occurrat, idemque vocis origo (Μείλιχος) prope flagitet. Vulgo *Milicus*, ut ap Marian. I, 12.

tiam uxoris tanti viri, vel veterem aliquam famam secutus, vel sola nominum similitudine ductus, tradit, Castalium quemdam Cirrhæum h. ex Phocide (ubi *Cirrha* urbs Delphis vicina, et *Castalius* fons, Musis sacer in Parnassi radicibus, est) vel, si Marianæ II, 9, fides habenda, Cirrhæum Castalium, h. e. Phocensem, oppidum illud condidisse, et Castulone matris nomine *Castulonem* (quæ inde inf. v. 391 *Parnassia* vocatur) adpellasse, ibique Milichum, Satyri et Myrices Nymphæ filium, unum ex Imilces majoribus, regnasse : quod etiam a Dausq. laudatus Mariana I, 12, memorat. Cellarius Geogr. ant. II, 1, p. 124, hæc notat : « Castulo sive vera Phocensium colonia fuit, sive fictum ita est a poetis ; quod tamen non ratione caret. Nam ut Lud. Nonius c. 64 tradit, mons urbis bivertex est, ut Parnassus : ab uno latere tenuis scaturigo, non impar Castalio fonti : etiam numismata ibi reperta, quæ alatum Pegasum referebant. Sed lusum ita esse, vera nominis origo, a Bocharto tradita, ostendit, quippe a crepidine fluvii (Arab. קשטלת) derivat, et ex Strab. confirmat, qui Bætim ad hanc urbem propter ῥάχεις ὀρῶν rupes amni imminentes, negat esse navigabilem. »

101. Bacchum in expeditionibus suis in Hispaniam quoque venisse, ibique a Luso, comite ejus, Lusitaniam, ut a Pane Hispaniam, nomen adcepisse, memorant Marian. VI, p. 203; Sosthenes ap. Plut. de flumin. p. 1159; et Varro ap. Plin. III, 1; cf. Diodor. III, 62; et Voss. Theol. gent. I, 33. — 102. *armata* thyrso et hasta, conf. Ovid. Met. VI, 592 sqq. — 105. Vid. ad I, 407 et 415. — 106. *Hinc*. ὅθεν, h. e. ἀφ' οὗ, vid. ad I, 283, in Var. Lect. — 107. *vitiato nomine*, ut infra, v. 366 *violato*.

« Mene, oblite tua nostram pendere salute,
Abnuis inceptis comitem? sic fœdera nota
Primitiæque tori, gelidos ut scandere tecum
Deficiam montes conjux tua? crede vigori
Femineo : castum haud superat labor ullus amorem.
Sin solo adspicimur sexu, fixumque relinqui,
Cedo equidem, nec fata moror : Deus adnuat, oro.
I felix, i numinibus votisque secundis,
Atque acies inter flagrantiaque arma, relictæ
Conjugis et nati curam servare memento.
Quippe nec Ausonios tantum, nec tela, nec ignes,
Quantum te, metuo : ruis ipsos acer in enses,
Objectasque caput telis, nec te ulla secundo
Eventu satiat virtus : tibi gloria soli

109. *salute* Col. et Vulgg. *salutem*. Nihil interest. — 111. *gelidos ut scandere* Col. Ox. Parm. probb. Barth. N. Heins. et Drak. *sic scandere* Med. et al. Vulgatum *gelidosne scandere*, Nicandri ingenio procusum, more suo tuetur Dausq. nec deseruit Lefeb. Metri tamen leges ei non adversantur : (vid. ad VII, 618) unde frustra *gelidosne escendere* conj. Davis. ad Cæs. B. G. VII, 27, prob. Richter. Spec. Obss. crit. p. 74 : *gelidos ut s. t. Deficiar* emend. N. Heins. ad h. l. et *gelidos nec s. t. Deficior* idem ad Ovid. Epist. V, 150; ubi usum verbi pass. *defici* pro *deficere* multis quidem exemplis confirmat, sed *defici* simpl. sic poni non probavit. — 114. *fixumque relinqui* scripti et editi ante Nicandrum, qui in Junt. perperam edidit *sexumque relinquis*, quod ipsi Dausq. displicuit. — 121. *nec ulla* R. 3; Parm.

109. Suavissima contentio, cujus exemplum poeta petiit a Virg. Æn. IX, 199 sqq. conf. etiam Lucan. V, 739 sq., 761 sq. Hom. Il. ζ, 407 seq. et inf. VI, 500 sq. — 110. *sic fœdera nota Primitiæque tori*, sic me ab initio conjugii nostri expertus es, ut credas, me a latere tuo discessuram, utque justa tibi causa sit, cur me deseras? cf. Virgilium, Æn. II, 44, *sic notus Ulysses;* et Lucan. V, 767 seq. — 112. *crede vigori*, confide audaciæ et viribus meis. — 114. Si solam sexus imbecillitatem, non amorem conjugalem et, quos hic dat atque habet, vires respicis. — *adspicimur*, dijudicor. — 115. *adnuat*, faveat cœptis tuis.

116. Cf. Virg., Æn. VI, 546. — 118. *memento*, μέμνησο, *servare* pro serva, sed majore cum vi, ut passim ap. Horat. *curam servare memento*, ita scil. ut non tui tantum, sed nostri quoque causa vitæ tuæ parcas, nec temere periculo te obferas.

120. Quantum tibi metuo, ne quid gravius tibi accidat, Cell. Male. *te* scil. tam audacem gloriæque cupidum; nimiam audaciam tuam mentisque fervorem. Conf. v. 146; Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, Hom. Il. ζ, 407. — 122. *gloria*,

Fine caret, credisque viris ignobile letum
Belligeris in pace mori : tremor inplicat artus,
Nec quemquam horresco, qui se tibi conferat unus.
Sed tu, bellorum genitor, miserere, nefasque
Averte, et serva caput inviolabile Teucris. »
  Jamque adeo egressi steterant in litore primo,
Et promota ratis, pendentibus arbore nautis,
Aptabat sensim pulsanti carbasa vento;
Quum, lenire metus properans, ægramque levare
Adtonitis mentem curis, sic Hannibal orsus :
« Ominibus parce et lacrimis, fidissima conjux!

Med. *non ulla* Put. — 125. *conferet* Ox. et Put. — 126. *Sed tu*, *Bele*, *oro*, *genitor*, *miserere* coll. I, 73, III, 650; VIII, 31, et Virg. Æn. I, 626 corrig. Bentl. ad Hor. Od. I, xxxv, 29; ubi vulgatam lect. inter meras nugas refert, quærens, ex qua uxore, vel amica Mars bella genuerit? Sed *genitor*, vel *pater* sæpius etiam dicitur vel *auctor*, vel *præses* alicujus rei, quam amore et cura quasi paterna complectitur, unde patris instar colendus est. Sic Jupiter *deorum hominumque pater*, Augustus *pater patriæ*, Romulus *Romanæ pater urbis*, Ovid. Fast. III, 72; *Æolus ventorum pater* Hor. Od. I, iii, 3; Neptunus *genitor profundi* Ovid. Metam. XI, 202; Mars *νίκης εὐπτολέμοιο πατὴρ* Hom. a, in Mart. v. 4. Ita et *genitor fraudum* inf. XIII, 738 : *g. vitiorum* Plin. XV, 4; conf. ad I, 606, et Burm. ad Virg. Æn. I, 155. Schmidio *bellorum genitor* est, qui bella ex bellis serit, bisque solis delectatur. — 129. *pandentibus*, vel *tendentibus*, sc. carbasa, in mentem veniebat. N. Heins. quod languet, quoniam hæc idea jam verbis *aptabat c.* exprimitur. Idem tamen monebat, vulgatam *pendentibus arbore*, h. a malo, loco Lucani II, 697, firmari.

gloriæ cupiditas, conf. Ern. clav. Cic. — 123 sq. Cf. I, 59, et XIV, 630 sq., et inf. ad v. 145; *ignobile letum*, ut *mors inhonorata*, *inhonesta*, *ingloria*, *turpis*, *ignava*, cujus contr. *pulchra*, *honesta*, *honora*, *egregia*, *speciosa*, quæ manu viri fortis infertur; vid. Ind. et Drak. ad IV, 607. Sic et *ignobilis*, *inglorius*, *δυσκλεὴς* dicitur, qui ruri, vel in otio et pace vitam agit, Homer., Il. ι. 22. Virg. Ge II, 486; IV, 564, et Æn. X, 52. Ὁ *μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος*; Pind. Olympic. I, 129 sq.

125. *se tibi*, suam virtutem tuæ, *conferat*, vel, ut *componat*, tecum pugnet, ut ap. Virg. Æn. X, 735. — 126. *nefas* ἐναργῶς pro opprobrio, ut *prohibete nefas* ap. Virg. Æn. 197. — 127. *inviolabile Teucris* (h. Romanis) junge et cf. ad V, 602.

129. *ratis* (proprie nautæ) pandebat vela vento inflanda. — 132. *Adtonitis*, quæ mentem uxoris adtonitam, sollicitam faciebant, ut apud Virg. Æn. VI, 53, *Adtonitæ magna ora domus*, ubi vid. Heyne. Sic *sollicito labori* inf. v. 161, ubi vid. not. Quoad sensum, ad *mentem* quoque referri potest. — 133. Hæc expressa ex Hom. Il. ζ, 486

Et pace et bello cunctis stat terminus ævi,
Extremumque diem primus tulit : ire per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Quos Pater æthereis Cælestum destinat oris.
An Romana juga, et famulas Carthaginis arces
Perpetiar? Stimulant manes, noctisque per umbras
Increpitans genitor : stant aræ atque horrida sacra
Ante oculos, brevitasque vetat mutabilis horæ
Prolatare diem : sedeamne, ut noverit una
Me tantum Carthago? et, qui sim, nesciat omnis
Gens hominum? letique metu decora alta relinquam?
Quantum etenim distant a morte silentia vitæ?

134. *æque* pro *ævi* suspicit N. Heinsius. — 135. *ille per ora* duo codd. teste Dausq. *ire per auras* corrig. Modius. Male. — 143. *sum* R. 2, non improb. Lefeb. *ut, qui sim, ne sciat omnis* conj. N. Heins. Tum *ut ne* pro *ut non*, vel simpl. *ne*, ut passim ap. Cic. et alios. Vid. Gronov. a Draken. laud. ad Cic. Ep. ad Qu. fratrem I, 1.

sq. et Virg. Æn. XII, 72 sq., ubi vid. Heyne.

134. Silius variavit Maroniana Æn. VI, 128 sq. et V, 467 sqq. — *stat* pro *est.* Vid. ad v. 94. — 135. *Extremumque diem primus tulit*, ut *Primus dies dedit extremum* ap. Sen. OEd. v. 988. Drak. Cf. ad II, 224. Schmidius male exponit : extremus dies sc. finis belli qualis sit futurus, primo die est significatum. Hannibal potius h. l. propositum consiliumque suum tuetur brevitate vitæ, qua ad materiam gloriæ mature quærendam incitemur. — *ire per ora* v. ad II, 511. — 136. *mens ignea*, ut *ardens virtus* ap. Virg. Æ. VI, 130; et *ignea virtus* ap. Lucan. IX, 7. Conf. VI, 209. *donat*, al. *dat*, ut v. 597. — 138. *juga*, jugum servitutis, a Romanis nobis impositum. — *famulas* cf. ad I, 74.

139. *manes et genitor*, h. manes genitoris mei. — 140. *aræ atque horrida sacra* cf. I, 81 seqq., et ad II, 426 sqq. — 141. « Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam, » Horat. Od. I, 4, 22. — *mutabilis horæ*, temporis modo felicis, modo infausti. — 142. *Prolatare diem* ut ap. Sallust. Cat. 43 ubi vid. Corte. — *Sedere* ut καθῆσθαι ap. Hom. Il. Ω, 403; et al. pro negligentem, ignavum, otiosum esse, obscuram agere vitam. Vid. Ind. et Ern. clav. Cic.

144. *decora alta*, gloriam magnam et præclaram, ut ap. Virg. Æn. X, 737, 875. — 145. *silentia vitæ*, ut *mutum ævum* v. 579, vita obscura et ignobilis, vel hominis otiosi, qui latet et nihil memorabile agit, qui *vitam silentio peragit* (Sallust. Cat. pr.), vel *in tenebris trahit* (Virg. Æn. II, 92); ut *vitæ tenebræ* inf. XV, 70. Comparant Hor. ad Od. IV, 9, 29. « Paullum sepultæ distat inertiæ Celata vir-

Nec tamen incautos laudum exhorresce furores :
Et nobis est lucis honos, gaudetque senecta
Gloria, quum longo titulis celebratur in ævo.
Te quoque magna manent suscepti præmia belli :
Dent modo se Superi, Thybris tibi serviet omnis,
Iliacæque nurus, et dives Dardanus auri. »
  Dumque ea permixtis inter se fletibus orant,
Confisus pelago celsa de puppe magister
Cunctantem ciet : abripitur divulsa marito.
Hærent intenti vultus, et litora servant,
Donec, iter liquidum volucri rapiente carina,
Consumsit visus pontus, tellusque recessit.
  At Pœnus belli curis avertere amorem

146. *Nec tamen*, non *Ne tamen*, Col. et Oxon. — 147. *Est nobis, est lucis honos*, tamquam ἐνεργητικώτερον, malebat Dausq. — 157. Ita scripsi, quorum lectionem mentor N. Heins., Gronov. Diatr. Stat. c. 40, et Draken. cujus verba sunt : *Pontus visum consumit*, quum in medium mare provecti nautæ nil nisi undas undique cernunt, postquam terra jam ex oculis evanuit : (conf. not. ad v. 538) *recedere* autem *terra* dicitur, a qua recedimus, ut ap. Virg. Æn. III, 72 ; Ovid. Metam. XI, 466; Val. Fl. II, 8; Stat. Th. I, 550. Sic et *diffugere* et *discedere maria* dixit Val. Fl. IV, 655 : *tellus transit*, quam nos transimus, id. II, 431 ; V, 121; conf. Gronov. ad Senec. Med. 164. Ita Drak. qui ad XV, 215, observat, eodem modo passim dici *rem adtolli* et *crescere*, quo propius eam accedamus, et *decrescere* (v. c. ap. Claud. R. Pros. I, 190) quo quis longius decedat. Vulgo male h. l. legitur, *C. visus, tellus pontusque r.* quod misere torsit Barth. Adv. VI, 15, ubi postremo ad conj. *tellus pone usque recessit*, confugit.

tus, » et Claud. Cons. Hon. IV, 222. « Vile latens virtus : quid enim submersa tenebris Proderit obscuro? » cf. ad v. 123. — 146. *laudum furores* vid. ad I, 32. — 147. *Et nobis est lucis honos*, τιμὰ etiam ego non vile vitæ pretium statuo, non sperno eam. Refellit verba uxoris v. 119 sq.

149 sqq. Nihil aptius dici poterat ad animum muliebrem movendum, ejusque dolorem mitigandum. Nec tamen minus placent verba Hectoris apud Homerum, Il. ζ, 454 sq. ubi metu captivitatis uxorem flectere studet.

150. *Dare se alicui*, sc. faciles dicuntur, qui ad ejus voluntatem se adcommodant, eique vel omni officiorum genere grati esse student, vel favent. Cf. Heins. ad Ov. Epist XVI, 161 ; et Gronov. Diatr. Stat. c. 20. — Italia triplici modo designatur, respectu ad Trojanam Romanorum originem habito. — 156. *iter liquidum*, ὑγρὰ κέλευθα θαλάσσης. — *rapiente* vid. ad I, 569. — 157. *Consumsit pontus visus*, furte ademit adspectum; *consumere vocem* dixit Tac. Hist. I, 42; vel finiit conspectum amantium, ut IX, 47; et XV, 411. Sed vid. V. L.

Adparat, et repetit properato mœnia gressu.
Quæ dum perlustrat, crebroque obit omnia visu,
Tandem sollicito cessit vis dura labori,
Belligeramque datur somno componere mentem.
Tum pater omnipotens gentem exercere periclis
Dardaniam, et fama sævorum tollere ad astra
Bellorum meditans, priscosque referre labores,
Præcipitat consulta viri; segnemque quietem

161. Sensum h. l. non perspexere N. Heins. et Drak. Itaque ille emend. *solliciti cessit vix cura laboris*; hic vero *solliciti e. vis dura laboris*, h. e. durus labor, qui sollicitudinem ei creabat, vel etiam *solliciti e. vix cura sopori*, ut ap. Stat. Th. VI, 237, *seris vix cessit cura tenebris*. Sed nulla mutatione opus. Sententia h. l. est: Hannibal (cujus singularis constantia in laboribus cujuscumque generis ferendis sup. I, 242, et al. laudatur) tandem curis ærumnisque belli defessus, somno obprimebatur. *Vis dura*, pertinax et indurata ad laborem (vid. not. ad I, 558) *labori cessit*, succubuit, ut εἴκειν μαργοσύνῃ dixit Apollon. III, 795: εἴκειν κακοῖς Æschyl. Prom. 320; *cedere malis* Virg. Æn. VI, 95, et alia, quæ vid. ap. Burm. ad Quintil. Declam. VI, 16; *labori sollicito*, curis belli, quæ animum ejus sollicitum, inquietum reddebant, eum vexabant, cruciabant, ut *sollicitus metus* dicitur Ovid. Trist. III, 11, 10; *amor* Virg. Ecl. X, 6 (ubi vid. Heyne); *dolor* Ovid. Fast. V, 372; *opes* Hor. Serm. II, vi, 79; *curæ* Stat. Th. IX, 603: Gr. μέρμερα ἔργα, μέρμερον κακόν, vel ἆθλος, etc. conf. ad v. 132. Dura est et ab h. l. aliena Marsi ratio: *vis dura*, vehemens amoris affectus cessit post longam belli cogitationem et studium. Lefeb. hæc adnotat: *durus*, ut in Virg., h. *infatigable*, *opiniâtre*. — 165. Vulgo

159. *mœnia* putant esse Carthaginem Novam; nec ignoro, eo Hannibalem, Sagunto capta, in hiberna concessisse, et, quum Gades profectus Herculi vota exsolvisset, rediisse, teste Liv. XXI, 21 et 22. Sed quoniam nulla hujus urbis ante mentio facta est, crediderim potius, eum a litore post discessum conjugis, mœnia Gadium repetiisse; cf ad v. 3. — 161. *vis dura cessit labori*, ab eo victa et fatigata est; Withof. coll. v. 549.

163. Hoc II. somnium memorant etiam Liv. XXI, 22; Cic. de Div. I, 24; Val. Max. I, 7, ext. 1, et Zonaras: sed partes, quas omnes isti juveni cuidam divina specie tribuunt, Silius sapienter ad Mercurium, Jovis nuntium somniorumque præsidem, transtulit. Videtur etiam ante oculos habuisse Virg. Æn. IV, 222 sq., 258 sq. Conf. tamen Polyb. III, 48, ubi hanc aliasque fabulas, de Hannibalis itinere ejusque difficultate fictas ridet. — Drak. monet, ingeniose a poeta causam reddi, cur Romani, quibus imperium in Pœnos fatis debetur, initio hujus belli adversissimam experti sint fortunam. Conf. v. 576; et IX, 348. — 165. *priscos referre labores*, bellum Punicum reducere. Ita malim adcipere, quam cum Drak. de calamitate Gallica. — 166. *Præcipitat consulta viri*, stimulat eum ad consilia belli gerendi et incepta streuue exsequenda.

Terret, et inmissa rumpit formidine somnos.
Jamque per humentem noctis Cyllenius umbram
Aligero lapsu portabat jussa parentis.
Nec mora : mulcentem securo membra sopore
Adgreditur juvenem, ac monitis incessit amaris :
« Turpe duci totam somno consumere noctem,
O rector Libyæ; vigili stant bella magistro.
Jam maria effusas cernes turbare carinas,
Et Latiam toto pubem volitare profundo,
Dum lentus cœpti terra cunctaris Ibera.
Scilicet, id satis est decoris, memorandaque virtus,
Quod tanto cecidit molimine Graia Saguntos?
En age, si quid inest animo par fortibus ausis,

inepte distinguunt *labores Præcipitat*, *consulta viri*, *segnemque*, etc. — 171. *ac monitis*, non *monitisque*, scripsi cum Parm. ac Med. — 179. *En age, si quid inest*

— 167. *formidine*, nocturno visu, qui formidinem ei injiciebat.

— 168. Verba Jovis, quibus Mercurio hoc negotium ab eo injunctum, omittuntur, quæ narrandi brevitas poetam decet. — *humentem noctis umbram* cf. ad II, 469, in V. L. — 170. *mulcentem sopore*, θέλγοντα ὕπνῳ. — 172. Comparant Hom. Il. β, 24 et 61, Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. — 173. *stant*, constant, vel nituntur, ut *fama bella stant* dixit Curt. III, VIII, 7; regnum, vel resp. *stat concordia*, *virtute*, *disciplina*, etc. Liv. IV, 40; VIII, 7; XV, 19, al. conf. VII, 743; XVII, 401; Virg. Æn. II, 163; Valer. Flacc. III, 673. — *stare* omnino dicitur, quidquid durat, vel firmum, stabile, immobile, (ut VIII, 649), constans ac certum est, adeoque observatur, ut *cadere*, quod infirmum est et violatur v. c. *fides* VI, 472; Val. Fl. VIII, 249; *vultus stans*, h. e. constans et immotus, XV, 29; et Lucan. V, 214; *voluptas stans* (stabilis) *et movens* Cic. Fin. II, 10, coll. 23; *pax* Val. Fl. II, 84; ubi vid. Burm. et ad Petron. 3; et Quinctil. Decl. III, 13. Possis etiam τὸ *stant* exponere, dignitatem et auctoritatem obtinent, rebus prosperis opibusque florent, *vigent*, ut *socio stant castra labore* inf. v. 377; conf. Virg. Æn. I, 268; et II, 88; ubi vid. Heyne; *magistro*, duce, imperatore, ut *magister equitum* etc. Cf. N. Heins. et Drak. ad h. l. ad VII, 47; et VIII, 389.

174. *maria turbare* ut ap. Virg. Æn. IV, 566. — 175. *lentus cœpti* conf. Bentl. ad Horat. A. P. v. 172. — 178. *Saguntos*, una urbs. — *Graia* epithet. ornans, vid. ad I, 332. Drak. contra notat, *Græca* et *Græcula* Romanis plerumque per contemtum dici, ut XII, 41; et Petron. Sat. c. 46; (ubi vid. Burm.) unde sensus h. l. fit, nullum adhuc decus partum expugnatione Sa-

Fer gressus agiles mecum, et comitare vocantem :
Respexisse veto; monet hoc pater ille Deorum :
Victorem ante altæ statuam te mœnia Romæ. »
  Jamque videbatur dextram injectare, graduque
Lætantem trahere in Saturnia regna citato;
Quum subitus circa fragor, et vibrata per auras
Exterrent sævis a tergo sibila linguis;
Ingentique metu Divum præcepta paventi
Effluxere viro, et turbatus lumina flectit.
Ecce jugis rapiens silvas, ac robora vasto
Contorta amplexu, tractasque per invia rupes,
Ater letifero stridebat turbine serpens.
Quantus non æquas perlustrat flexibus Arctos,

animi, par fortibus ausis Fer gressus corrig. Burm. Non male. — 192. *non æquus* malebat N. Heins. vel *non siccas*, ut hic serpens cælestem illum magnitudine etiam gunti, urbis Græcæ et inbellis, sed id omne in obsidione Romæ positum esse.

181. Hæc de non respiciendo superstitio in sacris mortuorum inferorumqne non ignota est, ut ἀμεταστρεπτὶ aliquid fieri jubeant, et ad eam adlndunt Hom. Od. κ, 527, 528; Virg. Ecl. VIII, 102 (ubi vid. Cerda); Theocr. XXIV, 91 sq. (unde Maronis locus originem cepit) Æschyl. Χοηφόροις v. 97; aptissime autem a Mercnrio, qui νεκροπομπὸς est, hæc præsertim in somnis dicuntur; D. Heins. qni plura docte, sed intempestive, ut solebat, et parum apte dispntavit. Ceterum idem memorant bistorici ad v. 163, laudati. *ille* cum emphasi hic et alibi poni monent Drak. ad h. l. et ad Liv. I, 24; Heins. ad Virg. Æ. VII, 110; et ad Claud. Cons. Hon. IV, 284; Broukh. ad Tibull. I, 4, 23; nbi tamen vid. Heyne in Obss. — *pater ipse Deorum* non male conji. Livin. ad verba *respexisse veto* cf. etiam Ovid. Met. X, 51; et quæ de Loti uxore tradunt libri sacri; Ern. — *altæ mœnia Romæ* ut ap. Virg. Æn. I, 7.

183. *dextram injectare, et trahere* modo accusatoris, qui renm in jus rapit; quo Silius respexisse videtur.

184. *Saturnia regna* ut I, 70; *fragor* cæli. Conf. v. 196, 197; et Liv. XXI, 22. — 188. *Effluxere*, vid. II, 628. — 189. *rapiens* sc. evellens, evertens arbores. — 191. Pulcber versns dilectu verborum. *Alter* cf Bentl. ad Hor. Serm. II, 8; extr. *stridere* vid. ad II, 537; *turbine*, gyro, vel sonitu.

192 sqq. Eadem comparatione ingentis serpentis cum cœlesti angue sc. dracone utuntur etiam, ab aliis jam laudati, Stat. Th. V., 529 seqq.; et Ovid. Met. III, 46 sq. — *Arcti non æquæ*, h. inæquales magnitudine, ut *Arcti diversæ* I, 198. Ursa major et minor, inter quas

Digitized by Google

Et geminum lapsu sidus circumligat anguis :
Inmani tantus fauces diducit hiatu,
Adtollensque caput nimbosis montibus æquat.
Congeminat sonitus rupti violentia cæli,
Imbriferamque hiemem permixta grandine torquet.
Hoc trepidus monstro, (neque enim sopor ille, nec altæ
Vis aderat noctis, virgaque fugante tenebras
Miscuerat lucem somno Deus) ardua quæ sit,

superare dicatur. Sed vid. not. — 196. *rupti* Col. Vulgo perperam *rapti* legitur et comma ponitur post *æquat*. — 197. *permixtam* Col. et Tell. non improb. Drak. Sed *permixta* Ox. et Put. cum R. 3; Parm. Med. quod exquisitius est, et firmatur locis Virg. Æ. IV, 120, 161; cf. Bentl. ad Hor. Od. IV, 1, 24, et Epod. IX, 5.

Serpens volvitur; cf. Virg. Ge. I, 244 sq. — *perlustrat*, vid. ad II, 266. — 193. *circumligat*, alteram Arcton capite, alteram cauda amplectitur: quem poetarum errorem notat Drak. nam propr. non nisi Helices caput cauda tangit, et circa Cynosuram vertitur. — Rationem illam multi poetæ sequuti, v. c. Virg. Ge. I, 124; Ovid. Met. III, 45; et Manil. I, 305; qui adcommodate ad veritatem astronomicam utrasque Arctos a Dracone potius divisas et sejunctas retulerunt; Ern. coll. Ernesti ad Hom. Il. ς, 483. — 194, 195. Quam ornate pro, tantus erat hic serpens!

196. *sonitus*, tonitru, (sonitus ex adtritu orbium cælestium ortus) Drak. coll. Prop. II, XIII (al. XVI), 49; ubi vid. Broukh. Sed malim fere interpretari : auget sonitum, a serpente excitatum. — *rupti* vid. ad I, 135. — 197. *hiems*, ut χειμών, tempestas. Cf. Noris. Cenot. Pis. Diss. II, p. 136. — *torquet hiemem*, ut ap. Virg. Æn. IX, 671 ; ubi vid. Heyne.

199. Virga, ῥάβδος, Mercurii satis nota vel ex Virg. Æn. IV, 242 sq. Cf. Cl. Hermann. Mythol. Hom. et Hes., p. 128; et Lyricorum, pag. 180. — 200. *somno*, nocte, ut *nox* pro *somno* v. 216, et II, 563; ita D. Heins. et Drak. qui præterea monent, hæc verba ad fidem visis et prædictioni adstruendam pertinere, quum somnia matutina vulgo veriora crederentur vespertinis, quorum suspecta fides esset. Vid. quos Drak. laudat, Cic. de Div. I, 28; Horat. Sat. I, x, 33; Ovid. Epist. XIX, 196; Stat. Th. II, 120; et Quint. Cal. I, 133 sq. Adde Broukh. ad Tibull. III, IV, 1... 7; et Eustath. ad Homer. Od. δ, 841. Sed Mercurius *soporem* potius discussit et *lucem somno miscuit*, ita ut H. somniantium more cuncta cernere sibi videretur : nam *alta nocte*, h. e. alto somno obpressi nil vident. — Marsus bene : « quoniam videbat, quamvis esset nox. » Ernesti : « non crepusculum matutinum describitur, verum mihi parenthesis omnis huc redit, non verum et profundum soporem fuisse, in quo omnia obscura sint, sed Deum *miscuisse lucem* somno, h. e. effecisse, ut, quamvis oculis clausis, lucida

Scitatur, pestis; terrasque urgentia membra
Quo ferat, et quosnam populos deposcat hiatu.
Cui gelidis almæ Cyllenes editus antris :
« Bella vides optata tibi : te maxima bella,
Te strages nemorum, te moto turbida cælo
Tempestas, cædesque virum, magnæque ruinæ
Idæi generis, lacrimosaque fata sequuntur.
Quantus per campos populatis montibus actas
Contorquet silvas squalenti tergore serpens,
Et late humectat terras spumante veneno :
Tantus, perdomitis decurrens Alpibus, atro
Involves bello Italiam, tantoque fragore
Eruta convulsis prosternes oppida muris. »
His ægrum stimulis liquere Deusque soporque :
It membris gelidus sudor; lætoque pavore
Promissa evolvit somni, noctemque retractat.
Jamque Deum regi Martique sub omine fausto

202. *depascat* conj. N. Heins. quem vid. ad Claud. Laud. Stil. II, 115. Vulgatum defendit Drakea. coll. I, 677; II, 30, 44; confer ad XVI, 681. — 205. *moto*, non *toto*, scripsi et R. 2, ut XV, 145; conf. Heins. ad Ovid. Fast. III, 347. — 211. *decurrens... Involves*, non *decurres Involvens*, Col. et Ox.

omnia adparerent Hannibali, ut fit in somniis. » — 201. *urgentia*, vexantia, infestantia.

203. Cf Virg. Æn. VIII, 138, 139. — *Almum* dicitur, quidquid vel *alit*, vel recreat, adeoque gratum, beneficum, bonum, sanctum et venerabile est. Conf. Heyne ad Virg. Æn. I, 306; et Tibull. I, x, 67. — 207. *Idæi generis*, cf. ad I, 126. — 211. *Bellum atrum* est horridum (vid. ad IV, 431), vel triste potius et infaustum, ut *ater dies*, *atra cura*, *formido* etc. *niger metus* Val. Fl. III, 404; ubi vid. Weitz. Cf. Burm. ad Petron. c. 82 et 89. Cerda ad Virg. Æn. IX, 719. — *perdomitis*, superatis.

214. *ægrum* animo, anxium et sollicitum. — *stimulis*, visis nocturnis, quibus ad bellum stimulabatur. — 215. *It membris*, per membra, ut *per artus* ap. Virg. Æ. II, 173. — *pavore*, δεισιδαιμονίᾳ D. Heins. Sed. conf. Ovid. Metam. X, 287; inf. VI, 572; inpr. XVI, 432; ubi N. Heins. hæc notat : « Videtur *pavor* esse aliquid medium inter spem metumque : *lætum horrorem* dixit Stat. Th. I, 493; et *lætum pudorem* id. Silv. V, III, 218; qui locus huic illustrando egregie facit: elegans autem descriptio læti hujus pavoris ap. Stat. Th. VI, 392 sq., 802 sq. » *Pavebat* adhuc propter horrendum visum (v. 198), et *lætus erat*, quoniam læta omnia eo portendi Deus dixerat. — 217. *omine*,

Instauratus honos; niveoque ante omnia tauro
Placatus meritis monitor Cyllenius aris.
Extemplo edicit convellere signa, repensque
Castra quatit clamor permixtis dissona linguis.
Prodite, Calliope, famæ, quos horrida cœpta
Excierint populos, tulerintque in regna Latini;
Et quas indomitis urbes armarit Iberis,
Quasque Parætonio glomerarit litore turmas
Ausa sibi Libye rerum deposcere frenos,
Et terris mutare jugum: non ulla, nec unquam
Sævior it trucibus tempestas acta procellis;

218. *Instauratus*, non *Instauratur*, Ox. R. 2, 3; Parm. Med. Ald. — 219. *Placatus*, non *Placatur*, scripti cum ll. 3; Parm. Med. — 222. Vulgg. *Prodito*, quod præter Dausq. tuetur Cell., qui forte non ita sensisset, nisi a Modio *prodita* præferri falso putasset. *Prodite* Col. et Ox. cum Med. et Junt., ad exemplum Virg. Æ. IX. 525. Nam poetæ aliique scriptores, quum verba ad collegium, aut plures conjunctos faciunt, unum adloqui, et addito plur. numero reliquos simul innuere et respicere solent: quæ vulgo enallage, vel syllepsis et synthesis numeri dicitur. Vid. Cerda ad Virg. l. c. Burm. ad Val. Fl. VIII, 178; Heins. ad Ovid. Rem. Am. v. 164, et ad h. l. ubi conf. inf. v. 288, 369; XII, 390 (*Sed vos, Calliope*, etc.); XVI, 212; quibus locis add. VI, 292, 562. — 224. *Hiberas* Col. non improb. N. Heins. qui tamen malebat *in domitis Hiberis*, quod R. 2, exhibet. Idem tamen fatetur, pro vulgata facere v. 327; conf. etiam Horat. Od. IV, v, 27; 14, 50. — 226. *Libyæ* Dausq. et alii. — 228. *Sævior hac* volebat N. Heins. Sed vulgata doc-

ostento, prodigio.—218. *Instaurare honorem* ut sp. Virg. Æ. V, 94, cf. Æ. III, 62; IV, 63; VII, 146. — *honos*, ut τιμὴ dicitur omne id, quo Dii placantur et quod in eorum honorem fit, sacrificium, libatio, etc. conf. Drak. ad VII, 90. Burm. ad Grat. v. 458; ad Petron. Fragm., p. 636; et ad Anthol. vet. lat. T. I, lib. I, Ep. LXIII, 8; Cuper. Obss. II, 3; Broukh. ad Tibull. IV, vi, 1.— 221. *permixtis dissona linguis* propter variarum gentium copias, non quia Pœni *bilingues* et *Migdilibyes*, quod Dausq. in mentem venit.

122. Catalogus copiarum Hannibalis manifestam prodit imitationem Virg. Æn. VII, 641 sqq.; ubi vid. not. ill. Heynii, quæ paucis mutatis ad h. l. transferri potest. Conf., Liv. XXI, 21 et 22. — *Calliope* princeps Musarum. — 223. *Prodere famæ*, ut *prodere memoriæ*. — 224. *Iberis* pro Iberorum, ut mox *terris* pro terrarum.—225. *Parætonius*, Παραιτόνιος ap. Strab. lib. ult. sed Παραιτόνιον apud Ptol. IV, 5; Plin. V, 6; al. Libyci Nomi urbs, Hammonia, inter Cyrenaicam et Ægyptum, cum magno portu: unde *Parætonius* est vel Ægyptius, ut ap. Lucan. X, 9; vel Lybicus, ut h. l. XVII, 450; et V, 356; ubi Syrtis major ita dicitur, etsi inter eam et Parætonium tota Cyrenaica jacet. — 226. *rerum freni* vid. ad I, 144. — 227. Conf. Virg. Æn. VII, 222 sqq., et inf. VIII, 618 sqq. —

Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.
  Princeps signa tulit Tyria Carthagine pubes,
Membra levis, celsique decus fraudata superbum
Corporis; at docilis fallendi, et nectere tectos
Nunquam tarda dolos : rudis his tunc parma; brevique
Bellabant ense; at vestigia nuda, sinusque
Cingere inadsuetum; et rubræ velamine vestis
Ars erat in pugna fusum occuluisse cruorem.
His rector fulgens ostro super altior omnes
Germanus nitet Hannibalis, gratoque tumultu

tiur, et Silius tam imaginem, quam ipsa verba debet Maroni Æn. VII, 222 seqq. — 229. *ruptis* Col. et Osun. *rapidis* conj. D. Heins. *raptis in Trojam mille c.* Salmas. Epist. 85; *raptis in Pergama mille c.* N. Heins. ad marg. Silii. Mitior forte medicina : *raptis Graiorum mille c.* nisi malis *Argivum*, vel *Actiacum* refingere pro *Acrius*, ut verba *tam dirum infremuit* jungantur. Vulgatam defendit Drak. putans, non necessariam esse h. l. *Trojæ* mentionem, quum *mille carinæ* Trojanum bellum intelligi satis declarent; *tam dirum* autem *bellum* esse maximopere dirum, dirissimum : quod tamen loca Terent. Andr. III, v, 2; et Adelph. II, iv, 10; mihi certe non persuasere. — 233. *at*, non *ac*, Col. et ed. Rapheleng. — 234. *his tum* Put. vid. ad VI, 299; *radiis tum* R. 3; *rude sutum parma*, h. e. rudi opere suta, conj. N. Heins. quem vid. ad Virg. Æn. X, 313. — 235. *at*, non *ac*, Col. — 238. *Hos* malebat N. Heins. et mox *patrioque tumultu*. Neutrum vulgatæ lect. præferendum : nam *his nitet* esquisite pro, his est, dicitur, et *gratus tumultus*, quod

terris mutare jugum, imperium populorum, vel orbis terrarum; Romanis eripere et ad se transferre. —229. *raptis* in hostem, sc. Trojam, vel raptim collectis, vel denique raptim remorum ventorumque vi actis. — *mille carinis* ut VIII, 628; XV, 277; et ap. Virg. Æn. II, 198; (ubi vid. Cerda et Heyne), Ovid. Epist. VIII, 25; XIII, 97; et Metam. XII, 6; XIII, 93; Sen. Troad. 27; et Agam. 40; Petron. c., 89; Liv. XLV, 27; Drak.

Vss. 231 sqq. recensentur Libyæ, et 325... 405. Hispaniæ populi et civitates, ex quibus Hannibal exercitum conscripserat : sed de ordine, quo geographi progrediuntur, parum sollicitus est poeta. — 232. Conf. VI, 304 sq. *Numquam tarda nectere dolos*, πλέκειν μηχανάς, παλάμας, λόγους, προφάσεις, etc. h. δολοπλόκος. — 234. *Rudis parma* vid. ad I, 629. — 235. *vestigia nuda*, pedes non ocreati, ut ap. Virg. Æn. VII, 689. —236. *sinus cingere inadsuetum* vid. ad II, 56. — *rubræ... cruorem*, ob quam causam et terribilem præterea adspectum, puniceis quoque vestibus utebantur Iberes, teste Polyb. III, et Spartani, de quibus vid. Ælian. V. H. VI, 6; et Val. Max. II, 2, ubi Vorstius idem de Persis notat. Conf. a Drak. laudati Cragius de republ. Laced. L. III, tab. 6, c. 6; et Meurs. Misc. Lacon. II, 19.

239. *Grato* Magoni *tumultu*, ut

Mago quatit currus, et fratrem spirat in armis.
Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis,
Prisca situ, veterisque ante arces condita Byrsæ.
Tum, quæ Sicanio præcinxit litora muro,
In clipei speciem curvatis turribus, Aspis.
Sed dux in sese converterat ora Sychæus,
Hasdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum inplebat genus, et resonare superbo
Hannibal haud unquam cessabat avunculus ore.

jam Drak. monuisse video, est strepitus Magoni gratus, quo delectabatur; quod viri fortis et bellicosi indicium est. — 243. *Tunc* Cell. Lefeb. et alii. — 248. *us-*

ἵππων καὶ σακέων ἁδομένα πατάγῳ ap. Callim. h. in Lav. Pall. v. 44, de Pallade; Drak. — 240. *fratrem spirat*, ejus virtutem adfectat et præ se fert. Sic πνείοντες μένεα dixit Hom. Il. β, 536; γ, 8; πνέων Ἄρη Æschyl. Agam. 387; ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου Act. XI, 1; φυσᾶν πόλεμον, πνεῖν δόρυ καὶ λόγχας (Aristoph. in Ran.), πνεῖν θυμόν, seu φόνον, (Theocr. Id. XXII, 82.) πνεῖν et φυσᾶν μέγα, vel μεγάλα pro μέγα φρονεῖν etc., conf. Heins. ad Ovid. Met. V, 348; et Vulp. ad Prop. II, xv, 53.

241. *Utica est effusa maniplis* h. copiæ ejus effunduntur, effundunt se, vid. II, 151. — *Sidonios manipulos* Dausq. ad Uticenses refert, propter originem: nam Utica fuit colonia Tyria. Sed Drak. rectius connectit verba *proxima Sidoniis maniplis* h. e. Carthaginiensibus, ut voc. *proxima* (quod absolute etiam pro *proxime* positum videri potest) more Silii tertio casui jungatur. Secundæ post Carthaginem partes merito Uticæ tribuuntur, quia hæc urbs et dignitate et magnitudine secunda a Carthagine, et hac diruta caput totius Africæ, Romanorumque receptaculum et statio ad res Libyæ componendas fuit. — 242. *situ*, vetustate, ut ap. Ovid. Met. VII, 303. — *Byrsæ* vid. ad I, 24. Utica a Tyriis (Plin. V, 9, Mel. I, 7. Justin. XVIII, 4); paucis post Gades annis, Codri, adeoque Saulli temporibus; teste Velleio I, II, 9; et, si Aristot. de Mirabil. fides habenda, 287 annis ante Carthaginem condita est. — 243. *Sicanio muro*, structo ab Agathocle, Siciliæ rege καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις, Strab. XVII, p. 1191; Diodor. et Oros. monente Dausq.

244. *Clupea, seu Clypea*, Κλυπέα, Græcis Ἀσπὶς dicta, urbs maritima Africæ, in promont. Mercurii (nunc *Cabo di Bona* in regno Tunitano) sita, quæ a clipei forma nomen adcepisse dicitur, et prima fuit ex urbibus Libyæ, quam romani b. Punico I, expugnarunt. Polyb. I, 29; Fl. II, 2. Κλυπέαν et Ἀσπίδα distinguit Ptol. IV, 3, quem errorem jam notavit a Drak. laudatus Salmas. Exerc. Plin., p. 227. — *Turres* pro ædificiis, et urbe in universum. collem etiam nomine Aspis ibidem situm Strabo XVII, p. 1191, docet; Ern. — 246. Similis orationis color XIV, 94 sq.; et XV, 291 sq. — *tumore* vid. ad II, 288. — 247. *Maternum*

Adfuit undosa cretus Berenicide miles,
Nec tereti dextras in pugnam armata dolone
Destituit Barce sitientibus arida venis.
Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas pravos fidei stimulavit in arma.
Quos trahit antiquo laudatus Hamilcare quondam,

quam alii. — 252. Vocis *Cyrene* prima syllaba producitur, ut IV, 628, et VIII, 57, alias corripitur. Vid Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 73. — 253. *parvus fidei* Put. *parvos f.* Parm. et Med. *Battiadæ proavos* conj. D. Heins. *gnavos fidei* Barth. Adv. VI, 15; coll. VIII, 57 seqq. Drak. nihil mutandum censebat et suspicabatur, Silium his verbis vel ad perfidiam Batti, qui Annam, Didonis sororem, cui dextram, fidei signum, tetenderit, audito fratris ejus, Pygmalionis, adventu ejecerit (v. VIII, 62 seq.), respexisse; vel ad historiam, nunc nobis ignotam, adlusisse; vel denique duos Battos, alterum Laconem, Cyrenarum conditorem, alterum pastorem, quem ob perfidiam a Mercurio in lapidem indicem mutatum esse copiose memoret Ovid. Metam. II, 676 seq. confudisse, quales poetarum errores notaverint Heins. ad Sabin. Epist. I, 33; Broukh. ad Prop. III, xviii, 25; Gronov. Diatr. Stat. c. 55. Per eundem lapsus videtur poeta inf. VIII, 57; ubi multo juniorem Cyrenarum conditorem confundit cum Batto, Melites rege, cujus in eadem historia mentionem facit Ovid. Fastor. III, 567 sq. ubi vid. Burm. et Neapol. Conf. ad v.

genus: nam ejus mater Hannibalis soror fuit.

249. *Berenice*, urbs Pentapoleos, seu Cyrenaicæ, unde *Berenicis* scil. regio, ut ap. Lucan. IX, 524; tractus Cyrenaicæ prope et circa eam, juxta mare mediterr., et Syrtim majorem; hinc *Undosa*, de quo voc. vid. Heyne ad Virg. Æ. III, 693. — 250. *dolon* Dausq. Cell. et aliis est pugio, quibus favent Plut. in Gracchó (ξιφίδιον λῃστρικόν, ὃ δόλωνα καλοῦσιν), Hesychius (δόλωνες ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα) et Serv. ad Virg. Æn. VII, 664, ubi vid. tamen Heyne. — *Barce arida* vid. ad II, 62.

252. *Cyrene*, seu *Cyrenæ*, caput Cyrenaicæ et urbs quondam Carthaginis æmola; cujus conditor Aristoteles, seu *Battus* Theræus III, ortus ex posteris Theræ, quo duce colonia Spartanorum ex Peloponneso (unde h. l. *Pelopei stirpe nepotis*), deducta in Theram, Ægæi maris insulam, a Cadmo primum et Phœnicibus inhabitatam. vid. Herodot. IV, 150, 170; Pindar. Pyth. IV et V; Apollon. IV, 1750 seq. inpr. Spanh. ad Callim. Cyrenæi vatis H. in Apoll. v. 65... 75, 83 sq., et quos Cl. Schlichthorst, Collega conjunctiss., Geogr. Africæ Herodot., p. 139 seq. laudavit, *Hardion, Mém. de l'Acad. des Inscrip.*, T. IV; et *Bouhier, Recherches et Diss. sur Hérodote*, c. 12, pag. 134 sq. Conf. inf IV, 628; et VIII, 57 sq. — 253. *Battiadas* vid. ad II, 61. — *pravos fidei*, perfidos vid. V. L. — De *Cyrenes* origine, de Theræis et Batto vid. Strab. XVII, p. 1194; valde durum et fere absurdum foret, si poeta perfidiæ notam, quæ ex Drakenb. rationibus ad solum Battum pertinebat, ad Cyrenaicos ideo transferre voluerit, quod ab illo Battiadæ dicti fuerint; Ern. — 254. *trahit*, ducit. —

Consilio viridis, sed belli serus, Ilertes.
Sabratha tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis,
OEaque Trinacrios Afris permixta colonos,
Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.
Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo,

423. Sed in illis Drak. conjecturis non facile adquiescas. — 255. *belli*, non *bello*, scripsi, prob. N. Heins. cui non *Consilii* quoque in mentem venisse mireris. *Herces* Col. — 256. *Sabratha* scripsi, probb. N. Heins. et Drak. quam vicina oppida sint OEa et Leptis magna. Rectius forte *Sabrata* Marsi Ven., Jant. et al. Vid. not *Sabraca* Med In ed. Basil. primum Drak. invenit vulgatam *Tabraca*, quæ est urbs maritima Numidiæ, et Ptol. IV, 3: Θάζρακα, Plin. V, 3, *Tabracha* dicitur. — 257. *OEaque* Col. *Oraque*, *Æaque*, *Eaque* aberratt. — 259. *Tum vaga* Col. *Tinuaga*

255. *consilio viridis*, cui *serus* opponitur, est promtus ad consilia capienda, conf. ad I, 187. — *serus belli*, quia senex erat. — *seri studiorum* apud Hor. Sat I, x, 20. *Ed.*

256. *Sabratha*, *OEa* et *Leptis* magna, urbes Africæ propr. sic dictæ, ex quibus conflata Tripolis illa Africana, vel vetus, hod. *Tripoli vecchio*; vid. Solin. c. 27 et 40. Posterior propius Syrtim majorem, priores ad Syrtim minorem sitæ.— *Sabratha* (nunc *Sabart*) dicitur *Sabrata* Plin. IV, 3, Antonin. Itiner., p. 227, et aliis; sed Σαζάθρα Ptol. IV, 3; qui ab ea urbem mediterran. Σαζράται distinguit. —*Tyrium vulgus Sarranàque Leptis*, nam Sabratha et Leptis Tyriorum coloniæ; vid. Sallust. b. Jug. c. 19 et 77. Cf. ad I, 72. *Leptis* magna, Phœnicibus *Leptis* h. e. statio dicta, (Lucan. IX, 948) Romanis vero *Neapolis* (Ptolem. IV, 3; Strab. XVII, p. 835); et hod. *Lebeda*. A Neapoli diversam putant Plin. V, 4; et Mela I, 7. Cave tamen eam confundas cum altera Neapoli in Zeugitana (Plin. V, 3), vel cum Lepti parva juxta Adrumetum et Syrtim minorem, nunc *Lemta*, vel, ut alii putant, *Susa* in regno Tunitano, de qua vid. Ptol. IV, 3; Plin. V, 4.

257. *OEa*, Ὠίχ, aliis *OEea* Ὠῖα, hod. *Tripoli*; vide Wesseling. ad Antonin. Itin., p. 63; et VV. DD. ad Tac. Hist. IV, 50. — *OEa* colonia jam a veteribus dicta; unde *Trinacrios colonos*, ex Sicilia eo delatos; Ern.—258. *Tingis* et *Lixus*, nunc *Tinja* et *l'Arais*, vulgo *Tanger* et *Larache*, urbes Mauretaniæ, non Cæsariensis, sed Tingitanæ (*Fez* et *Marocco*), et coloniæ Romanorum, a Claudio Cæsare deductæ, quarum prior Traducta Julia est dicta, et parti Mauretaniæ cognomen dedit. Vid. Plin. V, 1, et ibi Harduin. — *Lixus*, aliis *Lixum*, *Tinga*, *Linga*, *Linx*, Λὶγξ, Strab. II, p. 68; XVII, p. 825; et Λίξα, Ptolem. IV, 1, dicitur. — *rapido ab æquore* quia oram Oceani adjacet. — *mittebat Tingin*, ejus forte imperio olim subjectam. Non defuerunt certe inter Romanarum rerum scriptores, qui Lixum prævalidam urbem ipsaque Carthagine majorem fuisse traderent, quos merito vituperat Plin. V, 1.

259. *Vaga*, Οὐάγα, Ptol. IV, 3, aliis *Vacca*, hod. *Vegja*, opp. Nu-

Quæque procul cavit non æquos Ruspina fluctus,
Et Zama, et uberior Rutulo nunc sanguine Thapsus.
Ducit tot populos ingens et corpore et armis,
Herculeam factis servans ac nomine famam,
Antæus, celsumque caput super agmina tollit.
Venere Æthiopes, gens haud incognita Nilo,
Qui magneta secant : solis honor ille metalli,

Put. et Med. — 260. *cavit*, non *cernit*, Col. et Ox. *spernit* conj. N. Heins. — 261. *Rama* R. 3; *Rutulo nunc s.* Col. *Rutulamine s.* Ox et Put. *Rutulorum* Put. in marg. *Rutulo de s.* priscæ edd. Vulgg. *Rutulorum s.*, quod per πρόληψιν intell. *Dapsus* Col. Vulgo *Tapsus*. Sed *Thapsus* recte emend. N. Heins. Θάψος dicitur Ptol. IV, 3; Strab. XVII, p. 572; al. 834; Plin. V, 4, et Liv. XXIX, 30; ubi vid. Sigon. — 263. *ac*, non *a*, scripsi. — 266. In hoc versu, de quo Intpp. tacent, semper hæreo. Putaveritne poeta, *solis* Æthiopibus magneta esse? An potius legendum, *soli est honor* (vis) *ille metallo* (magneti), vel *solis metallis* scil. his, pro huic metallo soli? Hunc certe lapidem etiam in Magnesia, Thessaliæ parte, (quæ

midiæ prope Cirtam, notissimum ex Sallust. bell. Jug. c. 29, 47, 66 sq., ubi vid. Cort. et Cell. Aliam hujus nominis urbem in Byzacio memorat Plin. V, 4. — *antiquis dilectus regibus Hippo*, h. e Hippo regius, nunc *Bona*, urbs Numidiæ, sedes olim regni (Strab. XVII, p. 832), et postea D. Augustini episcopi; a qua differt Hippo Zarytos, vel propr διάῤῥυτος, h. e. irriguus, hod. *Ben Zert*, in Zeugitana, prope Uticam. — 260. *Ruspina*, urbs Byzacii, inter Adrumetum et Leptin parvam, nunc forte *Susa* in regno Tunitano. — *non æquos*, exundatione noxios, ut ap. Virg. Ge. II, 225; III, 546; et inf. V, 477. Conf. ad I, 101; et II, 364. — *procul*, nam a portu II M. P. abest, Cell. coll. Hirt. bell. Afric. c. 10. — 261. *Zama*, hod. *Zamora*, urbs Numidiæ mediterr., Jubæ regia, satis nota ex Liv. XXX, 29; Sallust. b. Jug. 57; Flor. III, 1; et Strab. XVII, p. 831. — *Thapsus*, nunc *Demsas*, oppid. marit. Byzacii, non procul a Syrti minore et Lepti parva. Dion. I, 43; Liv. XXIX, 30 al. — *Rutulo*, Romano, *nunc sanguine uberior*, h. pinguior et fecundior. Cf. XIV, 130; et Virg. Ge. I, 491. Non multo post pugnam Pharsalicam, Cæsar ibi copias Scipionis, Afranii et Jubæ, qui Pompeii partibus studebant, ingenti clade prostravit. Vid. Flor. IV, 2; et Hirt. b. Afric. c. 28, 44, et 79. — 262, 264. *Antæum* ex posteris gigantis illius, de quo vid. ad v. 40, fuisse fingit.

265. *Æthiopes* sunt vel occidentales et Hesperii, in Africa interiore et ad mare Atlanticum, vel orientales, supra Ægyptum, usque ad sinum Arabicum, habitantes : sed Æthiopia veteribus passim tota interior Libya dicitur. — *Nilo*, cujus fontes Mela, III, 9, in Æthiopia occident., Ptol. IV, 9, et alii in Æthiopia orient. et quidem in Lunæ montibus, alii vero alibi quærendos putarunt, quosque nuper Cl. Bruce invenisse creditur. — 266.

Intactum chalybem vicino ducere saxo.
His simul, inmitem testantes corpore solem,
Exusti venere Nubæ : non ærea cassis,
Nec lorica riget ferro, non tenditur arcus;
Tempora multiplici mos est defendere lino,
Et lino munire latus, scelerataque succis
Spicula dirigere, et ferrum infamare veneno.
Tum primum castris Phœnicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macæ : squalentia barba
Ora viris, humerosque tegunt velamine capri

Plinio, Lucretio et aliis magnetis patria dicitur, unde nomen quoque acceperit) in Cantabria, India (vid. Ptol. VII, 2) alibique reperiri, docent Barth. et vett. auctt. quos in not. laudavi. — 269. *Exusti v. Nubæ* Col. et Put. quod etiam conj. Ortel. et Dausq. *Nube* Oxon. *Mibe* plures ant. Vulgg. *Exusto Mibæ*. Pessime *Mybæ* R. 2. — 270. *non tenditur* Col. unde recepi. Vulgo *nec* 1. — 273. *inflammare* ingeniose corrig. N. Heins. ad h. l. et ad Val. Fl. I, 108; idque recepit Lefeb. — 276. *velamine Sætigero* scripti et priscæ edd. Vulgatum *velamina Sætigeri* in ed

Vid. V. L. — *metalli*, lapidis. — 267. *chalybem ducere saxo*, ex montium visceribus proferre, Schmid. Sed *ducere* est adtrahere, ut *ducere ferrum* apud Lucret. VI, 907, ubi plura de magnete disputat, ut de ejus vi v. 1098 sq. Cf. Plin. XXXIV, 14; XXXVI, 16; Claud. Epigr. XIV, de magnete, ubi vid. Barth. p. 998 sq.

268. *simul* pro cum, ut *una*, *pariter*, ὁμῶς, ὁμοῦ, et ἅμα, ap. Hom. Iliad. α, 226; Odyss. α, 331 al. Cf. Drak. ad VIII, 395; Burm. et Heins. ad Ovid. Fast. I, 567; et ad Val. Fl. IV, 88. — 269. *Nubæ* populus Libyæ interioris, vel, teste Strab. XVII, p. 786. Æthiopiæ ad sinistrum, seu occident. flexum Nili. Contra Nubæ Plinii VI, 30, Agathem. et Ptol. IV, 8, non longe absunt ab Arabiæ latere, Nili ripa orient. et mari Rubro.

270. Galeæ et loricæ Nubarum non aheneæ, sed linteæ. Milites λινοθώρακες noti vel ex Corn. Nep. Iphicr. 1; Hom. Iliad. β, 529, 830; Plin. XXIX, 1; Xenoph. Cyrop. VI, IV, 2; Liv. IV, 20 et al., quos laudavit Dausq. Cf. IV, 291; et IX, 587, quibus tamen locis *multiplex linum* non galeam, ut h. l. sed, quod Drak. jam notavit, thoracem, ex variis linis invicem inpositis compactum, significat. Cf. Cuper. Obss. II, 12; Casaub. ad Sueton. Galb. c. 19; Lips. Mil. Rom. III, 6; Ferrar. rei vestiar. II, IV, 11; et inpr. Nicet. Choniat. hist. p. 247; in Script. Byzant. ed. Paris. 1647. — *riget* exquisite pro, est illis. — 272, 273. *Spicula scelerata*, noxia, *succis* herbarum venenatarum, h. e. veneno imbuta. Cf. 219, 324. Sic *sceleratum frigus*, Virg. Ge. II, 256; *sinapis*, Plaut. Pseud. III, II, 28; *herba*, Apul. de herbis, c. 8.

274. Imitat. Virg. Ge. III, 311 sq., ubi vid. Heyne. — *tendere*, scil. tentoria, ut ap. Virg. Æ. II, 29 al. — 275. *Cinyphii Macæ*, vid. ad II, 60. — 276. Pro *velamine ca-*

Sætigero; panda manus est armata cateia.
Versicolor contra cætra, et falcatus ab arte
Ensis Adyrmachidis, ac lævo tegmina crure.
Sed mensis asper populus, victuque maligno :
Nam calida tristes epulæ torrentur arena.
Quin et Massyli fulgentia signa tulere,
Hesperidum veniens lucis domus ultima terræ.
Præfuit intortos demissus vertice crines

Marsi, qui in Comment. *velamine* agnoscit, culpa typogr. irrepsisse, et hinc ad reliquas promanasse monet Drak. — 278. *cætra* Col. h. l. et v. 548. Conf. Intpp. ad Virg. Æn. VII, 732, et Drak. ad Liv. XXI, 21; XXVIII, 5. Vulgo *cetra*, quod defendit Pier. ad Virg. l. c. et h. l. Lefeb., cui voc. Punicum, et, si ad originem spectes, *cethra* potius scribendum videtur. *falcatus in harpen* emend. N. Heins. quod prob. Drak. et recepit Lefeb. qui verbis *ab arte* vix sensum inesse putat. Sed hæc lectio a vulgata nimis recedit et mihi potius languere videtur: nam inter ἅρπην et falcatum ensem nihil differt. *Ab arte* autem est artificiose, vel pro simpl. arte, ut ap. Tibull. I, v, 4 et IX, 66; ubi vid. Heyne. — 279. *Adyrmachidis* Col. et Ox. quod et conj. Dausq. *Achimaridis*, vel *Achimaradis* in reliquis membrr. et priscis edd. Vulgo *Adyrmachidæ*. — 283. *Vicini Hesperidum lucis*, vel *Hesperidum venam* (argenti et auri) e *lucis* conj. N. Heins. forsan quia Hesperidum horti h. l. in Mauretania collocantur. Sed vid. Heyne ad Virg. Æ. IV, 484, et ad Apol-

pri pellem struthionum Macis tribuit Herodut. IV, 157, Drak. — 277. *cateia*, ut ap. Virg. Æn. VII, 741, ubi vid. Heyne, et Lips. Poliorc. IV, 4. — *panda*, incurva, inflexa, ob longitudinem; vel cujus ligneum est lentum. — 278. Etiam hæc petita ex Virg. Æn. VII, 732, ubi Servius monet, *cætram* esse scutum loreum, quo utantur Afri et Hispani. — 279. Ἀδυρμαχίδαι, Ægyptiis confines, oram totius Nomi Libyci in Marmarica obtinebant. De eorum sedibus moribusque conf. IX, 223 sq.; Herod. IV, 168 seq., et Schlichth. Geogr. Afric. Herod. p. 119 sq. — *tegmina*, ocreæ, in sinistro pede. Conf. VIII, 419; et Heyne Exc. VIII ad Virg. Æn. VII, 689, p. 135, ed. pr.

280. *asper mensis*, ut *asper victu*, ap. Virg. Æn. VIII, 318; et contra *facilis victu*, Æn. I. 442, ubi vid. Heyne in V. L. et Exc. XIV. — *victum* proprie dici parva aridaque alimenta, observat Burm. ad Val. Fl. IV, 459. — *maligno*, cui *benignus* obponitur, exili, parco, tenui, ut *malignus aditus*, *ignis*, *lux*, etc., apud Virg. Æ. VI, 270; XI, 525; Martial. X, 96.

282. *Massyli*, vid. ad I, 101. — 283. De *Hesperidibus* earumque hortis ac pomis cf. IV, 636 sq.; VI, 184; Spanh. ad Callim. H. in Cer. v. 11; Hermann. Mythol. Hom. p. 402; Heyne ad Virg. Æ. IV, 480 sq.; ad Apollod. p. 406 sq.; et Comm. de Theog. Hes. pag. 141. — 283. *domus*, alias stirps, familia, h. l. totus populus; quo sensu vix alibi reperitur. — *ultima terræ*, in extremo occidentali Africæ litore. — Bocchus Hesperidum hortos viderat, h. ex Mauretania advenerat. Conf. IV, 636 sq. — 284. *intortos*,

Bocchus atrox, qui sacratas in litore silvas,
Atque inter frondes revirescere viderat aurum.
Vos quoque desertis in castra mapalibus itis,
Misceri gregibus Gætulia sueta ferarum,
Indomitisque loqui, et sedare leonibus iras.
Nulla domus; plaustris habitant: migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.
Hinc mille alipedes turmæ, velocior Euris
Et doctus virgæ sonipes, in castra ruebant.
Ceu pernix quum densa vagis latratibus inplet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Umber
Nare sagax e calle feras, perterrita late
Agmina præcipitant volucres formidine cervi.
Hos agit haud læto vultu, nec fronte serena,
Asbytes nuper cæsæ germanus, Acherras.

lod. p. 408 sq. Ego potius *gens ultima terræ* legendum crediderim. — 288. *Gætulia sueta* Col. Conf. V, 217; sup. ad v. 222, Heins. ad Ovid. Rem. Am. 164, et Fast. I, 393; *Gætule adsuete f.* emend. Gronov. de pecun. vet. II, 4, quod recepit Cell. Sic sup. v. 222, *Gætuli adsueti gregibus miscere ferarum* conj. Dausq. *Gætula sueta* Ox. et Put. cum R. 3; quod proxime ad veram lectionem accedit; *Gætula adsueta* Med. In vulgata *gregibus*, *Gætuli*, *adsueta f.* adquiescit Barth. Adv. VI, 15; ubi *adsueta* ad *castra* refert, quo non omnis difficultas removetur. — 292. *Hinc* Col. et Ox. Vulgo *His*. — 293. *ruebant*, non *ruebat*, scripsi. — 299. *Acherras* Colon. ut VII, 338, in omnibus libris. Vulgg. *Acheras*, ut in Col. inf. X, 76; ubi *Acerram* vulgo legitur et *Acherram* scribendum suspic. Drak. quia

crispatos, ut apud Martial. VIII, XXXIII, 9. — *demissus crines*, comis promissis. — 285. *atrox*, fortis (vid. ad I, 2); nisi forte poeta respexit ad Bocchum, Mauretaniæ regem, et vel generum, vel socerum Jugurthæ, quem L. Sullæ vivum tradidit. — *sacratas*, vid. Heyne ad Virg. Æ. IV, 485.

287 sq. Vid. ad II, 85, et 441 sq.; Sallust. b. Jug. c. 18 et impr. Jani ad Horat. Od. III, XXIV, 9 sq. — 289. Vid. ad I, 406. — 293. *doctus virgæ sonipes*, conf. ad I, 215. — 294. *vagi* proprie sunt ipsi canes. — 295. *Lacon* et *Umber*, vid. ad I, 421; et II, 689. — Spartanæ canes non minus erant *nare sagaces*, εὔρινες (vid. Sophocl. Ajac. v. 8; Grat. Cyneg. v. 171 sq.; et Voss. ad Val. Fl. VI, 420), quam *pernices*, θάσσονες αὐράων, Callim. H. in Dian. v. 94, ubi vid. Spanh. — 297. *formidine*, ut ap. Virg. Ge. III, 372; et Æ. XII, 750, ad quæ ll. vid. Cerda et Heyne. — 298. *haud læto*, etc., ob mortem Asbytes, de qua vid. II, 56 sq., et 197, ut de morte Acherræ, X, 76, et Iarbæ, qui utriusque pater fuit, I, 414. Drak.

Marmaridæ, medicum vulgus, strepuere catervis;
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum tactum mites jacuere cerastæ.
Tum, chalybis pauper, Banjuræ cruda juventus,
Contenti parca durasse hastilia flamma,
Miscebant avidi trucibus fera murmura linguis.
Nec non Autololes, levibus gens ignea plantis,
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis;
Tanta fuga est! certant pennæ, campumque volatu
Quum rapuere, pedum frustra vestigia quæras.
Spectati castris, quos succo nobilis arbor
Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca.
Quique atro rabidas effervescente veneno

Acherres notus Ægypti rex. — 302. *tactum* revocavit N. Heins. e cod. Col., in quo tamen *tactus* invenere Modius Novant. Lect. Ep. 98, et Gronov. Obss. II, 1; *tactu* R. 2; *tactus* Put. Vulgatum *cantus* defendit Dausq. qui vel silices, opinor, coocoquere maluisset, quam Modio suffragari. Cf. ad I, 412. — 303. *Banjuræ* Colon. *Bamuræ*, *Bamure*, *Bamurre* aberrant. *Banjuræ et cruda j.* corrig. N. Heins — 310. *quos* scripti et antt. edd. *quo* ed. Junt. et quæ inde fluxerunt. — 312. *ra-*

300... 302. *Marmaridæ*, vid. ad II, 57. — *medicum vulgus*, qui ὀφιοδήκτοις medentur. Vid. de toto h. l. ad I, 412. — 303. *Banjuræ*, Βανιοῦραι, populus Mauretaniæ Cæsar., ap. Ptol. IV, 1, et Plin. V, 2, ubi vid. Hard. — *Bajuræ* dicuntur Ammian. Marcell. XXIX, 5, aliis Βανιοῦρες et Βανιοῦβαι. — *cruda*, vid. ad I, 405. — 306. *Autololes*, vid. ad II, 63; *vagi*, dicuntur Lucan. IV, 677. — *ignea*, ut VI, 209; et ap. Virg. Æn. XI, 718, ubi vid. Heyne. — 308. *certant pennæ*, vid. ad I, 234. — *pennæ*, cum avibus, ut v. 344. — *campum rapuere*, vid. ad I, 569. — *volatu*, cursu. — 309. *pedum*, etc., ut ap. Virg. Æ. VII, 808 sq. Plura exempla desideranti suppeditabit Drak. ad IV, 147. — 310. Intell. *Lotophagi*, non longe a Syrti minore et Meninge ins. quæ inde Λωτοφαγῖτις dicitur Ptol. IV, 3; Strab. I, p. 25, al. 44; III, p. 157, al. 233; XVII, p. 834, al. 1191; Plin. V, 7; et ἡ τῶν Λωτοφάγων νῆσος, Polyb. I, 39. — 311. *lotos nimis hospita*, tam dulcis, ut vescentes non nisi inviti discedant et patriæ obliviscantur. Cf. Virg. Culic. v. 123 sq. (*Impia lotos... quæ hospita nimis tenuit dulcedine captos*); et Plin. XIII, 17. Loca class. Hom. Odyss. ι, 84 seq.; et Herodot. IV, 177, 178. Conf. et Athenæus XIV, 18; et de loto, quæ Arab. *Seedra* vocatur et in Barbaria abundat, vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 728 sq.; Riccii Diss. Hom. T. III, p. 74 sq.; Spanh. de U. et P. N. VI, p. 301 sq.; Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 40; et *Shaw Voyages*, T. I, p. 292 seq., et n. 270 coll. *Travels of M. Bruce* in Præf.

Dipsadas inmensis horrent Garamantes arenis.
Fama docet, cæsæ rapuit quum Gorgonis ora
Perseus, in Libyam dirum fluxisse cruorem;
Inde Medusæis terram exundasse chelydris.
Millibus his ductor spectatus Marte Choaspes,
Neritia Meninge satus, cui tragula semper
Fulmineam armabat, celebratum missile, dextram.
Hinc coit æquoreus Nasamon, invadere fluctu
Audax naufragia, et prædas avellere ponto:
Hinc, qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua virgo, ut fama est, bellatrix edita lympha
Invento primam Libyen perfudit olivo.
Nec non totus adest vesper, populique reposti.

bidas, uno *rapidas*, scripti et R. 2, quod et conj. Dausq. — 315. *Libyam*, non *Libya*, Col. — 317. *Coaspes* alii. Sed a Persiæ vel Indiæ fl. nomen ductum videtur. — 319 *libratum* emend. N. Heins. *liberandum* e. Tell., unde *librandum* reposuit Lefeb. Vulgatum tuetur Drak. ut sit telum celebre, satis notum, propter ingentia, quæ inferebat, vulnera. Vid. Lips. Poliorc. IV, 4. — 320. *Huic* Col. in quo v. 322; *Huc*, quod bis scribendum putabat N. Heins. et recepit Lefeb. *æquoreo fluctu* malebat N. Heins. et vs. sq. *averrere*, coll. Horat. Sat. II, iv, 37; (ubi vid. Bentl.), vel etiam *avertere*, coll. Virg. Æn. X, 78. Illud significat ita auferre, ut nihil relinquatur; hoc abigere, per fraudem impr. auferre et in rem suam convertere, νοσφίζεσθαι. Posteris recte, puto, præferendum videtur Drak., qui laudat Gronov. Obss. IV, 5; Lindenbr. ad Ammian. Marcell. XIV, 2, et Muret. ad Catull. nupt. Pel. et Thet. v. 5. Add. Burm. ad Virg. Æn. I, 472. — 325. *motus*

313. *Dipsas*, serpens, διψάς, vel πρηστήρ et καῦσος dicta, quoniam ejus morsu oritur tumor quidam solutus sitisque inexplebilis, unde indesinenter bibentes mox dissiliunt. Vid. Dioscor. VIII, 119; Cæl. XXV, c. ult. Ælian. H. A. VI, 51; Lucan. IX, 610, 718, 738 seq.; Plin. XXIII, 8; XXXV, 5. — 314 sq. Fabula satis nota vel ex Ovid. Met. IV, 616 sq., et, quos alii laudant, Lucan. IX, 619 sq.; et Apollon. IV, 1513 sq. — 318. *Meninx*, ins. maris mediterr. postea *Girba*, nunc *Zerbi* dicta. Cf. ad v. 310. — *Neritia*, Ulyssis ara et adventu inclita. Vid. Strabo XVII, p. 834; Eustath. ad Hom. Iliad. β, 632; et Odyss. ρ, 217; cf. ad II, 317. — 320. Cf. I, 408 seq. — 321. *naufragia*, naufragas naves. — 323. Vid. Heyne ad Virg. Æn. II, 171; et ad Apollod. p. 411 et 747. Cf. inf. IX, 297; et ad II, 65. — 324. De *olivo* a Minerva *invento*, vid. Bentl. et Jani ad Hor. Od. I, vii, 7; et Spanh. ad Callim. H. in Pall. v. 26. Confusæ h. l. vulgari poetarum errore Pallas Libyca et Ἀθήνη Atheniensium.

325. Recensentur populi Hispaniæ, et quidem 325... 377, Hisp.

Cantaber ante omnes, hiemisque æstusque famisque
Invictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, quum pigra incanuit ætas,
Inbelles jam dudum annos prævertere saxo,
Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis
Lucis causa sita, et damnatum vivere paci.
Venit et Auroræ lacrimis perfusus in orbem
Diversum, patrias fugit quum devius oras,
Armiger Eoi non felix Memnonis Astyr.
His parvus sonipes, nec Marti notus: at idem,
Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,

placebat N. Heins. — 329. Forte leg. *taxo*, h. e. veneno. Taxi baccis in Hispania præcipue veoenum letale inesse testatur Plin. XVI, 10. — 334. *Astur* R. 3. Sed *Astyres* quoque in ant. marmorr. reperiri monet N. Heins. — 335. *natus* ex ingeniosa emend. N. Heins. recepit Lefeb. Sic gr. πεφυκώς. Drak. laudat VI, 341; XV, 464; Intpp. ad Hor. Od. I, XXVII, 1; Broukh. ad Prop. II, II, 93; Gronov.

Tarrac., seu citerioris (mentiooe simul insularum v. 362... 365 inserta); 378... 383, Lusitaoiæ; et 384... 405, Hisp. Bæticæ, vel hodiernæ Aodalusiæ et Granadæ. — *vesper* populus Hesperiæ, h. e. Hispaniæ. — 326. *Cantaber invictus*, cf. V, 195 sq.; et Jani ad Hor. Od. II, VI, 2; III, VIII, 22. — 328 seq. Cf. I, 225 sq.; et Lucan. II, 105. — 329. *prævertere*, vid. ad IV, 804, in V. L. — 331. *damnatum vivere paci*, dedecori est et contemtui, in paee vivere, ut VI, 448; vel nolunt, recusant, ut V, 60; vel inprobant, ut XI, 285. — *vivere paci* (dat comm.), ut pacis artes exereeant.

332. Venerunt et Astures, oriundi ab *Astyre*, Memoonis armigero, post domioi mortem ex Oriente in Hispaniam profecto: quod poeta propter nominis similitudinem, ut solet, comminiseitur. — 334. *lacrimis*, cf. Ovid. Met. XIII, 621, 622. — *Auroræ lacrimis perfusus*, vivens in extremis orientis partibus. — De *Memnone*, Tithoni et Auroræ f. Æthiopum duee, vid. Quint. Cal. lib. II; et Heyne ad Apollod. p. 756; et Exc. XIX, ad Virg. Æn. I, 489. — 335. Plinius VIII, 42: « In Hispaoia, inquit, Gallaica gens et Asturica equini generis, quos Thieldones voeamus, minori forma adpellatos Asturcones, gignunt, quibus non volgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim (h. e. volutim, volubiliter, si fides habenda Nonio I, 12, nec potius *volutim* substituendum) carpere incursus traditur arte. » Ejusmodi Asturco, gradarius, seu tolutarius equus, *βαδιστής*, Gallis dicitur *guilledin*, vel *haquenée*, *qui va l'amble*, nobis *Passgänger*, *Zelter*. Cf. XVI, 349 sq., et 584; Martial XIV, ep. 199, et, quos Drak. laudat, Ulit. ad Grat. v. 514; Gron. et Burm. ad Petron. c. 86. — 336. *inconcusso dorso*, molli lenique incessu. — *glo-*

Aut molli pacata celer rapit esseda collo.
Cydnus agit, juga Pyrenes venatibus acer
Metiri, jaculove extendere prælia Mauro.
Venere et Celtæ sociati nomen Iberis.
His pugna cecidisse decus, corpusque cremari
Tale nefas : cælo credunt Superisque referri,

Obss. IV, 17; Heins. ad Ovid. Rem. Am. 220. — 337. *rapit*, non *trahit*, Col. et Ox. — 338. *Cydnus* Col. Κύδνος Ciliciæ fl. vid. ad I, 306; *Erdnus* Ox. *Ervus* Put. *Erdus* e R. 2 et 3 recepit Lefeb. quod plures hujus nominis fluvii olim apud Celtas fuerint, et hodie prope Nannetes sit fl. *Erde*. Alii *Ardus*, *Arvus*, *Ergus*, *Herdus*. — 341. Vulgo post *cremari* διαστίζεται, ut sensus sit : cremant cadavera cæsorum, quia piaculum putant, a feris ea lacerari. Male, et repugnante usu loquendi. — 342. *Tabe nefas* emend. N. Heins. quo indice excidit versus, qui innuerit *corpus resolvi Tabe nefas*. *Vile* pro *Tale* legendum esse non male opinabatur Withof. quem vide in Spec. ad Guntheri Ligurinum, p. 60 et 61. N. Heins. mox *In passerat vestigia*, ut ap. Plin. l. c., et Virg. Ge. III, 117, ubi vid. Intpp. — *glomerat vestigia* equus, quum passibus brevioribus incedit, ut faciunt parvi equi; Ern. — 337. Conferenda et ex h. l. explicanda sunt verba Virg. Ge. III, 204. — *pacatum*, pacis usui inserviens, *esedum*, cujus contr. currus bellicus. — 338. *Cydnus* Asturas *agit*, h. e. ducit, ut mox v. 354. — *acer metiri*, δεινὸς διοδεύειν, ut ap. Lucan. I, 146. — *metiri juga*, ut *metiri æquor*, Virg. Ge. IV, 389; et μετρεῖν πέλαγος, Hom. Odyss. γ, 179, dixit. — 339. *jaculo Mauro*, vid. Heins. ad Ovid. Fast. V, 580; Bentl. et Jani ad Hor. Od. I, xxii, 2. — *extendere prælia*, eminus pugnare; Schmid.

340. Celtiberos in parte australi Hispaniæ Tarrac., qui a *Celtis*, dextram *Iberi* fl. ripam occupantibus, nomen originemque habent, περιφράζει, ut Lucan. IV, 9, nam versus natura ipsum nomen non admittit. Celtas autem et Iberos, seu Hispanos post multas pugnas postremo in unum nomen populumque coaluisse, nota res est. V. quos laudant Appian. Hisp. c. 2 (ubi vid. Schweigh. V. Cl.); Strab. I, p. 33; Diodor. V, pag. 309. — 341. Nefas iis videtur, *corpus tale*, h. e. ejus, qui pugna cecidit, cremari, Drak. coll. XIII, 471 seq. — 342. *cælo credunt referri*, etc., in cælum redire putant animam, si, etc. Quare? forte quia aves cælo diisque adeo propiores esse fingebantur, ex qua rudi notione auguria quoque orta, et quod in apotheosi Cæsarum aquila animam defuncti in cælum portare credebatur. Caspii, teste Strab. XI, si mortuos ab avibus dilaniari viderent, prædicabant beatos, sin a feris aut canibus, non item. Stob. Ecl. 122, Diogenem dixisse testatur, si canes cadaver suum dilacerarent, Hyrcanam fore sepulturam; si vultures, Iberam. Barcæi Iberi, seu Hispanicus, qui in prælio ceciderant, ut summa virtute ornatos, vulturibus objiciebant, quod eas aves sacras putabant, de quo vid.

Inpastus carpat si membra jacentia vultur.
Fibrarum, et pennæ, divinarumque sagacem
Flammarum misit dives Callæcia pubem,
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc, pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cætras.
Hæc requies ludusque viris, ea sacra voluptas.
Cetera femineus peragit labor : addere sulco

tus conj. Sed conf. VII, 129; Virg. Æn. IX, 339; X, 560. — 345. *Callæcia* antt. membrr. Alii *Gallæcia* et *Gallecia*, vid. ad II, 397. — 349. *cara voluptas*, vel *sera*, post bellum, maluerit N. Heins. Vid. not. — 350. *abdere* Put. Sed *addere* pro

Ælianus H. A. X, 22. Conf. Kirchman. de funer. Rom. Append. c. 2, p. 595 sq.

344. *pennæ*, aves, ut ἀγαθαὶ πτέρυγες, ap. Callim. H in Lav. Pall. v. 124. — 345. *dives Callæcia*, vid. ad II, 397. Triplex divinandi genus jungitur, extispicium, vel haruspicina, augurium ex volatu, cantu ac tripudio avium, et auspicium ex tonitru et *divinis flammis*, h. fulmine. Drak. jam comparavit Virg. Æ. X, 179 sq.; Lucan. I, 587 sq.; Val. Fl. I, 231 sq., ubi vid. Burm. et Tibull. I, VIII, 3, ubi vid. Broukh. Strabo, III, p. 232, de Lusitanis in genere similia habet; Ern. — 346. Hæc, quod jam Drak. monuisse video, spectant ad morem barbarorum, quo saltantes et cætras percutientes virorum fortium, seu heroum laudes canunt, quum prælium ineunt, vel eo finito quiescunt et Diis sacra faciunt, vel *sacras* epulas festis diebus celebrant. Conf. VIII, 420 seq.; Liv. XXXVIII, 17; et Virg. Æn. VII, 698, ubi vid. Heyne. Drak. ad X, 230, comparat Liv. XXI, 28; Val. Fl. VI, 92 sq.; Lucan. I, 447 sq.; Tac. Ann. II, 88, et Mor. Germ. 2; Ammian. Marcell. XV, 9. Observa autem h. l. dilectum verborum. — 346. Cf. Lips. analect. ad mil. rom. III, 1; Opp. T. III, p. 430; ubi etiam similis Diodori locus de Hispanis laudatur: Ἐν δὲ τοῖς πολέμοις πρὸς ῥυθμοὺς ἐμβαίνουσι, καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν, ὅταν ἰτίωσι τοῖς ἀντιτεταγμένοις. — *carmina barbara*, more barbarorum incondita ad celebrandom auctorem stirpis. — 347. *pedis alterno verbere*, pede in numerum, alterne posito. — 348. *Ad numerum*, πρὸς ῥυθμόν, ut VI, 363; et ap. Virg. Ecl. VI, 27; et Ge. IV, 175: ἀμβολαδὶς τετύποντες, Cyclopes ferrum cudentes ap. Callim. H. in Dian. v. 61, ubi vid. Spanh. — *cætras plaudere*, saltare Pyrrhichen, τὴν ἐνόπλιον χορείαν, de qua vid. D. Heins. ad h. l. Ern. et Spanh. ad Callim. H. in Jov. v. 52, 53; in Dian. v. 241, 242; et in Del. v. 136, 137; Cf. inf. X, 230 sq.; et Lucret. II, 635 sq. *Armati in numerum pulsarent æribus æra*, etc. — 349. *ludus*, παιδιά, animi relaxatio. — *sacra*, in sacris epulis et festis diebus. — 350 sq. Idem de Scythis, Celtis, Thracibus et Artabris memorant Strab. III, p. 250, et alii quos laudat Dausq

Semina, et inpresso tellurem vertere aratro
Segne viris : quidquid duro sine Marte gerendum,
Callaici conjux obit inrequieta mariti.
Hos Viriathus agit, Lusitanumque remotis
Extractum lustris; primo Viriathus in ævo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.
Nec Cerretani, quondam Tirynthia castra,
Aut Vasco, insuetus galeæ, ferre arma morati.
Non, quæ Dardanios post vidit, Ilerda, furores,
Nec, qui Massageten monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.

simpl. dare, vel tradere centies occurrit. Vid. Ind. — 352. *gerendum*, non *gerendum est*, scripti. — 354. *Viriathus* Col. h. l. et X, 220; ubi Drak. monet, ita etiam esse in ant. marm. ap. Gruter. p. 871, n. 2, (quod tamen Scaligero spurium videbatur) et Οὐρίαθος in excerptis Dion. p. 614; ed. Vales. probb. Fabric. ad Cic. Off. II, 11, et Schott. ad Aurel. Vict. de viris ill. c. 71. Vulgo *Viriatus* forte rectius ut ap. Groter. p IX, 4; XII, 11; et Gr. Οὐρίατος. *Viriatthus* quædam edd., ut Οὐρίατθος et Οὐιρίατθος apud Appian. Hisp. c. 60, 74; ed. Schweigh. (nam in aliis Οὐριάθος) et ap. Diodor., v. c. in excerptis p. 346, ed. Vales. et al. conf. Drak. ad Liv. Epit. 52; et quos Reimar. ad Dion. T. I, p. 32 sq. laudavit. — 356. *Omen* R. 2. — 357. *Cerretani* Col. Κεῤῥετανοὶ Strab. III, p. 111, al. 162; Martial. XIII, 54, et Plin. III, 3; *Terretani* Ox. Put. R. 3; Vulgo *Ceretani*, ut in vet. marm. Κερέτανοι ap. Dion. l. 48; p. 382. Sed Κεῤῥητανοὶ Ptol. II, 6. — 359. *Non* Col. Vulgo *Nec*. — 361. *Concane*, non *Concave*, scripti. Κόγκανα Ptol. II, 6; (in cod. Palat. pro Κούκανα) urbs mediterr. Cantabrorum, hod. *Congas de Onis*. Κωνκανοὶ ap. Strab. III, p. 107, al. 159, ubi ita pro Κωνιακοὶ legendum putabat a Drak. laudatus, Delrius ad Senec. Hippol. 110; cf. Jani ad Hor. Od. III, IV, 34.

356. — 354. *Viriathus* Lusitanus, qui serius cum Romanis bellum gessit, notus ex Liv. Epit. 52; Flor. II, 17; Cic. Off. II, 11 al. Vid. V. L. — 356. Silius forte eo respexit, quod Viriathi nomen ignobile antea fuit, quia ex pastore venator, ex venatore latro, et mox justi exercitus dux factus est; Ern. Cf. X, 220 sq.

357. *Cerretani* et *Vascones*, populi Hisp. Tarrac. in hodierna Catalonia et Navarræo regno, ad Pyrenæi radices habitantes. Plin. III, 3. — *Tirynthia castra*, quod Hercules tradebatur per Cerretanos ad Pyrenæos versus iter fecisse; Ern. Coll. v. 421 sq. — 358. *insuetus galeæ Vasco*, cf. V, 197; IX, 232. — 359. *Ilerda*, urbs Hispaniæ Tarrac., hod. *Lerida*, ad Sicorim fl. (*Segre*) quæ mala belli civilis, a Cæsare et Pompeio gesti, experta est. Vid. Cæs. b. Civ. I, 43... 59; Lucan. IV, 11 sq.; Flor. IV, 2. — 360, 361. Concani (vid. V. L.) imitantur morem Massagetarum vel Scytharum, qui sanguinem equinum bibunt, de quo vid. Dausq. ad h. l. VV. DD. ad Martial. spect. 3, 4; Barth.

Jamque Ebusus Phœnissa movet, movet Arbacus arma,
Aclyde, vel tenui pugnax instare veruto :
Jam cui Tlepolemus sator, et cui Lindus origo,

362. *Ebosos*, secunda correpta, malebat N. Heins. ut Ἐβοῦσος, Ἔβοσος et *Ebosia* ap. Stat. Silv. I, vi, 15. Vid. quos Drak. citavit, Gevart. Lectt. Papin. I, 41, et Gronov. Diatr. Stat. c. 14. Sed *Ebusus* dicitur Plin. III, 5, extr. Mel. II, 7; Livius XXII, 20, et, producta media, Avien. descr. orbis 621; Gr. Ἐβουσος, Ἔβυσος (Strab. III, p. 240 et 254) et Ptol. Ἔβυσσος. Mox *Arbacus* Col. prob. N. Heins quoniam Ἀρβάκη ap. Steph. Byz. urbs Celtiberiæ, *Arbachi*, vel *Arbaci* ap. Aurel. Vict. de viris illustr. c. 61, et *Arrebaci* ap. Plin. III, 3: ubi tamen Harduin. recte edidit *Arevaci*, quibus *Arevam* fl. nunc *Arlanzo* nomen dedisse, Plinius ibid. extr. tradit. Ἀρουάκοι Strab. III, p. 112 al. 162 et 246. Ἀρουάκαι Ptol. II, 6; *Arbatus* Put. R. 3; Parm. *Arbutus* Ox. Vulgatum *Artabrus* respuit N. Heins. quoniam gentem Artabrum nullam esse manifeste prodat Plin. IV, 22, quem tamen refellit Resendius Antiq. Lusit. I, 22; *Artabrus* certe Lusitan. prom. (nunc *Cap de Fineterre*) memoratur Plin. II, 108, IV, 21, et *Arrotrebæ* atque *Arrotrebarum* vel Celticum prom. IV, 20, et bis c. 22. Hoc Strab. III, p. 106, al. 154 et Ptol. II, 6: Νέριον ἄκρον dicitur : sed ille adcolas ejus Ἀρτάβρους et Ἀροτρέβας (al. Ἀροτρίβας) sua ætate adpellatos tradit, hic juxta illud Ἀρταβρῶν λιμένα ponit. Præterea uterque cum Plin. IV, 22; consentiunt in eo, quod e regione hujus promont. fuerint insulæ, Græcis a stanno, κασσίτερος, *Cassiterides* dictæ, ad quas Silius forte h. l. respexit, ubi de insulis Hispaniæ agit, quamvis eæ nusquam fuisse videntur. Conf. et Mela III, 1. — 363. *Aclyde*, non *Aclide*, Col. ut VIII, 550; vid. Intpp. ad Virg. Æn. VII, 730, et ad Val. Fl. VI, 99; Lips. Poliorc. IV, 4, et Salmas. ad Trebell. Claudium c. 14; *tereti veruto* emend. Cerda ad Virg. Æ. VII, 665. Sed differentiam forte inter *veru Sabellum* Maronis et *verutum Arbacorum* Silii fuisse, idemque *tenue* simul et *teres* esse posse, monet Drak. — 364. *Lyndus* ad Claud. in Rufin. I, 311, et Stat. Achill. I, 307; Cerda ad Virg. Ge. III, 463, et Burm. ad Val. Fl. II, 157. *Lætum equino sanguine Concanum*, dixit Hor. Od. III, iv, 34, ubi vid. Jani. — *parentem*, conditores urbis, teste Tarapha, Dausq. — *Massagetæ*, inclita Scythiæ orientalis gens, Parthis vicina. Plin. VI, 19; Herodot. II, 201.

362. Pityusæ, Πιτυοῦσαι, insulæ maris Balearici prope Hispaniam, a piceis, quibus abundant, sic dictæ (nam πίτυς est pinus) quarum major *Ebusus*, minor Ὀφιοῦσα, hodie *Iviça* et *Formentara*. Posterior tam parva est, ut a quibusdam nulla ejus ratio habeatur. Livius XXVIII, 37, *Pityusam* sing. num. dixit, et Plin. III, 5, extr. *Pityusæ a Græcis dictæ : nune Ebusus vocatur utraque*. *Phœnissa*, Phœnicum, vel Pœnorum colonia, quibus יבושה, *Jebuso*, a *siccatis ficubus*, dictam suspicabatur Bochartus. — *Ebusus* Diodoro V, 16, Ἔρισος, et Dioni Cass. XLIII, p. 258, Ἔβισος dicitur; Ern. Ἄρταβροι, seu Ἄρταβραι, memorantur etiam Eunap. p. 99. Cf. *d'Orville* ad Chariton VI, 7, p. 549; ed. Lips. — 363. *Verutum*, jaculi genus, de quo vid. Lips. Pol. IV, 4; Heyne ad Virg. Ge. II, 168; Æ. VII, 665. — 364, 365. Moverunt arma Baliares, qui a Rhodiis originem ducunt. Nam τινὲς μετὰ τὸν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους (h. *Baliares*, hod. *Majorca* et *Minorca*) ὑπὸ

Funda bella ferens Baliaris et alite plumbo;
Et quos nunc Gravios violato nomine Graium
OEneæ misere domus Ætolaque Tyde.
Dat Carthago viros, Teucro fundata vetusto,

alii, etiam Drak. et Lefeb. Sed est Λίνδος; vid. not. — 365. *Funda*, non *Fervida*, scripti; prob. etiam Dausq. propter copulam *et*; *ferens*, h. e. inferens, movens, ex c. Col. et priscis edd. restitui, idque non spernendum videbatur Drak., qui conf. I, 386; X, 68; Stat. Th. III, 665; VIII, 76; add. Ovid. Epist. VIII, 26. Sic et *ferre tela* IX, 545; *vulnera* forte V, 235; certe ap. Virg. Æn. XI, 749; *f. plagam* Æn. X, 797; XII, 299: φέρειν πόλεμον, φόνον, θάνατον, ἄρια, πῆμα, etc. Vulgo *gerens*. Sed *serens* ex emendat. N. Heins. recepere Drak. et Lefeb. vid. ad I, 394; 235; *Baliaris*, non *Baleuris*, Col. Βαλλιαρίδες certe Straboni esse et Βαλιαρίδες Steph. Byz. monet N. Heins. et Drak. laudat Tenull. ad Frontin. III, III, 16, et Salmas. exerc. Plin. p. 199. — 366. *Gravidos* ed. Ven. vid. ad I, 235.

τῶν Ῥοδίων κτισθῆναι λέγουσιν, teste Strab. XIV, quocum consentiunt Timæus et alii. — *Tlepolemus*, Herculis f. qui, Licymnio Argis occiso, exsul venit Rhodum ins. ibique *Lindum*, Jalyssum et Camirum condidit, quæ loca in unam postea urbem, Rhodum, coaluere, vid. Hom. Iliad. β, 653 .. 671; Pind. Ol. VII, 49 sq.; Strab. XIV, p. 655, al. 749 sq.; Diodor. IV, 58... 60; V, 19, et Heyne ad Apollod. II, VII, 6, et II, VIII, 2. Verba cui *Tlepol. s.* Dausq. et Cell. ad *Rhodam*, Ῥόδας, (nunc *Roses*) Hisp. Tarrac. urbem, ad Pyrenæum sitam, referunt; paulo durius, opinor, etsi hoc oppidum a Rhodiis conditum, et postea a Massiliensibus restitutum tradit Strabo l. c.

366, 367. *Gravios* dicit nomen et originem habere a *Graiis* s. Græcis, quorum dux Diomedes, *Ætoliæ* rex, *Tyd*ei f. et *OEn*ei nepos, Hispaniam quoque adiit (cf. Dionys. Perieg. v. 483 sq.), *Tydenque*, Graviorum urbem, condidit et ex patris nomine vocavit; vid. ad I, 235, et cf. XVI, 369, ubi *Tinde*, quæ Diomedis Thracis regia fuit, pro *Tyde* reponebant Salmas. ad Solin. p. m. 631, al. 898, et Gronov. Diatr. Stat. c. 55, p. 364, ut Sil. Diomedem Ætolum cum Thracio confuderit. Refragantur Drak. et N. Heins. ad l. c. et Voss. ad Mel. p. 133. Cf. de Diomede Heyne ad Apollod. I, VIII, 4... 6, et Exc. I, ad Virg. Æn. XI. Τοῦδαι orbs Γραιων in Hispania ap. Ptol. III, 6; *Tyde* eorum castellum Plin. IV, 20. *Tude* Antonin. hodie *Tuy* in Gallicia.

368. *Carthago* Nova, quæ, Polybio Καινὴ πόλις, Polyæno *Phœnissa*, et a sparti copia in vicinis campis *Spartaria* et ἡ Σπαρταγενής Plin. XXXI, 8; Anton. Itin. p. 396, ed. Wess. et Appian. Hisp. c. 12, nobis vero *Cartagena* dicitur, ab Hasdrubale paulo ante b. Punicum II condita; vid. Polyb. II, 13; Strab. III, p. 157 sq., Bochart. Chan. I, 35; Hard. ad Plin. XIX, 2, et Schweigh. V. Cl. ad Appian. t. III, p. 218 sq.; Silius vero h. l. et XV, 192, Teucrum urbis conditorem facit, ut Justin. XLIV, 3. Quosdam Teucri comites, non ipsum huc venisse tradit Strabo l. c. De Teucro

Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem
Vitifera, et Latio tantum cessura Lyæo.
Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis
Atque altrix celsa mittebat Sætabis arce,
Sætabis et telas Arabum sprevisse superba,

369. *dant T.* R. 3, et Med. quod arridebat N. Heins. vid. ad v. 222 et 288. — 370. *Lyeo* quidam. Sed est Λυαῖος, quoniam vinum λύει, solvit curas. — 372. *Sedetana* Col. et Pot. probb. N. Heins. et Drakeu. *Hedetana* emend. Modius. Veteres auctt. admodum variant. *Sedetani* memorantur Livio XXVIII, 24; XXIX, 1, 2; XXXI, 49, XXXIV, 20: Σηδητανία Appian. Hisp. c. 77; *Edetani*, seu *Hedetani*, Ἠδητανοὶ Ptolem. II, 6, et Plin. III, 3; Σιδητανοὶ Strab. III, p. 112; *Editani* Gruter. p. 481. Vulgatum *Sedentana* tuentur J. Marca in Marc. Hispan. II, 6, et Dausq. Sed nemo Sedentanorum mentionem facit. — 373. *Sætabis* Col. ut in marmorr., in nummo ant. ap. Anton. Augustin. Dial. VII, et in vetustis codd. Grat Cyneg. 41; Σαιταβὶς etiam Ptol. II, 6. Ita N. Heins. et Drak. Conf. Inscript. ap. Murator. p. 1077, n. 4. Vulgo *Setabis*, ut et XVI, 475; Σίταβις Strab. III, pag. 110 al. 160. Sic et ap. Plin. Præf. pr. et III, 3; XIX, 1; *arte*, pro *arce*, quidam. — 374. *sprevisse* (ἀορίστως pro spernere) *superba*, scripti cum R. 3; Parm. Med.

ejusque exsilio vid. Heynii Exc. XXIII, ad Virg. Æn. I, et Jani ad Hor. Od. I, VII, 21. De situ, dignitate, et interitu urbis vid. Livius XXVI, 42.

369. *Emporiæ*, Ἐμπορίαι Ptol. II, 6, nunc *Ampurias*, urbs Hisp. Tarrac. prope Pyrenæos et mare mediterr. sita. — *Phocaicæ*; cf. Liv. XXVI, 19. A Massiliensibus eam conditam memorant Strab. III, p. 110, al. 159; Scylax in Periplo p. 2; Steph. Byz. et alii: nam Massilia etiam Phocæensium colonia fuit. Cf. omnino Liv. XXXIV, 9, et Plin. III, 3, seu 4, ex quibus etiam intelligitur, cur *Emporiæ* in plur. dicantur et Ἐμποριῶν δίπολις Strab. l. c. — *Tarraco*, hod. *Tarragona*, in ora Cataloniæ, unde pars Hispaniæ olim Tarraconensis dicta: nam fuit quondam urbs in his oris maritimarum opulentissima, teste Mela II, 6, ævoque Strabonis numero civium ne ipsi quidem Carthagini cessit. — 370. Cf. Plin. XIV, 6. — *Tarroco Campano tantum cessura Lyæo* iisdem fere verbis dixit Martial. XIII, 118. *Lyæo Latio*, vinis Latii, quæ olim generosa fuere, ut Falerna, Massica, etc. — 371. *Thoracis* linei, Drak. ad IX, 587; cf. ad v. 270. — 372. *Sedetani* prope Celtiberiam, cujus gentis caput Cæsaraugusta, nunc *Saragossa*. Plin. II, 3; Ptol. II, 6. — *Sucro* oppidum apud Antonin. et Liv. XXVIII, 24 (hod. *Alzira*), sed fluvius inter Saguntum et Carthaginem, nunc *Xucar*, ap. Plin. III, 3; Ptol. II, 6, et Strab. III, p. 159. — *rigentibus undis*, ut v. 671.

373. *Sætabis*, hod. forsan *Xotiva* in regno Valentiæ, ad fluvium ejusdem nominis, qui in Sucronem influit. — *altrix*, vid. ad I, 218. — *celsa arce*, quia in colle sita. — 374. *A Sætabi tertia in Europa lino palmo*, etc. Plin. XIX, 1. Hinc *sudaria Sætaba*, ap. Catull. epigr. XXV,

Et Pelusiaco filum componere lino.
Mandonius populis, domitorque insignis equorum
Inperitat Cæso, et socio stant castra labore.
  At Vettonum alas Balarus probat æquore aperto.
Hic adeo, quum ver placidum flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos, grex perstat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura.
Sed non multa dies generi, properatque senectus,
Septimaque his stabulis longissima ducitur æstas.

quod et Dausq. amplectabatur. Vulgo *superbas*. — 375. *linum c. lino*, vel *filum c. filo* malebat Vlit. ad Grat. Cyn. 41. — 378. *Vectonum* Col. h. l. et XVI, 366, ut in anti. exempl. Cæsaris, Livii et Plinii. Sed *Vettonum* reposui, quam scripturam etiam defendit N. Heins. ad h. l. et ad Prudent. περὶ στεφ. III, 187, etsi inf. XVI, 366, Dausq. carpit, qui idem sentiebat. Gr. Οὐέττονες, et sic quoque ap. Gruter. p. 383, n. 7, et p. 591; *Vasconum* Parm. Vulgo *Vetonum*. *prævit æquore* conj. N. Heins. non invito metro. Præsiiterit *alis volat*, vel potius *alas rapit*, ut ap. Virg. Æ. VII, 725; X, 178. Sed vid. not. — 380. *perstat* (h. e. stat, ut ap. Virg. Ge. III, 273.) Col. prob. N. Heins. qui conf. v. 686, et VI, 385; sed ante hunc versum nonnihil excidisse putabat; *præstat* Ox. et Put. Vulgo *prostat*, quod retinuit Lefeb. *prostrat* quidam. — 383. *Tertiaque* nonnulli, quos Modius refutat ad Justin. XLIV, 3; vid. not. *in stabulis* corrig. D. Heins. *æstas*, non *ætas*, Col. ut ap. Virg.

cf. Casaub. ad Strab. III, p. 99. — Cf. ad v. 24, 25, et Plin. l. c. — 375. *filum componere*, vid. ad I, 39. — 376. *domitor equorum*, ut apud Virg. Æ. VII, 651 et 691, ubi vid. Heyne. — 377. *socio stant castra labore*, vid. ad v. 173.

378. *Vettones* populus Lusitaniæ circa Tagum, inter Durium et Anam. — *probat*, pro ducit, ut sup. *agit*, *rapit*, *raptat*, *trahit;* (nam poeta variat) propr. forte lustrat. *Probare* certe est examinare, inspicere v. c. opus, athletas, hostias apud Cic. Agr. II, 34; Verr. I, 54; Off. I, 40; *p. villam publicam*, ap. Liv. IV, 22, ubi vid. Drak. Schmidius interpretatur: re ipsa demonstrat, egregios esse in planis campis milites. — 379. Cf. XVI, 365, 366. Constat, in Lusitania, circa Olisiponem opp. (*Lisbonam*) et Tagum amnem, equas *Favonio flante* obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri et gigni pernicissimum » ita: sed *triennium vitæ* non excedere. Ita Plin. VIII, 42; cf. Varr. R. R. II, 1, 9; Colum. VI, xxvii, 3 sq., et Solin. c. 23. Silius pro triennio septem annos habet exemplo Virg. Ge. III, 271 sqq., ubi vid. Cerda et Heyne. Verba Justini XLIV, 3, hæc sunt: « Fabula ex equarum fecunditate et gregum multitudine nata, qui tanti in Gallæcia et Lusitania, ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur. » — 380. *servans*, observans, ut VI, 384... 563; VII, 442... 522; VIII, 351; N. Heins. Add. V, 45; XV, 217; XVI, 317. — 383. *stabu-*

At non Sarmaticos adtollens Uxama muros
Tam levibus persultat equis : hinc venit in arma
Haud ævi fragilis sonipes, crudoque vigore
Asper frena pati, aut jussis parere magistris.
Rhyndacus his ductor; telum sparus : ore ferarum
Et rictu horrificant galeas; venatibus ævum
Transigitur, vel, more patrum, vis raptaque pascunt.
Fulgent præcipuis Parnasia Castulo signis,
Et celebre Oceano atque alternis æstibus Hispal,

Georg. III, 190; IV, 207; unde ne Dausq. quidem displicebat. — 384. *Suvanq* Put. *Saunia* Parm. Vulgo *Susana*, cujus nemo meminit. *Suxama* Col. unde *Uxama* emend. N. Heins. quod recepi cum Drak. et Lefeb. qui posterior *Sarmaticam* urbis originem, Heinsio ignotam, a *Jaxamatis*, gente Sarmatica, repetit. *Uxama* memoratur Plin. III, 3; duplex Οὔξαμα ἀργίλλαι, et Οὔξαμα Βάρκα Ptol. II, in Gallæciæ litore Marianæ III, 18, et Antonino in itinere ab Asturica Cæsaraugustam; nunc forte *Osma* ad Durium, in vet. Castilia. Sed si poeta non omnem prorsus ordinem neglexit, quod in urbibus quidem, non vero in partibus Hispaniæ describendis fecit, h. l. vel Lusitaniæ, vel Hisp. Bæt. urbem designare debebat. Forsan itaque leg. *Sucrana*, de qua v. Plin. III, 1; vel *Cartama*, cujus opp. pulcherrima monumenta præclare exposuit Carter. *Reise von Gibraltar nach Malaga* p. 204 sqq. — 387. *jussis magistri* emend. Dausq. et recepit Cell. — 388. *Rhyndacus*, non *Rindacus*, in priscis libris. Ῥύνδακος Mysiæ fl. — 391. *Fulgent* ex Put. recepi cum Drak. auctore N. Heins. Vulgo *Fulget*, quod non minus probum. *Parsania* Col

lis, h. equis stabulantibus, vel qui stabulis quam bello aptiores sunt, ut *naufragio*, *servitia*, *aucupia*, etc. Ita Dausq. cujus altera ratio : *his equis in stabulis*, minus probanda.

384. Quæ de vitæ genere et armis notantur, Sarmatica sunt; Ern. coll. Strab. VII, p. 480; ubi et equi Scythici ὀξεῖς καὶ δυσπειθεῖς adpellantur, unde h. l. *crudus vigor*, ferocitas et contumacia nondum arte domita. — 385. *Tam levibus*, ad cursum agilibus : nam equi Ἴκρες ἴσοι θεοῖς πόδας ἀνεμόεντας, teste Oppiano, quem laudat Dausq. cf. ad v. 379. — *persultant* proprie equi. — 386 *crudo*, vid. ad I, 405. — 387. Cf. Virg. Ge. III, 208. — *jussis magistris*, vid. ad I, 173, et Heins. ad Ovid. Epist. XV, 83. — 388. *sparus*, ut VIII, 521, εἶδος ἀκοντίου in Gloss. Labb. Drak. qui laudat Donat. ad Liv. XXXIV, 15, et Pontan. in Gloss. prisco-Gall. h. v. cf. Heyne ad Virg. Æ. XI, 682. — *ore ferarum*, etc.; cf. II, 156. — 390. *rapta pascunt* Sarmatas et Iberos, Dausq.

391. *Parnasia Castulo*, vid. sup. ad v. 97. — 392. *Hispal*, seu *Hispolis*, nunc *Sevillo*, Andalusiæ caput, urbs Hisp. Bæticæ, ad dextram ripam Bætis, qui non procul ab ea in sinum Gaditanum fluit, et hinc æstum marinum statis vicibus adcipit. — *Hispalis* ad Bætin fl. ubi sunt æstuaria ex oceano Gaditano confluentia, de quibus, vid. Strab. III, p. 206 sq., et Plin. II, 97; Ern. — *celebre Oceano*, h.

Ac Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque sacra
Nebride, et arcano Mænas nocturna Lyæo.

393. *Dei Nysæis conscia*, vel etiam *concita* pro *conscia*, quod voc. mox sequitur, conj. N. Heins., quoniam secunda syll. in *Dionysius* corripi solet. Bacchus vero non tantum Διόνυσος, sed etiam Διώνυσος et Διόνυσσος poetis dicitur v. c. Hom. Il. ζ, 132, 135; Odyss. ω, 74, et H. in Bacch. 1, pr. Hesiod. Theog. vss. 940, 946. Callim. H. in Cer. v. 71, et Fragm. 171. — 395. *arcano* Col. et quidam alii, quod recepit Drak. non repugn. N. Heins. Quos secutus sum, etsi tertium casum eum *nocturna* junctum vix alibi reperias, unde non levis me suspicio tenet, pro *arcano* poetam *acclañs*, h. e. *acclamans Lyæo*, (clamans, in Bacche! Evoe!) vel *orgia agens*, vel simile quid scripsisse, et compendium scripturæ fraudi fuisse librariis; *hortando* R. 3, et Parm. Vulgatam dect. *Hortano* ab Horta urbe, prope Nebrissam sita, cujus tamen nemo mentionem facit, repetebat Marsus. *Ortano*, h. e. *Oretano*, conj. Rosweidus, laudatus a Dausq., qui ipse *hortanti* proponebat; *Orthano*, vel rectius *Orthanæ* h. e. Baccho, ingeniose tentabat N. Heins. et prius valde arridebat Drak. Ὀρθάνης deus Atheniens. Priapo similis, et ab erecta, ὀρθῇ, ut putant, virilitate dictus: Priapus vero Bacchi comes, (*B. rustica proles* Tibull. I, IV, 7) qui eum eo a quibusdam confunditur. Vid. Meurs. Ath. Act. II, 14; quosque Heins. et Drak. citarunt. Strab. XIII, p. 404, al. 587; Hesych. v. Ὀρθάνης (non Ὀρνθάνης) Plat. in Phaone ap. Athen. Deipn. X, p. 441; Tzetz. ad Lycophr. Alex. v. 538 (ubi Ὀρθάνην leg. pro Ὀρθάγην) Palmer. Exerc. in auctt. Gr. p. 783; Athen. I, 23, p. 30, et Voss. ad Mel. II, 11, p. 133. Sed non ipse Bacchus Ὀρθάνης dicitur, et tum duo certe h. l. sunt Bacchi nomina: *Lyæus* enim, etsi propr. adject. est, semper simpl. Bacchus vocatur. *Orthana* tamen exhibet ed. Genev. quod perperam ab editorr. Amstelod. in *Hortano* mutatum monebat Salvinius, a Drak. in fine Præfat. laudatus. *Orthane*, græca forma; scripsit Lefeb. qui male interpretatur: redimita s. n. et *in* O. Lyæo, h. e. cum orthane, phallo Ebræorum, quem gestat in extremo thyrso. *Menas* Dausq. Lefeb. et alii. Sed est

magna, quam faciebat, mercatura. — *alternis æstibus*, ἀψοῤῥόῳ ὕδατι, ut ap. Prop. II, XXVI, 54; cf. XV, 226... 237. — 393. *Nebrissa*, hodie *Lebrixa*, inter Hispalin et mare sita. Quæ de sacris, vel orgiis Bacchi, ibi agitatis, memorantur, ad lusum ingenii, ex similitudine vocc. *Nebrissa* et *nebris* ortum, referenda videntur. cf. tamen ad v. 101 sq., et ad VII, 171. Res, vel loca *conscia* dicuntur eorum, quæ in ipsis fiunt, vel quæ in se continent. cf. mox v. 399; (ubi vid. Drak.) V, 23; VIII, 531; Heyne ad Tibull. I, VII, 48, et Burm. ad Val. Fl. I, 5. — 394. *Satyri leves*, agiles et veloces, vel leviter saltantes ac salientes, ἐλαφροί, κοῦφοι, vel etiam hilares, læti, jocosi, φιλοπαίγμονες, quibus *graves*, βαρεῖς, opponuntur. cf. Jani ad Hor. Od. I, 1, 31; II, XI, 6, et Burm. ad Val. Fl. I, 389. — 395. *Nebris*, νεβρίς, pellis hinnuli, νεβροῦ, quam Bacchus et Bacchæ gestabant, unde ille βασσαρεύς, νεβρώδης, νεβριδόστολος, seu νεβριδόπεπλος, hæ βασσαρίδες dicuntur. vid. Cl. Hermann. Mythol. Lyricorum p. 261, 262, et Jani ad Hor. Od. I, XVIII, 11. — *Mænas nocturna Lyæo*, sacra nocturna celebrans, νυκτελοῦσα τὰ Ὄργια, in honorem Bacchi, qui inde Νυκτέλιος, νύκτιος Orph. H. LI,

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proavis fuit humani ditissimus ævi,
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos, stabulanti conscia Phœbo,

Μαινάς — 398. *Ter quinos decies* conj. Mariang. Accurs. ad Auson. Epist. X, 5, 4, et Virg. Georg. IV, 521, *nocturnus* vocatur. Sed vid. V. L. — *Lyæo arcano*, ut ἄῤῥητος et κρύφιος apud Orph. H. XXIX, 3, cujus τελετὰς effari nefas est, vel cujus sacra secreto et noctu aguntur, cujusque orgiis et mysteriis secessus, a profanis remoti et phantasiæ incendendæ apti, conveniunt. Forte et poeta respexit ad λικνοφόρους, vel κανηφόρους, quæ vannum mysticam Iacchi pluresque cistas (λίκνα, seu κανᾶ) ferebant, in quibus τὰ μυστικὰ Bacchi, vel Cereris erant recondita, de quibus vid. Spanh. ad Callim. H. in Cer. v. 127.

396. *Carteia*, ad Calpen promont. in ora oceani Gaditani (Liv. XXVIII, 30), urbs olim inclita, metallis abundans (Diodor. VI, 9), et primum a Phœnicibus inhabitata, deinde a Pœnis capta, quæ Græcis quondam *Tartessos* dicta, si fides habenda Plin. III, 1; Mell. II, 6; Pausan. Eliac. VI, p. 378, et Strab. III, p. 148, C, et 151, B; quia forte post Tartessi excidium ejus mercatura et nomen Carteiam translatum, quod suspicatur *P. Flores* in *Espanna Sagrada P. IX.* Silius omnino utramque urbem distinguit, et Arganthonium Carteiæ regem facit, non, ut alii, Gaditanum, et, ut plerique, Tartessiorum regem: nam Carteiæ, Tartessi et Gadium nomina a veteribus permisceri solent. Wessel. ad Antonin. Itin. p. 407, Carteiam putat esse, quæ nunc *Rocadillo* adpellatur. Carteiam vero Calpen esse, et, Tartessus quæ fuerit, non constare, monet Vales. ad Exc. Peiresc. pag. 72. Confer Schweigh. V. C. ad Appian. Hisp. c. 2, et inpr. Carteri Itin. (*Reise von Gibraltar nach Malaga*), pag. 30... 69, ubi copiose de fatis et sito Carteiæ disputat. — 396... 398. *Arganthonium* CL annos vixisse tradunt Anacr. ap. Plin. VII, 48; Strab. III, p. 225; Phlegont. de longævis c. 4 (ubi vid. Meurs.), Censorin. et Lucian. in Macrobiis; sed CXX annos memorant Herodot. I, 163 (ubi vid. Wessel.); Lycophr. Schol. p. 94; Cic. de Sen. c. 19, et Asin. Pollio ap. Val. Max. VIII, 13, ext. 4. — 399. *Tartessus*, portus Hispaniæ, Phœnicum navigationibus celeberrimus, inter duo Bætis ostia, cujus ne vestigium quidem ullum Strabonis ætate reliquum fuit. Sed jam Salomonis ævo hæc urbs, vel, quod Carter l. c. probabilius fecit, Carteia, tum תרשיש dicta, mercatura inclaruit; vid. Bochart. Geogr. S. III, 7, p. 160... 165; et Michaelis Spicileg. Georg. ext. hebr. post Bochartum P. I. p. 82 sq. — *stabulanti conscia Phœbo*, ubi sol equorum stabula habet, et ad hæc eos disjunctos ducit, h. e. occidit. Cf. VI, pr. X, 538, et Ovid. Met. XIV, 416. — *conscia stabulanti Phœbo*, quia ad Oceanum occiduum ultra Hispaniam sita est; Ern. coll. v.

Et Munda, Emathios Italis paritura labores :
Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ.
Hos duxere viros flaventi vertice Phorcys,
Spiciferisque gravis bellator Arauricus oris,
Æquales ævi; genuit quos ubere ripa
Palladio Bætis umbratus cornua ramo.
Talia Sidonius per campos agmina ductor
Pulvere nigrantes raptat, lustransque sub armis,
Qua visu comprendere erat, fulgentia signa,
Ibat ovans, longaque umbram tellure trahebat.
Non aliter, quoties perlabitur æquora curru,

non improb. Lef. — 400. *Hemathios* scripsere Drak. et Lef. — 401. *ærifera* ex Plin.
XXXVIII, 2, adfectate corrigi posse notabat Dausq. — 402. *Phorcys* Col. nomen
a Deo marino desumtum, qui Φόρκυς, seu Φόρκυν, sed et Φόρκος (ut *Phorcus* inf.
X, 174) dicitur. Vulgo *Phorcis*. — 403. *Arauricus* Col. ut V, 557. Ab *Araurio*,
Galliæ Narbon. fl., qui aliis Bauraris vocatur, nomen deductum suspicabatur N.
Heins. *Aranticus*, *Aranthicus*, *Avaricus* in reliquis libris. — 405. *Bætis*, Βαῖτις,
in membranis. Vulgg. *Bethis*, vel *Bætes*. — 407. *lustransque* scripti; *lustrasque*
II. 2. Vulgo *lustratque*. — 410. *curru* Colon. et Ox. Vulgatum *cursu* male defendit

411, et Virgil. Æneid. lib. XI, v. 913. — *conscia*, vid. ad vers. 393. — 400. *Munda* ab hodierna ejusdem nominis urbe tertio Hispanorum milliario aberat. De priscis ejus monumm. vid. Carter. l. c. p. 190 sqq. Prope eam Cæsar atroci prœlio cum Pompeii M. filiis conflixit, vid. Strab. III; Dion. XLIII, p. 233; Liv. Epit. CXV; Flor. IV, 2; Hirt. b. Hisp. c. 29 seqq. — *labores Emathios*, calamitatem, qualem experti sunt in Emathia, h. e. Macedonia, ad Philippos et Pharsalum, vid. Heyne ad Virg. Ge. I, 489 sqq. — 401. *Corduba*, nunc *Cordova*, Lucani et utriusque Senecæ patria. — *auriferæ terræ*, Hispaniæ. Cf. I, 155... 228 sqq., et inpr. a Drak. laud. Martial. IX, 61. — 402. *flaventi vertice*, juvenis, vel pulcher. vid. ad I, 438. — 403. *Spiciferis oris*, cultis terris agrisque, quibus Hispania maxime Bætica excelluit, *gravis*, noxius et tremendus, ut I, 412; *aves cultis graves* dixit Ovid. Fast. I, 683; de Bæticæ regionis fertilitate vid. Plin. III, 1; ibid. XVII, 12, *olea non alia major in Bætica arbor*. Ern. — 405. *Palladio ramo*, oliva (vid. ad v. 324, et I, 238.) qua utraque Bætis ripa consita est. Bene comparant Martial. XII, 100. — *cornua*, vid. ad I, 415.

407. *raptat*, raptim ducit, ut *rapit* ap. Virg. Æn. VII, 725, et X, 178. — 408. *erat*, ἐξῆν. — 409. Longe *umbram*, h. e. densam pulveris nubem excitat, exercitu iter faciente. — 410. Comparatio ad ducem; et, quæ eum sequuntur, copias spectat. Conf. Virg. Æn. V, 816 sqq. — *perlabitur æquora curru*,

Digitized by Google

Extremamque petit, Phœbea cubilia, Tethyn
Frenatis Neptunus equis; fluit omnis ab antris
Nereidum chorus, et sueto certamine nandi
Candida perspicuo connectunt brachia ponto.
At Pyrenæi frondosa cacumina montis
Turbata Pœnus terrarum pace petebat.
Pyrene celsa nimbosi verticis arce
Divisos Celtis late prospectat Iberos,
Atque æterna tenet magnis divortia terris.
Nomen Bebrycia duxere a virgine colles,
Hospitis Alcidæ crimen; qui, sorte laborum
Geryonæ peteret quum longa tricorporis arva,
Possessus Baccho, sæva Bebrycis in aula

Dausq. — 414. *connectunt* e Col. restituendum censebat N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Epist. V, 48. Sed vulgata *convertunt* loco forte non movenda erat, judice etiam Drak., quia magis natantium, ut *nectere*, vel *jungere brachia* saltantium gestus exprimit. — 418. *late* scripti. Vulgatum *alte* tuetur Dausq., ut sit ὑψόθεν, ex alto. — 422. *Geryonæ*, ut XIII, 201, scripti cum priscis edd. *Gerionis* primus edidit Buschius in ed. Wolfii Basil. Gr. Γηρυόνης et Γηρυών. Vid. Heyne ad Apollod. p. 386, et, quos Drak. laudat, Heins. ad Virg. Æn. VIII, 202; ad Ovid. Epist. VIII, 9, ad Vellei. Pat. I, 1; Gronov. ad Senec. Herc. fur. v. 1170, et Agamemn. ut ibid. I, 147, 155, 156. — 411. *Extremam Tethyn*, occident. Oceanum, cf. v. 60. — *Phœbea cubilia*, cf. Ovid. Met. II, 68 seq. — 412. *antris*, ut v. 49.

415 sq. De transitu H. per Pyrenæum saltum cf. Polyb. III, 35, 40, et Liv. XXI, 22. — 418. *Prospectare* et *spectare* de situ urbium montiumque; vid. Burmann. ad Phædr. II, 5. — Montes Pyrenæi Hispaniam a Gallia dirimunt. — 419. *æterna divortia*, διαιρέσεις de tantis montibus. — 420. Pyrenæi montes, quos Strabo III, fulminum ictu; et Diodor. V, 35 (ubi vid. Wessel.), ab igne pastorum, quo combusti sint, dictos tradit, nomen h. l. accepisse finguntur a Pyrene, Bebrycis, in his montibus regnantis, filia, ab Hercule compressa, et a feris discerpta. « Quæ de Hercule ac Pyrene traduntur, fabulosa in primis arbitror, » Plin. III, 1. — 422. Cf. I, 277 sq. — *longa*, longinqua, longo spatio remota, vid. Drak. ad IV, 374; V, 9; VI, 628, et ad Liv. IV, 18; Heins. ad Ovid. Rem. Am. vers. 595, et Broukh. ad Tibull. I, iv, 18. — 423. Aula Bebrycis ultra Hispaniæ limitem in finibus Volcarum quærenda. cf. v. 443 sq., et XV, 497. Bebryces postea Narbonenses dicti, et diversi ab Asiaticis in Mysia. vid. Tzetz. ad Lycophr. Cassandr. v. 516, et 1305. — *Possessus Baccho* ebrius. Vox *sæva* vulgo refertur ad crudelitatem Amyci, Bebrycum ad Pontum Euxinum regis, de

Lugendam formæ sine virginitate reliquit
Pyrenen, letique Deus, si credere fas est,
Causa fuit leti miseræ Deus : edidit alvo
Namque ut serpentem, patriasque exhorruit iras,
Confestim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem Alcidæ solis plangebat in antris,
Et promissa viri silvis narrabat opacis;
Donec mœrentem ingratos raptoris amores,
Tendentemque manus, atque hospitis arma vocantem
Diripuere feræ : laceros Tirynthius artus,
Dum remeat victor, lacrimis perfudit, et amens
Palluit invento dilectæ virginis ore.

v. 841; Serv. ad Virg. Æn. VII, 662. — 426. Vulgatam distinct. *miseræ*, *Deus edidit alvo. Namque*, etc. mutavit N. Heins., qui et τὸ *patriasque* pro *patrias* ea scriptis et editis ante Martum libris restituit. Tum Pyrene serpentem peperisse dicitur : quod quia offendit VV. DD., quum tamen hæc narratio, teste, quem Drak. excitavit, Plin. III, 1, et ipso quoque Silio v. 425, fabulosa inprimis fuerit; ea ingenio hunc locum sanare conati sunt. Davis. ad Cæs. b. G. III, 20, tentabat *edit ut alvo*, et Barth. *miseræ Deus : edita ut alvus* (*Namque*, *ut serpentem*, *patrias* e. i.) *Confestim*, etc. Dansq. *Deus : edidit*, vel *dumque edidit alvo*; (scil. Galaten f., ab Hercule ex Celtici regis filia genitum, teste Diodor. V, 25, p. 210) *Confestim dulces l. t. penates : Namque*, *ut serpentem*, *p. e. i.*, ut alias, *cane pejus et angue*. Doete Salmas. Epist. 85, conj. *edidit alvo Namque ut Cenchream*; ut librarius *serpentem*, cujus genus quoddam, maculis sparsum, instar milii granorum, Κεγχρίας, Κεγχρίνης, seu Κεγχρίτης dicatur, ad oram notaverit, idque postea in contextum irrepserit. Quod si verum est, vel poeta Πυρήνην, Bebrycis regis f., ab Hercule compressam, cum Πειρήνῃ Acheloi quæ ex Neptuno Κεγχρείαν peperit, confudisse, vel Salmas. hunc errorem ei obtrudisse censendus est. Illud Lefeb., hoc Draken. nobisque probabilius videtur. — 429. *in auris* R. 3, et Med. *arvis* quædam edd. antt. prob. N. Heins.

quo vid. Heyne ad Apollod. I, IX, 20, et II, v, 9. Tum poeta nomina fabulasque confudit, ut sup. v. 253, et forte mox v. 427. — 424. *formæ*, ὥρας. — 429. *noctem*, concubitum, ut II, 503; *solis* pro sola; nisi malis antra deserta ab incolis, ut *desolata* XII, 12, et οἰοπόλος passim ap. Hom. interpretari cum Drak. qui laudat. IV, 560; Ovid. Epist. X, 129; XI, 84; ej. Am. III, VI, 50, et Rem. Am. 579; Val. Fl. IV, 5; Sen. Hippol. 66, et Agam. 436; Gifan. Ind. Lucret. et VV. DD. ad Tibull. I, II, 35, et ad Prop. I, II, 11; II, XV, 7. — 430. Cf. Virg. Ecl. II, 5. — 434. *Dum remeat victor*, occiso Geryone. Cf. I, 276, 283. — 435. *virgo*, ut *puella* et Gr. παρθένος, quæcumque in flore ætatis est, etsi vel nupta est, vel jam peperit. vid. Gesner in Thes. hh. vv. Jani ad Hor. Od. II, VIII, 23; III, XI, 35, et XXII, 2; quique a Drak. laudatur Serv. ad Virg. Ecl. VI, 47, et Æn. XI, 687. Sic et νύμφη pro nupta.

At voce Herculea percussa cacumina montis
Intremuere jugis: mœsto clamore ciebat
Pyrenen; scopulique omnes ac lustra ferarum
Pyrenen resonant: tumulo tum membra reponit,
Supremum inlacrimans; nec honos intercidit ævo,
Defletumque tenent montes per secula nomen.
  Jamque per et colles, et densos abjete lucos
Bebryciæ Pœnus fines transcenderat aulæ.
Inde ferox quæsitum armis per inhospita rura
Volcarum populatur iter, tumidique minaces
Adcedit Rhodani festino milite ripas.
Aggeribus caput Alpinis, et rupe nivali
Proserit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proscindens gurgite campos,
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo.
Auget opes stanti similis, tacitoque liquore

436. *At*, non *Ac*, Col. et Put. *motis* malebat N. Heins. *summis* Burm. ad Val. Fl. II, 91. — 439. *resonant* scripti, et R. 2. Sed teste Lefeb. non nisi duo MSS. id exhibent, et duo alii (qui sint, ut solet, tacuit) *reboant*, quæ vulgata lectio tum omnino præferenda est, et placuit etiam Drak. ut firma et stentoria Herculis vox declaretur; *memorant* Parm. et Med. — 440. *intercidet* duo scripti et R. 2; teste Lefeb. qui id recepit. — 448. *Proserit* Col. ut ap. Lucan. IV, 412; Plaut. Asin. IV, 1, 50; Avien. descr. orb. 342; 702; *exserere* sap. 1, 30; Sen. Herc. fur. 594, et Œdip. 532. Ita N. Heins. et Drak. *Procidit* Put. Vulgo *Prosilit*. — 449. *vortice* coll. Virg. Ge. I, 481, conj. Lefeb. pro *gurgite*, quod voc. mox vss. 452 et 457, repetitur. Drak. v. 452, commendat Burm. emendat. *vorticibus anhelis* coll. Claud. R. P. I, 25, ubi tamen Heinsius ex MSS. et nostro loco *gurgitibus anhelis* reposuit.

vid. Cl. Kœppen ad Hom. Iliad. γ, 130, et Heyne Obss. ad Tibull. III, 1, 21. — 436. *percuti*, *feriri*, *quati*, *ici*, *pulsari*, *verberari* dicuntur montes, vel loca clamore, voce, rumoribus, etc., vid. Drak. ad IV, 7, Burm. ad Val. Fl. I, 743; II, 91; V, 273, et ad Ovid. Fast. III, 741.

444. Hannibal, peragrato Volcarum agro, Rhodanum trajicit, cf. Polyb. III, 41... 43, et Liv. XXI, 26... 28: *Volcæ* in Gallia Narbonensi sunt vel Tectosages, vel Aricomici, qui posteriores ad Rhodanum usque, teste Strab. IV, p. 129, vel ad utramque ejus ripam habitarunt, si fides habenda Liv. l. c. — 445. *iter populatur*, hoc est, facit cum vastatione agrorum, ut apud Virg. Æn. XII, 525. Lenz. — 447. Ex Alpibus *caput proserit*, oritur, ut *extrahit amnem*. Cf. Virg. Æn. VI, 831, et V. L. — 451. Rhodanus præter alios fluvios *Ararim*

Mixtus Arar; quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arva
Ferre vetat patrium vicina ad litora nomen.
Invadunt alacres inimicum pontibus amnem:
Nunc celso capite et cervicibus arma tuentur,
Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.
Fluminea sonipes religatus ducitur alno,
Bellua nec retinet tardante Libyssa timore:
Nam trabibus vada, et injecta tellure repertum
Connexas operire trabes, ac ducere in altum
Paulatim ripæ resolutis aggere vinclis.
At gregis inlapsu fremebundo territus acris

456. *arma tuentur* scilicet ab aquæ injuria, scripti et editi ante Nicandrum, qui primus *tenentur* edidit; quod servavit Lefeb. — 457. *undis* Oxon. et Puteol. cum R. 3; Parm. Med. — 460. *ratibus vada* edd. Paris. prob. Dausq. — 461. *operire rates*, quod et nobis in mentem venit, emend. N. Heinsius qui et vers. 462, *revolutis* malebat. Sed conf. Liv. XXI, 28. — 463. *inlapsu* Col. et Ox. *et lapsu* Put. Vulgo *allapsu*. Mox *atras Exp. moles* conj. N. Heins. quod summopere blandiebatur Drak. qui conf. Sidon. Apollin. XXII, 58, *nigrantes elephanti*; Claud. laud. Stil. III, 351, *nigra cervice*; Lucan. VI, 208, *squalenti tergo*; Avien. descr. orb. v. 777, *tetros elephantos*; et Græv. ad Flor. II, 6; Add. inf. IV, 618, et IX,

ad Lugdunum, (vid. Liv. XXI, 31; Polyb. III, 49) et, propior ostiis, *Druentiam* (v. 468 sq.) excipit. — *Auget opes*, confer ad I, 606. — 452. *Arar*, vel *Araris*, (nunc *Saone*) ex Vogeso monte ortus, tanta lenitate, ut cernere non possis, in utram partem labatur, (vid. Cæs. b. Gall. I, 12.) Rhodanus vero rapido cursu fluit. Cf. XV, 504; Plin. III, 4; Claud. Cons. Mall. Theod. vers. 53, in Rufin. II, 111, et in Eutrop. II, 267; Lucan. I, 433; VI, 475. — 454. Arar Rhodani nomen adcipit. — 455. Conf. Polyb. et Liv. ll. cc. — *inimicum pontibus*, inpatientem pontis. — 458. *Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur*, Liv. l. l. — *alno*, scapha, ex trunco alni excavatæ, ut IV, 491, et XII, 522, ubi vid. Drak. — 459. *Bellua Libyssa*, elephanti. — *retinet*, remoratur transitum. — 460. *vada*, flumen, vid. ad I, 52. — 461. *trabes*, naves, pontis in modum junctas, cf. Polyb. III, 46, et Liv. XXI, 28. — *ducere in altum*, alveum fluminis, *aggere ripæ*, ab rate, a terra in amnem porrecta, et parte superiore ripæ religata, *resolutis vinculis*, quibus altera ratis huic erat copulata; ita Liv. loc. laud. *gregis fremebundo*, fremebundi, *inlapsu* in fluvium (ut apud Liv. *excidere sævientes quidam in flumen*), vel potius in ratem, *territus Rhodanus*, *stagnisque*, etc., aquis a fundo fluvii erutis torquendo et agitando undas murmur emisit. Lenz. — 463. Terror egregie ipsi fluvio tribuitur, cf. ad I, 48, et Virg. Æn. VIII, 240,

Expavit moles Rhodanus, stagnisque refusis
Torsit arenoso minitantia murmura fundo.
Jamque Tricastinis intendit finibus agmen,
Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit.
Turbidus hic truncis saxisque Druentia lætum
Ductoris vastavit iter: namque Alpibus ortus,
Avulsas ornos, et adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis,
Ac vada translato mutat fallacia cursu,

240. Sed vid. not. — 466. *intendit* Put. h. e. tendit, contendit, ut in eadem narratione *tetendit* ap. Liv. XXI, 31, vel *intendit* se, seu iter, ut ap. Liv. IV, 19; X, 43; XXI, 29, 30; Cic. Mur. 9; extr. Terent. And. II, II, 6, et al. Conf. Heins. et Burm. ad Val. Fl. VI, 540, 600; VII, 114; *incendit* Ox. Vulgo *incedit*. — 467. *Vocontia* alii. Οὐοκόντιοι dicuntur Strab. IV, p. 128, sed Οὐοκούντιοι p. 140. — 469. *tardavit* conj. N. Heins. *vexavit*, h. e. impedivit, Burm. ut ap. XXXVI, 30; XLIII, 21. Id recepit Lefeb. coll. Gell. II, 6. Withof. conj. *ductoris tristavit*, vel *lassavit*, ut apud Ovid. Met. XI, 730; vel *stitit acris iter*.

et IX, 125. — *gregis*, ut *gregem elephantorum* dixit Plin. V, 1; *equorum*, Cic. Verr. II, 7; *asinorum*, Varr. R. R. II, 6; *armentorum*, Cic. Phil. III, 12; *ducem gregis*, taurum, Ovid. A. A. I, 326. Conf. Cerda ad Virg. Æn. I, 185. — *acris Rhodanus*, ut *ferox* IV, 61. — Tum *acris* est masc. gen. ut *somnus acris* dicitur Ennio ap. Priscian. Sed præstiterit jungere *gregis acris*, vel *acris*, h. e. acres, *moles*, fortes et magnos elephantos. — 464. *stagnis refusis*, vid. N. Heins. ad XIV, 349; Burm. ad Val. Fl. V, 255; Heyne ad Virg. Georg. II, 163, et Æneid. I, 126. — 465. *murmura*, fluctus sonantes.

466. Imitat. Liv. XXI, 31. — *Tricastini et Vocontii* inter Rhodanum et Druentiam, in Delphinatu, habitabant. — 467. *faciles campos*, ubi iter facile est, nec montibus impeditur, ut *facilem adiri planitiem* XII, 163. *Haud usquam impedita via, priusquam ad Druentiam fl. pervenit*, Liv. l. c. — *carpit*, vid. ad I, 569. — 468. *Druentia* (hod. *Durance*, cujus fons in *Mont Genevre*) non nisi ad *Cabellionem* (*Cavaillon*) navium patiens est. — *Druentia* hoc loco masculini generis, ut apud Strabonem ὁ Δρουεντίας. — *lætum*, hucusque prosperum et jucundum, *iter vastavit*, vastum, h. e. asperum et durum fecit, vel vexavit, turbavit, ut *mentem vastare* dixit Sallust. Cat. 15, ubi vid. Corte. Sed cf. V. L. — 471. Fluctus et venti *latrare*, *clamare*, *plangere*, *anhelare*, *gemitum edere* dicuntur: κῦμα βοᾷ dixit Hom. Iliad. ξ, 394; μεγάλα βρέμει, Iliad. δ, 425; μεγάλ' ἴαχε, Iliad. α, 482; Odyss. β, 428; στόνῳ βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἀκταί Sophocl. Antig. v. 603, cf. I, 592; V, 397, 398, IX, 516; Drak. ad hunc locum, et IV, 524; Burmann. ad Valer. Flacc. lib. I, vers. 590; Virgil. Georg. lib. III, vers. 261, et

Non pediti fidus, patulis non puppibus æquus:
Et tunc, imbre recens fuso, correpta sub armis
Corpora multa virum spumanti vertice torquens,
Inmersit fundo laceris deformia membris.
  Sed jam præteritos ultra meminisse labores
Conspectæ propius demsere paventibus Alpes.
Cuncta gelu canaque æternum grandine tecta
Atque ævi glaciem cohibent: riget ardua montis
Ætherei facies, surgentique obvia Phœbo,
Duratas nescit flammis mollire pruinas.
Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos atque atræ stagna paludis
A supera tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, et cælum intercipit umbra.

480. *Æquam ævi glaciem* tentabat Barth. Adv. VI, 15; et *Æquævam g.*, scil. cum grandine, Dausq. et, qui præterea *tectæ*, ut græcismus esset, malebat N. Heins. *Atque cui* Ox. *Pæne ævi glaciem* conj. Withof. — 481. *Ætheriæ* in ed. Paris. 1531, irrepsit errore typogr. quem D. Heins., Dausq., Cell. et alii temere descripserunt.

Æneid. lib. VII, vers. 588. — 473. *æquus*, ut apud Virg. Georg. lib. III, v. 546. — 474. Verba petita e Virg. Æn. I, 100 sq., et 116 sq. — *sub armis*, armata. — 475. *vertice*, id. qd. *vortice*, quæ antiqua scriptura est, ut *vorsus*, *vortere*, etc. Drak. adscripsit verba Quintil. Inst. Or. VIII, II, 7: « Vertex est contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum pars est summa capitis; et ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. » Cf. eund. I, VII, 25; Var. L. ad II, 631; IV, 230; V, 513; VV. DD. ad Virg. Æn. I, 117; VII, 31; Cellar. Orthogr. lat. T. II, p. 85; ed. III. Harles. Drak. ad h. l. et Heins. ad Val. Flacc. VIII, 332.

477. Memoriam priorum calamitatum delevit majus periculum novusque terror, conspectis Alpibus incussus, de quarum transitu cf. Liv. XXI, 32... 38, et Polyb. III, 49... 56. — 479. sqq. Imago Alpium earumque altitudinis, quam pluribus, et nimiis fere passimque obviis, coloribus poeticis exornavit, commode præmittitur descriptioni periculossimi et memoria dignissimi itineris, quod Hann. primus hominum ingressus est. — 480. *glaciem ævi*, æternam, perpetuam. — 481. *surgenti obvia Phœbo*, præclare ad summam altitudinem declarandam. Sol quamprimum exoritur, et antequam adscendit, adspicit jam Alpes occidentales, nec tamen radiis suis, qui montem per totum diem feriunt, æternam glaciem liquefacit. Lenz. — 483. Cf. Hom. Iliad. ϑ, 13 seq. Virg. Ge. II, 291, et Æn. VI, 577 seq. — 486.

Nullum ver usquam, nullique æstatis honores:
Sola jugis habitat diris, sedesque tuetur
Perpetuas deformis hiems: illa undique nubes
Huc atras agit, et mixtos cum grandine nimbos.
Jam cuncti flatus ventique furentia regna
Alpina posuere domo: caligat in altis
Obtutus saxis, abeuntque in nubila montes.
Mixtus Athos Tauro, Rhodopeque adjuncta Mimanti,
Ossaque cum Pelio, cumque Hæmo cesserit Othrys.
Primus inexpertas adiit Tirynthius arces:
Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt Superi, longisque ab origine seclis
Intemerata gradu magna vi saxa domantem.

494. *Mimanti* pro *Minanti* e Col. revocavit N. Heins. coll. Ovid. Met. II, 222, et Lucan. VII, 450; v. ont. — 495. *Phlegeo* e Col. recepit Lef. et ad gallicum edit. suæ indicem, qui mihi ad manus non est, provocat. *Pholoe* conj. N. Heins. coll. Stat. Achill. I, 238, et al. Add. inpr. Lucan. VII, 449. *Pindo* volebat Dausq. ex Ovid. Met. II, 225, et Plin. IV, 8; quod recepit Cell. putans vulgatam lect. *Pelio* legibus metricis repugnare. Vocatur quidem Πήλιον, sc. ὄρος; sed δισύλλαβος vox per συνίζησιν occurrit ap. Catull. a Dausq. laud. et Virg. Ge. I, 281; Conf. Bentl. ad Hor. Serm. II, VIII, 1; et Gronov. ad Senec. Thyest. v. 233. Similiter *sinuatis* inf. VI, 226; VII, 503; X, 182. Conf. sup. ad v. 16. An leg. *Phiceo*, vel *Phicio*? Τὸ Φίκειον, vel Φίκιον ὄρος in Bœotia, sedes Sphingis; vid. Heyne ad Apollod. p. 601; *Æmo* pro *Hæmo* substituebat Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 87.

cælum, lucis radios. — 487. *honores*, munera, fruges ac proventus, ut ap. Virg. Ge. II, 404; Cf. Burm. ad Grat. 376; Bentl. et Jani ad Horat. Od. I, XVII, 16. Τῶν Ἄλπεων τὰ μὲν ἄκρα καὶ τὰ πρὸς τὰς ὑπερβολὰς ἀνήκοντα, τελέως ἄδενδρα καὶ ψιλὰ πάντ' ἐστὶ, διὰ τὸ συνεχῶς ἐπιμένειν τὴν χιόνα καὶ θέρους καὶ χειμῶνος· τὰ δ' ὑπὸ μέσην τὴν παρώρειαν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, ὑλοφόρα καὶ δενδροφόρα, καὶ τὸ ὅλον οἰκήσιμά ἐστιν. Polyb. III, 55 extr. — 492. Iterum poeta in altitudine Alpium exprimenda ingenio suo indulget. — *caligat obtutus*, ut fere *caligans fenestra*, quæ tam alta est, ut despici vix sine oculorum vertigine possit, ap. Juvenal. VI, 31. — 494. *Mimas* altissimus Ioniæ mons, prope Chium ins. vid. Hom. Odyss. γ, 172; Strab. XIII, pag. 645; Plin. V, 29; Ptol. V, 2, et inpr. Spanh. ad Callim. H. in Del. v. 67. — 495. *cesserit* Alpibus altitudine. — 496. Vid. ad II, 356. Verba *scindentem*, *frangentem* et *domantem* ad operosum ornatum spectant. — 499. *Intemerata gradu*, nullis vestigiis humanis profanata, Drak. coll. XV, 532, et XVII, 601. seq. *Perseus temeravit nubila volatu* dixit Stat. Th. III, 463, et *oculis temerare profanis* Claud. b. Get. v. 102; *teme-*

At miles dubio tardat vestigia gressu,
Inpia ceu sacros in fines arma per orbem,
Natura prohibente, ferant, Divisque repugnent.
Contra quæ ductor (non Alpibus ille, nec ullo
Turbatus terrore loci; sed languida monstris
Corda virum fovet hortando, revocatque vigorem):
« Non pudet, obsequio Superum fessosque secundis,
Post belli decus atque acies, dare terga nivosis
Montibus, et segnes submittere rupibus arma?
Nunc, o! nunc, socii, dominantis mœnia Romæ
Credite vos, summumque Jovis conscendere culmen.

504. *mæstus* e scriptis recepit Drak. Sed tum H. simul mæstus et nullo terrore turbatus fingitur, et vulgatum *monstris*, quod multo aptius et concinnius est, indoctis librariis deberi, quis sibi persuadeat? conf. Virg. Æn. III, 307; V, 659; VII, 376, et Heyne ad h. l. Hinc illud servavi et parenthesin induxi; quod et tacite Lefeb. fecisse video.

rato litore Lucan. III, 194; conf. ad I, 11, et II, 472. *Intemerata*, quoniam *sacri* sunt *fines*, v. 501. *Sacra* autem dicuntur maria, fontes, fluvii, arbores, et inpr. montes alti cæloque propiores, propter numina, quæ in iis habitare credebantur: homines enim, subtiliore quadam naturæ scientia destituti, totum hoc universum, sidera, aerem, flumina, etc. dæmonibus, seu numinibus, tanquam motus et agitationis auctoribus, plenum putant, cf. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. v. 112, et inf. IV, 70. — 501. *Sacros fines* Barth. Adv. X, 24, exponit, remotos ab usu hominum; Cell. in quos non liceat hominibus penetrare. Sic *vetitas vias* adcipio IV, 788, et *inlicitas tentare vias*, ap. Val. Fl. I, 197; vel *inlicitas temerare undas*, ib. v. 627, ubi vid. Intpp. — 502. *Natura prohibente*, ipsa invita, quæ hanc ob causam arduos montes esse jussit, ne pedibus humanis calcarentur. Lenz. — 505. *fovet*, incendit, excitat, ut θάλπειν ἔρωτα, etc. — 506. sq. Cf. Liv. XXI, 30. — *obsequio Superum*, etc., favore deorum perpetuaque rerum fortuna *fessos*, emollitos, ut *f. luxu* XII, 83. — 507. *dare terga*, ut XII, 329, et ap. Prop. III, ix, 6, forma loquendi, a bellica re petita, ut mox *submittere arma*. — 509. sq. Cf. Liv. XXI, 35; Polyb. III, 54, et inf. IX, 213 sqq. — 510. *Jovis culmen*, arcem, Capitolium. — *mœnia Romæ summumque Jovis culmen* etiam ipsas Alpes dici posse existimat Lenz. coll. Polyb. III, 54, ἀκροπόλεως φαίνεσθαι διάθεσιν ἔχειν τὰς Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας. Sed *Jovis culmen* non bene Alpes dixeris, et sublimior est sensus ille, quem et Liv. XXI, 35, similiter expressit: *mœnia eos jam* (ita pro *tum* legendum crediderim) *transcendere non Italiæ modo, sed etiam urbis romanæ*:

Google

Hic labor Ausoniam, dabit hic in vincula Thybrim. »
Nec mora : commotum promissis ditibus agmen
Erigit in collem, et vestigia linquere nota
Herculis edicit magni, crudisque locorum
Ferre pedem, ac proprio turmas evadere calle.
Rumpit inadcessos aditus, atque ardua primus
Exsuperat, summaque vocat de rupe cohortes.
Tum, qua durati concreto frigore collis
Lubrica frustratur canenti semita clivo,
Luctantem ferro glaciem premit : haurit hiatu
Nix resoluta viros, altoque e culmine præceps
Humenti turmas operit delapsa ruina.
Interdum adverso glomeratas turbine Corus

511. *et dabit hic* Colon. — 512. *quum motum* emend. N. Heins. et vers. 515, *prono calle*, quia agmen jam in collem erectum. Sed in Alpium cacumen nondum evasisse, monet Draken. — 521. *e culmine*, non *a c.* scripsi. — 522. *Umenti* Col. vid. ad II, 125. *Viventi* Oxon. *Viventis* Put. Hinc *Uventi* legendum putabant N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Amor. III, v, 6, et Gronov. Diatr. Stat. c. 24. Sed vid. ad II, 469. *Undanti* audacter reposuit Lefeb. qui male provocat ad Petron. v. 122. Vulgatum *Viventes turmas* mordicus tenebat Dausq. quia viventes efficacius, quam si mortuos aperiri dicas. — 523. *glomeratas*, non *glomeratus*,

uno, *aut summum altero prœlio arcem et caput Italiæ in manu ac potestate habituros.*—514. Adraguoter jubet, asperis locis inferri pedem, et propriaio a quovis sibi viaio muniri. — *crudis locorum* græce pro, cr. locis, h. non perviis, seu nondum calcatis, cf. ad I, 405 : *cruda loca*, nondum trito, ut *rudis Amphitrite* Catullo LXIII, 11, mare navibus intactum. — 515. *proprio*, quem primus ipse aperuit ; N. Heins. — 516. *Rumpit aditus*, vid. ad I, 54. Graviter ita et prima et difficilis rei molitio exprimitur. — 517. *Summa rupes*, non summum cacumen Alpium, sed primum, quod Hannibal adscenderat, montis jugum. Lenz. — 518 seq. Bene comparant Petron. 123. « Sed postquam turmæ nimbos fregere ligatos, Et pavidus quadrupes undarum vincola rupit, Incaluere nives; mox flumina montibus altis Undabant modo nata; sed hæc quoque justa putares. Tum vero malefida prius vestigia lusit, Decepitque pedes : passim turmæque virique Armaque congesta strue deplorata jacebant. » Cf. et Liv. XXI, 35 et 36. — *concreto frigore*, ut ap. Virg. Ge. II, 376. — *qua lubrica semita frustratur* sc. pedem (nisi malis Hannibalem), certum vestigium terræ imponere non sinebat *canens clivus*, nive obductus, Hannibal *premit glaciem* sc. pedibus, incedit cum exercitu super glaciem, *luctantem ferro*, quæ armis et militibus resistebat, eos quasi supplantabat et prosternebat, etc., quas ærumnas Pœni in descensu

In media ora nives fuscis agit horridus alis:
Aut rursum inmani stridens avulsa procella
Nudatis rapit arma viris, volvensque per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.
Quoque magis subiere jugo, atque, evadere nisi,
Erexere gradum, crescit labor: ardua supra
Sese aperit fessis, et nascitur altera moles,
Unde nec edomitos exsudatosque labores
Respexisse libet; tanta formidine plana
Exterrent repetita oculis, atque una pruinæ
Canentis, quacumque datur permittere visus,
Ingeritur facies. Medio sic navita ponto,
Quum dulces liquit terras, et inania nullos
Inveniunt ventos securo carbasa malo,
Inmensas prospectat aquas, ac victa profundis

Colon. — 525 *sursum rapit* conj. N. Heins. — 526. *Nudatis viris*, non *Audacis viri*, Côl. — 529. *Erepsere gradus*, h. e. lento gradu et quasi repentes montem transcenderunt, suspic. N. Heins. et *Erepsere gradu* edidit Lefeb. Cf. XIII, 332; XV, 617; Hor. Sat. I, v, 79, Stat. Th. VII, 451. Enimvero Pœni nondum superaverant Alpes, sed *evadere nituntur* et in adscendendo clivo *gradum erigunt*, h. e. altius tollunt: ut taceam, nos *gradu* non repere. — 532. *plana*, quæ arduis et præruptis obponuntur, non *plena*, Col. et Ox. idemque jam conj. Dausq. conf. Heins. ad Ovid. A. A. II, 243. — 534. *promittere* Col. quod prob. N. Heins. et recepit Lefeb. ut sit, extendere oculos, ut *p. capillum ac barbam* ap. Liv. VI, 16; *p. tela* in veterr. ed. Rom. Hirt. B. G. VIII, 9; *p. ramos* ap. Colum. V, 6, et ibid. VII, 8; *trans maria promitti* ex emendat. N. Heins. quam et adhibet ap. Lucret. IV, 687, 694.

potius passi sunt teste Liv. XXI, 36. Lenz. — 524. *fuscis alis*, ut XII, 617, quæ atras nubes adducunt, unde et venti dicuntur *nigri*, *picei*, etc. Cf. Val. Fl. VI, 494, et quos ibi Ill. Harles. laudat, Brookh. ad Tibull. II, 1, 89, et Stanley ad Æschyli Prom. v. 88. — 525. Invertit Maroniana Æn. I, 102. — 527. *Contorta flatu*, turbine. — 530. *altera moles*, laboris species et molestia, *nascitur*, oritur, adparet. — 531. *Unde*, ex qua altitudine; quæ tanta erat, ut vix sine quadam oculorum animique vertigine despicere possent. — *altera moles*, novus collis, *unde*, de quo. Lenz. — 533. *pruinæ*, gelu, seu nivis, ut IV, 744, et ap. Virg. Ge. II, 376; III, 368; IV, 518. — 534. *permittere*, mittere. Ubivis nil nisi nivem conspiciunt, qua totus mons obrutus est, et acies oculorum obtunditur: quod egregia comparatione illustratur. — 536. *inania*, vento non inflata. — 537. *securo*, a vi ventorum, quoniam hi quiescunt. — 538, 539.

Æquoribus fessus renovat sua lumina cælo.
Jamque, super clades atque inportuna locorum,
Inluvie rigidæque comæ squalore perenni
Horrida semiferi promunt e rupibus ora;
Atque effusa cavis exesi pumicis antris
Alpina invadit manus, adsuetoque vigore
Per dumos, notasque nives, atque invia pernix
Clausum montivagis infestat cursibus hostem.
Mutatur jam forma locis: hic sanguine multo
Infectæ rubuere nives: hic, nescia vinci,
Paulatim glacies sedit tepefacta cruore;
Dumque premit sonipes duro vestigia cornu,
Ungula perfossis hæsit comprensa pruinis.
Nec pestis lapsus simplex: abscisa relinquunt

540. *super cautes*, vel *calles* scribendum videbatur N. Heinsio. Sed *super clades* est, præter stragem, vel ærumnas et calamitates; vid. ad lib. I, v. 40. — 543. *effusa* scripti; vid. not. ad II, 151. Vulgatum *evulsa* perperam præferebat Dausq. ut sit emphasis eos notaos, qui vi quadam de novo adsumta, vel exprompta se alicunde agunt; quum potius invitum ac difficilem motum innuat. — 549. *cruori* malebat N. Heins. — 551. Vulgg. *compressa*. Sed *comprensa*, vel *deprensa* corrig. N. Heins. et prius cum Lefeb. recepi, quia *premit* proxime præcessit. — 552. *lapsu* ex emend. N. Heins. tacite recepit Lefeb. *abscisa*, non *abscissa*, scripti, ut X, 52, 148. *Abscidere*, vel *abcidere* (unde *abscisus*, vel *abcisus* et *abscidit*, seu *abcidit*, media producta), ex *abs*, vel *ab* et *cædere*; *abscindere* vero (unde *abscissus* et *absçidit*, media correpta) ex *ab* et *scindere* compositum est; vid. quos Drak. ad XV, 473, laudat, Heins. ad Val. Fl. I, 827; ad Prudent. Apotheos. v. 945; Gronov. ad Liv. XLIV, 5; ad Sen. Phœniss. 194, et Muncker. ad Fulgent. I, 2; Add. Heins. ad Virg. Ge. II, 23; Æ. IV, 590, et not. inf. ad VII, 643.

Oculos *lassare*, *vincere* et *consumere* dicuntur æquora omniaque ea, quibus videndis diu intenti sunt, quia tum eadem semper rerum facies redit, nec quidquam novi et jucundi offertur, cujus varietate oculi reficiantur quasi et recreentur: παπταίνων ἐμόγησα dixit Musæus Amor. Leandr. et Herus v. 78. Cf. v. 157, ad VII, 470; Burm. ad Val. Fl. III, 661, et VI, 174. — ἔκαμον δέ μοι ὄσσε Πάντῃ παπταίνοντι πρὸς ἠεροειδέα πέτρην, dixit Homerus, Odyss. μ, 232. Lenz. — 538. *victa*, fessa. — 539. *renovat*, recreat. — *cælo*, ejus adspectu.

540 seq. Cf. Liv. XXI, 33; Polyb. III, 51... 53. — 542. *semiferi*, barbari homines montani. — 547. *sanguine multo* ob stragem Pœnorum Alpinorumque. — 550. seq. Cf. Polyb. III, 55, et Liv. XXI, 36, extr. — *premit vestigia*, ut ap. Virg. Æn. XI, 788. — 552, 553. Nec jumentorum lapsus unica calamitas fuit, sed accessit etiam hæc, ut

Membra gelu, fractosque asper rigor amputat artus.
Bis senos soles, totidem per vulnera sævas
Emensi noctes, optato vertice sidunt,
Castraque præruptis suspendunt ardua saxis.
At Venus, ancipiti mentem labefacta timore,
Adfatur genitorem, et rumpit mœsta querelas:
« Quis pœnæ modus, aut pereundi terminus, oro,
Æneadis erit? et quando terrasque fretumque
Emensis sedisse dabis? cur pellere nostros
A te concessa Pœnus parat urbe nepotes?
Alpibus inposuit Libyen, finemque minatur
Imperio : casus metuit jam Roma Sagunti.
Quo Trojæ extremos cineres, sacramque ruinam,
Assaracique larem, et Vestæ secreta feramus,
Da sedem, genitor, tutisque jacere : parumne est,
Exsilia errantes totum quæsisse per orbem?
Anne iterum capta repetentur Pergama Roma? »

554. *per scrupea*, vel *lubrica* conj. N. Heins. — 556. *proruptis* ed. Lefeb. qui id in quibusdam libris antt. reperiri testatur; *ostendunt* Med. — 560. *ecquando* non male conj. N. Heins. et recepit Lefeb. Cf. Intpp. ad Virg. Æn. III, 341. Val. Fl. II, 395. — 569. *repetuntur* R. 2.

pedes, in acota et rigida glacie hærentes, frangerentur. — 554. Nono id die factum, Polyb. III, 53, et Liv. XXI, 35, tradunt, et forma orationis ut ap. Virg. Æn. III, 203. Drak. — *per*, ioter, *vulnera*, quæ ad membra fracta et vulnerata, pugnasque enm montaois initas spectant. — 555. *optato vertice sidunt*, ut ap. Virg. Æo. VI, 203. — 556. *suspendunt*, vid. ad I, 128.

557. sqq. Similis oratio Veneris ap. Virg. Æn. I, 229 sq., et inpr. X, 16 sqq. Dea Romanis suis timet et de periculo ipsis inminente queritor, quasi hostis jam ad mœnia urbis esset. — *mentem labefacta*, ut ap. Virg. Æn. IV, 395. — 558. *rumpit querelas*, vid. ad I, 95. — 561. *sedisse* h. e. fixas sedes et pacem. — 563. *Libyen*, παθητικῶς, pro exercitu Pœnorum, ut II, 311, et ap. Virg. Æn. I, 68. Auget rem, ut magis moveat Jovem; Mars. — 565. 566. Hæc qooque δεινῶς et eum mœroris sensu dicta. Cf. Heyne ad Virg. Æn. V, 787; IX, 259, et Exc. IX, ad Æn. II. — *sacra ruina*, ut *Trojæ cineres*, vel potius Palladium δεικτικῶς, quod eum Penatibus et igne sacro etiam coojunxit Lnean. IX, 990 sq. Cf. ad I, 251. — 568. Cf. Æn. III, 4. — 569. Possis hæc ita explieare : An fata Trojæ bis captæ (vid. ad I, 43.) repetentur, Roma bis capta, quam primum

His Venus; et contra genitor sic deinde profatur :
« Pelle metus, neu te Tyriæ conamina gentis
Turbarint, Cytherea : tenet, longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus : hac ego Martis
Mole viros spectare paro, atque expendere bello.
Gens ferri patiens, ac læta domare labores,
Paulatim antiquo patrum desuescit honori;
Atque ille, haud unquam parcus pro laude cruoris,
Et semper famæ sitiens, obscura sedendo
Tempora agit, mutum volvens inglorius ævum,
Sanguine de nostro populus, blandoque veneno
Desidiæ virtus paulatim evicta senescit.

570. *Sic Venus* malebat Withof. *at contra* ex emend. N. Heins. reposuit Lefeb. coll. Virg. Æn. I, 325; X, 16. — 571. *ne* refinxit Lefeb. pro *neu*. quod non nisi pro *neve* et post *ne* poni putat. Sed *neu*, seu *neve*, μήτε, vel *ne* et *aut ne*, præmisso *ne*, sive *ut*; vel, quod non minus usitatum est, *nec*, *neque*, *et non* significare, quodvis lexicon eum docere poterat. — 581. *effeta* in mentem veniebat N.

Galli expugnarunt? an Romanis eadem, quæ Trojanis, obtingent? vel : an, Roma iterum capta, Troja restaurabitur et Pergama recidiva erunt? vel etiam : *an iterum repetentur Pergama*, h. e. an iterum Romani, a Trojanis oriundi, Trojam revertentur, Roma capta.

570. Manifesta imitatio Maronis Æn. I, 254 sqq., ubi vid. Heyne, et Exc. XIV, ad Virg. Æn. VI, p. 669. Silium tamen cum eo et novis sententiis imaginibusque, et verborum ornatu contendisse videbis. Forte et respexit Æ. VI, 756. . 888. Conf. ad I, 125. — 573, 574. Hoc tam gravi bello Romanorum virtutem exercere et explorare, vel ex ejus eventu æstimare constitui. Causam vid. inf. IV, 603, 604, et cf. sup. v. 163 sq., et Flor. I, 13. — 575 seqq. Romani ab antiqua virtute et severiore majorum disciplina paulatim desciscunt. Conf. præclara loca Hor. Od. II, 15, tota, et Juven. XIV, 160 seq. — *ferri*, belli ejusque ærumnarum. — *læta domare labores*, φιλόπονος, φιλοκίνδυνος, φιλοπόλεμος. — 578. *sedendo*, vid. ad v. 142. — 579. Verba Maroniana, ex h. l. explicanda, Æn. XII, 397, ubi vid. Heyne in Exc. IV. Conf. sup. ad v. 123 et 145. — *mutum*, ut *surdum* et *cæcum*. Cf. ad VI, 75, et Ernesti clav. Cic. — *volvens*, doctius quam agens, ut apud Virgil. Georgic. lib. II, vers. 295. Proprie anni se volvere, seu volvi dicuntur v. c. Æneid. lib. I, v. 234, 269; et lib. IX, v. 7; περιτελλομένων ἐνιαυτῶν; Hom. Iliad. β, 551; θ, 404. — 580. *Blandum venenum* præclare tribuitur *desidiæ*, quæ in mentes hominum, illecebris ipsius irretitas delinitasque, sensim, instar veneni, se insinuat. Cf. VII, 260; XI, 550; XIII, 536. — 581. *senescit*, conf. ad II, 457. —

Magnæ molis opus, multoque labore parandum,
Tot populos inter, soli sibi poscere regna.
Jamque tibi veniet tempus, quo maxima rerum
Nobilior sit Roma malis. Hinc nomina nostro
Non indigna polo referet labor: hinc tibi Paulus,
Hinc Fabius, gratusque mihi Marcellus opimis.
Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,
Quod luxu, et multum mutata mente nepotes
Non tamen evertisse queant. Jamque ipse creatus,
Qui Pœnum revocet patriæ, Latioque repulsum
Ante suæ muros Carthaginis exuat armis.
Hinc, Cytherea, tuis longo regnabitur ævo.
Exin se Curibus virtus cælestis ad astra

Heins. Nihil mutat Drak., qui monet, *evicta* esse penitus victa. Conf. Brookh. ad Prop. IV, vii, 2; Intpp. ad Hor. Od. I, v, 8 al. Nec tamen hæc emphasis, ut vulgo fit, nimis sectanda est. — 585. *huic* R. 3. — 587. *gratisque* malebat N. Heins. — 591. *revulsum* conj. Drak. et recepit Lefeb. coll. VII, 489, et XVI, 636; quum Scipio, bellum in Africam transferendo, Hannibalem ab Italia invitum abstraxerit (*extorserit* Flor. II, 6, extr.), non vero repulerit, numquam in Italia cum eo congressus. Sed quoties *repellere* ἀντὶ τοῦ pro arcere, avertere, dicitur?

584. Ad consilium Silii sufficiebat, non nisi viros bell. Pun. II claros, gentemque Flaviam, poetæ temporibus regnantem, laudasse. — *maxima rerum*, ut ap. Virg. Ge. II, 534, ubi vid. Burm. et Heyne. — 585. *Nobilior sit Roma malis*, ipsis malis cladibusque animosior, major et illustrior. Drak. laudat Sidon. Apoll. V, 65; VII, 6 (ubi vid. Savar.), et verba Liv. XXVI, 41: « Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. » Add. Liv. XXII, 37, pr. XXVII, 14, et inpr. splendid. loc. Hor. Od. IV, 53... 68, ubi vid. Jani. — 586. *Paulus*, L. Æmilius Paulus, Macedonici pater, *animæ magnæ prodigus, superante Pœno*, Hor. Od. I, xii, 37. — 587. *gratusque mihi Marcellus opimis*, vid. ad I, 133. — 590 sq. *Jam natus est* P. Scipio Africanus; cf. var. lect. et VII, 487 sq. — 593. Postea Imperatores, seu Augusti diu summæ rerum præerunt. — 594. Sequitur nunc Flaviæ gentis elogium, splendidissimo verborum ornatu expressum, et v. 607 sqq. ubi de Domitiano agitur, quo regnante poeta carmen hoc composuit, in summam turpemque adulationem compositum, quæ eo magis displicet, quod Jupiter loquitur. Quodammodo tamen, si non defendi, certe excusari potest, si miseram illorum temporum hominumque doctorum conditionem reputaveris. Hinc similia poetarum loca v. c. Val. Fl. I, 7 sq., et inpr. Statii *passim* obvia. Huc accedit, quod Silius h. l. res Romanas vaticinio exponit, unde

Efferet, et sacris augebit nomen Iulis
Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino.
Hinc pater ignotam donabit vincere Thulen,
Inque Caledonios primus trahet agmina lucos :

.595. Versus hic in edd. Marsi operarum errore, (nam in Comment. eum illustravit) et hinc temere in aliis prorsus omittitur, in Parm. autem et Med. sequenti postponitur. *Exseret* Col. et R. 3; quod respuit N. Heins. sed restituit Lefeb. et placere potest, quia ignobilitatem gentis Flaviæ, nunc primum in lucem quasi protractæ, vividius exprimit; vid. not. et ad I, 30. Forma tamen orationis paullo insolentior est et durior; *sacris Iülis* Parm. vid. Heins. ad Val. Flacc. I, 9; *Iulus* scripti, R. 3. Med. Vulgo *Iuli.* — 596. *bacifero* quidam, prob. N. Heins. ad VIII, 134, et XV, 535; quibus locis Drak. monet, utroque modo scribi posse, etsi non desint, qui ita distinguant, ut *bacca* sit fructus arboris, *baca* vero gemma, unio. Utrumque tamen in optimis MSS. plerumque *beca* dicitur; *pacifero* edidit D. Heins. et conj. Voss. ad marg. ed. Junt. Male! — 597. *Hinc*, facile ad graviorem spiritum adsurgere, resque amplificare et ad miraculum evehere poterat.—Tum regnabit « gens Flavia, obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus, sed tamen reipubl. nequaquam pœnitenda, » ex Sabinis orta, quorum princeps urbs Cures, vid. Sueton. Vesp. c. 1, 2 et 12. — 595. Augebit numerum *sacrorum* h. a. Divorum, consecratorum Cæsarum; nisi malis *sacris* pro substant. et *Iulis* pro Iuliis, seu Iuleis adcipere, ut sensus sit : augebit numerum sacrorum imperialium (ut *Iuleæ olivæ* et *habenæ*, ap. Martial. IX, xxxvi, 9, et civ, 15), vel flaminum, quales primum D. Julius Cæsar, et deinde Cæsares Juliæ gentis habuerunt, addito Flavialium collegio, quod una cum templo splendidissimo patri fratrique sacravit Domitianus. De utroque vid. Suet. Domit. 4, 15 et 17. VV. DD. ad Val. Fl. I, 15; Panvin. Civ. Rom. c. 27; Reines. Inscr. 49; et Spanh. de V. et P. N. p. 611 (T. II, p. 276). — 596. *Sabino* agro *baccifero*, olivis abundante; cf. Martial. IV, iv, 10; Virg. Æn. VII, 711; Juven. III, 85. — *Sabinum* de Vespasiano, et mox *patrem* de Marte, vel Romulo adcipit Lefeb. Male! — 597. *pater*, Vespasianus, vincet *Caledonios* (in Britannia barbara, nunc Scotia), h. e. Britannos. Vid. Sueton. Vespasian. cap. 4; Tacit. vit. Agricol. cap. 13 et 17; Valer. Flacc. lib. I, 7 seq. — *donabit vincere*, al. *dabit*, δῶκεν, Hom. Conf. supra vers. 136. — *Thule* extremi septemtrionis insula, veteribus *ignota*, quorum alii Schetlandiam, alii Islandiam, alii denique Scandinaviæ penins. (Sueciam et Norwegiam) intellexisse putantur. Cf. Ill. Voss. ad Virg. Ge. I, 30; Dietz. ad Mel. III, 6, p. 57. *Schwedische Bibliotek*, P. I, §. 12, p. 22 seq.; Cel. Schlözer. *Allgem. Nord. Gesch.* (*Allgem. Welthistorie*, T. XXXI), p. 14... 20, 62, 70, 160 seq., 201 sq. « Insulam Vectem, Britanniæ proximam, in ditionem redegit, » teste Suet. c. 4. Pro ea *Thulen* posuit poeta. — 598. *lucos*, silvam Caledoniam, notam ex Ptol. Flor. I, 17; Plin. IV, 16; Cæs. b. Gall.

Compescet ripis Rhenum, reget inpiger Afros,
Palmiferamque senex bello domitabit Idumen.
Nec Stygis ille lacus, viduataque lumine regna,
Sed Superum sedes, nostrosque tenebit honores.
Tum juvenis, magno præcellens robore mentis,
Excipiet patriam molem, celsusque feretur,
Æquatum imperio tollens caput : hic fera gentis
Bella Palæstinæ primo delebit in ævo.
At tu transcendes, Germanice, facta tuorum,
Jam puer auricomo præformidate Batavo.
Nec te terruerint Tarpeii culminis ignes :

non *Huic*, scripti et edd. antt. — 602. *sedem* scripti; *superam sedem*, et v. 604, *celsoque* malebat N. Heins. — 607. *transcendes* Oxon. Vulgo *transcendens*. — 608. *præformidate*, non *performidate*, scripti. *Britanno* scripti et priscæ edd. Tum sensus h. l. est, Britannos, quibus *rutilæ comæ* a Tac. Agric. c. 11, tribuuntur, timuisse, ne Domitianus olim, patris exemplo, (de quo vid. not. ad v. 598) bellum ipsis in-

III, 10. — 599. « Legatus legionis in Germaniam missus est, et sortitus Africam integerrime, nec sine magna dignatione, administravit, » Sueton. c. 4. — *Rhenum*, ejus adcolas. — 600. Senex Judæam in provinciæ formam rediget. Vid. Suet. c. 4; Tac. Hist. I, 10; III, 4; V, 10. — *Palmiferam Idumen*, cf. VII, 456; et Virg. Ge. III, 12, ubi vid. Heyne. — 601, 602. Cf. Virg. Ge. I, 503; Æn. I, 289, 290; et Hor. Od. I, 11, 45 sq. — *viduata lumine regna*, ut ap. Virg. Cul. v. 372, ubi vid. Intpp. — 603. *juvenis*, Titus. — *præcellens robore mentis*, cf. Suet. Tit. c. 3; Tac. Hist. II, 1. — 604. *molem patriam*, paterni imperii; vel majestatem et potentiam patris. Vide Gronovii Observat. I, 21 extr. — 606. Confer Sueton. ibid. cap. 5; Tacit. Histor. lib. V, 1, 10 seq.; et Joseph. de b. Jud. — 607. Laudes Domitiani, ut XIV, 687 sq. — Vers. 607, quod jam Drak. monuit, spectat ad expeditionem, quam anno Chr. LXX et ætatis circiter XIX, in Germanos suscepit, et ad duplicem de iis triumphum cognomenque *Germanici* propter victoriam imaginariam a. Chr. LXXXI, ab ipso sumtum. Vid. Dodwell. Annal. Stat. §. 8; Suet. Dom. 2, 6, 13; Tac. Agr. 39 sq.; et Hist. IV, 85 sq.; Martial. II, 2; VIII, 26 al.; Stat. Silv. I, 1; IV, 1 al. — *transcendes*, ut apud Sen. Troad. 702, et Thyest. 912. — 608. *puer* ex usu Romanorum dicitur. Cf. IV, 130, 454; Duker. ad Flor. II, 6, p. 296, et simil. loc. Martial. II, 2. — *auricomo Batavo*, Germanis, quibus, æque ac Gallis, crinis tam a natura, quam ab arte rutilus est; cf. IV, 202, et Tac. Germ. c. 4, ubi vid. Lips. — 609. Cf. Suet. Dom. 1, ubi vid. Ern. et Tac. Hist. III, 69... 74. — *culminis*, templi, ut ap. Stat. Silv. III, 202; Claud. R. P. I, 68, et laud.

Sacrilegas inter flammas servabere terris;
Nam te longa manent nostri consortia mundi.
Huic laxos arcus olim Gangetica pubes
Submittet, vacuasque ostendent Bactra pharetras.
Hic et ab Arctoo currus aget axe per Urbem,
Ducet et Eoos, Baccho cedente, triumphos.
Idem, indignantem transmittere Dardana signa,
Sarmaticis victor compescet sedibus Istrum.
Quin et Romuleos superabit voce nepotes,
Quîs erit eloquio partum decus : huic sua Musæ

ferret. Sed vulgata aptior, judice etiam Drak. *Batavo* R. 2. — 613. *obtendent* ingeniose emend. N. Heins. prob. Drak. Cf. XIII, 69, 341; Virg. Æn. VIII, 116, 128; Ovid. Trist. II, 227. Vulgatum defendit Schmid. et interpretatur : ostendent Parthi pharetras suas vere vacuas, et sine fraude se agere. — 617. *cœtibus* Put. *sectibus* Oxon. *legibus*, vel *cædibus* conj. Dausq. et posterius quoque N. Heins. repug. Gronov. Diatr. Stat. c. 2; ubi hanc docet esse poetæ mentem : *perdomabit Istrum sedibus S.*, h. e. Sarmatas in sua ripa, transgressus Istrum indignantem, non illos transgressos in ripa Romana. — 619. *Qui ferit* Col. *Qui serit* e. *patrum de-*

Stil. II, 401. — 610. *Sacrilegas flammas*, vid. Heyne Obss. ad Tibull. III, v, 11. — 611. *Mundus*, totius universi compages, hic pro terra accipitur, unde *nostri mundi*, Drak. Sed hanc ipsam ob causam præstiterit, cælum interpretari et *longa*, longinqua, sera, remota. Cf. mox v. 626, 627. — *mundum* pro cælo dici, observant Drak. ad XII, 336; Broukh. Vulp. et Heyne ad Tibull. III, iv, 18; Ill. Harles. ad Val. Fl. I, 246 (*ipse suo voluit commercia mundo Jupiter*, etc.), 563, et in Anthol. lat. poet. p. 9 et 164. — 612, 613. Silius imitatur morem poetarum seculi Augustei, qui in Augusti gratiam de rebus ejus *Parthicis Indicisque* magnifice loquuntur; quorum tamen adulatio honestior est, quoniam Augustus arma certe contra Parthos paravit, eoque tantum iis metum incussit, ut signa militaria restituerent. De Domitiano ne hoc quidem constat. Cf. tamen Dio. Fragm. 49; Stat. Silv. IV, iii, 154 al. Dausq. mentionem facit nummi ap. Occonem, quo Domitianus Cos. V, et Parthus signa reddens eusus est. — 614. Innuitur duplex triumphus de Cattis Dacisque, vid. Suet. c. 6; Stat. Silv. I, i, 7; ii, 180; iv, 89 sq.; Martial. VIII, 65. — *currus* triumphales, ut I, 616; VI, 546 (ubi vid. Heins. et Drak.); VII, 558; IX, 635. — 615. *Eoos* de Indis et Parthis. — *Baccho cedente*, cf. XVII, 648; Herman. Mythol. Lyricorum, p. 262; et Virg. Æn. VI, 805. — 616, 617. De Sarmatico bello vid. Suet. c. 6; Stat. Th. I, 19 al. Cf. var. lect. — 618. Eloquentia iis quoque Romanis antecellet, qui ea maxime inclaruere, cf. Suet. c. 20. Minervæ filium se jactabat, teste Philostr. vit. Apoll. VII, 12; VIII, 10. Sapientia Palladi Jovique par dicitur Stat. Silv. I, 1, 37 sq.; et Martial VI, 10. — 619. Studium ejus poe-

Sacra ferent; meliorque lyra, cui substitit Hebrus,
Et venit Rhodope, Phœbo miranda loquetur.
Ille etiam, qua prisca, vides, stat regia nobis,
Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe,
Et junget nostro templorum culmina cælo.
Tunc, o nate Deum, Divosque dature, beatas
Imperio terras patrio rege. Tarda senectam
Hospitia excipient cæli, solioque Quirinus
Concedet, mediumque parens fraterque locabunt.
Siderei juxta radiabunt tempora nati. »

cus Put. *Bisque erit* corrig. N. Heins. — 622. *Ille* Med., ut conj. N. Heins. et Scalig. *vides* Col. et Ox. Vulgatam leet. *Illa etiam q. p. Fides*, etc. propugnat Dausq., quia *Fides* passim *prisca* dicitur et in Capitolio colebatur. Male! Cf. quos Drak. et Heins. citarunt, Noster inf. IV, 425, 665; IX, 508; XII, 708, XIII, 733, 825; Virg. Æ. VI, 760; Gron. Obss. IV, 17. — 625. *Tuque o n. Deum*, vel *Dei* malebat N. Heins.

ticum turpiter laudant multi v. c. Quintil. Inst. Or. IV; Proœm. et X, 1, 91; Val. Fl. I, 12 sq. (ubi vid. Heins.); Tac. Hist. IV, extr. Plin. in Præf. Stat. Ach. I, 14. — *huic sua Musæ Sacra ferent*, poetæ in ejus honorem carmina scribent, vel tanquam fautor et princeps poetarum coletur. Sed proprie hæc intelligere, a reliqua adulatione vix abhorret. — 620. *melior lyra*, etc., vincet ipsam Orphei Thracii lyram, quæ tamen fluviorum retardavit cursum, et montes silvasque secum duxit; cf. Hor. Od. I, XII, 7 sq., et a Drak. laudatum Occonis numisma XVII, cum duabus lyris. — 622. Capitolium, incendio absumtum (v. 609), et a Vespasiano jam instauratum, (Suet. Vesp. 8; Tac. Hist. IV, 53) sed de cælo tactum iterum restituit. Vid. Suet. c. 5; Stat. Silv. I, 6, extr. IV, III, 16. — 623. *Aurea Capitolia* dixit exemplo Virg. Æn. VIII, 348, ubi vid. Heyne. — 624. Hæc inprimis spectant ad splendida ingentiaque templa, quæ Flaviæ genti Jovique Custodi, in Capitolio, sacravit, vid. ad v. 595; Suet. c. 5; Tac. Hist. III, 74; Martial. IX, 4 (*Addita quid Latio Flavia templa polo*, etc.) et 35, ubi aliarum quoque ædium mentio fit. Cf. Virg. Æn. VIII, 99. — 625. Comparant Virg. Æn. IX, 642, et Stat. Silv. I, 1, 76. Statio et Martiali passim *Deus*, *Jupiter*, *Tonans*, dicitur. Vota Jovis personam dedecent. — *dature*, genitore, ut VII, 492. — 626. *Tarda senectam Hospitia excipient cæli*, sero Dii senem in consortium recipient. Cf. Hor. Od. I, II, 45 seq. Sed poeta iterum personæ, quam loquentem ipse induxit, inmemor fuisse videtur. Jupiter certe falsus fuit vates: nam Domitianus anno ætatis XLV occisus est. Nec *Divos* quoque *dedit*; sed unicum habuit filium. — 627. *Hospitia*, ut XIII, 278. — *solioque Q. Concedet*, cedet, vel decedet, adsurget, honoris causa. — 629. Post apotheosin, Cæsares eorumque liberi sidera nova fieri pu-

Dum pandit seriem venturi Juppiter ævi,
Ductor Agenoreus, tumulis delatus iniquis,
Lapsantem dubio devexa per invia nisu
Firmabat gressum, atque humentia saxa premebat.
Non acies, hostisve tenet; sed prona minaci
Prærupto turbant, et cautibus obvia rupes.
Stant clausi, mœrentque moras et dura viarum;
Nec refovere datur torpentia membra quiete.
Noctem operi jungunt, et robora ferre coactis
Adproperant humeris, ac raptas collibus ornos.
Jamque ubi nudarunt silva densissima montis,

635. *turbant*, non *turbat*, Col. et Oxon. *ovia* Puteul. *abvia* Tell. *obsita* conj. N. Heins. *uvia* Burm. *avia* reposuit Lefeb. Quæ omnia et mihi in mentem venerunt. *Cautes Alpium mviæ* dicuntur Plin. XXXVII, 2, et *cursibus*, vel potius *et euntibus obvia rupes* emend. Withof. coll. sup. v. 481, 530 sq.; IV, 518, 651; VII, 147, 307; IX, 272; Ovid. Met. III, 91, 568; VIII, 548; XI, 138; quibus locis *obvium* dicitur, quod conatui alicujus obstat.

tabantur. Vid. Burm. ad Val. Fl. I, 19, et Ovid. Trist. V, 11, 52. Corona autem, vel caput radiatum divinitatis, sive consecrationis signum. Vid. Suet. Aug. 94; Flor. IV, 2; Plin. Paneg. c. 52, ubi vid. Schwarz. Lucan. VII, 458. Cf. Stat. Theb. I, 27 sq. — *tempora*, caput, *nati*, qui immatura morte defunctus et consecratus est. Vid. Græv. et Ern. ad Suet. c. 3. Vocem *nati* pluraliter capiebat Dausq. qui Domitiano quoque filiam fuisse, Domitiam Longinam, cum Cell. et aliis putabat. Sed hanc potius uxorem ejus, ex Suet. Dom. c. 1 notam, fuisse, nec aliorum Domitiani liberorum mentionem facere Stat. Silv. I, 1, 99 sq. aliosque, sed tantum patrem, filium, fratrem ac sororem memorare, jam monuit Drak. qui etiam h. l. exprimendum curavit nummum Domitiani, a Tristan. Comment. Hist. T. I, p. 348, illustratum, in quo filius stellatus conspicitur, orbique insidet, ut pater ap. Occonem, quem laudavit Dausq.

630. Cf. Liv. XXI, 36, 37, qui copiosius planiusque eadem memorat. — *seriem* al. ordinem. Vid. Burm. ad Val. Fl. II, 218; IV, 449. — 633. *humentia* nive. — 635. *obvia* forte contraria, adversa, *cautibus*, propter saxa aspera et abrupta; cf. VV. DD. ad Virg. Æ. III, 499. — *rupes obvia* cum *cautibus*, ad perpendiculum fere declivis; Lenz. Sed vid. var. lect. — 638. *Noctem operi jungunt*, ut ap. Virg. Æn. VIII, 411, ne noctu quidem ab opere cessant. — *coactis*, densis, pluribus oneri submissis; vel incurvis, ut *vertice coacto pinus*, ap. Sen. Hippol. 1223. — 640 sq. Montes *nudari*, *exui*, *spoliari* arboribus, ut contra *amiciri* iis et *vestiri* dicuntur. Vid. Burm. ad Val.

Adgessere trabes; rapidisque adcensus in orbem
Excoquitur flammis scopulus : mox proruta ferro
Dat gemitum putris resoluto pondere moles,
Atque aperit fessis antiqui regna Latini.
His tandem ignotas transgressus casibus Alpes,
Taurinis ductor statuit tentoria campis.
  Interea, voces Jovis atque oracula portans,
Emensis aderat Garamantum lætus arenis
Bostar, et ut viso stimulabat corda Tonante :
« Maxime Belide, patriis qui mœnibus arces
Servitium dextra, Libycas penetravimus aras.
Nos tulit ad Superos perfundens sidera Syrtis :
Nos pæne æquoribus tellus violentior hausit.

643. *putris* Col. Vulgo *patiens moles*, quod Dausq. venuste dictum putabat pro rupes reluctari nescia, cedens et cædua, quum antea esset incædua et non nisi Herculi pervia. Male ! — 650. Ita scripti et priscæ edd. Vulgo *Belidæ*, *patriis qui a m. a.* Sed *Belida* edidit Lef. quæ forma græca et N. Heinsio in mentem venerat. Cf. ad XII, 258; XIII, 71, 796; XVI, 192; Heins. ad Ovid. Epist. III, 87, et ad Virg. Æ. III, 475; VI, 126. — 651. *aras*, h. e. templum Hammonis, non *oras*, Col. et Ox.

Fl. III, 332. — Mireris Silium non fecisse mentionem rei multo mirabilioris, aceti, quo infuso ardens rupes refrixerit, et magis putrefacta sit : tota quoque hæc historia, propter silentium Polybii, difficultatem adgerendarum arborum, quæ in superioribus Alpium jugis frustra quæruntur, aliasque rationes, in dubium vocata est nuper a Matthiæ in Obss. ad Liv. lib. XXI, p. 40 sq. sed defensa a Boettigero in Epherid. Brunsvic. Leoz. — 643. *pondere*, saxo, *resoluto*, diviso, vel putrefacto igni et infuso aceto; onde *putris moles*, montes igne exesi, πέτρα ψαφαρά, ap. Appian. b. Hannib. c. 4, quem vide et Liv. XXI, 37. — 644. *aperit regna Latini*, ostendit Latium, et viam in hanc terram pandit. — 646. Cf. Polyb. III, 60; et Liv. XXI, 38, 39. — *Taurini* in Italia Transpadana ad Alpium radices habitabant, eorumque urbs, *Augusta Taurinorum*, nunc *Turinum* vocatur et Pedemontii caput est. Plin. III, 17. — *statuit tentoria*, quinto vel sexto mense, postquam ex Hispania moverat, Alpibus die XV superatis. Vid. Appian. l. c. et Liv. XXI, 38 pr. Quanam parte Hannibal Alpes transierit, ne inter antiquos quidem scriptores constitit. Vide Liv. XXI, 38; Lips. Epist. ad Belgas Cent. I, Ep. 93; Opp. T. II, pag. 826 sqq., et *Folard* ad Polyb.

647 sqq. Cf. sup. v. 6... 13, et ad I, 414. — 650. *Belides*, Hannibal, cf. II, 49. — 652. Cf. Lucan. IX, 447... 497, et de campis Bactrianis Curt. IV, 7, et VII, 4. — Cf. Virg. Æn. III, 564 sq. ubi vid. Heyne. — 653. *violentior*, ob are-

Ad finem cæli medio tenduntur ab orbe
Squalentes campi: tumulum natura negavit
Inmensis spatiis, nisi quem cava nubila torquens
Construxit turbo, inpacta glomeratus arena:
Vel si, perfracto populatus carcere terras,
Africus, aut, pontum spargens super aera, Corus
Invasere truces capientem prælia campum,
Inque vicem ingesto cumularunt pulvere montes.
Has observatis valles enavimus astris:
Namque dies confundit iter; peditemque profundo
Errantem campo, et semper media arva videntem,
Sidoniis Cynosura regit fidissima nautis.
Verum ubi defessi lucos nemorosaque regna
Cornigeri Jovis, et fulgentia templa subimus,

654. *panduntur* conj. Burm. *orbe* scripti, R. 3; Med. Vulgatum *ore* ortum ex errore typogr. in ed. Marsi, qui in Comment. nostram lect. illustravit. — 657. *Constrinxit* Put. — 659. *surgens* Oxon. non improb. N. Heins. ut sit pro surrigens, ut *porgens* pro porrigens; *aera*, non *æthera*, scripti; *aut* (populatus) *pontum*, *surgens super æquora*, *Corus* perperam reposuit Lefeb., quo judice absurdam huic loco medicinam facit N. Heins., nec altius sapit Drak. quod nollem ei excidisset! — 661. *montes* Colon. Vulgata *montis* non spernenda tamen, si ἀρχαικῶς scripta censeatur. — 667, 668. Ita Col. et Oxon. Vulgo novus versus, ab infaceto

nas et ardorem solis. — 654. Ad occasum a meridie porriguntur. Cf. Cellar. Geogr. I, 1, 2, p. 7, 8; Lucan. IX, 351, 496. — 655. *Squalentes*, cf. ad I, 211. — 656. Ut ap. Hom. Iliad. μ, 157. — 658. Conf. VII, 569 sq. — *carcere*, cf. Virg. Æn. I, 54; et Burm. ad Val. Fl. I; 584. — 659. *Africus* et *Corus* venti contrarii. — 660. *capientem prælia*, iis aptum, patentem. — 662. Commentarii loco sint verba Lucan. IX, 493 sqq.; Curt. VII, 4, §. 28, 29; Plin. IV, 5; Arrian. III, 1; VI, 5. — *enare* pro evadere, transire, quoniam via per hos campos, ut in mari, ad astra dirigitur, quod jam monuit Drak. coll. XV, 375, et XVI, 335; Add. XVII, 370, et vid. inf. ad v. 682. — 663. *dies confundit iter*, incertum reddit, quoniam astra non conspiciuntur. — 665. *Cynosura*, h. l. pro quovis sidere, et reliqua ad ornatum spectant. Nam *Cynosura* proprie est ἄρκτος, vel Ursa minor, quæ Phœnicum, ut major, vel Helice Græcorum navigationem dirigebat, cf. Ovid. Fast. III, 107; Epist. XVIII, 149; et Trist. IV, III, 1; Val. Fl. I, 17; Manil. I, 299 seq.; Strab. I, p. 3; Schwarz. ad German. Arat. v. 40, et Scheffer. milit. nav. vet. IV, 6. — 666 sq. De templo Jovis Hammonis cf. Curt. IV, 7. Lucan. IX, 511 sqq.; Diodor. I, 13; XVII, 50; Herodot. II, 42; IV, 181. De vestigiis ejus etiamnum reliquis,

Exceptos hospes tectis inducit Arisbas.
Stat fano vicina (novum et memorabile!) lympha,
Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit,
Quæque riget, medius quum sol adcendit Olympum,
Atque eadem rursum nocturnis fervet in umbris.
Tum loca plena Deo, dites sine vomere glebas
Ostentat senior, lætaque ita mente profatur:
« Has umbras nemorum, et connexa cacumina cælo,
« Calcatosque Jovi lucos prece, Bostar, adora.
« Nam cui dona Jovis non divulgata per orbem,
« In gremio Thebes geminas sedisse columbas?

versificatore procusus, inseritur: *fulgentia t. columnis Advenimus* (*Advehimur* ant. ed. Ven. quod reponere præstat, quam *attigimus*, vel *adpulimus*, similiusve cum Dausq.) *magnis*, *quam læta fronte* (*mente* Put.) *sacerdos Exceptos*, *hospes*, etc. Hunc versum vel propterea deleodum monet Drak., quod Arisbas hospes est, non sacerdos, a quo v. 694, distinguitur. — 671. *medius*... *accendit* Col. et Put. Vulgo *medium*: Non male, et ne opus quidem videtur, ut tum, vel *adscendit* coll. Hom. Iliad. Θ, 68, et Virg. Æn. VIII, 97; corrigas cum N. Heins., vel *adcedit* cum Drak. qui et *medius sol adscendit O.* ex Val. Fl. II, 444; defendi posse notat, licet ei lectio c. Col. propter antithesin, quam Silius hoc et seq. vs. captaverit, præferenda videtur.

vid. *Grammaye* Afric. illustr. p. 10.

669 sq. De *Solis fonte*, vid. Curt. l. c. Ovid. Met. XV, 309 sq.; Plin. II, 103; V, 5, ubi vid. Hard. Mel. I, 8; Diodor. XVII, 50, pag. 528, al. 589, B; Herodot. IV, 181; Arrian. III, 4, et inpr. Lucret. VI, 848 sq., ubi in causas hujus miraculi inquirit, Silioque prævisse putatur. — 671. Cf. Virg. Ge. IV, 401. Sed *adcendit* h. l. est, illustrat; Cf. XV, 681; Claud. Cons. Mall. Theod. 78, et Burm. ad Val. Fl. III, 411, et V, 370. — *medius sol*, vid. ad I, 258. — 673. *loca plena Deo*, sc. silvas, in quibus oraculum erat. Cf. Lucan. IX, 522. — *dites sine vomere glebas*, sponte frugiferas, cf. Lucan. IX, 420 seq.; Curt. IV, 7, §. 16. — 675. *cacumina nemurum*. — 676. *Calcatos*, sæpius visitatos, quia locus ipsi sacer; vel, quod D. Heins. jam monuit, habitatos, ut χορεύειν ap. Musæum, v. 48, pro ναίειν. — 677. De origine oraculi cf. Herodot. II, 54... 57. Jac. Gronov. ad Steph. Byzant. Fragm. de Dodone, Strab. VII, p. 329, al. 506. Triglandi Conjectan. in Thes. Antiq. Gr. T. VII; Parrhas. ad Claud. de R. P. I, 31; Serv. ad Virg. Ecl. IX, 13, et D. Heins. ad h. l. qui omnes fere fabulam inde ortam putant, quod πελειάδες et columbæ et mulieres fatidicæ dicuntur, et columbæ fuerunt subjectum τῶν ἐνταῦθα μαντευομένων, singularisque earum in vaticiniis usus, vid. et Tiraq. ad Alex. ab Alex. VI, 2. et Aristoph. in Avib. 720 sq. — 678. *In gremio Thebes*, ἐν Θήβῃσι, sed ταῖς Αἰγυπτίῃσι, ut κόλπους λειμώνων ap

« Quarum, Chaonias pennis quæ contigit oras,
« Inplet fatidico Dodonida murmure quercum.
« At quæ, Carpathium super æquor vecta, per auras
« In Libyen niveis tranavit concolor alis,
« Hanc sedem templo Cythereia condidit ales :
« Hic ubi nunc aram lucosque videtis opacos,
« Ductore electo gregis, (admirabile dictu!)

680. *Dodonida* R. 2; prob. Lefeb. *murmure*, non *munere*, scripti et editi ante Marsum, oe improb. quidem Dausq. Conf. v. 698. *Chaonis quercus loquax* Sen. Herc. OEt. 1623, de silva Dodonæa, in qua columbæ oracula reddunt, quod vel ex Hom. Odyss. ξ, 328; π, 233, notum. — 682. Vox *niveis* et contextui et fabulæ adversatur; vid. Herodot. II, 57 al. Hinc *furvis* conj. N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Met. III, 273; *piceis* Burm. *nigris* Drak. et Beger. Thes. Brandenb. T. III, p. 222, quod et mihi in mentem venit et a Lefeb. receptum video; *liveis* Dausq. voce inaudita et metro contraria. — 683. *templo*, non *primo*, Col. et Oxon. non repug. Dausq. — 684. *nunc arma* scripti constanter, unde *aram* cum Drak. dedi, suadente N. Heins. Vulgo *oras*. — 685. *Ductori* non male emend. N. Heins. Idem

Aristoph. in Ranis, D. Heins. Cf. Drak. et ad II, 574. Sunt vero etiam, qui fabulentur, has columbas e gremio Thebes, virginis, evolasse. Lefeb. hæc notat: « An hæc ficta e *Theba* q. d. arca Noachi, qui columbas emisit? Valde suspicor. » Sed veremur, ut multis id adrideat. — 679. *Chaonias oras*, Epirum. cf. Intp. ad Virg. Ecl. IX, 13; Ge. I, 8, et Prop. I, ix, 5. — 681. Mare *Carpathium* pars maris Ægæi, a Carpatho ins. (hod. *Scarpanto*) inter Cretam et Rhodum sic dicta. Sed quare columba tam late vagatur? Poeta forte v. 678, Thebas Bœotiæ perperam innuit, non Ægypti urbem, a qua Hammonii non nisi decem dierum iter aberant, teste Herodoto IV, 181. — 682. *niveis*, vid. V. L. Nota D. Heins. hæc est: « Nigræ πελειάδες sunt: πέλον enim τὸ μελανίζον χρῶμα, nigricans color; unde et bovem nigram πέλλην dicunt, et πελίωμα τὸ μέλαν. » — *concolor* Afris fuscis, sed Lefeb. judice, quia voc. *Libye*, ab orientali *Lub*, significat *nigrum*, *ustum*. — *tranare*, ut *nare*, seu *enare*, pro volare. Cf. XII, 95; XIII, 185, 238. Hinc *pennarum* et *alarum remi* XII, 98; Ovid. Met. V, 558; *remigium alarum* Lucret. VI, 743; Virg. Æn. I, 301, et VI, 19, ubi vid. Heyne. εἰρεσία πτερῶν Lucian. in Timone, T. I, p. 183, edit. Schmid. (Chrestom. Gr. Stroth. p. 166.) Cf. ad v. 662; Cerda ad Virg. Ge. IV, 59, et Æn. IV, 245; VI, 16; Heins. ad Ovid. A. A. II, 47, et Drak. inf. ad XII, 98, ubi verba Aristophan. in Avib. τὼ πτέρυγε ναυστολεῖν et Nonn. Dionys. XXXI, 15: ἐγχόμενος πτερύγεσσι excitat, et contra *volare* de navi monet dici, ut διαπτᾶσθαι Eurip. Med. 1, unde ἐρετμὰ, τάτε πτερὰ νηυσὶ πέλονται ap. Hom. Odyss. λ, 124; de quo vid. Cerda ad Virg. Æn. III, 520, et Barth. ad Claud. Cons. Hon. VI, 38. — 683. *Cythereia ales*, columba, Veneri sacra. — 685... 687. De

Digitized by Google

« Lanigeri capitis media inter cornua perstans
« Marmaricis ales populis responsa canebat.
« Mox subitum nemus atque annoso robore lucus
« Exsiluit, qualesque premunt nunc sidera quercus,
« A prima venere die : prisco inde pavore
« Arbor numen habet, coliturque tepentibus aris. »
Dumque ea miramur, subito stridore tremendum
Inpulsæ patuere fores, majorque repente
Lux oculos ferit : ante aras stat veste sacerdos
Effulgens nivea, et populi concurrere certant.
Inde ubi mandatas effudi pectore voces,
Ecce intrat subitus vatem Deus : alta sonoro
Conlisis trabibus volvuntur murmura luco,
Ac major nota jam vox prorumpit in auras :
« Tenditis in Latium, belloque agitare paratis
« Assaraci prolem, Libyes : cœpta aspera cerno,

v. 690, malebat *tenuere* scil. æthera. Sed vid. not. Ibid. *pavore* in scriptis, suffrag. Dausq. vid. ad v. 31, et ad I, 82. Vulgo *favore*, quod operarum errore in ed. Lefeb. relictum. — 701. Vulgarem distinctionem, *prol. m.: Libyes cœpta*, etc. sustulit N. Heins.

columba, quæ medio arietis capiti insidens oracula ediderit, vid. Turneb. Advers. XIV, 18; Dempster. paralip. ad Rosini Antt. Rom. II, 5, et inpr. Beger. Thes. Brandenb. T. III, p. 221 sq., unde Drak. gemmam h. l. exprimendam curavit. — 688. *subitum*, subito enâtum, unde *exsiluit*. — 689. *premunt*, alias feriunt, vel tangunt vertice. — 690. *venere*, provenere, crevere, ut ap. Virg. Ge. I, 54, et II, 11. — *pavore*, vid. ad I, 82. — 691. *Arbor numen habet*, vid. ad v. 499, 673, et cf. X, 167; Gronov. Obss. I, 13, pag. 111, et Intpp. ad Virg. Ge. II, 16. — 694. *ferit*, vid. ad II, 580, et Drak. ad h. l. — 697. Cf. Virg. Æn. VI, 45 sq., 77 sq. Deus dicitur *intrare* (Stat. Achill. I, 514.) ut *insidere*, *inrumpere* (Lucan. V, 167; Stat. Th. X, 341), *possidere*, *inplere*, *inhabitare*, *incolere* vatem, qui ita *plenus* et *totus Dei*, ὅλος του θεοῦ, vel κάτοχος ἐκ τοῦ θεοῦ et ἔνθεος fit, (*Phœbo intrata sacerdos* XII, 323.) et *deum pectore adcipit*, *tenet*, vel *suspirat* (IV, 777), ut contra, furore cessante, *excutit*. Cf. ad I, 124; Burm. ad Val. Fl. I, 207; IV, 445; VI, 673; Heyne ad Virg. Æn. V, 679. — *alta murmura*, ut *alta vox*. — 698. *Conlisis trabibus*, arboribus sono quasi percussis et repercussis. — 699. *major nota vox*, ut ap. Val. Fl. II, 226. — 700. Cf. ad I, 125, et Virg. Æn. VI, 83 seqq. — *agitare*, cf. ad I, 146. — 701. *Assaraci prolem*, cf. v. 566, et Virg. Æn. I, 284. —

« Gradivumque trucem currus jam scandere, et atram
« In latus Hesperium flammam exspirare furentes
« Cornipedes, multoque fluentia sanguine lora.
« Tu, qui pugnarum eventus, extremaque fati
« Deposcis, claroque ferox das vela labori,
« Invade Ætoli ductoris Iapyga campum ;
« Sidonios augebis avos, nullique relinques,
« Altius Ausoniæ penetrare in viscera gentis;
« Donec victa tibi trepidabunt Dardana regna.
« Nec ponet pubes unquam Saturnia curam,
« Dum carpet superas in terris Hannibal auras. »
Talia portabat lætis oracula Bostar,
Inplebatque viros pugnæ propioris amore.

Libyes, o Pœni, vid. ad I, 189. — 702, 703. *flammam atram*, atri belli, et æstum furoris. — 705. *extrema*, finem, eventum. — 706. *Deposcis*, scire cupis. — *dare vela labori*, ut *famæ* ap. Martial. VIII, 70; pro studere, operam dare; vel summo studio ad laborem perficiendum adcelerandumque ferri, quo forte sensu *vela dare fatis*, h. e. mandatis consiliisque deorum, dixit Virg. Æn. III, 9, et contra *vela contrahere* Hor. Od. II, 10, extr. — 707. Pete Cannas, vid. ad I, 51 et 125. — 708. *augebis avos*, h. e. majorum gloriam, ut αὔξειν, ὀφέλλειν. — *nulli relinques*, sc. gloriam et famam, h. e. permittes, concedes, adeoque nemo poterit. — 711. Romani non sine timore et bello erunt. — 712. Cf. Virg. Æn. I, 387, 388. — In hoc Hammonis oraculo, sicut in toto Silii poemate, continuam Virgilii imitationem deprehendere est, quæ, licet aliquando felicior, sæpius tamen ibique præsertim pallet, et quasi Maroniani solis radios caliganti orbe jam debiles remittit. Non ita profecto vaticinatur Cumæa illa sacerdos, quum, vere Deo præsente plena, nec jam *mortale sonans*, divina voce, *Horrendas canit ambages, antroque remugit*. Ed.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

De Hannibalis tam audaci trajiciendarum Alpium consilio, et felici ejus effectu, tristes nuntii Romam veniunt, unde summa quidem in urbe et agris trepidatio oritur, sed Patribus auctoribus magno quoque animo bellum comparatur; 1—38. Interea Hannibal, quum Gallos, Padi adcolas, donis ad defectionem sollicitasset, castra ex Taurinis movet, et P. Cornelii Scipionis consulis, cui ex Massilia redeunti obviam venerat, vestigia persequens ad Ticinum amnem raptim contendit; 39—55. Ibi duces militum animos ad pugnam adcendunt; 56—89. Et, ad exploranda circa loca cum parte equitum progressi, ad prælium se expediunt; 90—100. Primus omnium Bogus auspex, ex læto prodigio certam victoriæ spem augurans, telum in Romanos emittit; 101—142. Quo facto in prima Pœnorum acie pugnam capessunt Boii, duce Cryxo, qui magnam hostium stragem edit; 143—188. Quam dum ulcisci conatur Quirinus, a Vogeso interficitur; 189—215. Impetum vero Gallorum, quibus multo successu audacia crescit, fortiter propulsat Scipio consul, qui ingenti eos cæde prosternit; 216—247. Et Cryxum, insolentius se jactantem, in singulari, ad quod eum provocaverat, certamine, hasta trajicit; 248—299. Ubi Gallos, ducis nece consternatos, terga vertere videt Magus, equites Pœnorum in primam aciem deducit: quo facto, diu dubio utrimque eventu pugnatur; 300—323. Postremo Hannibal suis auxilio adcurrit, magnumque hostium numerum cædit; 324—354. Forte in utroque tum exercitu trigemini erant fratres, qui inter duas acies infestis armis concurrunt, et mutuis vulneribus confossi cadunt; 355—400. Mox fœdam Romanorum fugam sistit Sci-

Digitized by Google

pio, et in confertissimos hostes inruit; 401—416. Præsentissimum Consulis periculum repellitur auxilio Martis, a Jove missi, et interventu tum primum pubescentis filii, qui, Deo adjuvante, per densos hostes viam sibi ferro facit, multisque occisis patrem, gravi vulnere saucium, in conspectu Pœnorum, admiratione tam egregii spectaculi obstupefactorum, humeris suis ex acie reportat; 417—479. Noctis interventu prælium dirimitur, et quarta ejus vigilia Scipio tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in colles, equiti inpeditiores, aciem erigit, ubi Ti. Sempronius Longus Consul, compositis Siciliæ rebus, collegæ conjungitur; 480—497. Ibidem Hannibal, secunda fortuna ferox, trajecto Pado, castra communit; et, ne quod rei gerendæ præmitteret tempus, hostes ad novam pugnam elicit, quam et Sempronius, vir fortis gloriæque cupidus, non detrectat; 498—524. Magna tum cæde ab utroque perpetrata, Romani postremo pedes referunt, ripamque fluvii, qui nocturno imbri adcreverat, petunt, ubi alii inter cunctationem ingrediendi ab hostibus trucidantur, alii vero nive, nimbo, intoleranda vi frigoris, paludibus et undis absumuntur; 525—597. Terror stragesque augetur, ubi elephantos quoque aquam ingredi vident, quos tamen mox, Fibreni exemplo incitati, verutis fortiter conjectis necant; 598—621. Quin ipsam Romanorum pugnam restituit Scipio consul, qui licet vulnere, ad Ticinum adcepto, adhuc debilitatus, suis repente auxilio venit, et Trebiam hostium cadaveribus replet; 622—637. Fluvius, id graviter ferens, magna vi ac mole aquarum super ripas effunditur, et in Consulem inruit, quem Vulcanus, precibus Veneris motus, præsenti periculo eripit, flamma undique excitata, qua vis undarum coercetur; 638—697. Uterque deinde exercitus in hiberna concedit; et Romæ C. Flaminius, vir temerarius, et victoria, in priore consulatu a Boiis reportata, ad intolerabilem superbiam inflatus, Consul creatur; 698—721. Lætus hic nuntius a Junone, in deum præsidem Trasymeni lacus conversa, ad Hannibalem perfertur, qui extemplo Apenninum quoque transire conatur, et, vi tempestatis in paludibus, præter homines et jumenta, altero etiam oculo amisso, in Etruria ad Trasymenum lacum castra locat; 722—762. Dum hæc in Italia geruntur, Carthagine Patres, Hannonis sententia et sorte commoti, parvum Hannibalis filium Saturno inmolandum decernunt; sed Imilces lamentatione ad misericordiam adducti, patris arbitrio permittunt, sortemne respuere malit, an adcipere? 763—807. Hannibal, legatis benigne exceptis, pro filio, cujus

mortem deprecatur, se aliquot hostium millia diis patriis inmolaturum esse vovet, et, exercitu quadrifariam diviso, ad pugnam se expedit; 808—829.

FAMA per Ausoniæ turbatas spargitur urbes,
Nubiferos montes, et saxa minantia cælo
Adcepisse jugum, Pœnosque per invia vectos;
Æmulaque Herculei jactantem facta laboris
Descendisse ducem: diros canit inproba motus,
Et gliscit gressu, volucrique citatior Euro
Terrificis quatit adtonitas rumoribus arces.
Adstruit auditis, docilis per inania rerum
Pascere rumorem vulgi, pavor: itur in acres
Bellorum raptim curas; subitusque per omnem
Ausoniam Mavors strepit, et ciet arma virosque.
Pila novant, ac detersa rubigine sævus
Induitur ferro splendor; niveumque repostæ

4. Ita in c. Col. legitur; *Herculeo labori* in mentem veniebat N. Heins. *jactatum fama* Put. *jactantem fama* ed. Lefeb. operarum haud dubie incuria. Vulgo *jactatur fama*. — 5. *diro* c. 1. *motu* malebat N. Heins. — 7. *aures* ant. ed. Veneta, prob N. Heins. Cf. ad II, 580. Vulgatum confirmat Drak. similibus locis Val. Fl. I, 743; II, 122; V, 273; et inpr. Virg. Æ. IV, 187. Cf. not ad III, 436. Schmidio videtur elegans esse traductio ab ariete, qui propr. quatit muros. — 8 *verum rumorem* placebat aliquando N. Heins. coll. Claud. Eutrop. II, 470. — 13. *niveumque... coni* (φά-

2. *saxa minantia cælo*, ut ap. Virg. Æn. I, 162; cf. Burm. ad Val. Fl. IV, 178. — 3. *Adcepisse jugum*, h. e. superata esse. — 4. Cf. I, 510; II, 356; III, 91, et Liv. XXI, 41. — *jactantem*, v. c. II, 356; XI, 136, ap. Liv. XXI, 41 et 48, quæ loca jam laudavit N. Heins. — *Herculei labores*, ut ap. Horat. Od. I, III, 36, vid. inf. ad v. 599. — *inproba* fama, quæ mala et tristia vulgat. — 6. Hæc petita e Virg. Æ. IV, 173 sq. — 7. *arces*, vid. ad I, 7. — 8. Subitus belli adparatus, metusque Hannibalis adventu incussus, magno orationis ornatu et copia adumbratur. Silio autem ante oculos fuit Virg. Æn. VII, 623... 640. — *Adstruit* ut *adnectit* XI, 604; XV, 808, pro adfingit, plura addit, ut metus solet. Drak. cf. VI, 557; Claud. b. Get. v. 227, et verba Liv. XXIX, 3, *Omnia in majus metu augente*, etc. — 13. *ferro*, gladio, cujus splendida acies terrorem incutit mortemque minatur,

Instaurant galeæ coni decus : hasta juvatur
Amento; revocantque nova fornace bipennes.
Conseritur tegimen laterum inpenetrabile, multas
Passurus dextras atque inrita vulnera, thorax.
Pars arcu invigilant, domitat pars verbere anhelum
Cornipedem in gyros, saxoque exasperat ensem.
Nec vero muris, quibus est luctata vetustas,
Ferre morantur opem : subvectant saxa, cavasque
Retractant turres, edit quas longior ætas. .
Hinc tela adcipiunt arces; ac robora portis
Et fidos certant obices arcessere silva :
Circumdant fossas : haud segnis cuncta magister
Præcipitat timor, ac vastis trepidatur in arvis.

κου *decus*, Colon. et Tell., h. cristas, seu jubas, λόφον, ut *gloria coni* ap. Stat. Th. VIII, 706, et inf. X, 400. Vulgatam lect. *juvenumque*, quæ errore typogr. in ed. Lefeb. remansit, prob. Dausq. (qui tamen *juvenesque* malebat) et Barth. quod juvenes armorum ornatu maxime (an vero et soli?) capiantur, nec omnes cristæ nivei coloris fuerint. Neuter vidit, *niveum* esse epith. ornans, ut II, 399; ap. Stat. Th. IV, 130, al. *reposti* frustra volebat N. Heins. quum conus, non galea reponatur. — 15. *revocantque* Col. Ox. R. 2, h. e. reficiunt; vid. Gronov. Obss. II, 19; *recoquuntque* ingeniose corrig. Bentl. ad Hor. Od. I, 35, 38; prob. Drak. cui nostra lectio inaudita et ex antiqua scribendi ratione *recocunt* orta videbatur, quod firmari potest loco Virg. Æ. VII, 636. Vulgo *renovantque*; in quo Dausq. adquiescit, quum tamen *novant* modo præcesserit; *recoquuntque novas* conj. Lefeb. Male! — 16. *inultas* emend. N. Heins. quia *irrita vulnera* subsequuntur. Sed ita ταυτολογίαν poetæ obtrudi monet Drak. — 23. *ast* contra omnes libros scripsit Lefeb. ne admonitu quidem lectore. — 26. *agris* Col. *armis* Ox.

unde *sævus*. — 14. *hasta juvatur Amento*, hastis amentum addebatur, ut eo fortius et majori cum impetu adigi possent, Drak. Conf. ad I, 318.

16. *Conseritur*, ut ap. Virg. Æn. III, 467. — 17. *dextras* et *vulnera* h. e. ictus. — 18. *arcu invigilant*, arcubus fabricandis operam dant. Cf. Virg. Ge. IV, 158, et Æn. IX, 605.—*domitat in gyros*, cf. Heyne ad Tibull. IV, 1, 94, et Virg. Ge. III, 191. — 19. *exasperat*, acuit, ut *asperare saxo pugionem*, et *ossibus sagittas* dixit Tac. Ann. XV, 54, et Germ. 46; Drak. comparat Lucan. VII, 139 sq. — 23. *robora*, obices ligneos, ut *ferratæ robora portæ* dixit Stat. Th. X, 505. — *fidos obices*, ut *fidus ensis*, *fidelis lorica*, ap. Virg. Æn. VII, 640; IX, 707, et *firma objice*, ap. Ovid. Metam. XIV, 780; cf. I, 489, XIII, 252. — 25. ut VII, 349 seq. Comparant verba Ciceronis Philipp. II, 36, *timor non diuturnus magister officii*; et Plinii Epistol. VII, 17, *timor est emendator acerrimus*. — Confer Lucan. lib. I, v. 484 sq., et Valer. Flacc. lib. II, v. 163 sq. —

Deseruere larem : portant cervicibus ægras
Adtoniti matres, ducentesque ultima fila
Grandævos rapuere senes : tum crine soluto
Ante agitur conjux; dextra lævaque trahuntur
Parvi, non æquo comitantes ordine, nati.
Sic vulgus traduntque metus, nec poscitur auctor.
At Patres, quanquam exterrent inmania cœpta,
Inque sinu bellum, atque Alpes et pervia saxa
Decepere, tamen crudam contra aspera mentem
Et magnos tollunt animos : juvat ire periclis
Ad decus, et dextra memorandum condere nomen,
Quale dedit nunquam rebus Fortuna secundis.
Sed Libyæ ductor tuto fovet agmina vallo,
Fessa gradum, multoque gelu torpentia nervos;
Solandique genus, lætis ostentat ad Urbem
Per campos superesse viam, Romamque sub ictu.
At non et rerum curas, consultaque belli

32. *Sic vulgus* (sc. facit); *traduntque metus*, vel *Dira serunt*, *creduntque metu*, vel *Sic vulgus; crescuntque metus* conj. Withof. — 34. *nec pervia*, vel *impervia saxa* emend. Schmid. quum Alpes ut non perviæ semper jactentur, et, si perviæ sint, in iis non poni possit spes, Pœnum eas non transcensurum. Sed Alpes, quas Hannibal primus præter omnium opinionem *pervias* fecerat, *decepere*, quia eas hominibus impervias esse putaverant. — 35. *Decepere* scripti et editi ante Martin. Herbipol., qui primum *Accepere* dedit. Conf. Gronov. Obss. III, 20. — 40. *gradu* e Col. recepit Lefeb. et exponit *erependo gradu*, *gravissant sur les roches*; respiciens forte ad III, 529. Sed olim potius *gradu* scriptum, vel ultima litera voc. *gradum* a prima vocis seq. absorpta, judice Drak.

28. *ducentes ultima fila*, quæ propr. Parcæ ducunt. Conf. Virg. Æn. X, 815. — 30, 31. Cf. Virg. Æn. II, 723, 724. — 32. Sic vulgus metu fugaque sua timorem injicit aliis, nec quæritur, quisnam sit auctor rumoris. Cf. Lucan. l. c. Possis etiam *tradunt metus* interpretari, narrant metuenda. Cf. Val. Fl. II, 166, ubi vid. Burm.

34. *In sinu*, in intima Italia, ut VI, 652; Tac. Hist. III, 38; Sallust. Catil. 52 (al. 56), §. 35, et Claud. Eutrop. II, 575. — 35. *crudam*, vid. ad I, 405, *juvat ire*, etc. Cf. I, 570. — 37. *condere*, vid. ad III, 71.

39. *fovet* Liv. XXI, 37, *quies fessis data triduo*. — 41. Cf. Liv. XXI, 35. — *Solandique genus*, ut fere ap. Virg. Æn. VIII, 487, et Val. Fl. II, 195. — 42. *Per campos*, patentem et expeditam. — *sub ictu*, in præsentissimo periculo et tam propinquam, ut fere sub ictum quasi detur. Cf. I, 528; V, 46, 549; VIII, 309. Similiter *sub cuspide* XII. 277. — 43. *At non et*, ut *sed non et*, ac contra *sed tamen et*, de quo

Stare probat, solusque nequit perferre quietem.
Armiferæ quondam prisca inter tempora gentes
Ausonium invasere latus, sedesque beatas,
Et metui peperere manu : mox inpia bella
Tarpeius pater et capti sensere Quirites.
Hic dum sollicitat donis, et inania corda
Ac fluxam morum gentem fovet, armaque jungit;
Jam consul, volucri pervectus litora classe,
Scipio Phocaicis sese referebat ab oris;
Ingentesque duces, pelagi terræque laborem
Diversum emensos, propiora pericula vallo
Jungebant, magnæque aderant primordia cladis.

49. *Sic* conj. Dausq. Male ! — 51. *prævertus* corrig. N. Heins. ut et VIII, 126 : non male ; etsi vulgata quoque ferri potest, si suppl. *ad*, ut V, 204; XVI, 519 al.

vid. Heins. ad Ovid. Metam. IV, 273, et ej. Epist. III, 4; ad Claud. Cons. Hon. IV, 500. — 44. *Stare*, quiescere, cessare, ut I, 341; XII, 41; XIII, 37.

45 sq. *Armiferæ gentes*, ut XV, 172, sunt Galli, qui *priscis temporibus* Tarquinii Prisci Italiæ partem, quæ postea Gallia Cisalpina dicta est, occuparunt, ac fortitudine sua circumjacentibus populis terrorem injecerunt, mox et Romanos adgressi ipsam Romam expugnarunt, Drak. Mireris, Dausq. de Siculis, Aboriginibus, Pelasgis, Lydis, Tyrrhenis cogitasse. Hannibal quietem, quam exercitui dederat, ipse non capit; sed hoc temporis spatio utitur ad Gallos sibi jungendos, et junxisset, ni subito eos adventus Consulis obpressisset. Liv. XXI, 39. — *metui*, metum, *peperere manu*, perfecere ut metuerentur, ut fere XVI, 15. — 48. *Tarpeius pater*, Jupiter Capitolinus, pro ipso Capitolio, quod a Gallis obsidebatur.

49, 50. Similiter Galli dicuntur *corde leves* inf. v. 708, *ingenio fluxi, vaniloquum genus ac mutabile mentis*, VIII, 16, 17. Cf. Liv. XXI, 39, 52; XXII, 1. — *fluxam*, nimis mutabilem, parum firmam et constantem, ut *f. fides, res*, etc. — 51. Cf. Liv. XXI, 26, 32, 39; Polyb. III, 41, 49, 56, 61. Poeta nimis abrupte in hæc incidit, neque certiorem fecit lectorem, cur Scipio, cujus nomen hoc loco primum legitur, Massiliæ fuerit. — 52. *Phocaicis ab oris*, a Massilia (*Marseille*), urbe Galliæ Narbonensis, condita a Phocæis, seu Phocæensibus, incolis Phocææ, urbis Ioniæ (conf. XV, 168, 172 seq.; Plin. III, 4; Mel. II, 5; Strab. IV, p. 125; Tacit. vit. Agricol. cap. 4; Liv. V, 34; XXXIV, 9), non a Phocensibus, quos Justin. XXXVII, 1; XLIII, 1; et Lucan. III, 340; IV, 256, cum Phocæis confudisse videntur, errore antiquo et vulgari, de quo cf. ad I, 335. — 53. *labores pelagi*, ad Scipionem, et *terræ* ad Hannibalem

Namque ut, conlatis admoto consule castris,
Sustulerat Fortuna moras, signumque furoris
Adcensæ viso poscebant hoste cohortes;
Debellata procul, quæcumque vocantur Iberis,
Ingenti Tyrius numerosa per agmina ductor
Voce sonat; non Pyrenen, Rhodanumve ferocem
Jussa adspernatos, Rutulam fumasse Saguntum,
Raptum per Celtas iter, et, qua ponere gressum
Amphitryoniadæ fuerit labor, isse sub armis
Pœnorum turmas, equitemque per ardua vectum
Insultasse jugo, et fremuisse hinnitibus Alpes.
Contra pulchra suos vocat ad discrimina consul:
« Hostem, miles, habes fractum ambustumque nivosis
Cautibus, atque ægre torpentia membra trahentem.
En age, qui sacros montes, rupesque profundas
Transiluit, discat, quanto stat celsius arce

56. *Namque en* tacite refinxit Lef. puncto post *cohortes* posito. — 57. *furore Adcensæ* conj. Schmid. quod et nobis in mentem venit. Sed vid. not. — 59. *coluntur* volebat N. Heins. *hab tantur* Drak. *quacumque vagantur Iberi* Liviocius. Contra *vocari, audire, cluere* pro *esse*, XII, 709 et al. poni, monet Lef. At *vocari alicui* simpl. pro *ei esse* nemo facile dixerit, sed potius pro *vocari ab aliquo*. Præterea non omittendum est, quid et quomodo hoc, vel illud vocetur, seu audiat. Vulgata itaque lectio omnino suspecta videtur. Withof. varia tentabat: *locantur Iberis*, vel *vocantur Ibera I. T. n. tot agmina*, vel *morantur Iberi*, seu *Iberos*, (h. e. Pyrenen aliaque, quæ ipsi superare timent) vel *lavantur Ibero* (ut V, 161, 271; IX, 185, 195), vel *armantur Iberis* (ut III, 224; XI, 144), vel *occantur Iberis*, vel denique *cavantur Iberis*, ut alludatur ad auri fodinas Hispaniæ. — 60. *numerosa*, non *nemorosa*, Col. Os. Parm. *memor ausa per a.* frustra conj. Barth. Adv. VI, 3; quum meminerit Hannibal, quid quisque et quovis tempore gesserit. — 61. *ferocem* Col. prob. N Heins. ad h. l. et ad Claud. Cons. Mall. Theod. v. 53. Vulgo *furentem*, non minus recte. — 62. Alii *rutulam*, vel *rutilam*. Conf. I, 291, 584. — 71. *Transi-*

spectant. — 57. *signum furoris*, furiosi impetus, pugnæ, h. e. classicum. — 59. Longior est H. oratio apud Polyb. III, 63, et Liv. XXI, 43, 44. Hispaniam debellatam esse jactat. — 63. *Raptum iter*, vid. ad I, 569. — 64. Cf. III, 513, 514, et ad II, 356. — 66. *Insultasse jugo*, ut ap. Virg. Ge. III, 117. — *fremuisse hinnitibus Alpes*, ut ap. Virg. Æn. IV, 668, et XII, 922.

67. Conf. Polyb. III, 64, et Liv. XXI, 40, 41. Sed ibi castris jam ad Ticinum positis loquitur. — *pulchra*, gloriosa; quia certam victoriæ spem ostendit. — *amburi, uri*, *καίεσθαι, ἀποκαίεσθαι*, *frigore*, nota phrasis, vid. Drak. ad h. l. et Cerda ad Virg. Ge. I, 93. *Præusti artus, membra torrida gelu*, etc., ap. Liv. l. c. — 70. *sacros montes*, vid. ad III, 501. — 71. *arce Herculea*, Sa-

Digitized by Google

Herculea vallum; et majus sit, scandere colles,
An vestros rupisse globos : det inania famæ,
Dum magna fuso pugna, retroque ruenti,
Qua ventum est, obstent Alpes : super ardua ductum
Huc egere Dei, Latios ut sanguine fines
Inbueret, tellusque hostilis conderet ossa.
Scire libet, nova nunc nobis atque altera bellum
Carthago, anne eadem mittat, quæ, mersa sub æquor,
Ægates inter vasto jacet obruta ponto. »
  Hæc ait, atque agmen Ticini flectit ad undas.
Cæruleas Ticinus aquas, et stagna vadoso
Perspicuus servat turbari nescia fundo,
Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi; ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamine cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.
  Jamque sub extremum noctis fugientibus umbris

liunt, *discant* Pot. *stet*, vel mox et *majus si scandere* corrig. N. Heins. reclam Lefeb., quia mutatio modorum passim sit obvia. — 73. *vestros*, non *nostros*. Col. et R. 2. — 74. *fusa* ed. Paris. Colinæi, errore typogr., quem D. Heins. et Dausq. fideliter descripsere. — 78. *nova num* corrig. N. Heins. citra necessitatem. Conf. v. 72, 806, et quos Drak. laudat Perizon. Diss. de Dict. Cret. §. 40. et Bentl. ad Hor. Serm. II, III, 166; *vobis* R. 2. — 86. *certamine* Col. Put. Parm. Vulgatum *certamina* servavit Lefeb. Recte opinor. — 88. *fugientibus* prisci tantum non omnes; nec opus tot exemplis, quot coegessit Drak. *fulgentibus* R. 3, et alii

gunto. cf. I, 273, vel Alpibus; vid. III, 496. — *celsius*, expugnatu difficilius, *stat*, est. — 72. *colles* contemtim dicit Alpes. — 73. *det inania famæ*, vanas res a se gestas laudibus efferat et celebret, Drak. qui confert VII, 217; XI, 140; XVI, 44, et monet, alio sensu ita dixisse Hor. Sat. II, 2, 95, ubi vid. Bentl. — 75 sq. Hæc ἠθικῶς dicta. — 77. Cf. ad II, 574. — 78 sq. Liviana verba c. 41, *Experiri juvat*, *utrum*, etc.

81. Amplificavit narrationem Liv. XXI, 45 sq., et Polyb. III, 65. — 82... 84. Notio aquæ liquidæ variis modis exornatur more Silii. — 85. *ripis*, inter ripas. — *mitis*, lenis, placide manans, ut VIII, 537; XVI, 642, et ap. Virg. Æn. VIII, 88. — 86. *Cantus arguti* dicuntur *volucrum certamine*, h. e. certatim, vel magno concentu canentium volucrum : quo sensu voces *agmen* et *certamen* a poetis usurpari, nota res est; Ern. Præstiterit, opinor, vulgata lectio *Argutos inter, volucrum certamina, cantus*, ut *cantus* per adpositionem dicantur *volucrum certamina*, quatenus hæ certatim canant. — 87. *Somniferam lucenti*, propter cantum avium et

Digitized by Google

Lux aderat, Somnusque suas confecerat horas.
Explorare locos consul, collisque propinqui
Ingenium, et campis quæ sit natura, parabat.
Par studium Pœno, similesque in pectore curæ.
Ergo aderant, rapidis equitum comitantibus alis.
  Verum ubi commoto docuerunt pulvere nubes,
Hostem ferre gradum; et propius propiusque sonoro
Quadrupedum cornu tellus gemit; ac simul acer
Vincentum lituos hinnitus sævit equorum:
Arma, viri, rapite arma, viri; dux instat uterque.
Ambobus velox virtus, geminusque cupido
Laudis, et ad pugnas Martemque insania concors.
  Haud mora: jam tantum campi dirimebat ab ictu,
Quantum inpulsa valet comprendere lancea nodo;
Quum subitum liquida, non ullis nubibus, æthra

recentt. probb. Barth. et Dausq. quia abeunte nocte splendor auroræ umbris intermicet. — 89. *duas horas* conj. uterque Heins., h. e. vigilias. Sed hanc notionem incertam esse, et noctem apud Romanos quatuor vigiliarum fuisse, nec minus æstate quam hieme duodecim horas habuisse, docet Drak. conf. not. ad VII, 154 sqq. — 91. *campi* frustra emend. Burm. ob præc. *collis*: quasi poetam non deceret orationem variare. — 98. *capite* Col. ut VIII, 275; XII, 169. Sed τὸ *rapite*, ut VI, 210, efficacius esse, monet N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Met. II, 603. — 100. *consors* conj. N. Heins. et v. 101: *dirimebat*, *adacto Quantum inp. valet deprendere*, ut ap. Cæs. B. Civ. III, 51. Sed telom tormentumve, non nodum adigi, a Schmid. jam monstum video: *et prendere* Put.

lene murmur aquæ, Drak. Conf. Horat. Epod. II, 28, al. — 89. *suas*, justas. — 90. *Ingenium*, ut *natura*, indoles, situs, φύσις, ut XIV, 284. Plura exempla dabit Drak. ad h. l. et ad XVI, 46, it. Duker. et Freinsh. ad Flor. II, 6, n. 6.

94. Cf. Liv. XXI, 46; et similia loca Virg. Æn. IX, 33... 39; XI, 597... 607, et 908 seq. — 95. *ferre*, inferre, *gradum*, adcedere. — 97. *sævit*, ut XIII, 600, et ap. Virg. Æn. V, 257; cf. Heins. ad Val. Fl. IV, 455. — 98. Cf. XII, 169; N. Heins. ad XI, 133, vel, ubi eadem exempla congessit, ad Ovid. Met. XI, 377, et Cerda ad Virg. Æn. VII, 460. — 99. *velox virtus*, alibi *ignea* et *vivida*. — *geminus*, similis, par, ut passim ap. Cic. Sic et mox *concors*. Ter eadem sententia exprimitur.

101. Cf. XII, 651; Virg. Æn. XI, 608 seq., et loca Hom. Iliad. ο, 357; π, 589; φ, 251, quæ jam comparavit Drak. qui docet, hoc spatium δουρηνεκὲς dici Iliad. κ, 357, ut, quod longius sit, μεταίχμιον, de quo vid. Schol. Eurip. ad Alcest. 91, et Phœniss. 1246. — 102. *nodo*, vid. ad I, 318. — 103. sq. Variavit et in usum suum convertit locum

Augurium mentes oculosque ad sidera vertit.
Accipiter, medio tendens a limite solis,
Dilectas Veneri, notasque ab honore Diones,
Turbabat violentus aves; atque unguibus idem,
Idem nunc rostro, duris nunc ictibus alæ,
Ter quinas dederat sæva inter vulnera leto.
Nec finis, satiasve, novi sed sanguinis ardor
Gliscere; et urgebat trepidam jam cæde priorum,
Incertamque fugæ, plūma labente, columbam;
Donec Phœbeo veniens Jovis ales ab ortu
In tenues tandem nubes dare terga coegit.
Tum victrix lætos signa ad Romana volatus
Convertit; prolesque ducis qua parte decora
Scipio quassabat puerilibus arma lacertis,
Clangorem bis terque dedit, rostroque coruscæ
Perstringens conum galeæ, se reddidit astris.
Exclamat Liger (huic Superos sentire monentes

105. *limine* R. 3; Parm. Med. non improb. N. Heins. Cf. eum et Borm. ad Virg. Æ. VI, 255. Sed quis unquam dixit, a *medio* limine solis venire? — 106. *ab honore* scripti et editi ante Nicandrum, qui primus *in h.* dedit. — 110. *satiasve* corrig. Dausq. quod prob. N. Heins. et recepere Drak. ac Lefeb. Recte, puto, quia *saties*, si dubiam lectionem loci Plin. VIII, 51, exceperis, non nisi ap. Juvenc. I, 637; III, 216, occurrit. — 115. *jactos volatus* R. 3; *lævos* conj. N. Heins. h. e. a sinistra conspectos, quod felix augurium videbatur Romanis, ut a dextra Græcis. At *lætum*, seu faustum omen erat potius fuga accipitris, non aquilæ volatus; quod Drak. jam adnotasse video. — 119. *Præstringens* ex Oxon. recepit Drak. auctore N. Heins. qui ubivis hanc scripturam intrudunt; vid. ad I, 358, et conf. v. 352; Virg. Æn. XII, 244 sq. Alia prodigia, quæ Romanis terrorem injecerint, memorat Liv. XXI, 46. — 105. *medio a limite solis*, a m. spatio, seu via, quæ soli conficienda est, adeoque a medio cælo, seu meridie. — 106. *Dione*, mater Veneris, et ipsa quoque Venus, vid. Barth. ad Stat. Silv. III, 5, 79; et Schwebel. ad Bion. I, 93. — 115. *lætos*, Romanis fausta portendentes. — 116, 117. Ornate pro, ubi Consulis filius armatus stabat. Confer infra ad vers. 456 seq.

120. Liger (quod nomen, a Galliæ fluvio ductum, occurrit etiam ap. Virg. Æn. X, 596), ex numero columbarum, ab accipitre occisarum, auguratur æque ac Calchas ap. Hom. Iliad. B, 321 sq., et Ovid. Met. XII, 13 sq., quod Drak. jam observasse video. — *Superos sentire*, voluntatem deorum cognoscere. — *monere* et *monitu* vocabb. propria de vatibus, oraculis et diis, qui vel somniis, vel prodigiis aliisque signis futura significant, vid. Ind. et Drak. ad V, 117, et X, 373;

Ars fuit, ac penna monstrare futura magistra):
« Pœne, bis octonos Italis in finibus annos,
Audaci similis volucri, sectabere pubem
Ausoniam, multamque feres cum sanguine prædam:
Sed compesce minas; renuit tibi Daunia regna
Armiger ecce Jovis: nosco te, summe Deorum:
Adsis o, firmesque tuæ, Pater, alitis omen.
Nam tibi servantur, ni vano cassa volatu
Mentitur superos præpes, postrema subactæ
Fata, puer, Libyæ, et majus Carthagine nomen. »
  Contra læta Bogus Tyrio canit omina regi,
Et faustum accipitrem, cæsasque in nube volucres
Æneadis cladem et Veneris portendere genti.
Tum dictis comitem contorquet primus in hostes,
Ceu suadente Deo, et fatorum conscius, hastam.
Illa volans patuli longe per inania campi
Ictum perdiderat spatio, ni, fusus habenas,

V, 24, 274; Virg. Æn. X, 344 al. — 131. *omina* R. 3; Parm., Veneta tam Marsi quam Martini Herbipol., et Junt. probb. Heinsiis, Draken. et Lefeb. Vulgo *læta omnia* ut ap. Liv. XXXI, 7, et *fœda omnia* ibid. c. 12. — 137. *Ictum* Col. Vulgo

quibus locis laudat Heins. ad Ovid. Met. XIII, 216; Gronov. Diatr. Stat. c. 56, et Broukh. ad Tibull. I, vi, 50; III, iv, 2; Add. Burm. ad Val. Fl. I, 29, 231, et ad Ovid. Met. II, 639. — 121. *penna magistra*, ut *natura magistra ac duce*, et alia. — *penna* pro avibus earumque volatu, vid. ad III, 344. — 125. Aquila innuit, Jovem tibi imperium Italiæ recusare. — 126. *Nosco te*, ut ap. Virg. Æn. XII, 260. — 127. Hæc desumta ex Virg. Æn. VIII, 78; Drak. lectores remittit ad Turneb. Adv. XIII, 16, et Burm. Jov. κατaιϐ. c. 9. — 130. *puer*, cf. ad v. 454. — *majus Carthagine nomen*, cognomen Africani, quod Africam, non solam Carthaginem, armis subactam declarabat. Cf. Bentl. ad Hor. Epod. IX, 25.

133. *Veneris genti*, Romanis, qui in Veneris tutela sunt, ut columbæ. — 134. Cf. Virg. Æn. IX, 52, et XII, 266 sq. — *dictis comitem*, *ἐμπαπίας*, ut I, 304, et IX, 569; Drak. Cf. Burm. ad Val. Fl. V, 601. — 137. *Ictum perdiderat*, h. e. perdidisset hasta, ut, ἅλιον βέλος ἔκφυγε Iliad. Λ, 376. — *Perdere* dicimur, quæ inrita sunt et fine suo excidunt, vel quæ sine utilitate profundimus, nec in rem nostram convertimus, quorumque eventus et spes nos frustratur, v. c. *vulnera*, Stat. Th. VIII, 415; *lacrimas*, *ævum*, *jactus*, ibid. II, 656; V, 136; X, 393; *ictus* Lucan. VI, 197; *mortem p.*

Dum primæ decus adfectat decerpere pugnæ,
Obvia quadrupedis præceps Catus ora tulisset.
Sic elanguescens, ac jam casura, petitum
Invenit vulnus, cædemque adcepit ab hoste
Cornus, et oblatæ stetit inter tempora frontis.
Incurrunt acies, magnoque fragore per æquor
Suspendunt cuncti frenis sublime reductos
Cornipedes, ultroque ferunt: erectus in auras
It sonipes, rapidaque volans per aperta procella
Tenuia vix summo vestigia pulvere signat.
Boiorum ante alias, Cryxo duce, mobilis ala

Letum; quod non minus probum. Dausq. interpretatur: vires *leti* inferendi perdiderat, ut contra dicitur hasta *letum ferre*, προϊέμεναι φόνον; vid. not. — 141. *accepit* Col. Vulgo *recepit*, quod Cell. exponit: hasta, jam invalidior spatio facta, non tam intulit cædem, quam recepit et admisit ex occursu Cati. — 144. *cuncti* opinabatur N. Heins. ut v. 516; I, 454; XV, 739; quum de equitatu etiam et copiis navalibus hæc vox adhibeatur a Claud. in Rufin. II, 352, et Cons. Hon IV, 625; Stat. Th. V, 426, et inf. XIV, 540. Nihil muto cum Drak. — 145. *ultroque ruunt* conj. N. Heins. Vulgatum contra eleganter dictum videbatur Barth. Adv. VI, 3, quasi ferentes ipsi ultro denuo ferant. — 148. *Cryxo* ex emend. N. Heins. recepit Drak. *Crixo* scripti et edd. antt. In recent. *Chrixo* et *Chryxo*. Forte

(h. e. inultum *mori*, ut nec amicis id expediat, nec hostibus noceat), inf. v. 605, ubi N. Heins. et Drak. laudant Senec. Agam. 519; Lucan. III, 706; Stat. Th. IX, 58; Auct. ad Herenn. IV, 44 (*Decius amisit vitam, at non perdidit*), et Burm. ad Petron. 82. — *fusus habenas*, pro *fusis habenis*, ut XIII, 172; sic *fusa comas* XIV, 570; Val. Fl. III, 315; *f. barbam*, Virg. Æn. X, 838. — 138. *decerpere decus*, ut δρέπειν τιμὰν ap. Pind. Pyth. I, 95. — 141. *adcepit cædem*, vulnerandi et occidendi occasionem, *ab hoste*, qui sagittæ occurrebat.

144. *cuncti* equites *suspendunt* equos, h. e. habenas ita adducebant, ut equi in priores pedes se elevarent et quasi penderent. Drak. citat Stat. Th. VI, 504. — 146. *procella*, impetu. — 147. Drak. comparat III, 308; XIII, 327; XIV, 508; Hom. Iliad. Y, 226; Virg. Æn. VII, 808 sq.; Stat. Th. VI, 638 sq.; Ovid. Met. X, 654; Claud. Cons. Hon. III, 197, et al. — *summo vestigia pulvere signat*, verba Maroniana, Ge. III, 171; cf. inf. XVI, 485. — 148. *Boios* in Gallia olim Celtica, seu Lugdunensi, et quidem in Borbonio potissimum agro habitasse, eorumque alios Sigoveso duce Boiohemum et, a Marcomannis inde pulsos, Vindeliciæ ac Norici partem, quæ ab illis Boioaria, seu Bavaria dicitur, expugnasse; alios vero, de quibus h. l. agitur, partem Galliæ Cisalpinæ, inter Padum et Apenninum sitam occupasse, et in partibus Pœnorum stetisse, ex Livio aliisque nota res est. — *Boios*

Digitized by Google

Arietat in primos, obicitque inmania membra.
Ipse, tumens atavis, Brenni se stirpe ferebat
Cryxus, et in titulos Capitolia capta trahebat;
Tarpeioque jugo, demens! et vertice sacro
Pensantes aurum Celtas umbone gerebat.
Colla viri fulvo radiabant lactea torque,
Auro virgatæ vestes, manicæque rigebant
Ex auro, et simili vibrabat crista metallo.

leg. *Brixo*, a *Brixello*, Boiorom opp. in Gallia Cispad. — 150. Vulgatam distinct. *membra Ipse tumens*, *atavi B.* mutavit N. Heins. qui et *atavis* pro *atavi*, et mox *in titulis* legendum monuit. Prius recepit Draken. quem secutus sum; *tumens satavi* Med. — 153. *gerebat*, non *ferebat*, Col. et Put. — 156. *rubrabat* Ox. *rutilabat* ed. Notii Antwerp.

a Romanis ad Pœnos defecisse, eorumque regulum *Magilum*, vel *Magalum* fœdus cum Hannibale junxisse, memorant Polyb. III, 40, 44, et Liv. XXI, 29; eos vero in prælio ad Ticinum (de quo vid. *Guischard*, *Mém. milit.* T. I, c. 5) adfuisse, nemo memoriæ prodidit præter Silium, qui vel alios, quorum scripta interciderunt, vel suum quoque ingenium sequutus est, quo spectant etiam ea, quæ de Cryxo, ejus nomine, habitu et certamine cum Scipione tradit, quæ ex historia pugnæ Virdomari, Gallorum regis, cum Marcello (vid. Plut. Marcell. p. 300. sq.) hausisse videtur; Lenz. — 149. *Arietat*, inruit, ut ap. Virg. Æn. XI, 890. — *in primos*, Romanorum προμάχους. — *inmania membra*, conf. ad V, 110 sq.

150. Historia notissima (cf. ad I, 624 sq.) et insculpta clipeo, in Britannia reperto, quem Drak. delineandum curavit. — *Brenni*, Gallorum Senonum ducis. — 151. *in titulos trahebat*, sibi gloriæ ducebat. — *Capitolia capta*, de conatu et jactanter pro, obpugnata, ut *tenebant* ap. Virg. Æn. VIII, 657. — 153. Vid. ad I, 407. — *umbone*, clipeo, qui Gallis oblongus est. — *gerebat* insculptos. — 154. Hæc sublecta Virg. Æn. VIII, 659 sqq., ubi vid. Heyne. Comparant etiam Æn. IV, 138 sq.; VI, 144. — *Colla lactea*, ut XVI, 520 et ap. Virg. Æn. VIII, 660; X, 137, alias *nivea*, *marmorea*, *eburnea*, etc.; conf. N. Heins. et Drak. ad XII, 245, 246; Jani et Bentl. ad Hor. Od. I, XIII, 2. — *fulvo*, aureo. De *vestibus virgatis*, ῥαβδωτοῖς (nobis *gestreifte Gewänder*), cf. Diodor. V, 30; XII, 21; Burm. ad Val. Fl. II, 159, et, quos Drak. laudat, VV. DD. ad Virg. Æn. VIII, 660; Scalig. ad Varr. L. L. p. 67; Salmas. ad Vopisc. Carin. c. 20; Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 12; Jungerm. ad Polluc. VII, §, 53. Perperam Lefeb. exponit gall. *galonnées*, a *virga*, *galon*, germ. *Band*, *Borte*. — 156. *crista* non λόφος, sed κόρυς, quod inutili eruditionis adparatu probat Daniel Heinsius. — *vibrabat*, vid. ad I, 539.

Sternitur inpulsu vasto perculsa Camertum
Prima phalanx; spissæque ruunt conferta per arma
Undæ Boiorum : sociata examina densent
Infandi Senones; conlisaque quadrupedantum
Pectoribus toto volvuntur corpora campo.
Arva natant, altusque virum cruor, altus equorum
Lubrica belligeræ sorbet vestigia turmæ.
Seminecum letum peragit gravis ungula pulsu,
Et circumvolitans tetros a sanguine rores
Spargit humo, miserisque suo lavit arma cruore.
Spicula prima, puer, tumidi, Tyrrhene, Pelori
Purpureo moriens victricia sanguine tingis.
Nam tibi, dum stimulas cornu, atque in prælia mentes

159. *et sociata* conj. N. Heins. — *densent* scripti et priscæ edd. vid. Impp ad Virg. Georg. I, 248, 419; Æn. VII, 794; X, 43s; XI, 650; XII, 264; Bentl. et Jani ad Horat. Od. I, XXVIII, 19; Creech. ad Lucret. I, 393, et, quos Draken. laudat, Gifan. Ind. Lucret., Prisc. Gramm. VIII, p. m. 336; Heins. ad Ovid. Met. XIV, 369; et Fast. III, 820; ad Val. Fl. III, 207; VII, 629; ad Claud. Cons. Hon. IV, 325; et ad Prudent. Cathemer. hymn. V, 53. Vulgatum *densant* primus Wolf. Basileæ edidit. — 166. *arma* Put. Vulgo *ora*, et quidam *ore*. — 167. *dumidi* Colon. *Numidæ* emend. N. Heins. non improb. Drak. *Tyrrhena* R. 2; *Tirena* Put. *Thyrrhene* ed. Lefeb. — 169. *dum*, non *quum*, scripti et priscæ edd.

157. *Camertes*, seu *Camerini*, Umbri, quorum urbs Camers, seu Camerinum (hod, *Camerino*) in montibus qui Picenum ab Umbria dirimunt.—159. *Undæ* ut ap. Virg. Ge. II, 462; Juv. III, 244; Stat. Th. II, 224, et aliis locis, a Drak. cit. Sic quoque *torrens* XIII, 760, et *undans vulnus, unda sanguinis*, etc.; X, 240, 245. — 160. *Infandi Senones*, cf. I, 624 sq. — 162. Deformitas rei nimis fere ad vivum resecatur. — *natant*, cruore submersa sunt, Drak. — 163. *sorbet*, abscondit, ita replet, ut conspici et cognosci nequeant. Propr. vestigia sorbent cruorem. Durior, judice Drak. locutio, quam alibi non notavit. Cf. tamen Lucan. III, 261; IV, 100.

164. *letum peragit*, eos prorsus necat. — 165. Verba Maroniana Æn. XII, 339. — 167, 168. Sensus est, quod Drak. jam monuisse video, Tyrrhenum tubicinem, adhuc *puerum*, h. e. juvenem (vid. ad III, 608), occisum esse a Peloro juvene, qui nunc *prima spicula* miserit, vel primum ad bellum venerit. Barth. Cell. et alii *puerum* male exponunt filium Pelori : tum *spicula prima* essent, quæ primum in hoc bello conjecta sunt. Sed vid. v. 134. — *tumidi* tibicinis, buccas inflantis, Cell. Sed est potius, superbi : nam tibicen h. l. Tyrrhenus esse fingitur, cujus nomen, æque ac Miseni ap. Virg. more poetarum (vid. ad. I, 306, in V. L.) effictum, et quidem exquisite, quia Tyrrheni tubam invenere. — 169 seq. Com-

Adcendis, renovasque viros ad vulnera cantu,
Hæsit barbaricum sub anhelo gutture telum,
Et clausit raucum letali vulnere murmur.
At sonus, extremo morientis fusus ab ore,
Flexa pererravit mutis jam cornua labris.
Cryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo;
Sed gladio Laurum; Picenti rasilis hasta,
Ripis lecta Padi, letum tulit : avia namque
Dum petit, ac lævo meditatur fallere gyro,
Hasta viri femur et pariter per anhela volantis
Ilia sedit equi, et geminam dedit horrida mortem.
Idem, sanguinea Venuli cervice revellens,
Sternit præcipitem tepido te, Farfare, telo;
Et te sub gelido nutritum, Tulle, Velino,
Egregium Ausoniæ decus, ac memorabile nomen,
Si dent fata moras, aut servent fœdera Pœni.

174. *Flexa* scripsi, ut ap. Ovid. Met. I, 98, et Fast. IV, 181; Virg. Æ. VII, 513; Sen. Œd. 733; Draken. Vulgo *Fessa*, prob. Dausq. ut sit viribus destituta, flatore ipso conatum destituente. Male! — 175. *ambos* corrig. Barth. Adv. VI, 3. Sed *ambo* est ant. accus. ut XVII, 437, ubi Draken. laudat Serv. (add. Pier. et Heins.) ad Virg. Ecl. VI, 18; Ge. IV, 88; Æn. XII, 342; Gronov. ad Liv. VIII, 3; XXXV, 21. — 176. *Dat gladio Laurum* conj. Barth. *Sed gladius Lauro* N. Heins. At nihil h. l. deest, modo subintell. ἀπὸ κοινοῦ *occidit*, vel simile verbum; vid. Gronov. l. c. — 179. *femore* coll. I, 540, suspic. N. Heins. qui plura exempla congessit ad Ovid. Met. XV, 162. Sed τὸ *per* ad utrumque substant. referri potest; *per nuda* Col. et R. 2; quod recepit Lefeb. non improb. N. Heins. — 180. *et*, quod in Put. est, vulgo omittitur. — 182. *tepido* Col. et Ox. Vulgo *trepido*, vulgari variatione.

parant Virg. Æn. VI, 165; et cum v. 171, Æn. VII, 533. Sed observa h. l. operosum ornatum.

173, 174. « Quumque caput caderet, carmen tuba sola peregit, Et, pereunte viro, raucum sonus ære cucurrit, » verba Ennii, ex quibus hunc locum, et Stat. Th. XI, 55 (ubi vid. Barth.), desumtum notat Drak. qui etiam inf. XV, 473, ibique Sen. Thyest. 728 sq., et Iscan. b. Troj. V, 253 sq., comparat. — 176. *rasilis*, polita, ξεστὸς. — 178. Cf. Virg. Æn. X, 885. — 182. *Farfare*, a Farfaro, seu Fabari (hod. *Farfa*), Sabinorum fl. vid. ad I, 306, in V. L. — 183. *Velinus* amnis et lacus in Sabinis, nunc *Lago di Rieti*, quia Reate urbs adjacet; *gelido*, quoniam inter montium juga est. Cf. Heyne ad Virg. Æn. VII, 517, et ibid. Exc. VIII, ad v. 712. — 185. *dent* et *servent*, pro dedissent et servas-

Tum Remulum, atque olim celeberrima nomina bello
Tiburtes Magios, Hispellatemque Metaurum,
Et Clauium, dubia meditatus cuspide vulnus.
Nec locus est Tyriis belli, pugnæve, sed omnem
Celticus inplevit campum furor: inrita nulli
Spicula torquentur, statque omne in corpore ferrum.
Hic inter trepidos inmane Quirinius audens,
Cui fugere ignotum, atque invicta mente placebat
Rebus in adversis exceptum pectore letum,
Cuspide flammat equum, ac dispergit gæsa lacerto;

186. *Remulum* Parm. Junt. Ald. Gryph. Nut., ut apud Virg. Æn. lib. IX. v. 360, 593, 633; XI, 636. Vulgo *Romulum*. — 187. *Tyburtes* Dausq. Lefeb. et alii. *Magios* e scriptis, R. 3, et Parm. revocavit N. Heins. Vulgo *Tiburtes magnos*. Poeta autem, ut v. 184, gentem Tulliam, ita h. l. fratres Tiburtes respexit. Tiburnum, seu Tiburtum, Coram et Catillum, seu Catilum, Amphiarai filios, olim *bello Æneæ claros*, et *Tiburis* (*Tivoli*) prope Anienem conditores, de quo conf. v. 224, 225; VIII, 364; Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 670 sqq. Cluver. Ital. ant. p. 958; Solin. c. 2; Jani ad Horat. Od. I, VII, 13; XVIII, 2; II, VI, 5; *Hispellatesque M. Et Clanium* conj. N. Heins. et recepit Lefeb. *Metaurum* Colon. *Mataurumque* Put. vid. ad VII, 486. Vulgo *Metaurumque*. Tum versus est hypermetros, ut XVII, 400, et passim ap. Virg. Ovid. aliosque. — 188. *Clanium* Col. vid. not. ad VIII, 535. *Davium* R. 3; Parm. Med. Vulgata lectio *Danum* debetur Marso; *meditatum* emend. Barth. Adv. VI, 3, et recepit Lefeb. ut non ad Cryxum, sed ad Claoium referatur, qui, dum ferire dubitat, ipse ictum recipit. Non male, judice etiam Drak. — 191. *omni* volebat Modius.

sent. — 187. Cf. V. L. — *Hispellum*, urbs Umbriæ, in qua etiam *Metaurus* fl. unde *Metauri* nomen ductum, cf. ad VII, 486, et VIII, 457. — 188. *cuspis dubia*, quod Drak. recte contra Barth. Adv. VI, 3, monet, non est utrimque acuta, ut *anceps ferrum* et *securis*, quæ ἀμφίτομος Q. Calabr. I, 158, dicitur, sed, quam manu tenet homo dubitans et secum deliberans, quem primum impetat, ut *dubia cœna*, *fames, ala, arcus* ap. Terent. Phorm. II, II, 28; Hor. Serm. II, II, 77; Sen. Thyest. v. 715; Val. Fl. I, 401; IV, 527, ubi vid. Burm. Ernesti emend. *haud dubia meditatus c. v.* Nec tamen damnat vulgatam lectionem, quam ita interpretatur: Cryxus collimans, et cuspidem studiose dirigens; nam qui collimat, is meditatur veluti vulnus, et adhuc dubius est, feriat scopum, nec ne. Rationem Drak. quam nos sequuti sumus, improbat V. Cl. quod hic sensus in Cryxum non cadat, qui non unum præcipue, sed omnes trucidasse dicatur. Enimvero verba nostra commode referri possunt ad magnam hostium multitudinem; quam qui adgreditur, ambigere solet, quem primum armis petat. Malim tamen *meditatum* legere, de quo vid. Varias lectiones.

190, 191. Drak. bene comparat Stat. Th. VIII, 419. — 194. Conf. ad V, 594. — 195. *Cuspide flammat*, calcaribus incitat; *gæsa*, ut I,

Si reserare viam, atque ad regem rumpere ferro
Detur iter; certusque necis petit omnibus ausis,
Quod nequeat sentire, decus : cadit inguine fosso
Teutalus, et vasto quatitur sub pondere tellus.
Obcumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Cæsariem crinemque tibi, Gradive, vovebat
Auro certantem, et rutilum sub vertice nodum.
Sed Parcæ intonsa non exaudita voventem
Ad Manes traxere coma : per candida membra
It fumans cruor, et tellus perfusa rubescit.
At, non tardatus jaculo obcurrente, Ligaunus
Inruit, adversumque viro rotat obvius ensem,
Et ferit insurgens, humero qua brachia lenti

198. *sancire* conj. N. Heins. — 306. *Ligaunus* scripsi. *Licaunus* et *Lycaunus* in editis. *Lygaunus* ed. Lefeb. qui Celticam putat esse vocem, quæ *nigrum* et *corvum* significet.

629. — 196. *rumpere iter*, cf. ad I, 54. — *regem*, Cryxum, ducem Boiorum, ut *tyranno*, v. 709, et *βασιλῆα* Iliad. π, 660. *Reges*, *βασιλεῖς*, *ἄνακτες*, dicuntur omnino potentes et divites, deinde duces et heroes, regio inprimis sanguine orti, ut *rex Æneas*, etc., etiam Dii, ut ἄναξ Ἀπόλλων. — 198. *decus* occisi Cryxi, *quod*, cujus fructus, *nequeat sentire*, percipere, quia *certus necis* erat. — 200 sq. Sarmenti Gallo apte adfingitur votum Germanis usitatum, de quo vid. Cluver ant. Germ. et Lips. ad Tac. Hist. IV, 61, et Germ. c. 31, *victor* si foret. — *ponere*, *ἀνατιθέναι*, consecrare. D. Heins. et Lefeb. male exponunt, suspendere in arbore, quæ inde *capillata*, vel *capillaris* dicta, teste Festo. Ad eam non nisi Vestalium virginum capillus deferebatur, vid. Plin. XVI, 44, seu 85. — 202. *Nodus κορύνη γένος ἐμπλοκῆς*. D. Heins. — *nodum rutilum*, rutili crinis, (qualis Gallis est, de quo vid. Liv. XXXVIII, 17, et sup. ad III, 608) nisi malis de *aureo nodo et circulo* adcipere, de quo vid. Heyne ad Virg. Æn. X, 138, et IV, 138; conf. ad II, 78, in V. L. — *sub vertice*, posteriore, circa occiput. Commentarii loco sint verba Tac. Germ. c. 38. « Insigne gentis, obliquare crinem, nodoque substringere... horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant, » vid. ibi Intpp. — 203. *non exaudita* a Marte *voventem*, vanum irritumque votum nuncupantem. — 205. *It cruor per membra*, ut VIII, 186; XII, 243, et ap. Virg. Æn. IX, 434. Confer Draken. ad XI, 396; Heins. et Burmann. ad Valer. Flacc. II, 111, 253; IV, 217; VI, 724. — 206. Ligaunus Quirinii manum, Vosegus collum amputat. — 207. *adversum ensem*, ut IX, 626, vid. Burmann. ad Valer. Flacc. lib. VI, v. 256. — 208.

Google

Adnectunt nervi, decisaque vulnere læva
Laxatis paulum moribunda pependit habenis;
Dumque micans tremulo conatu lora retentat,
Flectentem adsuetos imitatur nescia frenos.
Demetit aversi Vosegus tum colla, jubaque
Suspensam portans galeam, atque inclusa peremti
Ora viri, patrio Divos clamore salutat.
  Dumque ea Gallorum populi dant funera campo,
Adcitas propere castris in prælia consul
Raptabat turmas, primusque ruebat in hostem,
Candenti sublimis equo: trahit undique lectum
Divitis Ausoniæ juvenem, Marsosque, Coramque,
Laurentumque decus, jaculatoremque Sabellum,

209. *dextra* scripti, R. 3; Parm. Med. Sed *læva* frenum regi monet Drak. coll. v 416; Sen. Hippol. 1259, et Barth. ad Stat. Silv. I, 1, 37. Has autem voces sæpius a librariis permutari docet Gron. ad Sen. l. c. et ad Liv. XXXIII, 9. At manus quoque simpliciter *dextra* dicitur. — 213. *Vesegus* Ox. et Put. *Vesogus* Parm. Vulgo *Vesagus*, et *Vosegus* Colon., quem secutus sum, etsi admodum probabilis est emend. N. Heins. *Vogesus*, quam Drakenb. et Lefeb. recepere. Corruptela forte inde orta, quod Vogesus Galliæ mons, unde nomen ductum videtur, scriptoribus medii ævi, v. c. Venant. Fort. VII, 4, et Gregor. Turon. *Vosagus* et *Vosacus* dicebatur. Apud Cæs. B. G. IV, 10, *Vosego* exstat in ed. Junt. et Oudend. — 220. *Coræque... decus* malebat N. Heins.; et v. 223, *Indutosque humeris*; audacter et

insurgens, vid. ad v. 610. — 209. *vulnere*, ictu. — 210. Conf. Virg. Æn. X, 341. — 211. Ludit exemplo Virg. Æn. X, 396 (ubi vid. Intpp.), ut alii, v. c. Ovid. Met. V, 117; VI, 558 seq. quem contulit Drak. — *micans*, ut V, 285, et Virg. Æn. X, 398, tremens, palpitans. — *retentat*, retinet, vel potius iterum tentat, ut in simili loco Ovid. Met. V, 117; cf. Burm. ad Val. Fl. III, 97. — 212. *Demetit*, ut ἔκειρε dixit Sophocl. Ajac. 55, et Apollon. III, 415; ἤμησε Hesiod. Theog. 181; ἰθύφιον et ἀντίθιον Anthol. L. III, et alibi. Cf. Drak. ad X, 147; (ubi ex Hom. Iliad. λ, 67, hujus locutionis colorem ductum putat) Cerda ad Virg. Æn. X, 513; Heins. ad Ovid. Met. V, 104; Burm. ad Val. Fl. III, 670. — 215. Victor exsultabundus exclamat in ipso prælio et ἐπινίκιον, vel pæana et hymnum canit, more heroum. Cf. v. 262; X, 231, XV, 691; Virg. Æn. X, 738, ubi vid. Heyne.

218. *Raptabat*, ut *rapere* passim, vid. Ind. et Virg. Æn. VII, 725; X, 178. — 220. *Divitis Ausoniæ*, vid. Virg. Georg. II, 136... 166. — *Cora*, hod. *Core*, Latii opp. in Volscis, vid. Heyne ad Virg. Æn. VI, 776, et Cluver. Ital. ant. pag. 1017. — 221. *Laurentum*, vid. ad I, 110. — *decus*, electos juvenes. — *jaculatorem Sabellum*, vid. Heyne ad Virg.

Et Gradivicolam celso de colle Tudertem,
Indutosque simul gentilia lina Faliscos;
Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant Anienicolæ Catilli;
Quosque in prægelidis duratos Hernica rivis

frustra; nam *simul* pendet a verbo *trahis*. — 224. *taciturno murmure* Oxon. Put. R. 3; Parm. Med. prob. Barth. Adv. VI, 3. Id quominus in contextum reciperem, vix mihi temperare potui. Vulgatam quidem lect. firmat Draken. auctoritate c. Colon. et ipsius Silii, qui inf. XII, 539, *leniter sine murmure labi* Anienem memorat. Sed is locus, nisi argutari velis, cum nostro facile conciliari potest. Præterea idem fluvius variis sæpe locis sine et cum murmure labitur, et ipse *Anio*, seu Anien (*Teverone*), leniter alias fluens, prope *Tibur* de scopulo cum murmure ruit, unde *præceps* dicitur Hor. Od. I, VII, 13 (ubi vid. Jani), et *murmur tumidamque rabiem* ipsi tribuunt Prop. IV, VII, 4; et Stat. Silv. I, III, 21, ut taceam, de fluminibus poetas sæpe diversa prodere. Conf. Burm. ad Val. Fl. V, 180; Heyne Obss. ad Tibull. I, VII, 14; et ad Virg. Æn. I, 317. *Taciturno* autem *murmure* dici potest, ut *tacito rumore Mosellæ* ap. Auson. Mosell. v. 22, laudatum a Drak. qui ad XI, 421, in his verbis acumen quoddam captatum putat, ut in *concordia discors* ap. Lucan. I, 98; *discordia concors* ap. Manil. I, 42, et in aliis, quæ notaverint Ciofan. ad Ovid. Met. I, p. 19; Victor. Var. Lectt. X, 12; Lambin. ad Hor. Od. I, XXXIV, 2; Intpp. ad Cic. Phil. I, 2; et Marum. var. lect. III, c. 9, 11. Sed simpl. lene murmur innui crediderim. — 225. *Anienicolæ*, non *Anienicolæque*, scripsi, prob. N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Epist. IX, 141; quia et Maro Æn. VII, 672, et Noster VIII, 366, primam in *Catillo* syllabam produxere, etsi corripuit Stat. Silv. I, III, 100.

Æn. VII, 665. — 222. *Tuder*, seu *Tudertum* (nunc *Todi*) opp. Umbriæ, in colle situm, cf. VI, 645; Plin. III, 14. — *Gradivicolam*, cf. VIII, 462, et, quem Drak. laudat, Gruter. p. 423, n. 1. — 223. *Faliscos* in Etruria, qui *Æqui* dicuntur VIII, 488, exemplo Virg. Æn. VII, 695, ubi vid. Heyne, et in Exc. VIII, ad Æn. VII, 722 sq. *Faliscos* populum, et *Falerios* oppidum adpellant Livius et alii, sed urbem memorat Eutrop. I, 18, quæ hodie *Falari* dicitur, vel potius *Civita Castellana*, vid. Fontanin. Antiq. Hortæ colon. Etrusc. pag. 80 (in Græv. Thes. Ant. Ital. T. VIII). De finis *Faliscis* auctore Drak. consule Ulit. ad Grat. Cyneg. v. 40. — 224. Intell. Tibur, de quo vid. ad v. 187. in V. L. — *taciturno flumine*, Aniene, ut ap. Horat. Od. I, XXXI, 8. Cf. V. L. — *Herculeis muris*, ob cultum templumque Herculis, τὰ Ἡράκλεια, unde *Hercules Tiburtinus* in marmorr. priscis memoratur; vid. quos Drak. laudat, Gruter. p. 49, n. 6; p. 1013, n. 3, et Rader. ad Martial. I, 13. Cf. etiam Strab. V, p. 164; Prop. II, XXXII, 5; IV, VII, 82. — 225. De *pomiferis arvis* Tiburis, vid. Bentl. et Jani ad Horat. Od. I, VII, 14, et Sat. II, IV, 70, quosque Drak. jam citavit, Heins. ad Ovid. Amor. III, 6, 46, et Broukh. ad Prop. IV, VII, 81. — 226. *Hernica saxa*, cf. VIII, 391; Cluver. Ital. ant. p. 979, et Heyne ad Virg. Æn. VII, 684. — *duratos in rivis*, cf. Virg. Æ. IX, 603 sq. —

Mittebant saxa, et nebulosi rura Casini.
Ibant in Martem terræ dominantis alumni,
Damnati Superis, nec jam reditura juventus.
Scipio, qua medius pugnæ vorat agmina vertex,
Infert cornipedem, atque instinctus strage suorum
Inferias cæsis mactat Labarumque Padumque,
Et Caunum, et multo vix fusum vulnere Breucum,
Gorgoneoque Larum torquentem lumina vultu.
Occidis et tristi, pugnax Lepontice, fato:
Nam dum frena ferox objecto corpore prensat,
Atque æquat celsus residentis consulis ora
Ipse pedes, frontem in mediam gravis incidit ensis,
Et divisum humeris jacuit caput: at Batus, amens

228. *mortem* conj. Burm. quod arridet Drak., qui argutam tum et elegantem in hoc versu oppositionem inesse putabat. — 230. *notat* Put. R. 3; Parm. Med. unde *rotat* conj. N. Heins. Vulgatum confirmat Drak. locis Virg. Æn. I, 117, et Val Fl. VIII, 332; *vertex*, non *vortex*, scripti et priscæ edd. cf. ad III, 475. — 233. *Caunum*, non *Camum*, Col. Caunus Hispaniæ mons ap. Liv. XL, 50; *vix visum* in mentem veniebat Burm. *Breucum* Col. Vulgo *Brennum*, unde *Breunum* conj. Lefeb., quia *Breuci* in Pannonia fuere, *Breuni* vero inter Alpinas gentes. Sed hi Alpium Rhæticarum incolæ varie scribuntur, *Brenni*, *Breuni*, *Brenci*, *Breuci*, *Breones*, *Briones*: vid. Casaub. ad Strab. IV, p. 142, et Intpp. ad Hor. Od. IV, XIV, 11; Plin. III, 25; Suet. Tib. 9; Flor. IV, 12, pr. — 235. *Occidit*, *tristi pugnas L. f.* quidam Marsum secuti; *pugnax* scripti cum Parm. et Med. Vulgatum *pugnans* debetur Martino Herbip. *Leopontice* Nut. Sed Lepontii populus Alpinus in Rhætia; vid. Plin. III, 20. — 236. *prensat et æquat* scripti cum R. 3, Parm. Med. Vulgo *prensas et æquas*: non male. — 238. *occidit* Put. Tell. R. 3; Parm. Hinc *accidit* scribendum videbatur N. Heins. ad h. l. et ad Ovid. Fast. V, 360. — 239. *at Batus* Col. *ad Batus* R. 2; *Achbatus* Put. *Achutus* Ox. *Acatus* R. 3; *Ar-*

227. *Casinum*, seu *Cassinum*, Latii municipium (vid. Gruter. Insc. p. 351 et 431) in Volscis, trans Lirim. — *nebulosi*, in alto monte siti; Mars. ob viciniam Simbruinorum stagnorum; Dausq. Sed ea nimis distant. *Sub Casinum stativa habita*, Liv. XXVI, 9, non longe ab hodierno *Monte Cassino*. — 228. *terræ dominantis*, Italiæ, etsi tum hoste tenebatur, unde immerito lectio videbatur suspecta Barth. Adv. VI, 3. Nec est, quod poetam ad sua tempora respexisse cum Drak. censeas.

230. *medius vertex pugnæ*, media acies, similis fluctuum rapido vortici, naves voranti. Conf. Virg. Æneid. lib. I, v. 117, et ad II, 555. — 232. Confer v. 261; XV, 823; Virg. Æneid. lib. X, v. 519 seq., ubi vid. Heyne. — 233. *fusum*, vid. ad II, 113. — 234. *Gorgoneo* exquisite pro torvo, seu obliquo, ob iram et furorem. Cf. Virg. Æn. VIII, 438, ubi vid. Intpp. — 239. *caput jacuit in humeris*, ut ap. Virg.

Qui luctatur equo, parmaque incursibus obstat,
Ictu quadrupedis fulva porrectus arena
Elisa incussis amisit calcibus ora.
Perfurit Ausonius turbata per æquora ductor,
Ceu Geticus Boreas, totum quum sustulit imo
Icarium fundo victor mare; navita vasto
Jactatur sparsus lacerata classe profundo,
Cunctaque canenti perfunditur æquore Cyclas.
Cryxus, ut in tenui spes, exiguumque salutis,
Armat contemtu mentem necis: horrida barba
Sanguinea rutilat spuma, rictusque furentis
Albet, et adfuso squalent a pulvere crines.
Invadit Tarium, vicino consule pugnas
Miscentem, sævisque virum circumtonat armis.

catus Parm. Vulgo *Abbatus*. 240. *Ut luctatur* malebat N. Heins. — 244. Vulgg. *gelidus Boreas*, ut passim ap. poetas. Sed *Geticus Boreas* Oxon. et Put. quod exquisitius est, ut *Sarmaticus*, *Edonus*, *Scythicus*, *Arctous*, *Hæmonius*, *Odrysius Boreas*. Cf. Gron. Obss. IV, 17. — 245. *Icarii* Tell. *Irarum* Ox. R. 3; Parm. Med. unde *Iratum mare*, h. e. turbatum conj. N. Heins. non improb. Drak. quia Africo, non Boreæ imperium in mare Icarium tribuunt Hor. Od. I, I, 15, et alii. Sed vid. not. Si quid mutandum, legerem *rector* pro *victor*; ut *arbiter* et *dux Hadriæ* ap. Horat. Od. I, III, 15; III, III, 5. — 248. Huic versui vulgo subjungitur alius, *Jam videt esse suæ mortemque adstare propinquam*, quem tamen non agnoscunt scripti et edd. ante Juntinam, quare tanquam a Nicandro procusum omisi cum Lefeb. Saltem *esse super* Burm. et *instare* N. Heins. scribendum videbatur. — 251. *adfuso*, non *effuso*, scripti, de quo verbo plura disputavit N. Heins. ad V, 66; VI, 572, 686; et ad Val. Fl. I, 762. — 252. *Darium*, vel *Clarium* Colon. *Tarrum* quædam edd. *Marium* conj. N. Heins. ut sit Rom. nomen. *Dasium* (vid. ad XIII, 32), vel *Clanium* (quo tamen nomine Silius jam sup. v. 188, usus est) tentabat Drak. Sed idem *Tarium* quoque notum in Italia nomen fuisse, ex Plin. Æn. IX, 754, 755. — 242. *amisit ora calcibus*, h. e. calcibus equi Scipionis conculcatus adeo est, ut confusis lineamentis nosci non potuerit, quis foret, Drak. coll. IX, 397 sq., et Luc. II, 167. — 243 sqq. cf. ad I, 468 sq., ubi *Ægæum mare* pro quovis mari procelloso; sed cum dilectu positum, ut h. l. *Icarium*, pars Ægæi, inter Samum et Myconum, ab Icaria ins. quam adluit, sic adpellata, ut *Myrthoum*, *Carpathium*, etc. — 247. *Cuncta Cyclas*, omnes Cyclades insulæ; cf. ad I, 472, et Hor. Od. I, I, 15; *Luctantem Icariis fluctibus Africum*, etc.

250, 251. Horrida facies hominis desperatis rebus sævientis. Cf. v. 277 seq., et V, 434 seq. — *Sanguinea spuma... Albet*, ut *canens cruor* I, 424. Spumat furore, sed *spuma rutilat* sanguine cæsorum, qui de sua quoque barba destillat.

Volvitur ille solo : nam pronum effundit in armos
Fata extrema ferens abies, rapiturque pavore
Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.
Longa cruor sparso linquit vestigia campo,
Et tremulos cuspis ductus in pulvere signat.
Laudabat leti juvenem, egregiosque parabat
Ulcisci consul manes, quum dira per auras
Vox venit, et Cryxum ferri clamoribus audit,
Haud notum vultu : surgit violentior ira
Comminus, atque oculos optato in corpore figit.
Tum, stimulans grato plausæ cervicis honore,
Cornipedem adloquitur : « vulgum Martemque minorem

XVIII, 6, et Sen. de Clem. I, 13, probat. — 257. *linquit*, non *liquit*, Col. — 260. *aur's* Ox. et R. 2, *aures* Put. quod placet Lefeb. non mihi. Conf. X, 366, ubi Drak. conf. XIII, 283; XVII, 42; Virg. Æn. IX, 112. — 262. *iræ* malebat N. Heins. quia Silius secundos casus amat Sed vid. not. — 265. Post hunc versum Nicander alium primus exhibuit in Juntina, *Hactenus*, *at leto dedimus sine nomine gentem*. Conf. ad VIII, 508. Eum omnino barbarum et ταυτόλογον esse, sed, quum sensus eo omisso non constet, alium ejus loco excidisse putabant N. Lenz. — 255... 257. Tarius, Cryxi hasta equo dejectus, cingulo illius impeditur, et sic, membris ad connexa cingula vinctis, ab equo per terram trahitur, Drak. Male Barth. Adv. VI, 3, ex h. l. colligit, veteres, ut eo firmius equis hærerent, cingulis sese eorum adligasse. — *abies*, ut ἐλάτη ap. Hesiod. Scut. Herc. 188, 190. Sic et μελία, *fraxinus* et *taxus*; vid. Iud. — *Fata ext. ferens*, ut *fatifera*, *letifera tela*. — *pavore equi*, ab equo consternato. — 258. *ductus signat*, sulcos facit; conf. Virg. Ge. III, 171, et Æn. I, 478. — *Tremula* proprie est hasta. Lenz. comparat Stat. Theb. VII, 595, 596; XI 514. — 259. *Laudabat leti*, ἐμακάριζε τοῦ θανάτου, D. Heins.

261. *Vox dira*, magna, ingens. Cf. VIII, 384, et Heyne ad Virg. Æn. VIII, 350; IX, 185. — *ferri*, φέρεσθαι, se ferre, incedere, inruere, ut I, 65, 497, 521; II, 527; inf. v. 519; V, 492; VIII, 72; XIV, 317 (cf. Burm. ad Virg. Æn. V, 373), vel ferri in cælum, tolli ad cælum, efferri, celebrari, *clamore*, adclamatione et plausu laudantium, vid. ad v. 215. — *dira vox* clamantium, Cryxum adesse, et consul *clamore* suorum *audit*, cognoscit, Cryxum *ferri*, inruere. Lenz. — 262. *surgit ei violentior ira*, ut *sævæ jamque altius iræ Dardanio surgunt ductori* ap. Virg. Æn. X, 813. — 264. Drak. comparat XVI, 357; Virg. Ge. III, 185 sq., et Æn. XII, 85, 86 (quibus locis vid. Cerda); Nemesian. Cyneg. v. 296, et Auson. Lud. VII; Sapient. pr. Ald. Ovid. Met. II, 867, ubi vid. Heins.

265. Adloquitur *Garganum*, equum suum (cujus nomen e monte

Mox, Gargane : vocant Superi ad majora : videsne
Quantus eat Cryxus? jam nunc tibi præmia pono
Illum, Sidonio fulgentem ardore, tapeta,
Barbaricum decus; et fulvis donabere frenis. »
Sic fatus, magno Cryxum clamore ciebat
In pugnam, ac vacuo poscebat prælia campo.

Heins. et Drak. dissent. Lefeb., qui male reposuit *vulgum*, *Martique minore Hactenus*, *et... gentem*, *Mox*, etc. roll. XVII, 511. Quis enim unquam *Marti* pro *Marte* dixit? Nos totum versum delevimus, quia omnibus scriptis et editis ante Nicandrum abest, nec abrupta ejusmodi oratio ab ardore impetuque animi abhorret. *Mox*, scil. adoriemur, vel occidemus, vel simile quid. Sed *Martem minorem* quomodo explicabimus? Forte viros minus fortes, ut sit id. qd. *vulgus*. *Minor* quidem *Mavors* dicitur, V, 457; ubi tamen *minor* est pro minus. Aliquando conjiciebam *partemque*, quod nunc minus mihi placet. Præstiterit *sordemque*, vel *fæcemque virorum*, ut *sordem urbis et fæcem* dixit Cic. ad Att. I, 16, et similia alii. Sed vereor, ne sic poetam, non librarios, correxisse videar. *Nos* pro *Mox* idem Nicander scripsit. *Nunc* suspic. N. Heins. Sic *hactenus... nunc* ap. Virg. Ge. II, 1, 2; Ovid. A. A. I, 263; Plin. XXVIII, 8; XXXI, 6; quod moneo, quoniam *hactenus* pro adhuc, ad hoc usque tempus, latine dici posse Drak. et alii dubitant: quod tamen ex his locis et inpr. ex Liv. VII, 26, et Tac. Agric. 10, intelligitur.

Apuliæ ductum), ut Iberus Pauchateo XVI, 390; Hopleus Tydei equum ap. Stat. Th. IX, 211, et Mezentius Rhœbum suum ap. Virg. Æn. X, 860 seq., ubi vid. Heyne. Cf. ad V, 166. — *vulgum*, vid. ad I, 399. *Lenz.* vocem *vulgum* e glossa inrepsisse suspicatur, et h. l. ita emend. *Cornipedem adloquitur: tu Martem linque minorem:* (vel *tu mortes linque minores*, id est, desine stragem edere ignobilium). *Nos, Gargane, vocant Superi* ad majora, h. e. ad Cryxum adgrediendum. Meo qualicumque judicio non sollicitanda est lectio, quæ auctoritate omnium librorum tam scriptorum quam editorum ante Nicandrum firmatur, et adfectui loquentis convenientior est. — 267. *eat* pro sit, ut *incedo* ap. Virg. Æn. I, 46, vel potius *quantus eat* pro, quam superbe incedat. — *præmia pono*, propono, *tapeta*, ut XVI, 459, et apud Virgilium Georg. 268. Cf. Virg. Æn. VII, 277 sq. — *ardore Sidonio*, purpura Tyria, II, 382, 530; Æneid. V, 292. — propr. ejus splendore. Nam *ardere*, φλέγειν, *αἴθειν*, *αἴθεσθαι*, de fulgore coloris et splendore purpuræ, auri, armorum, etc., usurpantur, vid. XI, 679; XVII, 396; Virg. Ge. IV, 99, et Æn. IV, 262; XI, 602; Val. Fl. III, 340; VI, 526, ubi vid. Heins. Similiter *purpura mixto inceditur auro* dixit Stat. Th. X, 60; *purpura flammatur* id. Achill. I, 297; *igneus vibrat*, vel *micat auro et ostro*, *ignea purpura* et *chlamys*, etc., id. Th. IV, 265; Val. Fl. I, 427; II, 342; VI, 708; *vestis candet cocco rubro tincta* Hor. Serm. II, VI, 102; conf. sup. ad I, 126. — 269. *Barbaricum decus*, vid. VV. DD. ad Virg. Æ. II, 504, et XI, 777. — *fulvis*, aureis. — 270. *ciebat*, vocabat, provocabat. — 271 et 273. Cf. Virg. Æ. X,

Nec detrectantem par ira adcenderat hostem.
Ut jussæ cessere retro, spatiumque dederunt
Hinc atque hinc alæ, et medio stetit æquore pugna :
Quantus Phlegræis telluris alumnus in arvis
Movit signa Mimas, et cælum exterruit armis;
Tantus semifero Cryxus sub pectore murmur
Torquet, et horrisonis ululatibus erigit iras.
« Nemone incensæ captæque superfuit urbi,
Ut tibi, quas Brenni populus ferremus in arma,
Narraret, dextras? disce en nunc, inquit; » et una
Contorquet nodis et obusto robore diram
Vel portas quassare trabem : sonat illa tremendum,
Ac nimio jactu servasse inprovida campi
Distantis spatium, propiorem trausvolat hostem.

274. *et* Col. In vulgatis libris omittitur. — 276. *signa minax* Ox. Put. Parm. Med. et al. Cf. ad III, 494. — 278. *exigit* R. 3; *egerit* conj. N. Heins. coll. Stat. Silv. IV, IV, 79; Ovid. Trist. IV, III, 38; et Lucan. II, 64. Sed *erigit* est auget, excitat, liberius exerit, ὦρσεν, ἤγειρεν : unde *ira surgere* dicitur. Conf. Virg. Æn. II, 381 (ubi vid. Heyne), et quos Drak. laudat, Virg. Æ. XI, 452; Lucan. VII, 384, et Gronov. Obs. II, 21; Val. Fl. II, 165, et inf. V, 105. — 283. *quassare* scripti. Vulgo *quassasse*; ἀοριστῶς. Non male!

444; XII, 696. — 275. Similis locus de Mezentio Virg. Æ. X, 762 sq.

276. *Mimas* sup. III, 494, montis nomen, h. l. *telluris alumnus*, γηγενὴς (ut ap. Virg. Æn. VI, 595), unus gigantum, cui *Prochyte* insula (de qua vid. ad VIII, 542) inposita dicitur XII, 147. Conf. Sen. Herc. Fur. v. 981; Claud. R. P. III, 347, et Gigant. 85 sq.; Hor. Od. III, IV, 53. — Campi *Phlegræi*, τὸ φλέγραιον, seu φλεγραῖον πεδίον, vel *Phlegra*, ἡ φλέγρα, contr. pro φλεγυρά, sc. γῆ (unde *Phlegræus*, φλεγραῖος et φλέγυρος, igneus, VIII, 655), ubi sedes et pugna Gigantum cum Diis fuit. Hoc nomen a poetis ad varia loca, terræ motibus ignibusque cæcis obnoxia, in Thessalia, Thracia, Macedonia et Italia prope Cumas, traducitur; vid. Heyne ad Apollod. p. 69 sq., et Gesner. ad Orph. v. 1123; cf. VIII, 540; IX, 305; XVII, 650. — *Movit signa*, ut ap. Virg. Ge. III, 236, et Æn. XII, 6. — 277. *Torquet murmur*, ut III, 465; X, 246, et *t. sibila* VII, 424, ubi v. not. 279, 280. Cf. sup. v. 150, 151. — 282. *nodis et obusto robore*, ut ap. Virg. Æn. XI, 553. — *diram quassare*, satis magnam (vid. ad v. 260), vel idoneam et satis validam ad quassandum. Græcis τὸ δεινὸν est ἱκανὸν καὶ δυνατὸν, D. Heins.

283. *trabem*, ut *telum trabale* ap. Virg. Æn. XII, 294. — 284, 285. Hasta ab inprovido Cryxo, qui non satis spatii modum observabat, ni-

Cui consul : « ferre hæc umbris proavoque memento,
Quam procul occumbas Tarpeia sede, tibique
Haud licitum sacri Capitolia cernere montis. »
Tum nodo cursuque levi simul adjuvat hastam,
Dignum mole viri nisus : fugit illa per oras
Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis,
Atque altum tota metitur cuspide pectus.
Procumbit lata porrectus in arva ruina,
Et percussa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter, structo Tyrrhena ad litora saxo,
Pugnatura fretis subter cæcisque procellis,
Pila, inmane sonans, inpingitur ardua ponto.

286. *hæc*, non *hoc*, libri vett., ut et mox *Tarpeia sede*, non *T. a sede*. — 290. *Dignum* Col. Vulgo *Dignam* prob. Dausq., qui exponit ἀξίαν, parem, quæ satis virium habet sternendæ tantæ moli; *nisus*, non *nixus* Col. vid. ad II, 123; *oras*, non *ara*, scripti cum antt. edd. — 291. *subtextaque* Col. *subjectaque* Tell. Vulgo *subtectaque*. Pro *nervis*, vel *tergis*, vel *tauris*, h. e. *pelle taurina*, (quin etiam *aheno*, vel *ferro*), legendum putabat N. Heins. ut clipeus innuatur, ut ap. Virg. Æn. X, 784, 785; Stat. Th. III, 592; VII, 310; Lucan. IV, 132, et aliis locis a Draken. laudatis, qui tamen *nervos* a Tac. Ann. II, 14, eodem sensu adhiberi monet. — 293. *arva*, non *arma*, scripti et R. 3, reclam. Dausq.

mia vi conjecta, Scipionem, propius adstantem, transvolabat, seu supervolabat, ὑπέρπτατο, ut apud Virg. Æn. X, 522, et Hom. Iliad. N, 408; X, 275. — 286 sq. Sarcasmus qualis I, 398 sqq. — *ferre umbris*, ad umbras, vel simpl. referre, dicere iis. — *ferre memento*, ut III, 118. — *proavo* Brenno. Cf. v. 150.

289. *nodo adjuvat hastam*, vid. ad I, 318. — *adjuvat*, Cf. V, 325, et, si tanti est, N. Heins. et Drak. ad VII, 354; XIV, 422, et Burm ad Val. Flacc. II, 528. — 290. *Dignum mole viri nisus*, tantum adnisus, ut conatus ille dignus esset mole viri, quem hasta trajicere volebat, Drak. Idem comparat V, 521; Virgil. Æn. X, 588; XII, 924; Add. Æn. X, 476 sq. et 783. — 291. *Multiplicis lini*, vid. ad III, 272. — *subtextaque tegmina nervis*, h. e. clipeum multiplici corio taurino compactum. Cf. V. L. et ad V, 318 — 292. *altum*, intimum *pectus*, vel alte, profunde, ut ap. Virg. Æn. IX, 699, al. — *metitur*, trajicit. vid. ad III, 339. — 293. *lata ruina*, ob magnam Cryxi molem. — *porrectus*, mortuus, τανυσθεὶς ap. Hom. Iliad. ν, 485, al. Cf. Burm. et Voss. ad Val. Fl. VI, 553. — 294. Totus hic locus concinnatus ex Virg. Æn. IX, 708... 716, ubi vid. Heyne. Cf. etiam Jani ad Hor. Od. II, XVIII, 20 sq. et III, I, 33 sq.

295. *Tyrrhena*, maris Tyrrheni, seu Inferi, cui Campania et Baianum, amœnissima ejus regio, adjacent. — 297. *inpingitur*, inmergitur,

Inmugit Nereus, divisaque cærula pulsu
Inlisum adcipiunt irata sub æquora montem.
Ductore amisso pedibus se credere Celtæ:
Una spes anima, tantusque pependerat ardor.
Ac veluti summo venator densa Picano
Quum lustra exagitat, spissisque cubilibus atram
Inmittit passim dumosa per invia pestem;
Dum tacitas vires et flammam conligit ignis,
Nigranti piceus sensim caligine vertex
Volvitur, et pingui contorquet nubila fumo;
Mox subita in tanto lucent incendia monte.
Fit sonitus; fugere feræ, fugere volucres,
Atque ima longe trepidant in valle juvencæ.
At Mago, ut vertisse globos primumque laborem,

299. *mirata* conj. N. Heins. — 301. *anima*, non *animæ*, scripti cum Parm. et Med., adsent. etiam Dausq., hoc est, ab, vel ex unius vita. Comparant VII, 743; XVI, 19 (ubi vid. not.); XVII, 405; Virg. Æneid. lib. X, vers. 592; Curt. V, 4; Val. Flac. V, 20; *Celtusque p. a.* Oxon. quod Barthio Adv. VI, 3, placuisse mireris. — 302. *Piceno* emend. Scalig. vid. not. — 308. *tanto*, non *toto*, Col. — 310. *ima longe* Col. et Oxon. *una longe* conj. Dausq. Vulgo *una longæ*,

in altum demittitur. — 298. *Nereus*, mare, a saxi ruina æstuans. — 299. *irata æquora*, ut ap. Val. Fl. II, 63; VII, 582; Cf. ad I, 101; VV. DD. ad Hor. Epod. II, 6, et Broukh. ad Tibull. II, IV, 10.

300. Ut ap. Hom. Iliad. π, 659 Dausq. Celtæ, metu perterriti, fugere cœperunt, ut feræ et armenta, quæ incendio diffuso trepide monte decurrunt, et undique ad imas valles confluunt. Pulchra illa comparatio quam poeta, nescio cui, debet. Loca Virg. Æn. X, 405 sq., et XII, 521 sq., 587 sq., non satis conveniunt. — 302. *Picanus*, mons Apuliæ, Mars. *nemorosi maxima cernes Culmina Picani*, Avien. Descript. Orb. v. 499, ubi mediam Picentinorum regionem designari suspicatur, et primam voc. *Picani* syllabam produci monet Drak. — 303 *lustra exagitat*, ut VIII, 565, ubi vid. V. L. — 304. *pestem*, ignem, ut I, 174. In v. 305 Silio præivisse videtur Virg. Ge. II, 304... 309. — 306. *piceus vertex*, ut supra II, 631. — 308. *in monte tanto*, permagno, ut VI, 262; X, 234, ubi vid. Drak. Cf. Heins. ad Val. Fl. VII, 132.

311. *Mago*, Hannibalis Hasdrubalisque frater. — *primumque laborem*, *Qui solus genti est* Drak. comparat VIII, 16 sq., et Liv. X, 28, ubi Gallos « dicit primo impetu feroces esse, quos sustineri sat sit... primaque eorum prælia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum esse. » Add. quoque Liv. V, 44; « gens est, cui natura

Qui solus genti est, cassum videt, arma suorum
Ac patrium in pugnas equitem vocat : undique nudi
Adsiliunt frenis, infrenatique manipli.
Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis;
Nunc rursus Tyrias retro pavor avehit alas;
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes,
Aut illi lævos sinuant in cornua gyros :

inepte. — 313. *patrium*, h. e. Libycum, Col. et Ox. Vulgatam lect. *primum* tuetur Dausq. tanquam consentaneam legi militaris disciplinæ, ex qua primum eques, tum pedes pugnet, ut ad Cannas ap. Liv. XXII, 47. Sed, ut de hac lege taceam, *primum* modo præcessit, et tota ad Ticinum pugna fuit equestris. Cf. sup. v. 93; *nudis* Ox. et Put. 314; *Adsiliunt frameis*, vel potius *phaleris* corrig. N. Heins. qui *nudos frenis* ab *infrenatis* non differre putabat. Sed vid. not. *undique nudos Adsiliunt in equos infrenatosque manipli*, Benessa. — 316. *avehit*, non *advehit*, Col. et Ox. — 318. *Aut illi lævo sinuantes cornua gyro*, vel *Aut illi in lævos sinuatim cor-*

corpora animosque magna magis quam firma dederit : eo in certamen omne plus terroris, quam virium ferunt. » Ibid. libro XXXVIII, 17. « Jam usu hoc cognitum est; si primum impetum, quem fervido ingenio et cæca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma : mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt. » Polyb. lib. II, 33, pr. : τοῖς τε θυμοῖς κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον ᾖ, φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ Γαλατικὸν φῦλον. Cf. et Appian. T. I, p. 75, 81, 82, ed. Schweigh. et Flor. II, 4. — 313. *nudi frenis*, sine f., ut γυμνὸς, seu ψιλὸς ὅπλων, ἐσθῆτος, ἱππείων, σαρκῶν, σκεύους, etc., vid. Ind. it. Wesseling. Diss. Herodot. pag. 99, et Ill. Harles. Anthol. Gr. Poet. pag. 283. — *infrenati*, quod Intpp. jam observasse video, non modo dicuntur equi et equites infreni, vel qui frenos non habent, ut ap. Liv. XXI, 44 (ubi Hannibal *frenatos et infrenatos equites pugnaturos* sperat), sed etiam frenati; nam *infrenare* propr. est frena dare et inponere. Cf. VV. DD. ad Virg. Æn. XII, 287; Sigon. et Gron. ad Liv. XXXVII, 20 (ubi *infrenare* et *infrenatus* eo sensu occurrunt), et Burm. ad Quintil. Decl. XIII, 8, p. 281. — 314. *Adsiliunt*, advolant (vid. Heins. et Drak. ad XV, 695, et Ind.) equites Africani, tam *nudi frenis* h. e. Numidæ (vid. ad I, 215), quam *infrenati* h. e. Carthaginienses. — *manipli* de equitibus, ut ap. Apul. Met. IX, p. 221, ed. Elm.

315. Conf. VII, 644 seq. Virg. Æn. V, 583 sq.; XI, 618... 630. Luxurioso ornatu singula expressit poeta, et respexisse videtur locum Polyb. III, 72, ubi tradit, τοὺς Νομάδας ἀποχωρεῖν (Numidas terga vertere) μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ (in hostem inruere) πάλιν ἐκ μεταβολῆς (fronte conversa) τολμηρῶς καὶ θρασέως· τὸ γὰρ τῆς Νομαδικῆς μάχης ἴδιόν ἐστι τοῦτο. — *in tergum referuntur habenis*, ut ap. Virg. Æn. XI, 623, h. e. tergum vertunt, seu dant, ut VII, 623; X,

Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.
Hac pontum vice, ubi exercet discordia ventos,
Fert Boreas, Eurusque refert, molemque profundi
Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine gestant.
  Advolat aurato præfulgens murice ductor
Sidonius, circaque Metus, Terrorque, Furorque.
Isque ubi Callaici radiantem tegminis orbem
Extulit, et magno percussit lumine campos,
Spes virtusque caduut, trepidaque a mente recedit
Vertere terga pudor: nec leti cura decori,
Sed fugere infixum est, terræque optantur hiatus.
Sic, ubi Caucasiis tigris se protulit antris,
Linquuntur campi, et tutas petit omne latebras

nua gyros Texunt suspic. N. Heins. frustra. — 320. *Atque eadem refuga* Col. *Atque sedem refugam* Ox. et Pul. Pro vulgata *Ac cædem refugam* stat Dausq.

17. Sic *in terga revolvi* et *redire* dixit Stat. Th. IV, 460, et X, 194, quæ loca excitavit Drak. ad IX, 507; *in tergum recessit* Virg. Æn. XI, 653. — 319, 320. Utrobique in cursu orbem faciunt, per orbem concurrunt; et eadem arte orbem resolvunt, h. e. refugiunt. — 321... 323. Drak. expressum putat locum Virg. Æn. XI, 623 sq., qui tamen nostro parum respondet. Paulo similior est Æn. II, 416 sq., ubi vid. Heyne.

324 sq. *aurato murice*, veste purpurea, cui fila auri intexta sunt, ut apud Stat. Theb. X, 60, *purpura mixto incenditur auro*; Lenz. Nihil sublimius et ad dignitatem Hannibalis adumbrandam aptius fingi potest hac ejus specie, qua instar Martis in aciem descendit, subitoque pavore Romanorum animos percellit. Δεῖμος, Φόβος, Ἔρις Martis comites ap. Homer. Iliad. δ, 440, ejusque filii et aurigæ Iliad. O, 119. Hesiod. Theog. v. 933, et Scut. Hercul. 195 et 463, quos exemplo Virg. Æn. XII, 335, poetæ variare solent: vid. Burm. ad Val. Fl. II, 204, et cf. inf. ad v. 438 sq. — 326. *Callaici tegminis*, clipei. Cf. II, 395 sq., — *percussit*, vid. ad III, 436. — 330. *terræ optantur hiatus*, vulgare votum eorum, qui suæ saluti desperant. Drak. laudat Virg. Æn. XII, 883; Ovid. Her. VI, 144, et Fast. III, 609; Petron. c. 81; cf. Heyne ad Virg. Æ. IV, 24, et X, 675.

331 sq. Præclara admodum comparatio, et v. 334 sq., eximia naturæ imitatio. Cf. Hom. Iliad. ε, 323 sq., ubi tamen vix tenuissimas lineas reperias. Forte ante oculos quoque habuit et variavit loca Virg. Æn. IX, 59 sq., et X, 723 seq. — *Caucasus*, notus Asiæ mons, pars Tauri ferisque frequens, unde τὸ *Caucasiis* cum dilectu positum, ut apud

Turbatum insano vultu pecus : illa pererrat
Desertas victrix valles, jamque ora reducto
Paulatim nudat rictu, ut præsentia mandens
Corpora, et inmani stragem meditatur hiatu.
Non illum Metabus, non illum celsior Ufens
Evasere tamen, quamvis hic alite planta,
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nam Metabum ad Manes demisit cuspide fulgens
Fraxinus; Ufentem conlapsum poplite cæso
Ensis obit, laudemque pedum cum sanguine ademit.
Jamque dedit leto Sthenium, Laurumque, domoque
Collinum gelida, viridi quem Fucinus antro
Nutrierat, dederatque lacum tramittere nando.
Fit socius leti conjecta Massicus hasta,

333. *insano adsultu* in mentem veniebat N. Heins. — 334. *Desertas* Col. et R. 2, non improb. Dausq. qui tamen maluerit *Dejectas*, h. e. humiles et submissas. *Distectas* Put. Vulgo *Disjectas*, prob. Barth. Adv. VI, 3; ubi interpretatur *disjectas* cursu armentorum. — 335. *mandans* Col. unde *mandens* emend. Modius Nov. Lectt. Ep. 88; quod cum Drak. et Lefeb. recepi. *mandet* Ox. et Put. *mandat* editi tantum non omnes; *atque absentia mandit* conj. N. Heins. Sed ex nostra lectione eundem sensum oriri monet Drak. vid. not. — 341. *cæso*, non *flexo*, Colon. — 343. *Sthenium* Oxon. quod etiam conj. Dausq. et prob. N. Heins. coll. Virg. Æn. X, 388, ubi tamen olim *Sthenelum* defenderat. *Sthenum* Put. Vulgo *Stemium*. — *Larumque* Col. — 344. *viridi* ex scriptis, R. 2, 3, aliisque edd. revocavit Lefeb. quem secutus sum, quia tanta auctoritate nititur, et commodum præbet sensum. Conf. V, 20. Vulgatum *vitreo antro* præferunt N. Heins. et Drak. coll. Ovid. Met. V, 48, et Stat. Silv. III, 11, 16, et arridere omnino potest. *Vitreus*, ut ὑάλινος, ὑαλόεις, viridis, color vitri antiqui et maris. Conf. Virg. Ge. IV, 350; Æ. VII, 759 (*vitrea Fucinus unda*); inf. VII, 413; VIII, 191; Jani ad Hor. Od. I, xvii, 20; Heins. ad Ovid. Met. V, 48, et ad Claud. Fescenn. v. 75.

Virg. Æn. IV, 367. — 334. *reducto*, diducto. — 335. *ut præsentia*, tanquam præsentia forent, *mandens Corpora*, pecora : venuste, ut passim ap. poetas. N. Heins. laudat Val. Fl. I, 272; III, 589, ubi vid. Intpp.; VII, 197, 315, 466; Varium ap. Macrob. VI, 2; Lucan. V, 319; VII, 767; Petron. c. 123, ubi vid. Burm. Stat. Th. II, 133, 687; III, 569; V, 88; VI, 401. Claud. b. Gild. 351, et alios, quibus Drak. addit Virg. Æn. IX, 63 (ubi vid. VV. DD.); Sid. Apoll. XXIII, 334, et Gunther. Ligur. III, 124. — 338. *alite planta*, πόδας ὠκύς. — 340. *poplite cæso*, succiso, ut V, 347; X, 38, et aliis locis, quæ congessit Drak. — 344. *Fucinus*, lacus in Marsis (nunc *Lago di Celano*), quem Jul. Cæsar et Claudius in Tiberim emittere conabantur; vid. Ern. Excurs. ad Suet. Claud. c. 20.

346. *Massicus*, mons Campaniæ,

Vitiferi sacro generatus vertice montis,
Et Liris nutritus aquis; qui fonte quieto
Dissimulat cursum, ac, nullo mutabilis imbri,
Perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.
Exoritur rabies cædum, ac vix tela furori
Subficiunt; teritur junctis umbonibus umbo,
Pesque pedem premit, et nutantes casside cristæ
Hostilem tremulo pulsant conamine frontem.
Tergemini primam ante aciem fera prælia fratres
Miscebant, quos Ledæo Sidonia Barce
Xanthippo felix uteri inter bella crearat.

350. *Præstringit* conj. N. Heins. et Livin. Conf. ad I, 358, et IV, 119, in Var. Lect. — 355. *sacra prælia* Col. prob. Lef. ut sint *detestanda*, propter Regulum, quem eorum pater captivum Pœnis tradiderit; *sala p.* conj. N. Heins. ut *serere bellum*. Male!

vini nobilioris ferax. — *sacro*, vid. III, 501. — 348. *Liris* fl. olim *Clanis*, seu *Glanis*, (Strab. V, p. 161, 237; Plin. III, 5) nunc *Garigliano* dictus: ex Apennino effusus, præter alia flumina prope Arpinum, ubi Ciceronis villa et patria erat, frigidum *Fibrenum* recipit, (vid. VIII, 398) et Latium a Campania dirimit. — *fonte quieto*, etc. Conf. VIII, 396; Hor. Od. I, XXXI, 7; Cic. Leg. II, 1 et 3. — 350. *Perstringere ripas*, ut XVI, 478. Sic *stringere* dixere Virg. Æn. VIII, 63, et Stat. Th. I, 39; *terere* Claud. Cons. Olyb. 260, ubi vid Heins.; *radere* Lucret. V, 2.7; Lucan. II, 425; VIII, 246; *lambere* et *mordere* Hor. Od. I, XXII, 7; XXXI, 8, ubi vid. Jani. Cf. ad I, 358; V, 24, 274; Heins. et Drak. ad XIII, 4, et Broukh. ad Tibull. IV, 1, 142. — *tacitas*, κατ' ἔννοιαν ad fluvium refer. — 351. Poeta immemor esse videtur turpis fugæ a Romanis modo captæ, v. 328 sq. Lenz. — 352, 353. Drak. comparat V, 219; IX, 322 sq.; Virg. Æn. X, 361, ubi vid. Intpp. Ennii Fragm. pag. 303, ubi vid. Columna. Ovid. Met. IX, 44, 45, et al. Cf. et Clark. ad Hom. Iliad. N, 130 sq.

355 sqq. Ejusmodi scenæ, quum varios ornatus admitterent, et misericordiæ admirationisque sensu animos movere possent, nullus fere poetarum Rom. exstitit, quin similibus carmen distingueret: geminos saltem fratres multi, ut Silius sup. II, 636 sq.; Virg. Æn. X, 390 sq.; Lucan. III, 603; Stat. Theb. VI, 340; IX, 292 sq., et Ovid. Metam. V, 107, produxerunt. Ern. Hanc vero pugnam trigeminorum Noster adumbravit fere ad certamen Horatiorum et Curiatiorum, ex Liv. I, 24 sq., notum.

355. *Tergemini fratres*, ut *gemini f.* XVI, 534, ubi Drak. adposuit verba Quint. Inst. Or. IX, 4; *fratres addere non est necesse*. — 357. *felix uteri*, εὔτεκνος, fecunda, D. Heins. Sic *felix arbor* est frugifera, et in-

Res Graiæ, ductorque parens, ac nobile Amyclæ
Nomen, et injectus Spartanis colla catenis
Regulus, inflabant veteri præcordia fama.
Marte probare genus, factisque Lacona parentem
Ardebant; gelidosque dehinc invisere montes
Taygeta, et tandem bellis innare subactis
Eurotan patrium, ritusque videre Lycurgi.
Sed Spartam penetrare Deus, fratresque negarunt
Ausonii, totidem numero; quos miserat altis

358. *Graias* Col. *Amyclæ* idem. Vulgo *Amycle*, ut *Mycene* et alia, græce. — 359. *insertus colla* e. conj. Burm. qui tamen vulgatam quoque a Græcorum usu loquendi non abhorrere recte monuit. — 360. *inflabat* Colon. et quædam edd. — 363. *Taygetæ* Put. *bellis juvat ire* Put. Tell. et priscæ edd. unde recepit Lefeb. Sed τὸ *innare* exquisitius est, judice etiam Drak. *subacti* (sc. *Ardebant*) forte legendum, vid. not. — 364. *Eurotan*, non *Eurotam*, scripsi. — 365. *Spartam remeare* maluerit N. Heins. *negarunt*, non *negabant*, Col.

felix sterilis, ut, monente Drak. apud Liv. V, 24, et Apul. Apolog. p. 288, ed. Elm. Conf. V, 465, et Heyne ad Virg. Ge. I, 154, 345; II, 81. — *Barce*, Sychæi nutrix ap. Virg. Æn. IV, 632, h. l. *Sidonia*, Carthaginiensis, uxor *Ledæi*, Spartani, *Xanthippi*. Cf. II, 434; VI, 303 sq., 680 sq.

358. *Res Graiæ*, h. e. a Spartanis gestæ, duce Xanthippo, Pœnorum socio, qui Regulum vivum cepit. — *Amyclæ*, Xanthippi patria. — 362. Cupiebant, finito bello in patriam suam redire: quod his vss. et v. 365, variis modis exprimitur. — 363. *Taygetus* mons, a mari per totam Laconicam procurrens, notusque propter Orgia Bacchi et venationes. Ad ejus radices sita est Sparta, quam adluit Eurotas amnis, nobilitatus certaminibus et exercitat. ad eum habitis. Cf. ad VI, 311 sq.; Cic. Tusc. V, 34; Propr. III, xiv, 15 sq., et Meurs. Miscell. Lacon. II, 9. — *Taygetus* sc. mons, Ταΰγετος Straboni et aliis τὸ Ταΰγετον ὄρος dicitur, unde *Taygeta* sc. juga, τὰ Ταΰγετα ὄρη; vid. Burm. ad Val. Fl. II, 359, et Intp. ad Virg. Ge. I, 103. Sic τὰ Δίνδυμα, Πάγγαια, Ῥίπαια, Κεραύνια, Κύβελα, *Dindyma*, *Pangæa*, *Rhipæa*, *Ceraunia*, *Mænala*, *Gargara*, *Ismara*, etc. — *bellis subactis*, forte confectis, finitis, fere ut *exercere* et *fatigare diem*, etc., de quo vid. Heyne ad Virg. Æn. VIII, 94, et XI, 808. Proprie homines dicuntur *subacti atque durati bellis*, v. c. Liv. XLII, 52, metaphora a farina et luto, vel a terra, quæ crebro aratur et colitur, petita, quæ ad ingenium quoque, usu sæpe exercitatum et excultum, transfertur.

365. *fratres Ausonii*, alii tergemini ex Romanis. — Versus 367 et 369, cum nomine *Virbii*, v. 380, desumti e loco classico de *Aricia* Virg. Æn. VII, 762 sq., ubi vid. Heyne in notis et Exc. VIII; conf. etiam Heins. ad Ovid. Met. XIV,

Digitized by Google

Egeriæ genitos inmitis Aricia lucis,
Ætatis mentisque pares : at non dabat ultra
Clotho dura lacus, aramque videre Dianæ.
Namque ut in adversos, inpacti turbine pugnæ,
Eumachus et Critias, et lætus nomine patris
Xanthippus, junxere gradus; ceu bella leones
Inter se furibunda movent, et murmure anhelo
Squalentes campos et longa mapalia complent :
Omnis in occultas rupes atque avia pernix
Maurus saxa fugit, conjuxque Libyssa profuso,
Vagitum cohibens, suspendit ab ubere natos;
Illi dira fremunt; perfractaque in ore cruento
Ossa sonant, pugnantque feris sub dentibus artus.

369. *Cloto* edidere multi, etiam Cell. et Drak. Sed est Κλωθώ. — 371. *Critias*, nomen græcum, quod ex scriptis et priscis edd. restituit N. Heins. In vulgatis libris *Clitias* et *Clytias*. — 376. *profundo* R. 3, prob. Lefeb. qui græcum *βαθύκολπος* ei respondere putat. — 378. *perfectaque* Col. unde *præsectaque* conj. N. Heins. — 379.

331. — 367. *Aricia*, nunc est *Nemi*, vicus a nemore Dianæ sic dictus; in quo nemore erat fons *Egeriæ*; Liv. I, 21, Ovid. Met. XV, 487 sq., 547 sq. — *inmitis* ob cultum Scythicæ, vel Tauricæ Dianæ, cui homines mactabantur. Cf. VIII, 362; et Ovidius ex Ponto III, 2, 71. — 369. *lacus* Triviæ ante Aricinum nemus et lucum Dianæ, τὸ Ἀρτεμίσιον, vid. Heyne ad Virg. Æn. VII, 516, Strab. V, p. 165 et 239 (366, ed. Alm.), VV. DD. ad Horat. A. P. 16; Ovid. Fast. III, 263 sq.; Suet. Jul. 46; Plin. XXXV, 7; Casaub. ad Pers. Sat. VI, p. 501; Salmas. Exerc. Plin. p. 48.

370. *inpacti*, inpulsi, acti, ut ap. Virg. Æn. V; 805; Tac. Hist. II, 41; III, 22; Lucan. VI, 406. Cf. Ind. — 372. *junxere gradus* gradibus, congressi sunt; cf. Ill. Harles. ad Val. Fl. I, 198. — 372 sqq. Eximia comparatio, quam Silius, leonibus in taurorum locum substitutis, ni fallor, Virg. Æn. XII, 715 sq., sublegit. Nam locum Homeri, quem Dausq. et Cell. comparant, Iliad. π, 756 sqq., ubi leones, fame compulsi, de cerva occisa pugnant, poeta expressit potius inf. v. 563 sq. ubi nemo id observavit. Feras non nisi in diversa genera sævire, contendunt Horat. Epod. VII, 11, 12 (ubi vid. Bentl.); Juvenal. XV, 159 sq; Plin. VII, 1, et alii. Sed cf. VV. DD. ad hh. ll. et Scaliger. Exercit. 240, adversus Cardanum p. 737. — 374. *Squalentes campos* vid. ad I, 211. — *longa mapalia* ut III, 422. — 376. *profuso ubere*, quod lacte manat et abundat.

378. *dira fremunt*, ut δεινὸν pro δεινῶς, vide App. et ad lib. I, 398; Clark. not. ad Homerum Iliad. β, 269, et viros doctos ad Virgil. Æneid. lib. IX, v. 791. — 379. *artus pugnant*, membra moventur

Haud secus Egeriæ pubes, hinc Virbius acer,
Hinc Capys, adsiliunt, paribusque Albanus in armis.
Subsidens paulum perfossa proruit alvo
Albanum Critias (ast illi cuncta repente
Inplerunt clipeum miserando viscera lapsu);
Eumachus inde Capyn: sed tota mole tenebat
Ceu fixum membris tegimen; tamen inprobus ensis
Adnexam parmæ decidit vulnere lævam,
Inque suo pressa est non reddens tegmina nisu
Infelix manus, atque hæsit labentibus armis.
Ultima restabat fusis jam palma duobus
Virbius: huic trepidos simulanti ducere gressus
Xanthippus gladio, rigida cadit Eumachus hasta,
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ.
Inde alterna viris transegit pectora mucro,
Inque vicem erepta posuerunt prælia vita.
Felices leti, pietas quos addidit umbris!

feri scripti cum R. 3, et Med. quod prob. N. Heins. et recepit Læf. cui subsistit. esse videtur; *ferri* Put. — 388 *prensa est* recte, opinor, emend. N. Heins. — 391. *stimulanti* in scriptis; *adducere* malebat N. Heins. h. l. et X, 18, h. e. contrahere, ut *a. cutem* dixit Ovid. Met. III, 597; *a artus* Virg. Ge. III, 483, et *colligere gradum* poeta noster VII, 695. — 393. *Ut tandem* præstiterit, judice N. Heins. — 396. *allicit* Put.

ae resistunt. — 381. *paribus in armis*, vid. ad II, 132.

382. *Subsidens*, ὑφιζάνων, *proruit*, prosternit. — 386. *tegimen*, clipeum. — 387. *lævam Adnexam parmæ*, loro, seu ansæ, ὀχάνῳ, τελαμῶνι, insertam. Nam veteres scutum ex sinistro humero suspendebant, et dextra hostem adoriebantur; unde ἐπ' ἀσπίδα et ἐπὶ δόρυ, ad sinistram et dextram, se convertere dicebantur; cf. V, 319; Hom. Il. π, 106; Virg. Æn. II, 671; XI, 693; Ælian. V. H. XI, 9. — *vulnere*, ictu, ut ap. Virg. Æ. V, 433. — 388. In ipso nisu, dum niteretur parmam reddere, decisa est, Schmid. Imo h. l. sententia, luxuriose expressa, hæc est: manus amputata in nisu, quo lorum clipei tenebat, firmiter huic adhæsit, nec illud reddidit, non missum fecit. — 390. *fusis*, vid. ad II, 113. — *palma*, ut XVI, 504, 573, et ap. Virg. Æn. V, 339, vid. ad I, 479. — 391. *huic*, hujus manu. — *trepidos ducere gressus*, timide et lento gressu fugere, ne tres victores simul impetum facerent, ut *ducere lympham* pro lente fluere sup. v. 87. — 394, 395. Critias et Virbius se invicem jugulant. Apud Liv. loc. l. unus Horatiorum, Curiatiis cæsis, superior discedit. — 396 sqq. Cf. Virg. Æn.

Optabunt similes venientia secula fratres,
Æternumque decus memori celebrabitur ævo;
Si modo ferre diem, serosque videre nepotes
Carmina nostra valent, nec famam invidit Apollo.
At consul toto palantes æquore turmas
Voce tenet, dum voce viget : « quo signa refertis?
Quis vos, heu! vobis pavor abstulit? horrida primi
Si sors visa loci, pugnæque lacessere frontem;
Post me state, viri, et pulsa formidine tantum
Adspicite! has dextras capti genuere parentes.
Quo fugitis? quæ spes victis? Alpesne petemus?
Ipsam turrigero portantem vertice muros
Credite submissas Romam nunc tendere palmas.
Natorum passim raptus, cædemque parentum,

R. 3; Parm. Med. unde *adjicit* emend. N. Heins. dissent. Drak. — 398. *Æternumque*, non *Extremumque*, scripti et R. 2. — 399. *serosque* est ex emend. Dausq. N. Heins. et al. *vestrosque* Parm. In reliquis libris, tam scriptis quam editis, legitur *miserosque*, vulgari permutat.; *in serosque venire* conj. Barth. Adv. VI, 3; coll. II, 511; VI, 711; XII, 312; Add. inpr. Val. Fl. VIII, 398. Sed nostra lectio præferenda, judice etiam N. Heins. — 402. Pro *dum* in antt. libris reperitur *quam*, *qutu*, *quum*, teste Lefeb. qui propterea *quam*, h. e. quantum, reposuit. — 406. In vulgatis libris *Adspicite has dextras. Capti g. parentes Quos fugitis* legitur. *Adspicite hanc dextram* corrig. N. Heins. qui tamen malebat *Adspicite ; has dextras c. g. p. Quas fugitis*. Idem non improb. τὸ *Quo*, quod ex ed. Parm. recepi cum Drak. *Qua* scripti cum R. 3, et ed. Lefeb. — 409. *summissas* omnino scribendum monet Lefeb. qui tamen sup. I, 673; rectius *submissi* edidit. — 410. *Natarum*, h. e. virginum, *raptus* malebat Burm. Sed virginum potius in seq. vs.

IX, 446 sq., et sup. ad II, 696. Sed h. l. vix est, quod ad mentem miseratione adficiendam valeat. — *pietas* in patriam. — 399, 400. Silius et Maro modestius, quam Horat. Od. III, ult. et Ovid. Met. XV, 871, de carminum suorum vita præsumsere, Drak. — *ferre diem*, ut *ferre annos* dixit Ovid. ex Ponto IV, VIII, 51, et *ferre vetustatem*, id. Trist. V, IX, 8, de scriptis, ut Cic. Amic. 19, de vino.

403. *vos ἐναργῶς* pro, animum et virtutem vestram; cf. Claud. Cons. Mall. Theod. 196; Stat. Th. II, 417, et Silv. I, II, 168; Sen. Thyest. 53, et 242, ubi vid. Gronov. — 404. Si nimis timetis in prima acie pugnare. Cf. Virg. Æn. V, 429. — 406. *Adspicite*, vid. ad II, 230, in V. L. — *dextras*, viros. — *capti* primo bello Punico. Detrahit hostibus, ut magis impellat suos. Mars

408. Imitat. Lucan. I, 186 seq. — 409. *submissas palmas*, vid. ad I, 673. Sed huic rei ornata Romæ descriptio parum apta. Lucan. longe præstat, VII, 369. *Ed.* — 410,

Vestalesque focos exstingui sanguine cerno.
Hoc arcete nefas! » Postquam inter talia crebro
Clamore obtusæ crassoque a pulvere fauces,
Hinc læva frenos, hinc dextra conripit arma,
Et latum objectat pectus, strictumque minatur
Nunc sibi, nunc trepidis, ni restent, comminus ensem.

Quas acies alto genitor dum spectat Olympo,
Consulis egregii movere pericula mentem.
Gradivum vocat, et patrio sic ore profatur :
« Magnanimi me, nate, viri, ni bella capessis,
Haud dubie extremus terret labor : eripe pugnæ
Ardentem, oblitumque sui dulcedine cædum.
Siste ducem Libyæ : nam plus petit inprobus uno
Consulis exitio, tota quam strage cadentum.
Præterea (cernis) teneræ qui prælia dextræ
Jam credit puer, atque annos transcendere factis
Molitur, longumque putat pubescere bello;
Te duce primitias pugnæ, te magna magistro

mentio fit, ut h. l. juvenum, qui in servitutem, vel ad mortem rapiuntur. — 422. *oblitumve* rectius videbatur N. Heins. Ego potius post *cædum* semper putavi distinguendum esse, in quo Lefeb. nunc mecum consentire video. Vulgo ne comma quidem post *cædum* ponitur. Sed *oblitus sui* est Consul, dum nimio pugnæ ardore summo mortis periculo se committit.

411. Romæ jam captæ imago ante oculos mihi obversatur. In copia et ornatu totius orationis summa vis et brevitas, ad animum percellendum aptissima. — 411. *sanguine*, cæde sacerdotum. Cf. simil. loc. Ovid. Met. XV, 778. Graviter vero et præclare, ad augendam rei atrocitatem, Vestalium potius, quam aliarum virginum, mentio fit.

417. Legentium sensus splendido commento et conversione ad Scipionem Africanum inclinatur, cujus primum virtutis documentum poeta præclare exornavit, ut Q. Fabii inf. VII, 710 sqq.; cf. Liv. XXI, 46. — 419. *patrio ore*, quia Mars Jovis filius est, non, quod Dausq. putabat, quia Jupiter vulgo creditus Scipionis Africani pater, ut hac oratione filii honori consuleret; Drak. — 422. Cf. Virg. Æ. III, 629. — 423. *Siste*, reprime conatus Hannibalis, ut XII, 699. — *plus* commodi *petit*, consequi studet et sperat; vel ad majora tendit et adspirat, si unum Scipionem occidere, quam si totum exercitum delere conatur. — 426. *annos transcendere factis*, ut ap. Stat. Silv. V, 1, 12 seq.; Cic. Phil. XIV, 10; Sen. Ben. III, 33; Drak. — 428. Imitat.

Audeat, et primum hoc vincat, servasse parentem. »
Hæc rerum sator : at Mavors in prælia currus
Odrysia tellure vocat : tum fulminis atri
Spargentem flammas clipeum, galeamque Deorum
Haud ulli facilem, multoque labore Cyclopum
Sudatum thoraca capit, quassatque per auras
Titanum bello satiatam sanguinis hastam,
Atque inplet curru campos : exercitus una
Irarum, Eumenidesque simul, letique cruenti

433. Vulgata lectio *illi* ex errore typogr. in Marsi ed. orta. — 436. *implet cursu*, h. e. emetitur, ed. Parm. quod recepit Drak. prob. N. Heins. quia *currus* v. 430, præcessit. Sed tam levem ob causam nil mutandum

Virg. Æn. VIII, 515 seq., ubi vid. Heyne. — 429. *primum* (κατὰ) *hoc vincat*, hæc prima sit ejus victoria. Singula prorsus divina, sententiarum verborumque gravitate!

430. Mars non respondet, sed extemplo mandata exsequitur; vid. ad II, 543, et de *curru Martis* ad I, 434. — 431. *Odrysia tellus*, Thracia, Martis sedes (vid. ad I, 433), cujus potentiores olim populi post Edonas fuere Bessi et Odrysæ. — *fulminis atri*, terribilis, ut *atra formido*, *tigris*, *acies*, *ira*, *vipera*, etc., ap. Lucret. VI, 253; Virg. Ge. IV, 407, et Æn. VII, 525; Val. Fl. II, 205; Hor. Od. III, iv, 17; cf. ad III, 211, et V, 165. — 432 sq. De armis et insignibus Martis in numis, vid. Spanh. ad Callim. in Del. v. 64 et 136. — 433. *Haud facilem*, non facile gestandum, propter pondus. Præclare ad vim et robur Martis declarandum. *Facilis*, ut *habilis* v. c. ensis VIII, 374 · εὐμεταχείριστος, qui facile regi, tractari, fingi potest, ut *coma* VIII, 559, *cera*, *lutum*, etc. De utraque voce, vid. Heyne ad Tibull. I, I, 40; IX, 7, et ad Virg. Æn. I, 318; IX, 365; XI, 555; XII, 431. — *Cyclopibus* et Vulcano opera præclaræ artis, ἡφαιστότευκτα, ea in primis, quibus Dii utuntur, tribui, nota res est.

434. *Sudatum*, multo sudore h. e. labore confectum, elaboratum. Drak. citat III, 92, 531; Liv. V, 5; Stat. Th. V, 189 (ubi vid. Barth.), et Jac. Gothofr. ad l. 7, Cod. Theod. de lustr. collat. — *quassat hastam*, cf. ad I, 434. — 435. *Titanes*, h. l. ut passim confusi videntur cum Gigantibus, in quorum pugna cum Diis præcipuæ Martis fuere partes; vid. Claud. Gigant. v. 75 sq. — *satiatam sanguinis*, sanguine; vid. ad V, 274.

436. *implet campos curru*, h. e. strepitu currus, ut mox v. 444. Nam βρισάρματος Ἄρης κεκληγὼς ἐπόρουσεν, ut utar verbis Hesiodi Scut. H. 441, vel Homeri μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων βριθοσύνῃ· δεινὸν γὰρ ἄγεν Θεὸν, Iliad. E, 838. — Silius duo Maronis loca ante oculos habuit, Æn. VIII, 700 sq., et XII, 331 sqq. *Furor*, *Ira*, ac *Pavor*, ap. Stat. Th. III, 424, et *Bellona*, *Pavor* atque *Formido*, ap. Claud. in Rufin. I, 344 sq. Martis sunt comites et an-

Innumeræ facies, frenisque operata regendis
Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello.
Fertur ab inmenso tempestas horrida cælo,
Nigrantesque globos et turbida nubila torquens
Involvit terras : quatitur Saturnia sedes
Ingressu tremefacta Dei, ripasque relinquit,
Audito curru, fontique relabitur amnis.
Ductorem Ausonium telis Garamantica pubes
Cinxerat, et Tyrio regi nova dona parabat,
Armorum spolium, et rorantia consulis ora.

440. *incenso* volebat Burm.

rigæ. Cf. ad v. 324, et *Bellona* Hom. Iliad. E, 333, al. et inf. V, 220 sq. — 438. *operata*, vid. ad II, 674. — *atro flagello*, sanguineo, quale ei tribuit Virg. Æn. VIII, 703 (ubi vid. Cerda), et Lucan. VII, 568; cf. Broukh. ad Tibull. I, VI, 46; Heins. ad Ovid. Ibin, v. 159, et Burm. ad Val. Fl. VIII, 20. Hastam ei pro stimulo dat Statius, Thebaid. lib. VII, vers. 73.

440 sqq. Numinis adventum, seu ἐπιφάνειαν et descensum in terram tempestate motuque inprimis terræ indicari, olim omnium fere populorum opinio fuit, iisque tam familiaris, ut ne a vulgari quidem prosæ orationis usu abhorreret, quod vel ex Act. Apost. XVI, 25, intelligitur; cf. Virg. Æn. III, 90 sq.; VI, 255 sq.; Apollon. II, 681; Sophocl. OEd. Col. v. 95; Callim. H. in Apoll. 2 et 7, ubi vid. Spanh. Petron. c. 124, ubi vid. Intpp. Eodem spectant permulta sacrorum poetarum loca et imagines, quæ vulgo male ubivis a descensu Dei in montem Sinam et augusta illa latæ legis secua Exod. XIX, arcessuntur, unde et totam hanc ideam a gentilibus petitam esse, parum probabilis est conjectura; Drak. Ceterum Martis *currum* non minus fere exornavit poeta, quam Miltonus currum tonantem, a Deo post rem ab angelis male gestam filio suo concessum, qui eo vectus summum repente hostibus terrorem incutit eorumque agmen prosternit. Forte et Martem h. l. κεραυνοβόλον finxit, ut Virg. Æn. I, 42, Minervam. — 442... 444. Summa δεινότης et majestas in his vss. ut in toto loco a v. 430. Cf. magnifica loca Hom. Iliad. α, 530; θ, 199, 443; ξ, 285, inpr. ν, 18 sq. Hesiod. Scut. H. 437 sq. et Theog. 841 sq., inf. VII, 458 sq.; IX, 300; Virg. Æn. XII, 334; Miltonus : *under his burning wheels The stedfast Empyrean shook throughout, All but the throne itself of God*, etc. — 443, 444. Præclare terror etiam *amni* (*Ticino*) tribuitur, isque strepitum currus *audire* fingitur; vid. ad I, 49; III, 463; et cf. Virg. Æn. XI, 405.

445. Scipionem cinxerant Pœni. — 447. *rorantia* sanguine, roris instar guttatim destillante, ut ap. Virg. Æn. VIII, 645, et XI, 8; et

Stabat Fortunæ non cedere certus, et acri
Mole retorquebat crudescens cædibus hastas.
Jamque suo, jamque hostili perfusa cruore
Membra madent: cecidere jubæ, gyroque per orbem
Artato, Garamas jaculis propioribus instat,
Et librat sæva trajectum cuspide ferrum.
Hic puer ut patrio defixum corpore telum
Conspexit, maduere genæ, subitoque trementem
Conripuit pallor, gemitumque ad sidera rupit.
Bis conatus erat præcurrere fata parentis,
Conversa in semet dextra: bis transtulit iras
In Pœnos Mavors: fertur per tela, per hostes
Intrepidus puer, et Gradivum passibus æquat.
Continuo cessere globi, latusque repente
Adparet campo limes: metit agmina tectus
Cælesti clipeo, et sternit super arma jacentum
Corporaque auctorem teli, multasque paternos

453. *trajectum* Col. non improb. N. Heins. quem vid. ad Virg. Æn. X, 587. Hoc in contextum recepi cum Lefeb., qui vulgatum leci. *conjectum* sine sensu, et mentem poetæ hanc esse putat: librat ferrum, quod trajicit sua cuspide. — 464

inf. VII, 181, 324; X, 263. — 448. *acri mole*, vi, vel multitudine, vel etiam magnitudine, vid. Ind. et Gronov. Obss. I, 21. — 449. *crudescens*, crudior, h. crudelior, sævior factus, exacerbatus, ut XI, 89, et contra *molliri*, vel *mitescere*. Cf. Virg. Æn. VII, 788; XI, 833, et vid. sup. ad I, 405 et 432. — 451. *cecidere jubæ*, crista galeæ, vel galea ipsa capite delapsa, aut ab hoste dejecta est; Lenz, qui tamen id h. l. languere existimat, et ingeniose conj. *cecinere* tubæ, ut Numidæ signo dato Scipionem undique jaculis petierint. — *gyroque per orbem Artato*, vid. Heyne ad Tibull. IV, 1, 94.

454 seq. Similis locus Maronis de Lausi in Mezentium patrem pietate, Æn. X, 789 sq. Conf. etiam Æn. lib. X, 680, 686. Ipsa historia satis nota vel ex Liv. lib. XXI, 46; Flor. II, 6; Senec. de Ben. III, 33; et Polyb. X, 3, pag. 804, edition. Gronovii, ubi decimo septimo ætatis anno Scipio Africanus patrem servasse dicitur. Nam *puer* vers. 130 et 460, est juvenis; vid. ad III, 608. — 456. *gemitum rupit* vid. ad I, 95. — 457. *Bis... bis*, ut ap. Virg. Æn. VI, 32. Alias *ter... ter* ut VIII, 156; Æn. IV, 690; Τρὶς μὲν ἐπειρήθη, τρὶς δ' ἴσχετο Apollon. III, 654. — 461. *Latus limes* sumtus e Virg. Æn. IX, 323, et X, 513; ubi vid. Heyne. Conf. inf. IX, 379, 610, et ad V, 269. — 462. *metit* ut v. 213. — 463. *Cælesti*, Martis. — 464. *auctorem teli*, qui

Ante oculos animas, optata piacula, mactat.
Tunc, rapta propere duris ex ossibus hasta,
Innixum cervice ferens humeroque parentem,
Emicat : adtonitæ tanta ad spectacula turmæ
Tela tenent; ceditque loco Libys asper, et omnis
Late cedit Iber : pietasque insignis et ætas
Belligeris fecit miranda silentia campis.
Tum celso e curru Mavors, « Carthaginis arces
Exscindes, inquit, Tyriosque ad fœdera coges.
Nulla tamen longo tanta exorietur in ævo
Lux tibi, care puer : macte, o! macte indole sacra,
Vera Jovis proles; et adhuc majora supersunt :

Ita scripti cum Parm. et Med. occ est, quod *fertur super ipsa jacentum Corpora* cum Livineio substituamus; *Corpora auctorem* in ed. Marsi errore typogr. unde *Corpora et auctorem* emeod. Martio. Herbip. quem reliqui editt. secuti sunt : quod jam monuit Drak. — 467. *Innusum* scripsit Lef. Vid. ad II, 123; *Innexum* quædam exemplaria, teste Dausq. — 474. *longe* Put. quod non spernendum putat Lefeb.

patrem vulneraverat; *piacula*, in ultionem patris vulnerati. Ern.

466. Nemo facile erit, cujus animus dulcedine hujus loci non tangatur, eaque pietate percutiatur, qua h. l. et hostes percussos videmus. Poetæ autem animo et oculis obversabatur Lausus ap. Virg. Æn. X, 800, et Æneas Æn. II, 721 sq. quem similiter a Græcis, pietate ejus obstupefactis, incolumem esse dimissum memorant, a Drak. laudati, Auctor de Orig. Gent. Rom. c. 9, et poeta in Anthol. Gr. I, 87, Epigr. 2; Cf. IX, 432; Lycophr. 1264 seq. et Sophocl. ap. Dionys. Hal. I, 48. — 467. *Emicat*; ex acie profugit. Conf. ad II, 238. — 471. *Belligeris campis*, passive, in quibus bellum geritur. — 472 seq. Ingeniose usus est loco Virg. Æn. IX, 638 sq. ubi Apollo minus opportune, quam h. l. Mars, juvenem laudat et adhortatur.

474. *tanta lux*, tam felix dies, qui tantæ tibi laudi esse possit, quam hic, quo patrem servasti. — *longo in ævo*; non constat, quonam ætatis anno mortuus sit Scipio Afric. v. Liv. XXXVIII, 56, et XXXIX, 52; anno LVI putabat Vellei. II, 4. — 475. *macte*, vid. Heyne ad Virg. Æ. IX, 641, et Burm. ad Val. Fl. VI, 547. Repetitio vocis adfectui egregie convenit. — *indole sacra*, *Vera Jovis proles*; nam Scipio Afric. ex Jove, in anguem mutato, et Pomponia natus vulgo credebatur; quam divinæ originis famam, quum tantus vir esset, consequebatur, et ipse, Alexandri exemplo, augebat. Cf. XV, 187; VII, 148; et impr. XIII, 615 sq. 642 sq. Liv. XXVI, 19; Gell. VII, 1; Plut. vit. Scip. et Plin. VII, 9; XXVI, 43.

476. *majora*, virtutis documenta; *meliora dari nequeunt*, insignius generosæ indolis pietatisque exem-

Sed nequeunt meliora dari. » Tum nubila Mavors
Ætheraque, emenso terras jam sole, capessit,
Et fessas acies castris clausere tenebræ.
Condebat noctem devexo Cynthia curru,
Fraternis adflata rotis, et ab æquore Eoo
Surgebant roseæ media inter cærula flammæ.
At consul tristis, campos Pœnisque secundam
Planitiem metuens, Trebiam collesque petebat.
Jamque dies rapti cursu navoque labore,
Et medio abruptus fluitabat in amne solutis
Pons vinclis, qui Dardanium transvexerat agmen,
Eridani rapidas aderat quum Pœnus ad undas.
Dumque vada et molles aditus, per devia flexo
Circuitu petit, et stagni languentia quærit,
Interdum rapta vicinis saltibus alno
Flumineam texit, qua transvehat agmina, classem.

480. *cornu* Parm. non improb. N. Heins. — 484. *evadens*, vel *vitans*, vel *evitans*, vel denique *campo P. secunda Planitie cedens* frustra tentabat N. Heins. — 485. *raptus*, ut intercursantes acies diem sibi non senserint eripi, vel *actus* conj. Dausq. Utrumque ab h. l. alienum; *vanoque* Col. Put. R. 3; Parm Med. unde *navo* emend. N. Heins. quod cum Drak. et Lefeb. reripere non dubitavi; vid. ad I, 549. Vulgo *varioque*. — 487. *prævexerat* Put. unde *travexerat* suspic N. Heins. prob. Drak qui laudat Gronov. ad Liv. XXXII, 6. Sic mox v. 492; *travehat* in scriptis, *tramitto* sup. v. 347; inf. VII, 383; VIII, 552; XII, 460.

plum a te edi, vel ejus declarandæ optatior occasio et facultas tibi dari non potest.

480. *Condebat noctem*, finiebat, *Cynthia* h. e. Luna, *curru devexo*, cursu declivi, nocte jam exacta. — 481. *adflata rotis*, equis, et *roseæ flammæ* vid. ad I, 578. — *Fraternis* conf. VIII, 175; Virg. Ge. I, 396. — 483. *campos... metuens*, quia Pœnus equitatu melior erat, Drak. Conf. Liv. XXI, 47, pr. et 48; Polyb. III, 66, pr. et 67, extr.

485. A Scipione « castra ab Ticino mota, festinatumque ad Padum est, ut ratibus, quibus junxerat flumen, nundum resolutis, copias trajiceret... Hannibal transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente », Liv. et Polyb. ll. cc. — *dies rapti*, quibus raptim iter fecerant. Conf. ad I, 569. — 488 *Eridani rapidas undas* Conf. Virg. Ge. I, 481 sq.

489. *aditus molles*, vada, transitus faciles, ut *clemens clivus* I, 274; Drak. qui laudat Ovid. Fast. III, 13; Claud. in Rufin. II, 102, et in Apono v. 12. Conf. Burm. ad Val. Fl. VI, 239. — 490. *Circuitu* vid. Liv. l. c. — 491. *Interdum*,

Ecce aderat, Trebiæque simul vicina tenebat
Trinacrio adcitus per cærula longa Peloro,
Gracchorum proles, consul : gens inclita magno
Atque animosa viro, multusque in imagine claris
Præfulgebat avus titulis bellique domique.
  Nec Pœni, positis trans amnem in gramine castris,
Deerant : namque animos stimulabant prospera rerum,
Increpitansque super ductor : « Quis tertius Urbi
Jam superest consul? quænam altera restat in armis
Sicania? en omnes Latiæ, Dauuique nepotum
Convenere manus : feriant nunc fœdera mecum
Ductores Italum, ac leges et pacta reposcant.
At tu, donata tela inter Martia luce,
Infelix animæ, sic, sic vivasque, tuoque
Des iterum hanc laudem nato : nec fine sub ævi
Obpetere in bello detur, quum fata vocabunt.

495. *Graccorum* scribendum videbatur N. Heins. quia numi jubent. Sed adspiratio usu recepta ; vid. quos Drak. citavit, Cic. Orat. c. 48 ; Quintil. Instit. Orat I, 5, et Charis. Instit. Gramm. I, p. m. 78.

interim, interea, ut contra hæc pro *interdum* ponuntur; Drak. ad VI, 30, et VII, 395. — 493 seq. Cf. Liv. XXI, 51, et Polyb. III, 68.

494. *Peloro* pro tota Sicilia, cujus res composuerat : nam proprie a Lilybæo promontorio Ariminum venerat, si Livio et Polyb. fides habenda. — 495. *Gracchus* cognomen Semproniorum, *inclitæ gentis*, ex qua orti quatuor Consules, b. Punico II clari, Ti. Sempronii Longi, pater, A. U. 536 (de quo h. l. agitur), et filius, A. U. 559; P. Sempr. Tuditanus A. U., 549, et Ti. Sempr. Gracchus A. U. 538; cujus pronepotes fuere fratres nobilissimi, Caius et Tiberius Gracchi, qui propter leges nimium populares perierunt. — 496. *multus avus*, multi majores. — 497. *titulis* magistratuum, triumphorum, rerumque gestarum, quibus imagines ornabantur.

499. *prospera rerum*, ut *subita* vel *fortuita belli* et similia. Conf. Heins. ad Claud. b. Gild. v. 103. — 500. *Quis tertius Urbi*, etc. bene comparant Liv. XXI, 53, et 57, etsi neutro loco Hannibal loquitur.

501. *quænam altera Sicania*, unde Consul cum exercitu revocari possit? — 502. *Dauni nepotum*, Romanorum; vid. ad I, 291. — 505. Acerba orationis conversio ad Scipionem. — 506. *Infelix animæ*, qui vitam tuam filii, non tuæ virtuti debes. — *sic, sic* ἀπλῶς, ut IX, 25; et XVI, 125. — 508. *Obpetere* t ap. Virg. Æ. I, 96; ubi v. Heyne.

Pugnantem cecidisse meum est. » Hæc personat ardens :
Inde levi jaculo, Massylumque impiger alis
Castra sub ipsa datis irritat, et elicit hostem.
Nec Latius vallo miles debere salutem
Fas putat, aut clausas pulsari cuspide portas.
Erumpunt, cunctisque prior volat aggere aperto
Degener haud Gracchis consul : quatit aura comantes
Cassidis Auruncæ cristas, humeroque refulget
Sanguinei patrium saguli decus : agmina magno
Respectans clamore vocat, quaque obvia densos
Artat turba globos, rumpens iter æquore fertur.
Ut torrens celsi præceps e vertice Pindi

511. *allicit* quidam libri. Male! — 514. *cunctisque prior* conj. N. Heins. — 515. *Gracchis*, h. e. a G., non *Gracchus*, scripti. — 516. Vulgo *Cassidis auricomæ*, ingrata verborum repetitione; *aurivomæ* corrig. D. Heins. sup. ad v. 156. Sed rectius *Auruncæ* Col. Put. R. 2, h. e. *Ausoniæ*, nisi forte ipsa hæc vox reponenda. Sic *cassis Sidonia* XVI, 452; c. *Ætola* ap. Stat. Th. VIII, 704; cf. ad VII, 295; XIV, 536; Heins. ad Virg. Æn. XII, 94.

— *in bello*, quod virum fortem decet. Conf. ad II, 705. — *fata vocabunt* te, h. e. tibi moriendum est, ut *vocat lux ultima victos* ap. Virg. Æn. II, 668. Cf. inf. X, 523. Sic *bella*, *ira*, *præda vocant*, monente Drak. ad X, 112; in quibus tamen loquendi modis verbo *vocare* invitandi potius notio inest, ut in his, *venti et fluctus vocant vela*, καιρὸς καλεῖ πλοῦν, Sophocl. Philoct. 472.

510. Conf. Liv. XXI, 54, et Polyb. III, 71, extr. Poeta omittit pugnam equestrem, in qua Sempronius superior fuerat, et hinc ferocior factus. Liv. XXI, 52, 53; Polyb. III, 69, 70. — *Massylum*; vid. ad I, 101. — 511. *Castra* Romana. — *datis*, missis.

512 sqq. Cf. omnino Liv. XXI, 53 et 55. — 515. *comantes cristæ*, ut XVI, 167. — *galea comans*, κόρυς, seu κυνέη ἵππουρις, ἱππόκομος, ἱπποχαίτης, ἱπποδάσεια. — 517. *sagulum Sanguineum*, paludamentum purpureum, vestis imperatoria, *insigne velamen* v. 536; *fulgens* XVII, 529; *rubens* IX, 420; ubi tamen sagum, vestem militarem, intelligit Drak. et cum Gronov. ad Liv. XLI, 10; contra Lips. Mil. Rom. II, 12; et Abraham. ad Cic. Or. in Pis. p. 780; contendit, lictores, magistratuum ad bella proficiscentium comites, non in paludamentis, sed in sagis fuisse. Enimvero *paludatos lictores* Liv. XLV, 39, et *milites* Sidon. Ep. V, 7, dixit : Αὐτοῦ δ' ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες, Appian. de reb. Pun. c. 66; Conf. Liv. I, 26 (ubi paludamenti Curiatiorum mentio fit); Plin. IX, 36; Varr. L. L. VI, 3. — 519. *rumpens iter* vid. ad I, 54.

520. Comparatio passim obvia.

Cum sonitu ruit in campos, magnoque fragore
Avulsum montis volvit latus; obvia passim
Armenta, inmanesque feræ, silvæque trahuntur,
Spumea saxosis clamat convallibus unda.
Non, mihi Mæoniæ redeat si gloria linguæ,
Centenasque pater det Phœbus fundere voces,
Tot cædes proferre queam, quot dextera magni
Consulis, aut contra Tyriæ furor edidit iræ.
Murranum ductor Libyæ, ductorque Phalantum
Ausonius, gnaros belli, veteresque laborum,
Alter in alterius fuderunt comminus ore.
Monte procelloso Murranum miserat Anxur,

522. *monti* malebat N. Heins. — 526. *fundere* scripsi, probb. N. Heins. et Drak. Vulgatum *rumpere*, quod c. Tell. et aull. edd. habent, retinuit Lef. Cf. ad I, 95. — 532. *Monte salebroso*, vel *e præcelso*, conj. N. Heins. Sed *procellosus* est epith. alti montis, ut *nubifer nivalis*, etc. *Axur* emend. Lef. quia *atzur* in lingua Punica *rupes*

Conf. XII, 184 sq. XVII 122, seq. Hom. Iliad. ε, 87 seq. λ, 491 seq. Virg. Æn. X, 603; XII, 523 sq. et quoad ornatum Æ. II, 305 sq. Ovid. 496 sq. Fast. II, 219 sq. Alia exempla, a Dausq. et Drak. prolata, v. c. Virg. Æn. XII, 684; Hom. Iliad. ν, 137, al. cum h. l. minus congruunt. — *torrens*, χειμαῤῥος, χαράδρα. — 524. *unda clamat*, βοᾷ, v. ad III, 471.

525 sqq. Poetæ, rem memorabilem relaturi, plura sibi ora pluresque linguas optare solent. Conf. IX, 340 sq. Silio prævivit Virg. Ge. II, 43, et Æn. VI, 625 sq. XII, 500 sq. ut huic Hom. Iliad. β, 488 sq. quibus locis Drak. addit Ovid. Trist. I, 1v, 53 sq. Val. Fl. V, 218 sq. VI, 36 sq. Claud. de laud. Stil. 185, et Cons. Hon. VI, 436, et Cons. Olybr. et Prob. v. 55 sq. ubi vid. Barth. De ipsa pugna cf. Liv. XXI, 55, 56, et Polyb. III, 71, 74; vide etiam *Guischard Mém. mil.* tom. I, ch. 6. — *Mæonius*, seu *Mæonides* dicitur Homerus a Mæone patre, vel potius a patria Colophone, seu Smyrna, oppidis Mæoniæ h. e. Lydiæ, quæ olim Ioniam quoque, vel certe partem ejus complectebatur. — 528. *Tyriæ furor iræ*, h. e. iratus Hannibal. Cf. ad v. 601, et I, 71.

530. *laborum veteres*, peritus, diu in iis versatos, qui longa experientia usuque labores belli et perficere et tolerare didicerant. Sic *vetus operis ac laboris*, v. *scientiæ cærimoniarumque*, *vetus regnandi* ap. Tac. Ann. I, 20, extr. (ubi vid. Lips. et Ern.); VI, 12, et 44. Cf. inf. IV, 616; XI, 26; XVII, 297, et ad IV, 254, in V. L. — 531 *fuderunt* vid. ad II, 113. — *in ore*, conspectu, ἐν ὄψει.

532. *Anxur* Volscum nomen urbis Latii ad mare, quæ postea Græcis ac Romanis *Tarracinæ*, seu *Tarracina* et, ut nunc, *Terracina*

Tritonis niveo te sacra, Phalante, profundo.
Ut primum insigni fulsit velamine consul,
Quanquam orbus partem visus, unoque Cupencus
Lumine subficiens bellis, citat inprobus hastam,
Et summæ figit tremebundam margine parmæ.
Cui consul, namque ira coquit : « Pone, inprobe, quidquid
Restat in ore fero, et truncata fronte relucet. »
Sic ait, intorquens directo turbine robur,
Et dirum tota tramittit cuspide lumen.
Nec levior dextra generatus Hamilcare sævit :
Huic cadit infelix niveis Varenus in armis;

dicatur; cf. ad VIII, 390. — 533. *Libyco* pro *niveo* malebat N. Heins. prob. Drak coll. IX, 297. Sed hoc nimis a literarum ductu recedit, et *nivea aqua* est, quæ alias *nitida*, *lucida*, *argentea* vocatur v. c. Martial. VII, XXXI, 11; Sen. Hippol. 504, et Œdip. 427; *Sarra* pro *sacra* R. 3; quod recepit Lefeb. quoniam *Pallas Libycis Tritonidos edita lymphis* IX, 297, dicitur; *Sarrani* autem sint *Libyes*. Sed *Sarra* est priscum Tyri nomen (vid. ad I, 72), *Triton* vero fluvius et *Tritonis* palus Africæ, non Asiæ; cf. not. — 535. *Cupencus*, non *Cupentus*, Col. vid. Impp. ad Virg. Æn. XII, 539. — 536. *improbus* mox repetitur. Vellem *impiger*, vel simile quid scripsisset poeta. — 537. *agit* Put. unde *affigit* conj. N. Heins. — 539. *feri* malebat Livin. vel Corte : *reducet* Ox. *reluce* Parm. *relucta* R. 3, unde *relictum* est suspic. N. Heins. quod admodum languet. — 540. *derecto* Col. ut et VI, 228, et IX, 583, quod prob. Drak. et recepit Lefeb. Conf. ad II, 92. — 542. *levior dextræ*, ut *opum levior* II, 102, volebat N. Heins. qui hanc loquendi formam pluribus exemplis illustravit ad V, 363; VIII, 515; et XII, 563. Sed ubivis vulgatam tuetur Drak. Junge h. l. *levior sævit*. — 543. *Hinc* Rom. 3; *Huc* Put. Male : αὐτῷ πίπτει pro ἐπ' αὐτοῦ, ut sup. v. 391 et al. passim. *Varenus*, non *Varrenus*,

dicebatur; (Plin. III, 5; Liv. IV, 59) quæque hodie quidem ad radices montis, sed olim in ipso ejus vertice sita erat, in quo etiamnum reliquiæ ædium et murorum reperiuntur. Hinc *monte procelloso* dixit poeta. Cf. VIII, 390; Hor. Sat. I, v, 26; Lucan. III, 81; Stat. Silv. I, III, 86; Cluver. Ital. ant. pag. 1009; Heyne ad Virg. Æ. VII, 799.

533. *Tritonis*, palus Libyæ, *sacra* Palladi, (vid. ad III, 322.) vel ut κρήνας ἱερὸν ῥόον ap. Apollon. I, 1208; Theocr. VIII, 33, et alia passim obvia. Vid. ad III, 501. — 534. *insigni velamine* cf. ad v. 517. — 535. *orbus partem visus*, μονόφθαλμος. — 536. *citat*, vibrat, movet, concitat, ut *gladium* IX, 592; *arma* ap. Stat. Th. VIII, 144. — 538. *ira coquit* vid. ad II, 327. — *inprobus*, audax, ut ap. Virg. Æn. XI, 512.

539. Observa variationem ejusdem sententiæ. — *quidquid Restat*, etc. h. e. alterum oculum. — *truncata*, vel *trunca frons* IX, 400, in qua aliquid deest. — 540. *intorquens turbine* ut ap. Virg. Æn. XI, 284. Cf. ad II, 135. — 543. *niveis*, splendidis.

Mevanas Varenus, arat cui divitis uber
Campi Fulginia, et patulis Clitumnus in arvis
Candentes gelido perfundit flumine tauros.
Sed tristes Superi, atque ingrata maxima cura
Victima Tarpeio frustra nutrita Tonanti.
Instat Iber levis, et levior discurrere Maurus.
Hinc pila, hinc Libycæ certant subtexere cornus

Col. et Ox. Nomen notum vel ex Cic. Or. pro Varenn. — 544. *Mevanas* Col. ut *Hispellas*, *Privernas*, *Arpinas*, *Larinas*, *Aquinas* et alia, quæ vid. in Ind. et sp. Heins. ad Claud. Eutrop. II, 248, et Salmas. ad Pollionis Gallien. c. 2, quos laud. Drak. Cf. Jani ad Hor. Od. I, xvi, 14; *Mevano* Ox. Pot. R. 3; Parm. Vulgo *Mevanus*. — 546. *perfundit* scripti et priscæ edd. vid. not. Vulgata *profundit* ex Juntina in alias edd. venit et metro contraria est. — 547. *ingratæ* (quia inutilis est et nil proficit) *maxima curæ* corrig. N. Heins. Non male!

544. *Mevania*, hodie *Bevagna*, Umbriæ Cisapenninæ urbs, prope quam *Tiniæ* fl. qui nunc *Topino* dicitur, miscetur *Clitumnus*, (*Timia*) cujus aqua pota olim putabatur *candidos boves* facere, quorum in his locis magna copia erat, quique in *victimarum* inprimis usum alebantur. Conf. VIII, 450, 452; VV. DD. ad Virg. Ge. II, 146 sq. quem locum Silius ante oculos habuit, Claud. Cons. Hon. VI, 506 seq. Prop. II, xix, 25, 26, inpr. Plin. Ep. VIII, 8; Cluver. Ital. ant. II, 10, p. 701; Oberlin. V. C. ad Vib. Sequestr. p. 101 sq. 211 sq. Keyssleri Itin. p. 887, ed. pr. et de Mevania inf. VI, 645 sq. Cluv. l. c. p. 628. — 544. *divitis uber Campi* ut tota Umbria, teste ejus alumno Prop. I, 22, extr. — 545. *patulis* ut *latis arvis campis* VI, 645. — *Fulginia*, seu Fulginium, urbs vicina, ad Tiniam sita, hod. *Foligno*, seu *Fuligno*. Conf. VIII, 460, et Cluver. l. c. p. 628. — 546. *perfundit flumine* ut VIII, 450, ex Virg. Ge. II, 147. — *gelido*, nam *rigor aquæ certaverit nivibus; nec color cedit*, teste Plin. l. c. — 547. *tristes*, adversi, vel duri; vid. ad I, 147. — *maxima Victima*, taurus, ut ap. Virg. Ge. II, 146; ubi *gregibus* opponitur.

550. *pila* propria Romanorum tela, quæ vel majora, vel minora, (utrumque autem legionarius ferebat) et vel rotunda, ut plane manum inplerent, vel quadrata, ambitu quatuor digitorum, erant. Majoris pili lignum æque ac ferrum, quod hamatum et crassitie digiti unius ac dimidii esse solebat, tricubitale erat, ita tamen, ut dimidia ferri pars hastæ infixa esset; vid. Heyne ad Virg. Æn. VII, 664; XII, 121; ad Tibull. IV, 1, 90; Veget. II, 15; Plut. vit. Marii pag. 419, D; de forma Lips. Mil. Rom. III, 4, et, qui eam ex numo exhibuit, Guther. de vet. jure Pontif. III, 16, p. 329. Cf. inf. v. 631 sq. (ubi locus class. Dionys. lib. V, a Dausq. laudatur) V, 216; IX, 336. — *cornus*, vid. ad II, 124. Ipsam vocem, si arborem significet, et secundæ et quartæ declinationis esse, monet Drak. ad X, 122; coll.

Densa nube polum; quantumque interjacet æqui
Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt
Tela, nec artatis locus est in morte cadendi.
Allius, Argyripa Daunique profectus ab arvis
Venator, rudibus jaculis et Iapyge campum
Persultabat equo, mediosque invectus in hostes
Appula non vana torquebat spicula dextra.
Huic horret thorax Samnitis pellibus ursæ,
Et galea aunosi vallatur dentibus apri.
Verum ubi turbantem, solo ceu lustra pererret
In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,
Hinc Mago, hinc sævus pariter videre Maharbal,
Ut, subigente fame, diversis rupibus ursi
Invadunt trepidum gemina inter prælia taurum,
Nec partem prædæ patitur furor : haud secus acer
Hinc atque hinc jaculo devolvitur Allius acto.
It stridens per utrumque latus Maurusia taxus :

Stat. Th. VII, 647, et Ovid. Her. X, 107. — *subtexere nube polum* ut ap. Virg. Æn. III, 582; ubi vid. Heyne. Cf. ad I, 311. — 552. *vibrantia* v. ad I, 539. — 553. Comparant Lucan. II, 201 sq. et Stat. Th. VIII, 422.

554. *Argyripa*, Ἀργύριππα, seu Ἄργος ἵππιον, alias *Arpi*, urbs Apuliæ, a Diomede condita. Cf. XIII, 30; XVII, 326, et Heyne in not. et Exc. I ad Virg. Æn. XI, 246. — *Dauni* vid. ad I, 291. — 555. *Iapyge* conf. ad I, 51. — 556. *Persultabat* ut ap. Virg. Ge. III, 117, et Æn. XI, 600. — 557. *non vana dextra*, certo ictu. — 558. Ad Allium bene transtulit habitum venatorium Ornyti ap. Virg. Æn. XI, 677 sq. ubi vid. Heyne. Cf. et Æn. V, 37; VII, 666 sq. Hom. Iliad. κ, 263 sq. et sup. ad II, 156. — *horret* exquisite pro, est. Conf. ad I, 423. — *Samnitis ursæ*, ut *Sabellicus sus* ap. Virg. Ge. III, 255. — 559. *vallatur* ut ap. Sen. Herc. OEt. IV, 1935; Ovid. Her. IV, 159, et Fast. III, 449.

561. *Garganus*, Apuliæ mons, silvis abundans, nunc *Monte di S. Angelo*. Conf. Virg. Æn. XI, 247; Hor. Od. II, IX, 7. — *terga*, corpora, ut ap. Virg. Æn. VII, 20, « in vultus ac terga ferarum. » — 562 *Mago* in insidiis collocatus ap. Liv. XXI, 54, 55; Polyb. III, 71. — 563 seq. Egregia comparatio, sed translata ex Hom. Iliad. π, 756 sq. nam in Marone eam legere non memini. — 565. *partem prædæ* h. e. eam partiri, dividere. — 566. *devolvitur* sc. ex equo.

567. *taxus* v. ad v. 255. — *Maurusia*, Afra. Cf. tamen ad III, 339. — *stridens* ut ap. Virg. Æ. IX, 419, 632 (ubi vid. Heyne); XI, 863. —

Obvia tum medio sonuerunt spicula corde,
Incertumque fuit, letum cui cederet hastæ.
Et jam, dispersis Romana per agmina signis,
Palantes agit, ad ripas, miserabile! Pœnus
Inpellens trepidos, fluvioque immergere certat.
Tum Trebia infausto nova prælia gurgite fessis
Inchoat, ac precibus Junonis suscitat undas.
Haurit subsidens fugientum corpora tellus,
Infidaque soli frustrata voragine sorbet;
Nec niti, lentoque datur convellere limo
Mersa pedum penitus vestigia: labe tenaci

569. *crederet* malebat idem, non improbante Drakenb. Sed vellem sensum quoque, qui tum verbis inest, simul nos docuissent, qui ex tot, quot adferunt, exemplis non satis perspicitur; vid. not. — 570. *En* tacite dedit Lefeb. ut passim. — 578. *Labes*, ut *pestis*, quævis res noxia et mala. Sed præstiterit, puto, *tabe tenaci*, hoc est humore fœdo et lutulento e nive liquefacta. Sic *fluentem tabem liquescentis nivis ingrediebantur... et in levi glacie tabidaque nive volutabantur* dixit Liv. XXI, 36; ubi vid. Gronov. *tabes nivis* Lucan. lib. X, v. 225; *humor*

568. Comparant Lucan. III, 585, 589, qui nimis in hac re lusit. — 569. *letum cui*, etc. cuinam hastæ esset *letum* h. e. honos quasi et gloria mortis inlatæ. Schmid. τὸ *cederet* explicat traderet, permitteret.

573 seq. Hic, non sine aliqua jucunditate, exornavit verba Liv. XXI, 54, et 56, qui memurat, aquam Trebiæ nocturno imbri pectoribus tenus auctam fuisse, et, qui flumen petierint, aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressos, aut gurgitibus haustos periisse, quum orti solis calore, liquescente nive, increvisset amnis, ut nec stare propter aquæ altitudinem, nec nare ob arma possent: præterea imbrem nive mixtum et intolerandam vim frigoris homines multos et jumenta absumsisse. Cf. Polyb. III, 72, et Appian. b. Hannib. c. 6, 7. — In verbis *precibus Junonis* poetam agnosce.

575. *tellus subsidens*, vestigiis cedens, mollis, propter *limum* et liquefactam nivem: hinc et frustrabatur *infida voragine soli*. Sic ap. Curt. VIII, 14, pr. « imber violentius quam alias fusus campos lubricos fecerat, gravesque currus inluvie et voraginibus hærebant. . aliorum turbati equi in voragines lacunasque præcipitavere curricula, etc. » Schmid. jungit verba, *tellus soli frustrata*, quæ frustra credita est solum. — 577. *convellere*, evellere, extrahere. — *lento limo* id. qd. mox *tenaci labe*; *lento* Lefeb. explicat γλίσχρῳ, viscoso, unde *lentor* de humoribus viscosis apud medicos, et eodem forte sensu *tabo lento acrique* II, 463.

578. *labe*, limo, vel quod facile laberentur, vel potius, quod esset causa perniciei; Schmid. —

Hærent devincti gressus, resolutaque ripa
Inplicat, aut cæca prosternit fraude paludis.
Jamque alius super atque alius per lubrica surgens,
Dum sibi quisque viam per inextricabile litus
Præripit, et putri luctatur cespite, lapsi
Obcumbunt, seseque sua pressere ruina.
Ille, celer nandi, jam jamque adprendere tuta
Dum parat, et celso connisus corpore prensat
Gramina summa manu, liquidisque emergit ab undis,
Contorta ripæ pendens adfigitur hasta.
Hic hostem, orbatus telo, complectitur ulnis,
Luctantemque vado permixta morte coercet.
Mille simul leti facies. Ligus occidit arvis;
Sed projecta viri lymphis fluvialibus ora
Sanguineum hauserunt longis singultibus amnem.
Enabat tandem medio vix gurgite pulcher
Irpinus, sociumque manus clamore vocabat;
Quum rapidis inlatus aquis, et vulnere multo
Inpulit asper equus, fessumque sub æquora mersit.

calore tabescit, h. e. liquefit, Cic. Nat. D. II, 10. — 582. *inextricabile* scripti et R. 3. Vulgatum *inexplicabile* metro adversatur. — 586. *connisus*, non *connixus*, Col. vid. ad II, 123. Forte leg. *pressat*, quoniam *adprendere* modo præcessit. — 590. *Luctantemque* duo scripti. Vulgo *Undantemque* prob. Dausq. ut ἀντίθεσις sit, et alter *adfixus ripæ* moriatur, alter *undans vado*, fluitans, jactatus, huc illuc pulsus. — 595. *Irpinus*, non *Hirpinus*, Col. *Pulcher* (nom. propr.) *Hirpinus* (a patria) conj. N. Heins. — 596. *Quem* emend. Burm. ut v. 649, non improb. Drak. quos mireris omissione pronom. *eum* offensos fuisse. — 597. *fessusque* priscæ edd

579. *resoluta* imbri *ripa*, propr. nix in ripa. Sic mox *putri cespite*.

581. *super atque*, ἐπὶ καὶ, et insuper. — 583. *Præripit*, præoccupat. — 585. Conf. Virg. Æn. VI, 358. — 590. *Luctantem*, qui emergere conabatur. — *permixta morte*, promiscua; simul cum eo moriens. — 591. *facies*, spectacula, vel genera, ut ap. Virg. Ge. I, 506, et *formæ* Æn. VI, 626; conf. Ind. et Drak. ad h. l. Burm. ad Val. Fl. VI, 279. — 593. *longis singultibus* ut ap. Virg. Ge. III, 506, et Æn. IX, 505. — *Sanguineum amnem*, aquam sanguine mixtam. — 595. *socium*, sociorum, *manus vocabat*, non, quod Cell. putabat, *clamore manus*, gestu et indicio manu facto, Drak. — 597. *Inpulit*, ut mox v. 650, et ap. Virg. Æn. XII, 380. — *asper*, exasperatus, incensus.

Adcumulat clades subito conspecta per undas
Vis elephantorum turrito concita dorso.
Namque vadis præceps rapitur, ceu proruta cautes
Avulsi montis, Trebiamque insueta timentem
Præ se pectore agit, spumantique incubat alveo.
Explorant adversa viros, perque aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem

601. *timentem* scripti. Vulgo *trementem*, vulgari, sed non infelici variatione. — 605. *perdere mortem* scripti, (nisi quod in Puteol. *pendere* legitur) et editt. antt. ante Junianam, in qua Nicander primus *cernere m.* dedit, quod putant dictum pro oppetere, vel propr. decernere mortem, seu moriendi certum esse. — 606. *famæ undam* Col. et Ox. unde *nudam* recte emend. Modius. Vulgg. *famæ mundam*, quod nemo facile eum Dansq. defendere ausit, quamvis formarum loquendi καθαρὸς ἀδικίας, καθαραὶ ψέφων ὁδοὶ, ἁγνὸς φόνου, γάμων, ἀφροδισίων, Δήμητρος, *sceleris purus*, etc. memor sit. *Spectabitur* Col. et R. 3; *Spectabimus* in

598. Conf. Appian. b. Hannib. c. 7, et Liv. XXI, 55, 56, ubi tamen elephanti non in fluvio pereunt, et aversi inprimis sub caudis fodiuntur. — 599. *turrito dorso*, cf. IX, 239 sq. — *Vis elephantorum*, h. e. multitudo eorum, vel, ut abstractum pro concr. positum sit, multi, sive robusti elephanti, ut *vis canum* ap. Virg. Æn. IV, 132 (ubi vid. Heyne), βίη Ἑλένοιο, et doctius βίη Ἡρακληείη, ἱερὸν μένος Ἀτρείδαο, Ἄρηος, μένος ὀξὺ θυμοῦ, πυρὸς δεινὸν, et ἀνέμων, ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, ἲς ἀνέμου, σθένος Ὠρίωνος ap. Hom. Iliad. β, 658 (ubi vid. Kœppeo et ad v. 851); γ, 105; ξ, 182; λ, 268; ν, 758; ο, 264, 485; Odyss. β, 409; σ, 478; ν, 276, al. Conf. App. et ad I, 71; VI, 338; VII, 523; Jani ad Hor. Od. I, III, 36; III, V, 13; XXI, 11, et id. in Arte poet. lat. p. 475; Weitz. ad Val. Fl. I, 561. Vulgo putant, sobstantiva *vim*, βίην, μένος et alia ejusmodi redundare, vel periphrasi eoidam servire. Sed vid. Cl. Schelleri præcept. stili bene lat. T. I, p. 304.

600. Cf. Virg. Æn. XII, 684 sq. *insueta*, ut ap. Virg. Æn. VIII, 248 (vid. ad v. 378), vel pro insuetos, nunquam antea visos elephantos. — 601. *timentem*, cf. ad I, 48 — 603. *Explorant adversa viros*, ut *secunda felices, adversa magnos probant* dixit Plin. Paneg. c. 31, ubi vid. Intpp. et ad Plin. Ep. IX, XXVI, 4; Lucret. III, 55; Sen. de Prov. 4, et al. Cf. sup. ad III, 574. — *per aspera duro*, etc. Cf. II, 578; VI, 120, et ipsa Virtutis verba XV, 101 sqq., quæ ex pulcherrimo loco Hes. Ἔργ. 289 sq., petita sunt. Add. Sen. de const. Sapientis c. 1; Xenoph. Memorab. Socr. II, §. 20 sq.; Stat. Achill. II, 376, ubi vid. Barth. — 604. *Nititur*, enititur, ut ap. Virg. Ge. II, 428, et Æn. II, 443.

605. *perdere mortem*, vid. ad v. 137. — *inhonoratam mortem*, vid. ad III, 123. — 606. *Spectabimur*, spectata erit virtus nostra,

Et famæ nudam inpatiens, « Spectabimur, inquit,
Nec, Fortuna, meum condes sub gurgite letum.
Experiar, sitne in terris, domitare quod ensis
Non queat Ausonius, Tyrrhenave permeet hasta. »
Tum jacit adsurgens, dextroque in lumine sistit
Spicula sæva feræ, telumque in vulnere linquit.
Stridore horrisono penetrantem cuspidis ictum
Bellua prosequitur, laceramque cruore profuso
Adtollit frontem, ac lapso dat terga magistro.
Tum vero invadunt jaculis crebraque sagitta,
Ausi jam sperare necem, inmensosque per armos
Et laterum extentus venit atra cuspide vulnus.
Stat multa in tergo et nigranti lancea dorso,
Ac silvam ingentem concusso corpore vibrat,
Donec, consumtis longo certamine telis,
Concidit, et clausit magna vada pressa ruina.

aliis. — 609. *Tyrrhenave permeet* Col. *Tyrrhenave pervidet* Put. Vulgo *Tyrrhenaque perneçet*. Citra necessitatem *perneget*, vel *Tyrrhena neç enecet* conj. N. Heins. — 611. *in lumine* Ox. et Put. cum plerisque edd. antt. quod non displicuit Drak. Equidem in Ovidio, qui in ejusmodi repetitt. ludere solet, ferrem, non in poeta epico; *linquit*, non *liquit*, Col. et Ox. — 617. *extentus*, non *extensus*, scripti et Parm. — 621. Ita Col. Vulgo *magna depressa ruina* prob. Dausq. qui *clausit* positum putat pro defecit, vel potius *clausa*, occœcata est bestia, coll. v. 612. Vide

vid. ad I, 77, et III, 574. — 607. *meum condes sub gurgite letum*, non perficies, ut obscuram et *inhonoratam mortem* in undis inveniam, vid. ad III, 123, et inf. ad v. 671 sq. — 610. *adsurgens* in hastam, ut in ensem et ictum, ap. Virg. Æn. V, 443; X, 797; XI, 284, ubi vid. Heyne. Sic ἐρείδειν, ἐπερείδειν τὸ ἔγχος ap. Hom. Iliad. γ, 358; ε, 856, al. cf. v. 208; I, 400. Similiter quoque *insurgere* et *incumbere remis* dixit Virg. Æn. III, 207, 560; V, 15, 189: ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσι Apollon. II, 663; ἐμβαλεῖν κώπαισι Pind. Pyth. IV, 356. — 612. Junge *prosequitur ictum stridore*, percussa horrendum clamorem edidit: quem elephanti clamorem Florus quoque I, xviii, 12, *stridorem* dixit.

617. *laterum extentus*, ut *laterum passus* (qs. pansus, expansiones), et *tractus* ap. Stat. Silv. I, 1, 29, et Theb. IV, 173. — poeta in mente habuit loca Virg. Æn. X, 892; XI, 638 sq., et *laterum extentus* sunt latera vasta, extenta, ut *obtentus frondis* apud Virg. Æn. XI, 66, pro frondibus obtentis. Ern. — 618. *nigranti dorso*, vid. ad III, 463, in V. L. 619. Drak. comparat Stat. Th. V, 533. Sed huic et nostro poetæ præivit Virg. Æn. X, 887.

621. *vada*, Trebiam fl. vel ejus

Ecce per adversum, quanquam tardata morantur
Vulnere membra virum, subit inplacabilis amnem
Scipio, et innumeris infestat cædibus hostem.
Corporibus, clipeisque simul, galeisque cadentum
Contegitur Trebia, et vix cernere linquitur undas.
Mazæus jaculo, Gestar prosternitur ense;
Tum Pelopeus avis Cyrenes incola Telgon.
Huic torquet rapido conreptum e gurgite pilum,
Et, quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuspis, per hiantia transigit ora.
Pulsati ligno sonuere in vulnere dentes.
Nec leto quæsita quies : turgentia membra
Eridano Trebia, Eridanus dedit æquoris undis.
Tu quoque, Thapse, cadis, tumulo post fata negato.
Quid domus Hesperidum, aut luci juvere Dearum,
Fulvos aurifera servantes arbore ramos?
Intumuit Trebia, et stagnis se sustulit imis;

ad quam duras rationes more suo confugiat, ne Modio et veritati victas manus dare cogatur. Ceterum ὁμοιοτέλευτα auribus parum grata. — 627. *Mazæus*, non *Mezeus*, scripti et priscæ edd. Μαζαῖοι, ἔθνος τῶν Παννονίων, ap. Strab. VII, p. 217. — Versus 628, 669, in comment. quidem illustravit, sed in contextu prorsus omisit Dausq. — 629. *Huic*, non *Hinc*, scripti et R. 2. Idem conjecerat Dausq. *Intorquet* olim in mentem veniebat N. Heins. — 633. *leto* ex Col. bene restituit Modius, ut ne in morte quidem invenerit quietem, sed fluctibus jactatus sit; *jacta* Ox. Vulgg. *jacto*, quod tuetur Dausq. ut sit projecto, vel jactato. — 635. *Thapse* Col. vid. ad III, 261; *Tapse* Ox. R. 3; Parm. Med. *Taxe* Put. *Lanse* ed. Martini Herbipol. *Lapse* Mars. et post eum alii. — 637. *Sacros* præstiterit, ut ap. Virg. Æn. IV, 485; *Fulvos* certe languet, quia cum *aurifera* jungitur. — 638. *Intonuit* Ox.

aquas (vid. ad I, 52) et quidem h. l. earum cursum mole sua *clausit*, præclusit, obstruxit, ut VI, 708; XI, 138, et ap. Virg. Æn. XI, 298. — *pressa*, ut *corporibus premitur Peuce* dixit Claud. Cons. Hon. IV, 630.

622. Scipionem huic prælio interfuisse negat Liv. XXI, 52, 53 et 57; sed adfirmat Nepos Hannib. c. 4, quod jam alii monuere. — 623. *Vulnere*, ad Ticinum accepto.

628. *Pelopeus avis*, h. e. propter majores, Cyrenarum conditores, vid. ad III, 252. — 629 seq. Cf. ad v. 550. — 630. *ferri rigore*, pro ferro rigido, et hoc simpl. pro ferro, ut ap. Virg. Ge. I, 143. — 631. *Procedit*, prominet. — 633. Cf. V. L. — *turgentia*, aqua absorpta. — *æquoris* Hadriatici. — 636, 637. Cf. III, 283 sq. et de tota orationis forma Virg. Æn. X, 319 sq., ubi vid. Heyne.

638. Manifeste h. l., quod jam alii viderunt, imitatur Hom. Il. φ,

Jamque ferox totum propellit gurgite fontem,
Atque omnes torquet vires : furit unda sonoris
Vorticibus, sequiturque novus cum murmure torrens.
Sensit, et adcensa ductor violentius ira,
« Magnas, o Trebia, et meritas mihi, perfide, pœnas
Exsolves, inquit : lacerum per Gallica rivis
Dispergam rura, atque amnis tibi nomina demam,
Quoque aperis te fonte, premam; nec tangere ripas,
Inlabique Pado dabitur : quænam ista repente
Sidonium, infelix, rabies te reddidit amnem? »
  Talia jactantem consurgens agger aquarum
Inpulit, atque humeros curvato gurgite pressit.

et Put. quod, judice Drak., ex Hom. Iliad. φ, 237, defeodi quodammodo potest; coof. Burm. ad Ovid. ex P. II, III, 27, et Heios. ad Ovid. Met. I, 187. — 642. *violentius* Ox. et Put. cum priscis edd. *violentior* R. 2, Basil., Colioæi et aliæ edd. quas secoti sont D. Heius. Cell. et Lefeb. Nostra lectio, fateor, glossa videri potest, sed ad aures gratior est, et auctoritate MSS. nititur : nam de e. Col. oihil h. l. dixere Modius et N. Heios. — 643. *mi* ex emendat. Scalig., et Voss. recepit Cell. ot suavius inter tot dactylos. Drak. adposuit simil. loc. Propert. II, IV (al. 5), 3; *meritas in perfide* Med. *meritas*, *imperfide* quidam alii. — 647. Forte leg. *quianam*; vid. ad I, 443. — 649. *agger*, non *aggere*, scripti.

136... 384, iopr. v. 234 seq., ubi Xanthos in Achillem insorgit. Silii figmentum inde ortum notat Drak. quod flovius imbri increverit, de qoo vid. ad v. 573. Similem loeum Stat. Th. IX, 404 sq., eomparari jubet Lefeb. — *stagna*, maris, seu fluvii profuoda, vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 126. — 640. *omnes torquet vires*, ut VII, 529, h. e. movet, vel effundit, ut *torquere bella*, *hastam*, *murmura*, *sibila*, qoæ vid. in Ind. nisi malis eum Schmidio interpretari : inteodit, quoniam eootorta suot validiora. — 641. *novus torrens*, quatenus ad fluctos inusitatos excreverat et ante oon visos. Ern.

642 seqq. Non tam animosus fingitur Achilles ab Hom. l. e. — 644 sq. Similiter, quod Drakenb. monet, Sicorim fl. punit Cæsar ap. Loean. IV, 141 sq., et Gyndem Cyrus ap. Seo. de ira III, 21. — *lacerum*, etc., io rivos diducam. — 646. *premam*, obturabo, fontes tuos obstruam; quod tamen ab his quæ Scipio vss. 644, 645, minatur, abhorrere putat Leoz. Equidem noo video, cur utrumque loeum habere noo possit; alioquin *quove* pro *quoque* substituerem. — *nec tangere ripas*, retioere ripas suas. Leoz ad ripas Padi refert. — 648. *Sidonium*, Sidoniis h. e. Pœnis faventem, ot *undis socialibus* v. 701. Cf. ad I, 118. Schmidius expressa putat Gr. μηδίζειν, φιλιππίζειν. — *infelix*, vid. ad II, 667.

649. *jactantem*, ut ap. Virg. Æ. I, 102. — 650. *Inpulit*, ὦσε ap. Hom.

Arduus adversa mole incurrentibus undis
Stat ductor, clipeoque ruentem sustinet amnem.
Nec non a tergo fluctus stridente procella
Spumeus inrorat summas adspergine cristas:
Ire vadis, stabilemque vetat defigere gressum
Subducta tellure Deus; percussaque longe
Raucum saxa sonant; undæque ad bella parentis
Excitæ pugnant, et ripas perdidit amnis.
Tum madidos crines, et glauca fronde revinctum
Adtollit cum voce caput: « Pœnasne superbas
Insuper, et nomen Trebiæ delere minaris,
O regnis inimice meis? quot corpora porto
Dextra fusa tua! clipeis galeisque virorum,
Quos mactas, artatus iter cursumque reliqui.
Cæde, vides, stagna alta rubent, retroque feruntur.
Adde modum dextræ, aut campis incumbe propinquis. »

651. *incurrentibus*, non *irrumpentibus*, Col. *adverso cumulo* aliquando tentabat N. Heins. ut ad Trebiam referri possit; quod vel sine lect. mutatione licet. Sed vid. not. — 652. *sustulit* scripsi et R. 3. Sed recte præferunt vulg. lect. *sustinet*; ut *retinere amnem manibus et clipeis* dixit Flor. III, 3. — 655. *Nare vadis* corrig. N. Heins. Sed nare quidem poterat, subducta tellure, non vero ire et stabilem gressum defigere: quod jam monuit Draken. — 657. *parentis*, non *patentes*, Col. Oxon. R. 3, Parm. cf. Gron. Obss. IV, 17. — 760. *Pœnosne superbos* conj. D. Heins. Sed cf. sup. v. 645; *superbus* emend. N. Heins. quod merito placet Draken. — 662. *quot*, non *tot*, Col. et Ox. — 666.

l. c. v. 235; conf. ad v. 597. — *curvato gurgite*, vid. ad I, 472. — 651. *Arduus adversa mole stat*, elegantius quam στῆναι ἐναντίβιον ap. Hom. l. c. v. 266; cf. Virg. Æn. X, 771. — *adversa undis*, quam undis obponit. — 652. *stridente procella*, ut ap. Virg. Æn. I, 102. — 654. *inrorat*, adspergit, aqua roris instar guttatim destillante.

655. *stabilemque vetat defigere gressum*, οὐδὲ ποδέσσιν εἶχε στηρίξασθαι ap. Hom. v. 241, et *Subducta tellure*, κονίην δ' ὑπέρεπτε ποδοῖϊν, v. 271. — 656. *Deus*, Trebia, ut Xanthus μέγας θεὸς ap. Hom. v. 248. — 657, 658. *ad bella parentis Excitæ*, a parente ad auxilium sibi præstandum advocatæ. — *ripas perdidit amnis*, exspatiatus est supra ripas; Lenz. — *parentis*, Trebiæ, non Eridani, quod Dausq. putabat; vid. ad I, 606. — 659. Cf. Virg. Æn. VIII, 31 sq.; X, 205, et inf. v. 726. — 660. *cum voce*, ut X, 432, et ap. Virg. Æn. X, 667, « cum voce manus ad sidera tendit. » — 662. *regnis*, v. Burm. ad Val. Fl. II, 621. — 663. *fusa*, vid. ad II, 113. — Cf. Hom. l. c. 217 sq. Virg. Æn. V, 806 sq. — 664. *Adde modum*, fac finem, *dextræ*, cædibus. — 666. *incumbe*, ut ap. Virg.

Hæc, Venere adjuncta, tumulo spectabat ab alto
Mulciber, obscuræ tectus caligine nubis.
Ingravat ad cælum sublatis Scipio palmis:
« Di patrii, quorum auspiciis stat Dardana Roma,
Talin' me leto tanta inter prælia nuper
Servastis? fortine animam hanc exscindere dextra
Indignum est visum? redde o me, nate, periclis;
Redde hosti! liceat bellanti arcessere mortem,
Quam patriæ fratrique probem. » Tum percita dictis
Ingemuit Venus, et rapidas direxit in amnem
Conjugis invicti vires: agit undique flammas
Dispersus ripis ignis, multosque per annos

aut, non *et*, Put. et prisci libri ante Marsum editi. Sensus verborum *est*: fac modum, seu finem cædibus, aut, si pugnare cupis, non in alveo meo pugna, sed in campis. — 672. *fortine*, non *fortunæ*, Col. et Mars. — 676. *direxit* Col. ἐς ποταμὸν τρέψε φλόγα παμφανόωσαν dixit Hom. Iliad. φ, 349; *detexit* Ox. et Put. unde *derexit* olim scriptum fuisse suspicabatur Drak. quod tacite edidit Lefeb. conf. ad II, 92. Vulgg. *detrusit*. — 677. *inviti* malebat N. Heins. quia Vulcanus semper Trojanis ac proinde Romanis infensus fuerit. Sed *ut* alias Junoni, matri suæ, sic nunc uxori obsequi potuit, *et* Silius, puto, expressit τὸ ἀκάματον πῦρ Hom. Iliad. σ, 225, et φ, 341, unde et Virg. Æn. V, 680, *vires indomitas flammarum* hausit, ut Noster VII, 370, *indomitos ignes*: Ἥφαιστ', οὔτις σοί γε θεῶν δύνατ' ἀντιφερίζειν, etc. dixit Hom. Iliad. φ, 357; conf. mox v. 681; Burm. vulgatam lect. præ-

Georg. II, 311, et Æn. I, 84, ubi videndus Heyne.

667, 668. Conf. Hom. Iliad. φ, 328 sq. Junonis partes Silius detulit Veneri, Romanis faventi. — 669. Similes preces ac vota Achillis ap. Hom. l. c. v. 272 sq., et Ulyssis Odyss. ε, 298 sq., ex quo loco desumta est oratio Æneæ ap. Virg. Æn. I, 93 sq., ut ex hac Hannibalis verba inf. XVII, 260 seq., ubi Drak. monet, veteres vehementer mortem in undis exhorruisse, tum quod animam igne constare (vid. Virg. Æn. VI, 130 sq.), adeoque aqua exstingui putarent; tum quod naufragio absumtis raro sepultura obtingere posset. Cf. ad I, 154; Jani ad Hor. Od. I, XXVIII, 23; viros doctos ad Valerium Flaccum, I, 633; Burm. ad Petron. c. 103 et 114; Cuper. Obss. I, 8; Guther. de jure man. I, 10. — *Ingravat*, ut ap. Virg. Æn. XI, 220, eodemque sensu *asperare* inf. v. 774, et *acerbare* VI, 116; Drak.

670. *Dardana*, vid. ad lib. I, 14. — 671. *Taline leto*, tam fœdæ morti in undis; λευγαλέῳ θανάτῳ dixit Homerus Iliad. φ, 281; Odyss. ε, 312. — 672. *fortine*, etc., cf. ad II, 705. — 673. *redde*, etc., ut apud Virg. Æn. II, 669; X, 61. — *nate*, qui me ad Ticinum servasti.

675. *fratrique*, Cn. Corn. Scipioni Calvo, qui notus est ex Liv. XXI, 32, 60. — Conf. Hom. Il. φ, 328... 384. — 676 sq. *Ingemuit*.

Nutritas fluvio populatur fervidus umbras.
Uritur omne nemus, lucosque effusus in altos
Inmissis crepitat victor Vulcanus habenis.
Jamque ambusta comas abies, jam pinus et alni;
Jam, solo restans trunco, dimisit in altum
Populus adsuetas ramis habitare volucres.
Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos
Absorbet latices, sævoque urgente vapore
Siccus marescit ripis cruor : horrida late
Scinditur in rimas, et hiatu rupta dehiscit
Tellus, ac stagnis altæ sedere favillæ.
Miratur pater æternos cessare repente
Eridanus cursus; Nympharumque intima mæstus
Inplevit chorus adtonitis ululatibus antra.
Ter caput ambustum conantem adtollere, jacta
Lampade, Vulcanus mersit fumantibus undis :
Ter conrepta Dei crines nudavit arundo.
Tum demum admissæ voces et vota precantis,

ferebat, quia Vulcanus ipse lampadem jacit v. 693 seq. *flammas*, non *flammam*, Col. et Oxon. quos secutus sum. — 679. *umbras*, non *undas*, iidem scripti cum priscis edd. — 686. *sævumque* conj. N. Heins. Non male. — 693. *jactu* Put. In aliis *tacta*. — 696. Cum Lefeb., qui Virg. Æn. IV, 460, comparat, in contextum

gravius μέγ' ἀῦτει Hom. — 679. *umbras*, arbores, Trebiæ ripam obumbrantes, ut ap. Virg. Ecl. V, 40; Ge. I, 157; IV, 511, al. ef. Ind.

681. Conf. Virg. Æn. V, 662, et Georg. II, 307; inf. XVII, 96, et ad VI, 556. — *crepitat*, vid. Bentl. ad Hor. Od. IV, xi, 11. — 682 sq. Imitat. Hom. Iliad. φ, 350 seq. — *comas*, frondes, vel folia, ut χαίτη ap. Anacr. XXII, 3, et Callim. H. in Del. v. 81 : κόμη, τρίχες, τριχῶδες, seu τριχομανὶς de arboribus et plantis, ὄρος κεκομημένον ὕλῃ, ap. Callim. H. in Dian. v. 41, ubi vid. Spanh.

684. *Populus*, definite pro quav. arbore. — 685. Conf. Ovid. Met. II, 211, et ad vss. 691... 695, ibid. v. 264 sqq., quem locum Silius expressit; Lenz. — imo *de gurgite*, fundo, βυσσόθεν, *absorbet*, ἀναῤῥοιβδεῖ. Reliqua minus ornata, quam ap. Hom. l. c. v. 361 sq. ubi Xanthus aheno, igne ebullienti, comparatur. — 686. *vapore*, ut ap. Virg. Æn. V, 683; τεῖρε δ' ἀϋτμὴ Hom. l. l. 366. — *horrida*, squalida.

690. Ipse Padus, in quem Trebia influit, magnam incendii, quo hic ardebat, vim sensit : quod præclare poeta expressit. — *pater*, vid. ad I, 606, et ef. IX, 187, et Virg. Ge. I, 482. — *cursus æternos*, ut ἀέναος Sophocl. de fontibus; D. Heins. — 691. *Nympharum*, Nereidum. — 695. *Arundo*, sertum

Orantique datum ripas servare priores;
Ac tandem a Trebia revocavit Scipio fessas
Munitum in collem, Graccho comitante, cohortes.
At Pœnus, multo fluvium veneratus honore,
Gramineas undis statuit socialibus aras,
Nescius heu! quanto Superi majora moverent,
Et quos Ausoniæ luctus, Trasymene, parares.
Boiorum nuper populos turbaverat armis
Flaminius, facilisque viro tum gloria belli,
Corde levem atque astus inopem contundere gentem.
Sed labor haud idem Tyrio certasse tyranno.

recepi ingeniosam emendat. Gronov. ad Liv. XXXI, 5, quæ etiam a N. Heins. et Drak. probatur, nititurque auctoritate c. Oxon., nisi quod in eo *voce* pro *vota* legitur. *admissæ* Col. Ox. R 2, h. e. exauditæ, ab effectu, quod jam notavit Drak. coll. Senec. Consol. ad Marc. c. 2; *voces* Ox. et Put. Vulgaris lectio *amissæ vires et voce precantis* idoneo sensu destituitur, quanquam τὸ *vires* sive ad Vulcanum, sive ad Trebiam (ut Ξάνθοιο δάμη μένος ap. Hom. Iliad. φ, 383) retuleris, vel *admissæ vires* cum Drak. reposueris: nec difficultates tollit conj. Barthii *devota precanti*, vel Cell. *et voce precanti*. — 698. *Sic tandem* omnino legendum videbatur Withofio. — 701. *statuit* Col. *trahit* Put. Vulgo *stravit*. — 705. *dum* Col. *data gloria*, vel *facilisque v. tum gloria, bellis*, etc. emend. N. Heins. *facilique bello*, ut ap. Justin. VII, 3, conj. Burm. ut *tum* facili bello hostes contundere ei gloriæ fuerit, quam nunc ipsi fortuna denegaverit. Vulgatam lect. tuetur Lefeb. et explicat: facilis ei fuit gloria in hoc bello, contundere, etc.

ex ea, tegens caput Dei fluvialis, *nudavit crines Dei*, quia *correpta* est flammis, vel combusta. Conf. v. 679. — 698, 699. Cf. ad v. 483, et Liv. XXI, 56. — 700. *honore*, vid. ad III, 218. — 701. *Gramineas aras*, e cespite, βωμοὺς αὐτοσχεδίους, ut ap. Virg. Æn. XII, 118; Ovid. Met. VII, 240, al. cf. Ind. — *undis socialibus* cf. ad v. 648.

703. Silius silentio prætermittit prælia, hiberno tempore prope Placentiam commissa, de quibus vid. Liv. XXI, 57 et 59. — 706. sq. C. Quinctius Flaminius Nepos Cos. A. U. DXXX, adeoque sex annis ante alterum consulatum, in quo ad Trasymenum lacum, quod nunc poeta memorabit, periit, victoriam de *Boiis* reportaverat, quam tamen tribunis suis debebat temerarius imperator, qui imperitia sua eam pæne prodiderat. Eam ob causam, et quoniam auspicia, prodigia ac literas, quibus Romam revocabatur, spreverat, non nisi privatus et plebe indignante triumphabat. Cf. V, 107 sqq., 646 sq.; Liv. XXI, 63; XXII, 6; Oros. IV, 13; Flor. II, 4; inpr. Polyb. II, 31... 34, et Plut in Marcell. p. m. 299, et in Flamin.

706. *Corde levem*, v. ad v. 50. — *contundere* gravius quam vincere, domare, ut ap. Virg. Æn. I, 264, « populosque feroces Contundet, etc. » cf. Broukh. ad Tib. III, vi, 14.

Hunc, lævis Urbi genitum ad fatalia damna
Ominibus, parat imperio Saturnia fesso
Ductorem, dignumque virum veniente ruina.
Inde ubi prima dies juris, clavumque regendæ
Invasit patriæ, ac sub nutu castra fuere;
Ut pelagi rudis, et pontum tractare per artem
Nescius, adcepit miseræ si jura carinæ,
Ventorum tenet ipse vicem, cunctisque procellis
Dat jactare ratem : fertur vaga gurgite puppis
Ipsius in scopulos dextra inpellente magistri.
Ergo agitur raptis præceps exercitus armis
Lydorum in populos, sedemque ab origine prisci
Sacratam Corythi, junctosque a sanguine avorum
Mæonios Italis permixta stirpe colonos.

712. *ac*, non *et*, Col. Quinque, qui sequuntur, versus turbati sunt in e. Puteol. — 714. *miser ut si* corrig. Barth. Adv. X, 24. Sed *misera* est navis, quia tali committitur gubernatori. — 720. *Corithi* et *Coriti* vulgo vitiose scribi-

708. *lævis Ominibus*, adversis fatis : vel *omina* ad Flaminii genesin, seu horoscopum spectant. — 709. *Saturnia*, cui poeta omnium, quæ Romanis contingunt, malorum causam adtribuere solet. — *fesso*, malis, cladibus, bello; conf. ad I, 566. — 710. *ruina*, insigni clade. — 711. *prima dies juris*, calendæ Januariæ, quibus consulatum iniit. — 713... 717. Cf. ad I, 687 sq. — *artem κατ' ἐξ.* esse peritiam navis gubernandæ, monent Barth. ad Stat. Th. III, 29, et Drak. ad h. l. et ad XIV, 454. — 714. *jura carinæ*, ut *regna* et *imperium navis*, ap. Val. Fl. I, 418 (ubi vid. Burm.), et V, 14. — 715. *Ventorum tenet vicem*, est loco ventorum, et imperitia sua facit, quod venti solent. — 716. *Dat jactare*, cf. ad V, 324; Virg. Æn. I, 319. « dederatque comas diffundere ventis. » — 717. *magistri*, gubernatoris navis, inter quos Liv. quidem XXIX, 25, et XLV, 42, non vero poetas distinguere, monet Drak.

719 sq. Etruriam intellige, et de *Lydorum populo*, a quo, vulgari Romanorum a Græcis adscito errore, Etruscorum, seu Tyrrhenorum origo repetitur; vid. Heyne ad Virg. Æn. VIII, 479; IX, 11, et Exc. III, ad Æn. VIII; Lips. et Ernesti ad Tac. Ann. IV, 55; de *Corytho* autem, Etruriæ principe ac conditore *Cortonæ* urbis (unde montes *Cortonenses*, quos Trasymenus subit, mox v. 823.) Heyne ad Æn. III, 170; IX, 10; X, 719, et Exc. VI, ad Æn. III; it. Cluver. Ital. ant. p. 590 sq. Cf. V, 9 sq., et ad VIII, 472. — 721. *Mæones*, prisci Lydiæ coloni, et hinc Etrusci; cf. Virg. Æn. VIII, 499; XI, 759; Herodot. I, 7, et Ind.

Nec regem Afrorum noscenda ad cœpta moratur
Laude super tanta monitor Deus: omnia somni
Condiderant, ægrisque dabant oblivia curis,
Quum Juno, in stagni numen conversa propinqui,
Et madidæ frontis crines circumdata fronde
Populea, stimulat subitis præcordia curis,
Ac rumpit ducis haud spernenda voce quietem.
« O felix famæ, et Latio lacrimabile nomen,
Hannibal, Ausonia si te Fortuna creasset,

tur; vid. Heyne ad Virgil. *Æneid.* lib. III, v. 170, et IX, 10. — 722. *nascenda* scripti et priscæ edd. ante Basil., in qua primum *noscenda* reperitur. Prius recepit Lefeb. et exposuit, mox futura. Male! *pascenda* conj. N. Heins. non improb. Drak. coll. sup. v. 9, et VII, 497. Neutrum vulgatæ lect. præferendum, cujus hæc, puto, sententia est: Juno Hannibalem non moratur, quominus, h. e. exhortatur, (nam λιτότης esse videtur) ut consulis cœpta, seu conatus propios noscat, eumque in Etruriam subsequatur, *super t. laude*, propter tantam, quam sibi ita parare possit, gloriam: nisi verba *laude s. t. monitor* jungere malis. Sed vix dubito, quin *molienda* legendum sit, hoc sensu: Juno adhortatur H. ad præclara, sed gravis moliminis facinora obeunda pro tanta, quæ inde redundet, laude et gloria Ita Silius plane exscripsit Virg. *Æn.* IV, 233; sed et præter poetarum morem primam syllabam corripuit, vel tribus vocem syllabis extulit, ut *Pelio* sup. III, 495, et alia. — 725. *numen* Col. Pro vulgata *juvenem* male pugnat Dausq. — 727. Vox *curis* modo præcesserat. Forte poeta scripsit *jussis*, ut ἔπεα πτερόεντα ap. Hom. — 728. Hic versus merito ejiciendus videbatur N. Heins. qui bene monebat, dormienti hæc Hannibali, non vigilanti oblata esse, et frigere illud *haud spernenda voce*. Lente contra hunc versum, pro majestate Divæ, procedere potat Lefeb. et interpretatur: Juno turbat quietem somni voce plurimi facienda; κατ' ἀντίφρασιν, ut *morum non spernendus* ap. Tac. Ann. XIV, 40. — 730. *Ausoniæ* conj.

722. vid. V. L. — *miscenda ad cœpta*, h. e. turbanda consulis consilia, suspicatur vir doctus in *Allg. Lit. Zeit.* 1796, *N.* 139. — 723. *Deus*, vel omnino est numen divinum, vel pro dea, ut ὁ Θεός; cf. Virg. Æn. II, 632; VII, 498, et Vulp. ad Tibull. I, vi, 43. — In his poetæ animo oculisque obversabatur locus Virg. Æn. VIII, 26... 67, ubi vid. Heyne, et ad Æn. II, 268 seq.

724. *curis ægris*, quæ ægros, miseros faciunt homines, cf. ad I, 85, in V. L. — 725. *stagni*, Trasymeni lacus. — 726. Cf. Virg. Æn. VIII, 31 sq., et sup. v. 659. — 729. *Latio lacrimabile nomen*, cf. I, 110 sq., et III, 73. — *nomina*, ut ὀνόματα, pro hominibus ponuntur, ut VI, 298; XI, 513, al.; cf. Heyne ad Tibull. III, iv, 61, et Bentl. ad Hor. Od. III, xxvii, 34. Passim quoque *nomen* redundat; v. ad V, 161.

730. Qui Deus olim futurus esses, si in Italia nasci tibi contigisset, ubi tales viri, qualis tu es, in Deorum numero referri solent. Drak. comparat inf. VII, 36, 37, et Cic. pro Muræna c. 36, « gratias egit Diis... quod ille vir in hac repu-

Ad magnos venture Deos! cur fata tenemus?
Pelle moras : brevis est magni fortuna favoris.
Quantum vovisti, quum Dardana bella parenti
Jurares, fluet Ausonio tibi corpore tantum
Sanguinis, et patrias satiabis cædibus umbras.
Nobis persolves meritos securus honores.
Namque ego sum, celsis quem cinctum montibus ambit
Tmolo missa manus, stagnis Trasymenus opacis. »
His agitur monitis, et lætam numine pubem
Protinus aerii præceps rapit aggere montis.
Horrebat glacie saxa inter lubrica, summo
Piniferum cælo miscens caput, Apenninus.
Condiderat nix alta trabes, et vertice celso
Canus apex structa surgebat ad astra pruina.
Ire jubet : prior exstingui labique videtur

Dausq. et N. Heins. Prior tamen et Draken. *Ausonia* etiam pro *in A.* dici posse monent; *fortuna favoris*, ut v. 732, Col. culpa librarii male festinantis. Conf. ad VIII, 468. — 731. *cur* Col. et Put. cui Ox. Vulgo *quum f. t.* quod Cell. exponit : dum per fata nobis licet nocere Romanis; *cur tanta* Put. — 736. *meritos* scripti et editi ante Marsum, qui primus *merito* refinxit; *persolve emeritos* in mentem veniebat N. Heins. — 738. *stagni opaci* corrig. idem. — 739. *lætus* edidit Lefeb. invitis membrr. quasi non exercitus quoque hoc visu lætari possit. — 744. *structa*, non *stricta*, Colon. quod multis exemplis illustrarunt Drak. et, quos laudavit, Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 286 seq. Zinzerl. Promuls. crit. c. 49; Goosal. ad Petron. c. CX, et Gronnv. Diatr. Stat. p. 90. — 745. *Iubet*, vel *juvat* malebat N. Heins. — 748. Totus deest versus e. Col. prob. N. Heins. qui ejus loco unum alterumque desiderari, vel certe *finis cumulusque laborum* legendum putat. Sed recte, opinor, hunc versum vindicat, eodemque Col., teste Modio, suas quoque

blica potissimum natus esset; » add. inf. XVII, 403, 404. — 731. *cur fata tenemus*, retinemus, remoramur? ut *fatis currentibus obstare* VII, 307, et contra *urgere fata* VII, 224; *fata irritare* V, 234; *incumbere fortunæ* VII, 241; *Præcipitare fatum* I, 691; *lacessere fata* XV, 36, vel *fato urgenti incumbere* ap. Virg. Æn. II, 653. — 734. *Jurares*, cf. I, 113 sq. — 735. *satiabis*, placabis, ut ap. Virg. Æn. II, 587.

736. Imitat. Virg. Æn. VIII, 61 sq. — 738. *Tmola*, ex Lydia, cujus mons est Tmolus. — *missa manus*, h. e. Etrusci, cf. ad v. 719, et VII, 210.

739. *numine*, ejus monitis. Cf. ad I, 93, in V. L. — 741. Cf. omnino Liv. XXI, 58, cujus narrationem cur tam strictim adtigerit Silius mireris, quum tamen poeticum ornatum et res admittat, et ipse diligenter sectetur. — *Horrebat*, etc. Cf. Virg. Æn. IV, 249, 251; XII, 702 sq. — 744. *pruina*, vid. ad III,

Gloria, post Alpes si stetur montibus ullis.
Scandunt prærupti nimbosa cacumina saxi,
Nec superasse jugum finit, mulcetve laborem.
Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Invia limosa restagnant arva palude.
Jamque ducis nudus tanta inter inhospita vertex
Sævitia quatitur cæli, manante per ora
Perque genas oculo: facilis sprevisse medentes,
Optatum bene credit emi quocumque periclo

lacunas habere monet Lefeb. cf. mox ad v. 750; *mulcetve*, non *mulcetque*, Put. quod recepi cum Lefeb. — 749. *liquentibus*, non *linquentibus*, Parm. Bas. Mars. Junt. Ald. Gryph. Nut. prob. etiam Dausq. — 750. Totus versus abest. c. Col. *Invia* Ox. Put. Tell. et editi ante Marsum, qui primus *Invida* dedit, quod tamen jam in R. pr. legi testatur Lefeb. *Invia* jam conj. Dausq. vel *Uvida*, quod in mentem quoque venit N. Heins. ut et mox *duci nudus*. — 753. Vulgo distingunt, *Perque genas, oculo f. sprev. medentes. Optatum*, etc. quod præferendum videtur

533. — 746. Si, post Alpes superatas, aliis iisque minoribus montibus iter impediatur et obstruatur.

748. *mulcet laborem*, minuit, ut XII, 220. — Delet hunc versum Col. Imo vero ex eo quodammodo pendent sequentia, cum quibus cohæret: dicit enim, superato jugo jam nondum finitum fuisse laborem (*superasse jugum*, græco more pro superatus montis adscensus), sed quasi novum ex paludibus in plano campo objectum. Ern.

749 sq. Nam Apenninum transgressos *plana natantia* h. e. planities, seu campi paludosi (quos Silius solita verborum luxuria depingit) remorabantur. Liv. XXII, 2, « Propiorem viam (in Etruriam) per paludem petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat. » Proprie hoc iter non continuo H. ingressus est, simul atque Apenninum superavit; vid. Liv. XXI, 59. Sed poeta res levioris momenti omittere solet. — *putri*, resoluto, nondum indurato *gelu* impediti rivi se late diffundunt; ut solent, quæ calore liquescunt; Cellar. coll. Virg. Ge. I, 43.

751 seq. Hannibal, quod jam Drak. observasse video, Apenninum transgressus, sæva tempestatis vi, in via per paludem et profundas Arni fl. voragines, alterum amisit oculum, testibus Polyb. III, 79; Liv. XXII, 2, et Corn. Nep. c. 4; (qui tamen non omnino cum illis consentit, de quo vid. ej. Intp. et Drak. ad Liv. l. c.) non a frigore in Alpibus, quod Schol. Juven. ad Sat. X, 153, adnotavit.

751. *tanta inhospita*, tam i. loca, ut VI, 308. — 753 sq. « Quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur, » Liv. et Polyb. l. c. quæ poeta exornavit. — *facilis sprevisse* (ἀσφίστως) h. e. facile spernebat, ut I, 225; VIII, 59.

754. *bene*, h. e. vili pretio, parvi *emi*; quam locutionem, vel tironibus notam, magna exemplorum

Bellandi tempus : non frontis parcit honori,
Dum ne perdat iter : non cetera membra moratur
In pretium belli dare, si victoria poscat;
Satque putat lucis, Capitolia cernere victor
Qua queat, atque Italum feriat qua comminus hostem.
Talia perpessi tandem inter sæva locorum
Optatos venere lacus; ubi deinde per arma
Sumeret amissi numerosa piacula visus.
   Ecce autem Patres aderant Carthagine missi :
Causa viæ non parva viris; nec læta ferebant.
Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,
Poscere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris
(Infandum dictu!) parvos inponere natos.
Urna reducebat miserandos annua casus,
Sacra Thoanteæ ritusque imitata Dianæ.

Schmid. — 756. *moretur* volebat N. Heins. — 759. *petat* pro *queat* R. 2, Benes. et alii, teste ac prob. Lef. ut *petat cernere* sit pro *eat c.*, ut *ite precari* inf. v. 793. Sed quis unquam ita locutus est, vel ex forma dicendi *petere locum* hoc efficiet?

copia illustravit Drak. ad h. l. ad V, 601, et VII, 620. — 755. *frontis honos*, possit esse decora facies, ut ap. Stat. Silv. I, II, 113. Sic *honor capitis*, ap. Plin. Paneg. 8, id. qd., *caput honestum*, ap. Virg. Ge. II, 392. Sed h. l. est frontis decus h. e. oculi, ut cornua Tacito *gloria frontis* dicuntur Germ. c. 5; *honores*, pulchritudo, *formæ* inf. XII, 243; *h. togæ* VI, 394; *h. croceus*, color rutilus et pulcher VIII, 442; cf. Heyne ad Virg. Æn. I, 591, et Jani ad Hor. Od. II, XI, 9. — 761. *lacus*, ad Trasymenum lacum. — 762. *piacula*, solatia.

765. Poeta, ornatus et variationis studiosissimus, facile in episodium hoc incidere poterat, memor libri III, 64 seq. — *Mos*, Pœnis a Phœnicibus, quorum Moloch a Saturno parum diversus fuisse videtur, traditus, pluribusque barbaris gentibus communis, de quo vid. præter VV. DD. ad h. l. Columm. ad Ennii Ann. I, p. 28; Ill. Meiners de relig. varior. popul.; Hendreich de republ. Carthag. II, I, 4; Bryant. de sacrif. hum. et Michaelis Jus Mos. T. V, §. 247. Notandum vero ex v. 768, sacrificium hoc annuum fuisse sortique commissum. — *condidit*, vid. ad I, 28, in V. L. — 766. *Poscere Deos veniam*, vel *pacem*, pro gratiam et opem ab iis petere, vel simpl. illos placare, ut in formulis precum, inpr. pontificum, passim occurrit. Conf. XV, 437; Virg. Æn. III, 261; IV, 50; Liv. I, 16; VII, 2, al.

768. *annua* quotannis. — *casus*, sacrificium. — 769. *Diana Thoantea*, ut XIV, 260, et ap. Val. Fl. VIII, 208, h. e. Taurica, seu Scy-

Cui fato sortique Deum de more petebat
Hannibalis prolem discors antiquitus Hannon.
Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat genitoris imago.
  Asperat hæc fœdata genas, lacerataque crines,
Atque urbem complet mæsti clamoris Imilce.
Edonis ut Pangæa super trieteride mota
It juga, et inclusum suspirat pectore Bacchum.

773. *genitoris*, non *redeuntis*, Col. — 774. *Asperat* Col. Recte. *Asperad* Oxon. Vulgo *imago Aspar: ad hæc*, etc. ut *Aspar* sit Hannibalis filius et nomen Punicum, ut *Bostar, Gestar, Hamilcar*, et alia. *Aspera ad hæc* conj. Dausq. et Scalig. quod recepit Cell. — 776. In *Edonis*, Gr. Ἠδωνίς, ut alii in *Bistonis* et *Sidonis*, secundam corripuit etiam Lucan. I, 675, ubi *Odonis* scribendum putabat Salmas. ad Solin. c. 9, pag. 153, al. 109, quia Ὠδωνὲς ἐλλειπόντως Dionysio sunt populus Thraciæ, quod probavit Berkel. ad Steph. Byz. Ethn. voc. Ἠδωνοί. Sed vid. Heins. et Burm. ad Virg. Æn. XII, 365; ad Ovid. Rem. Am. v. 593; Oudendorp. ad Lucan. l. c. Heyne ad Virg. Cir. v. 165, et quos Drak. laudat, Silium nostrum V, 463; VIII, 57, 412, 578, 579; XV, 15, 337 (quibus locis eadem utitur licentia) Heins. ad Ovid. Trist. IV. 1, 42; Broukh. ad Prop. I, III, 5; IV, II, 61; Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 73; Bentl. ad Hor. Od. I, xxv, 11; III, xxv, 9; Barth. ad Stat. Silv. I, VI, 64, et Theb. V, 78; Serv. ad Virg. Æ. I, 343, et Intpp. ad Catull. Nupt. Pel. et Thet. v. 37; conf. sup. ad III, 252, et ad VI, 303. — 778. *concita*, vel simile quid legendum semper putavi cum Burm. In vulgata certe lect. quocumque te vertas (vid. not.), duri quid inest, cujus tamen rei culpa in ipso forte poeta residet. De facibus Bacchicis agi videtur; unde non satisfaciunt Schmid. et Lefeb. qui Vulgatam defendunt ex VII, 351; X, 228; XVII,

thica, cui hostiæ humanæ mactabantur; quem deæ cultum, ex fabulis de Iphigenia, Oreste ac Pylade notissimum, *Thoas*, rex Taurorum, primus instituisse dicitur; vid. Herodot. IV, 103; Strab. V; Diodor. IV, 45; Pausan. III, 16; IX, 19; VV. DD. ad Ovid. ex Ponto III, II, 45... 96, et Trist. IV, IV, 63... 82; Hygin. fab. 98, et 120; Serv. ad Virg. Æn. II, 116; Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 173, 174; Muncker. ad Antonin. Liberal. fab. 27, et Eurip. Iphig. v. 39. — 770. *petebat*, destinabat. Cf. II, 29. — 771. *discors Hannon*, cf. ad II, 277. — — 772. *metus propior*, cf. I, 32.

774. Præclare adfectus materni vis singulis Imilces factis verbisque exprimitur. — *Asperat*, auget, *hæc*, metum hujus iræ paternæ, Imilces, conjugis, mœror, ut *asperare ignes* dixit Val. Fl. V, 369; *a. iram* Tac. hist. II, 48; cf. ad v. 669. — 776 sq. Conf. Virg. Æn. IV, 300 sqq. (ubi vid. Heyne de *orgiis trietericis et motis sacris*), et Lucan I, 674 sq. — *Edonis*, Baccha, ab Edonis, populo Thraciæ, ubi orgia Bacchi potissimum celebrabantur. Conf. Intpp. ad Theocr. VII, 111; Bentl. ad Hor. Od. III, xxv, 9, et viros doctos, in V. L. laudatos. — *Pangæa juga*, ut II, 73. — 777. *suspirat*, ἀναπνεῖ, pro spirat, πνεῖ, ut XII, 136, et XIII, 426; D. Heins. Simi-

Ergo inter Tyrias, facibus ceu subdita, matres
Clamat, « Io conjux! quocumque in cardine mundi
Bella moves, huc signa refer : violentior hic est,
Hic hostis propior! tu nunc fortasse sub ipsis
Urbis Dardaniæ muris, vibrantia tela
Excipis intrepidus clipeo, sævamque coruscans
Lampada, Tarpeiis infers incendia tectis.
Interea tibi prima domus atque unica proles
Heu! gremio in patriæ Stygias raptatur ad aras.
I nunc, Ausonios ferro populare penates,
Et vetitas molire vias! I, pacta resigna
Per cunctos jurata Deos! sic præmia reddit
Carthago, et tales jam nunc tibi solvit honores!
Quæ porro hæc pietas, delubra adspergere tabo?

324; ut sit hypallage et græcismus. — 786. *gremio in p.* scripti; *gremio e. p.* malebat N. Heins. h. l. et XI, 587. Vulgg. *gremio patriæ* prob. Lefeb. — 790. *solvit*

liter *totum spirant præcordia Phœbum*, Drak. monente, dixit Claud. de R. P. I, 6; cf. ad III, 240 et 697; Burm. ad Val. Fl. II, 278.

778. *facibus subdita*, propr. facibus subditis, igni admoto combusta, unde *clamat*; vel simpl. pro incitata sc. furore, ut *faces subjicere invidiæ, bellis*, etc., et *subdere ignem seditioni* Liv. VIII, 32 : vel *subdita*, subjecta, permissa, adeoque stimulata *facibus*, h. e. ceu Mænas, quæ accensis facibus noctu per montes ac nemora cum clamore discurrit. Ejusmodi certe faces contextui aptiores sunt. Cf. V. L.

779 seq. Tota oratio spirat furentem ac bacchicum mentis fervorem, quo instincta Imilce in absentem maritum acerrime invehitur; et gravissimæ indignationis adfectum, qui, elevata herois laude ac gloria, tenerrimos paterni amoris sensus agitat et v. 787 sq., cum amara irrisione permiscetur; sed, quod minus exspectes et probes, nimis abrupte v. 791, (ubi τὸ *porro* ῥητορικῶς magis, quam ὀντῶς dictum) ad pios philosophicosque, etsi præclaros, sensus descendit, quibus enthusiasmi impetus, qui subito v. 796, iterum effervescit, interrumpitur. — *Io conjux*, ut *Io Bacche!* cf. ad V, 634, io V. L. — — *cardine mundi*, plaga, seu regione. — 781. *propior* tibi, tanquam patri; ad te magis spectat.

782. *vibrantia* se, vibrata; vid. ad I; 539. — 788. *molire vias*, ut ap. Virg. Æn. X, 477, et VI, 477; ubi vid. Heyne. — *vetitas*, vid. ad III, 501. — *pacta resigna*, irrita fac, rumpe, propr. sigillo ablato. Schmid. adcipit pro simpl. *signa*, firma. — Vis verborum *sic* et *tales* voce et gestu declaranda.

791. Notum est, priscos homines sanguinis effusionem religioni ha-

Heu primæ scelerum causæ mortalibus ægris,
Naturam nescire Deum! justa ite precari
Ture pio, cædumque feros avertite ritus.
Mite et cognatum est homini Deus: hactenus, oro,
Sit satis ante aras cæsos vidisse juvencos;
Aut si, velle nefas Superos, fixumque sedetque,
Me, me, quæ genui, vestris absumite votis.
Cur spoliare juvat Libycas hac indole terras?
An flendæ magis Ægates, et mersa profundo
Punica regna forent, olim si sorte cruenta

Col. *fovit* Ox. et Put. *vovit* libri editi. — 793. *ite precati* Col. Ox. R. 3, Parm. Med. Sed exquisitius est vulgatum *ite precari* h. e. precatum, ut *veni sperare*, *ruit animare*, et similia græce dicuntur; vid. quos Drak. laudat, Prop. I, I, 12; Stat. Silv. V, III, 11; Ovid. Am. II, II, 21; Vulp. ad Prop. I, VI, 34; Heins. ad Claud. R. P. III, 386, 387, et in Rutil. II, 98; conf. sup. ad I, 170, et inf. ad XIV, 581; ubi Drak. citat Stat. Th. VII, 177. — 796. *fudisse* conj. N. Heins. quod languet, quia vox *cæsos* eandem exprimit notionem. — 798. *absumite*, non *assumite*, Col. et Put. — 801. *sorte* non *forte*, Col. R. 3, Parm. Med.

buisse, iisque morem fuisse θεοὺς καρποῖς, h. e. ἀπαρχαῖς ἀγάλλειν, hisque frugum primitiis ac libaminibus solum deinde tus sine hostiis addere. Cf. loc. class. Ovid. Fast. I, 337... 454, et IV, 409 seq.

792. *ægris mortalibus*, ut ap. Virg. Ge. I, 237; cf. ad I, 85, in V. L. — 794. *Ture pio*, quo pietatem in Deos testamini, ut ap. Tibull. II, II, 3; III, IV, 10, et Virg. Æn. IV, 637; V, 745. — 795. Conf. Intpp. ad Act. Apost. XVII, 28, 29; Dausq. citat Cic. Leg. I, 8; Epictet. I, III, 9; Polyb. Ecl. 25, et al. — *hactenus*, id tantum, *sit satis;* sufficiat certe animalia, non homines mactasse. Conf. XIII, 270, et IX, 347, ubi Drak. laudat Gronov. Obss. I, 15, et Obss. in Script. Eccles. c. 22. Lefeb. qui vers. 791, *tabum* etiam de sanguine humano intellexerat, h. l. vertit: *contentons-nous à l'avenir de n'immoler que des animaux sur les autels.* Ernesti toto h. l. non victimas humanas, sed in genere cruenta sacrificia reprehendi putat, quoniam his sublatis et illæ tollantur, ideoque jungit *hactenus sit satis*, hoc sensu: desinite nunc tandem cruentis sacrificiis Deos colere; aut si firmiter vobis persuasistis, Superis tale nefas placere posse, me immolate. Neuter mihi quidem sententiam suam persuasit.

797. *nefas*, nefaria hæc sacrificia, sc. humana. — *fixumque sedetque*, cf. Virg. Æ. IV, 15. — 798. *absumite*, perdite, mactate, *vestris votis*, victima vota, vel votorum, quæ fecistis quorumque rei estis, solvendorum causa. Cf. Virg. Æ. III, 279, et ibi Heyne. — 799. *hac indole*, hoc puero tantæ indolis. — 800. *Ægates*, ut I, 61. — *mersa Punica regna*, jactura tot navium hominumque, qua simul imperium maris

Esset tanta mei virtus prærepta mariti? »
  Hæc, dubios vario Divumque hominumque timore,
Ad cauta inlexere Patres; ipsique relictum,
Abnueret sortem, an superum pareret honori.
Tum vero trepidare metu vix compos Imilce,
Magnanimi metuens inmitia corda mariti.
  His avide auditis ductor sic deinde profatur :
« Quid tibi pro tanto non inpar munere solvat
Hannibal æquatus Superis? quæ præmia digna
Inveniam, Carthago parens? noctemque diemque
Arma feram; templisque tuis hinc plurima faxo
Hostia ab Ausonio veniat generosa Quirino.

802. *præcepta* Ox. h. e. ante diem intercepta, propr. ante capta, ut *prævertere* III, 329, et *præsumta* V, 209; VI, 300; prob. N. Heins. quem vid. ad Val. Fl. IV, 341, 751; ad Virg. Æ. X, 277; ad Claud. Cons. Mall. v. 262; ad Ovid. Epist. XVII, 107, et Fast. IV, 940; cf. ad VI, 300; XV, 659; XVI, 338, et Gronov. ad Liv. XXII, 41. — 803. *hominisque* Ox Put. R. 3, Med. h. e. Hannibalis, cujus vindictam, filio cæso, non minus quam deorum iram, sacrificio neglecto, extimescebant. Id probavit Barth. Adv. VI, 3, et recepit Lefeb. nec spernendum crediderim, quia tum τὸ *ipsique* v. seq. minus durum est, et facilius intelligitur, cur v. 810, ipse Hannibal *æquatus Superis* sibi videatur; *Superum Hannibalisque favore* conj. Heins. Lenior certe medicina foret, *Divum Hannibalisque timore*, vel *Divumque du. isque t.*, nisi malis *regique* pro *ipsique* refingere. — 806. *sui* pro *metu* scribendum censebat N. Heins. ut sui exciderit ob cognatas literas voc. *vix*. Equidem leviori mutatione reponerem *trepidat mentis*. Pro vulgata lect. stat Lefeb., quum *compos* absolute dicatur inf. XVII, 226. Sed ibi v. 222, integra loquendi forma *mentis compos*, quæ repetitur, præcesserat, et præterea τὸ *metu* merito supposititium videbatur N. Heins. quum *metuens* mox subsequatur. Itaque aut versus 806 et 807 corruptos, aut, quo magis fere sententia mea qualiscumque inclinat, a mala manu insertos laciniasque esse, e margine adsutas, necesse est. — 809. *nunc impar* rectius putabat N. Heins. ut imparem se fateatur. Sed Drak. monet, vulgatæ lect. eundem sensum esse : Quid tibi solvam pro tanto munere, quod ei non inpar sit? — 813. *veniet* R. 2, non inprob. Lefeb. coll. Terent. Eu-

nobis ereptum, et populus nomenque Pœnorum ad internecionem prope redactum est. — 802. *virtus mariti*, ut μένος Ἄρηος, etc., vid. ad v. 599. — 803. *Hæc*, verba. — 804. *cauta*, consilia. — *ipsique*, Hannibali. An ut *αὐτὸς ἱρα?*

809 seq. Oratio bene convenit ingenio Hannibalis, quod in gratia quoque referenda superbiæ indicia prodit. — 810. *Hannibal æquatus Superis*, quod divina res et sacrificii causa ejus arbitrio permittitur; Cellar. coll. Plinio, Epist. I, 7, pr. Non male. Confer tamen ad v. 803, in variis lectionibus. — 813. *ab Ausonio Quirino*, a populo Romuli, h. e. Romano.

At puer armorum et belli servabitur heres.
Spes, o nate, meæ, Tyriarumque unica rerum,
Hesperia minitante, salus, terraque fretoque
Certare Æneadis, dum stabit vita, memento.
Perge, patent Alpes; nostroque incumbe labori.
Vos quoque, Di patrii, quorum delubra piantur
Cædibus, atque coli gaudent formidine matrum,
Huc lætos vultus totasque advertite mentes.
Namque paro sacra, et majores molior aras.
Tu, Mago, adversi conside in vertice montis:
Tu lævos propior colles adcede, Choaspe:
Ad claustra et fauces ducat per opaca Sychæus.
Ast ego te, Trasymene, vago cum milite præceps
Lustrabo, et Superis quæram libamina belli.
Namque haud parva Deus promissis spondet apertis,
Quæ spectata, viri, patriam referatis in urbem. »

nuch. II, 11, 53, *faxo insultabis*, pro *insultes*. — 816. *nutante*, vel *titubante* conj. N. Heins. invita Minerva. Nam, quod Drak. jam bene animadvertit, nulla duci gloria nascitur ex eo, quod saluti sit patriæ suæ adversus hostem vel *nutantem*, vel *titubantem*. — 822. *Namque operosa sacra* emend. N. Heins. qui vulgatam frigere putabat; *majores*, non *meliores*, Col. Put. et R. 2. Inter hunc et sq. versum nonnulla λείπειν, Scaliger notavit ad marg. Silii sui. — 824. *lectos* R. 3, et Med. *bivios colles* conj. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Epist. XVII, 178.

— 817. *stabit*, vid. ad II, 639, in variis lectionibus. — *certare memento*, confer ad III, 118. — 820. *formidine matrum*, præclare pro cædibus et sacrificiis, quæ matres potissimum horrent et reformidant. — 822 seqq. Color orationis fere ut apud Virg. Æneid. XI, 515 sq. — *sacra* majora, stragem Romanorum.

823... 827. Conf. Liv. XXII, 2, et inpr. 4; Polyb. III, 82, extr. — 823. *mons* et *colles* sunt montes Cortonenses, cf. ad v. 720. De *Sychæo* et *Choaspe*, cf. III, 245, 317. — 825. *claustra* et *fauces*, angustiæ saltus et montium. Cf. V, 42 sqq. — 826. *vago milite*, expedito. — 827. *libamina belli*, cf. v. 822. — 828. *Deus promissis spondet apertis*. Confer v. 722 sqq., 733 sq. — 829. *viri*, legati.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Hannibal solis occasu loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasymenus subit, militibus obsederat; 1—23. Flaminius autem postero die, vix dum satis certa luce, agmine incomposito, et majore lixarum fere quam militum numero, angustias superat; 24—52. Quo facto, confestim pugnæ signum proponit, et, neque variis prodigiis territus, neque Corvini aliorumque, qui salutaria magis, quam speciosa suadebant, monitis precibusque motus a proposito deflectit; 53—104. Quin potius inanem hostis et periculi metum graviter increpat, omnibusque jam ad prælium rite præparatis animum suorum, magna ex parte fractum, verbis confirmat; 105—185. Hannibal ubi, id quod petierat, hostem lacu montibusque clausum habet, suis quoque copiis tuba signum dat simul invadendi: quo audito, omnes ex pluribus vallibus pariter decurrunt, et Romanis, quorum sortem Dii quoque, excepta Junone, lugent, undique circumfunduntur; 186—207. Tum Picentes pugnam capessunt, et Pœnis secunda fortuna, Romanis ira ac desperatione adcensis, diu dubia utrimque victoria dimicatur; 208—228. Ex Romanis Lateranus et Lentulus in medios hostes ruunt; 229—257. Nerius et Volunx pereunt; 258—267. Inter reliquos vero eminet Appius juvenis, qui in fortissimum quemque impetum facit; sed postremo a Magone, qui ad mortem Isalcis, generi sui, vindicandam adpropcrat, hasta trajicitur; 268—332. Nec minus tristem vitæ exitum habet Mamercus, qui, dum cæso signifero Lusitano vexilloque ei erepto fœdam suorum fugam sistit, permultis vulneribus confossus cadit; 333—343. Magonem ab Appio vulneratum ex

pugna subducit Hannibal, ut a Synhalo in castris sanetur; 344—375. Quos ubi ex acie excedere videt consul, optatam sibi rei bene gerendæ occasionem oblatam ratus, animum recipit, et Bogum, Pagasum, Othryn, giganti similem, ingentemque aliorum Pœnorum numerum prosternit; 376—456. Dum hæc in campo geruntur, multi Romanorum et Siculi, auxilio ipsis ab Hierone missi, in colles et silvas confugiunt, ubi Sychæus Tauranum aliosque trepidos cædit, et arbores, in quas conscenderant, vel bipenni succidit, vel igne circumdat, donec eum successu elatum consul, gladio per latus adacto, jugulat; 457—529. Interim, Hannibal cum fratre sanato in prælium redit, et præter alios Fontanum, Butam, Lævinum, Viridasium, Fadum, Labicum et Herminium obtruncat; 530—583. Qua hostium strage edita, ex mæsto vultu et clamore Pœnorum, qui exanimum Sychæi corpus in castra deferunt, jacturam tanti viri animo præsagit, cujus ulciscendi causa Flaminium ad singulare certamen provocat, quod et temerarius hic vir non detrectat; 584—610. Sed repente ingens terræ motus oritur, qui duces, ad impetum faciendum jam paratos, dirimit, Romanosque metu perculsos in fugam convertit; 611—631. Quos dum revocat consul, Ducarius, Insuber eques, facie eum noscitans, populares suos ad vindicandam cladem, olim ab eo acceptam, incitat: quo facto Flaminius magno telorum numero, et fortissimorum juvenum, qui omni spe abjecta voluntariam sibi mortem consciscunt, acervo obruitur; 632—666. Prælio ita confecto, Hannibal cum fratre campum perlustrans, signa virtutis Romanæ, in mortuorum quoque vultu corporibusque conspicuæ, admiratione spectaculi obstupefactus suis commendat, et imminente jam nocte in castra redit; 667—678.

CEPERAT Etruscos occulto milite colles
Sidonius ductor, perque alta silentia noctis
Silvarum anfractus cæcis insiderat armis.

1. *occulto limite* malebat N. Heins. ut conveniat cum *latebrosis collibus* v. 192, et *opacis* IV, 825. Sed Draken. jam recte monuit, quosdam milites non occulta tantum via missos fuisse, sed occultatos quoque et in insidiis latentes consedisse. — 3. *insiderat*, non *insederat*, Col. et Put. quod recepere Drak. et Lefeb. Omnino

1 sq. Cf. Liv. XXII, 4, et Polyb. III, 83. — 3. *cæcis armis*, insidiis. *Cæca* passive dici occultata, *ἀόρατα*, obscura, quæ non videntur, seu

At parte e læva, restagnans gurgite vasto,
Effigiem in pelagi lacus humectabat inertis,
Et late multo fœdabat proxima limo :
Quæ vada, Faunigenæ regnata antiquitus Arno,

quidem diversa sunt verba *insideo*, h. e. sedeo, seu sum alicubi, locum teneo obsessum, et *insido*, sessum eo, demitto me ad sedendum, seu quiescendum, sedem capio, occupo. Sed præteritum utriusque verbi est *insedi*, si fides habenda lexicographis, nec potius vulgaris est error, a stupore librariorum profectus, qui ubivis hæc verba confundunt; vid. Burm. ad Petron. c. 96, p. 458, ad Ovid. Metam. I, 367, ad Lucan. III, 407; Heins. et Burm. ad Virg. Æn. I, 719; III, 565; et, quos Drak. laudat, Gronov. Obss. IV, 16, 17, et ad Liv. XXII, 30; XXVI, 45; Broukh. ad Prop. III, VII, 37; Heins. ad Ovid. Met. I, 307; XI, 517; ad Val. Fl. VIII, 329; conf. inf. ad VII, 132. — 4. *parte e dextra*, quod Lefeb. edidit, legendum, vel poetam humani quid h. l. passum esse, ut IX, 268, bene suspic. Drak. Nam *colles lævi* dicuntur IV, 824; quare non litus quoque Trasymeni Pœnis ad lævam esse potuit; et præterea idem lacus Romanis quoque, qui Pœnis obversi erant, ad lævam est inf. v. 95; ubi propterea *dextra* corrig. Cluver. Ital. ant. II, 3, p. 585; qua tamen ratione difficultas ex lib. IV, 824, mota, non tollitur; *vasti... pelagi* Ox. Non male. — 5. *humectabat* Col. (in quo propr. *umectabat*, de quo vid. ad II, 125) Parm. Benes. Junt. Ald. Gryph. Nut. ut *ὑγραίνειν* et *ὑδραίνειν*, quod multis locis, Virg. Ge. IV, 126; Æn. XI, 90; Claud. R. P. II, 121; et aliis illustrant N. Heins. et Drak. conf. Ind. *invetabat*, vel *innetebat* Ox. unde *incedebat* parum feliciter corrig. Barth. Adv. V, 15; ut tarditas sensim progredientis exprimeretur; *invitabat* Put. R. 3; Med. *inundabat* Veneta Marsi et Martini Herbip. claudicante metro, unde *exundabat* edit. Basil. Wolfii et quæ inde fluxerunt; *pelagi inertis* ex emendat. Barth. et N. Heins. recepi cum Drak. et Lefeb. Sic *iners aqua* ap. Ovid. Epist. XVIII, 121; *iners Styx* ap. eund. Met. IV, 434; *iners humor* et *tarda palus unda* ap. Virg. Ge. IV, 25, 479, et, quæ Drak. comparavit, *lenta stagna*, *iners Bosporus*, *tarda palus*, *piger Avernus*, *ignavum flumen*, *lentum marmor*, inf. VIII, 605; Lucan. V, 436; Varr. Atac. ap. Serv. ad Virg. Ge. I, 375; Stat. Th. XI, 588; Appul. Met. IV, p. 145; Virg. Æn. VII, 27. Sed vulgatum *inerti* etiam servari potest, si *multum* relinquas, ut verba *inerti limo* jungantur. *Iners*, gravis, immobilis, vel inutilis, ut *i. terra*, *gleba*, etc. ap. Hor. Od. III, IV, 45; Virg. Ge. I, 94 et al. Conf. ad VI, 146. — 7. *Arno* Col. et R. 2, h. l. et VI, 109; quod cum Lefeb. recipere non dubitavi, ut *Arnus* sit heros ἐγχώριος Etruriæ, quam secat *Arnus* fl. (hod. *Arno*) ex Apennino ortus, de quo ex instituto egit Ferd. Marozzi in *Raggionamento istorico dello stato antico e moderno del fiume Arno*, etc. Conf. Heyne ad Virg. Æn. XI, 700; in Varr. L. *Auno* Tell. et editi tantum non omnes, quod defendunt ex Virg. l. c. ubi tamen de Liguria agitur; *auro* Ox. et Put. in cujus marg. *auno* legitur; *Anio* corrig. Rupert. ad Sallust. p. 144; sed Merula ad Furii Ann. I, p. 95, *Amno*, qui, teste Manethone, Aboriginum rex fuit, Fauni prisci filius, Martis Itali pater.

latent, et hinc quoque ignota, obscura, ignobilia, multis exemplis probarunt Heinsii et Drak. ad h. l. et ad VI, 7. Plura desideranti suppeditabunt Burm. ad Val. Fl. VI, 422; Heins. ad Ovid. Fast. II, 214, et Met. I, 307; III, 490; XI, 517, ad Val. Fl. VIII, 329, et Gifan. Ind. Lucret. Cf. inf. ad VI, 75, et Ind. — 5. in *Effigiem*, in modum,

Nunc volvente die Trasymeni nomina servant.
Lydius huic genitor, Tmoli decus, æquore longo
Mæoniam quondam in Latias advexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederatque vocabula terris;
Isque insueta tubæ monstravit murmura primus
Gentibus, et bellis ignava silentia rupit.
Nec modicus voti natum ad majora fovebat.
Verum ardens puero, castumque exuta pudorem,
(Nam forma certare Deis, Trasymene, valeres)
Litore conreptum stagnis demisit Agylle,
Flore capi juvenum primævo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.

9. *æquore longo*, h. e. longinquo, ot I, 584, emeod. N. Heios. quod recepere Drak. et Lef. Non male, vid. not. ad III, 422. Sed vulgata non minus ferri et eodem senso accipi potest; *longas* Oxon. — 12. *tubæ*, non *tuba*, Col. *primis* Oxon. quod doctius videri potest. — 17. *demersit* malebat N. Heins. prob. Drak. Sed vulgata exquisitior; vid. not. ad I, 439. — 18. *juvenem mentem* Col. et Tell. quod pro-

instar. — 8. *volvente die*, ut ap. Virg. Æn. I, 269, et Ge. II, 402, ad quæ loca vid. Heyne. Cf. sup. ad III, 579. — 9 seqq. Cf. ad IV, 719.

9. *Tmolus*, Lydiæ urbs (ap. Herodot. I, 84, et Tac. Ann. II, 47, ubi vid. Ern.) et mons, vino generoso, sed et croco abundans, de quo dubitat quidem Heynius ad Virg. Ge. I, 56. Sed vid. Columel. III, VIII, 4, ibique Gesn. — 12. Hanc inventionem Tyrrheno Pisæo tribuit Plin. VII, 56; Tyrrheno Herculis f. Hygin. fab. 274, ubi vid. Muncker. incolis Vetuloniæ Sil. VIII, 488; alii aliis populis, sed plerique omnino Tyrrhenis; vid. ad II, 19. — 13. *bellis ignava silentia rupit*, sustulit, morem belli segnius gerendi sine tubarum cantu, qui milites ad pugnas adcendit, Drak. Cf. IV, 169 sq. —*ignava silentia*, ignavos milites reddentia: nam tubis alacres ad pugnam animi fiunt. Ern.

15. *puero*, Trasymeno juvene, Tyrrheni f. — *ardere aliquo*, ut *tepere*, *calere*, *perire* et mox v. 19, *incalescere*. Veteres *ardere in aliquo*, *aliquem* (propter a.), *in aliquem*, sed plerumque *aliquo* dixisse, monet Drak. Conf. Broukh. ad Prop. I, IV, 12. — 17. *stagnis demisit*, more Naiadum. — *Agylle*, Nympha Trasymeni lacus, unde dicta putatur *Agylla*, Tuscia urbs, quæ etiam *Cære*, et nunc *Cervetere* vocatur; vid. Plin. III, 5, et Heyne Exc. III, ad Virg. Æn. VIII, 478 sqq. — Formosos juvenes a Nymphis aliisque Diis rapi, satis nota res est. De origine et sensu hujus mythi vide Heyne in *Antiq. Auffätzen* Fasc. I; et commentat. meam in S. V. Henkii *Magazin für Religions philosophie*, vol. VI, Fasc. I, p. 194... 210.

18. *lubrica capi*, quæ facile raptimque capiebatur. — 19. *sagitta Idalia*, hoc est Veneris, cui sacrum erat Idalium, Cypri opp. et

Solatæ viridi penitus fovere sub antro
Naides, amplexus undosaque regna trementem.
Hinc dotale lacus nomen, lateque hymenæo
Conscia lascivo Trasymenus dicitur unda.
Et jam curriculo nigram nox roscida metam

bavit Modius Epist. 59, et recepit Cell. — 20. *Solatæ*, non *Sollicitæ*, scripti et Parm. — 21. *Naides*, Ναΐδες, non *Naiades*, Ναϊάδες, quod quadrisyllabum est, Put. quod recte in textum recepit Drak. qui laudat Pier. ad Virg. Eclog. X, 10; Gronov. ad Senec. Hippol. v. 778, et Heins. ad Claud. R. P. II, 55; Add. Burm. ad Grat. Cyneg. v. 17. — 23. *Trasymenia*, vel *Trasymenis unda* volebat N. Heins quod magis poeticum est, ut *Thybris unda* et alia, quæ notavit ad Ovid. Epist. VII, 145; conf. sup. ad I, 14. Posterius probavit Drak. et recepit Lefeb. *Thrasymentis* e. Tell. *diditur*, coll. I, 186, conj. idem Heins. ne poeta bis idem dicat. — 24. *En* tacite, ut passim, dedit Lefeb. etsi non male.

mons. vid. Intpp. ad Virg. Æn. I, 681. — *sagitta incaluisse*, ἀφίστως et venuste: nam amor, igni et flammæ similis, urit ac torret, (Anacr. X, 15; XXI, 7; Theocr. II, 40; III, 17, al.) unde etiam poetæ Cupidini ἰοὺς πυρφόρους tribuunt, *ardentes sagittas* Hor. Od. II, VIII, 15 (ubi vid. Jani), οἰστοὺς πυριπνεύστους Musæus v. 88; πυρόεντα βέλα Anthol. IV, 470, et πυριβλήτους (forte, πυριφλέκτους) ἀκίδας auctor carm. Meleagri. Cf. inf. XI, 391 et 398, ubi Drak. laudat Mosch. I, 23.

20 seq. Naiades consolabantur Trasymenum, qui undas extimescebat et amplexus Nymphæ, quæ mox ei lacus imperium in dotem dabat. — *fovere*, metum et dolorem levarunt, ut vulnus, cui fomenta adhibentur. — Respexit Silius ad hæc Theocriti, Εἰδ. II, 53 sq.

Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κοῦρον
ἔχοισαι
Δακρυόεντ᾽, ἀγανοῖσι παρεψύχοντ᾽ ἐπέ-
εσσιν.

Quod apud nos carmine suaviori imitatus est egregius ille veterum æmulator, morte infelicissima Musis et Patriæ ereptus juvenis, Andreas *Chénier*:

Sur leur sein, dans leurs bras, assis au
milieu d'elles,
Leur bouche en mots mielleux, où l'amour
est vanté,
Le rassure, et le loue, et flatte sa beauté.
Leurs mains vont caressant sur sa joue en
fantine
De la jeunesse en fleur la première éta-
mine,
Ou sèchent en riant quelques pleurs gra-
cieux,
Dont la frayeur subite avait rempli ses
yeux.

Idyll. Hylas. Ed.

— 22. *dotalis* propr. ipse lacus, qui *nomen* inde adcepit. — 23. *Conscia*, vid. ad III, 395. — *lascivo hymenæo*, ut *lasciva licentia* et *lascivi amores*, ap. Hor. Od. I, XIX, 3, et II, XI, 7.

24. Vario ornatu expressa crepusculi matutini descriptio. Dausq. comparat Ovid. Her. XIV, 21, 22, et Met. IV, 399 sq. et Amor. I, V, 5; Apollon. II, et alios, quibus Drak. addit Ovid. Met. VII, 706, et Sen. Herc. Fur. 671. Flaminium *vix dum certa luce* et εὐθέως ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν angustias superasse, me-

Stringebat, nec se thalamis Tithonia conjux
Protulerat, stabatque nitens in limine primo,
Quum minus abnuerit noctem desîsse viator,
Quam cœpisse diem : consul carpebat iniquas,
Prægrediens signa ipsa, vias, omnisque ruebat
Mixtus eques; nec discretis levia arma maniplis,
Insertique globo pedites, et inutile Marti
Lixarum vulgus, præsago cuncta tumultu
Inplere, ac pugnam fugientum more petebant.
Tum super ipse lacus, densam caligine cæca
Exhalans nebulam, late conruperat omnem
Prospectum miseris, atque atræ noctis amictu
Squalebat pressum picea inter nubila cælum.
Nec Pœnum liquere doli : sedet ense reposto

27. *abnuerit*, non *adnuerit*, vel *annuerit*, Col. et Ox. — 37. *spissum* malebat N. Heins. *Spissæ* quidem et *piceæ nubes*, *tenebræ*, *caligo*, etc. passim occurrunt, nec opus erat tot exemplis quot congessit Drak. Sed *spissum amictu* legere haud memini.

morant Liv. XXII, 4, et Polyb. III, 83, extr. — *metam*, ut ap. Virg. Æn. V, 835, ubi vid. Heyne et Exc. II, ad Æn. II, de noctis curru et equis. Forma loquendi *stringere metam* petita a circo, ubi currus proxime metam ita flectendus erat, ut tamen eam non tangeret; περὶ νύσσαν Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι Theocrit. XXIV, 118; conf. VIII, 48; XIII, 299, et inpr. XVI, 361, 362, ubi Drak. laudat Nonn. Dionys. XXXVII, 195, et Sophocl. Electr. 746. Eodem sensu *meta teri*, vel *radi* dicitur poetis et εὖ περὶ τέρμαθ' ἑλίσσειν, στρέψειν ἐγγύθεν εἰ μάλ' ἐγχρίμψαι νύσσῃ Hom. Iliad. ψ, 306., 348. Cf. ad IV, 350; Heins. ad Ovid. Am. III, xv, 2, et Jani ad Hor. Od. I, 1, 4. — 26. *nitens* ore, nitida, pulchra, nisi malis pedem figens, ut ap. Virg. Æn. II, 380. — in *limine primo*, ut ibid. v. 269, et inf. XVI, 230. — 30. *levia arma*, ut ap. Virg. Æn. XI, 512. — 32. Τηλικοῦτον γὰρ προσενεβεβλήκει κατελπισμὸν τοῖς ὄχλοις, ὥστε πλείους εἶναι τῶν τὰ ὅπλα φερόντων τοὺς ἐκτὸς παρεπομένους, τῆς ὠφελείας χάριν, κομίζοντας ἀλύσεις καὶ πέδας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην παρασκευήν Polyb. III, 82. — 33. *fugientum more*, sine ordine. — 34 sq. *Orta ex lacu nebula*, *campo quam montibus densior sederat*, Liv. XXII, 4. Cf. Polyb. III, 84. — *super*, insuper. — 37. *cælum pressum*, circumdatum, ut XII, 131, vel tectum, opertum, *amictu*, nigro quasi peplo noctis. — *picea nubila*, νέφος μελάντερον ἠΰτε πίσσα Il. δ, 277. Cf. V. L. — *Squalebat*, vid. ad I, 211.

38. Cf. Liv. XXII, 4, et Polyb. III, 83. — *Nec Pœnum liquere doli*, Hannibal, fecundum in fraudes ingenium, sua arte fallendi usus est.

Abditus, et nullis properantem obcursibus arcet.
Ire datur; longeque patet, ceu pace quieta,
Incustoditum, mox inremeabile, litus.
Namque sub angustas artato limite fauces
In fraudem ducebat iter, geminumque receptis
Exitium, hinc rupes, hinc undæ claustra premebant.
At cura umbroso servabat vertice montis
Hostilem ingressum, refugos habitura sub ictu.
Haud secus ac vitreas sollers piscator ad undas,
Ore levem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum,
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit,

40. Hic versus abest a R. 3, et aliis edd. — 45. *At cura* Col. probb. Lef. et N. Heins. qui tamen *Par cura* malebat, quod placet Drak. *At castra u. servabant* vetus ed. Non male. *At circa* Ox., ut inf. v. 94, non improbb. Barth. et N. Heins. *servabat*, h. e. observabat, (vid. not. ad III, 380) scripsi. Vulgo *At contra u. servabant.* Hunc versum sequenti postpônendum putabat Dansq. ut minus durum esset, τὰ *habitura* ad *claustra* referre, quo non opus est, si *cura* legas; *turma*, h. e. equites, ingeniose pro *cura* conj. Schrader in Obss. libro (Franeq. 1761, 4.) coll. Liv. XXII, 4, 3; (*Equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent*) et ipsius Silii loc. sim. VII, 273, 278, ubi etiam *turma palus*, seu *undæ*, et *rupes* junguntur. — 46. *refugos habet ira*, virtus, *sub ictu*, acie gladii, quum hostem circumire posset Pœnus, corrig. Barth. Adv. V, 15; Male. — 50. *vestigans* Male Marsus exponit: doli Pœnorum non patuere. — *sedet Abditus*, ἐνεδρεύων, vel potius quietus in castris, quæ in aperto ac patentiori campo locaverat, nec prohibet Romanos, in angustias, inter lacum et montes, quos leviter armatis obsederat, ingredi, et propius ad castra sua, quæ spernebant, adcedere; ut ita vario discrimine, quod angustiæ, montes, lacus et insidiæ minabantur, undique urgerentur. Cf. v. 93 sq., 198 sq. — 44. *undæ claustra*, lacus obstans.

45. *cura*, Pœnus curiosus et ad omnia intentus; vel, notante N. Heinsio, excubitorum et speculatorum custodia ac statio. — 46. *sub ictu*, vid. ad IV, 42.

47 sq. Egregia comparatio, cui similem vid. inf. VII, 500 sq. « Non aliter, quam qui sparsa, etc. » — *nassa*, calathus vimineus angusti colli, ἐν σχοίνων λαβύρινθοι Theocr. XXI, 11, κύρτος, de quo v. Oppian. Ἁλιευτ. III, 85 et 341 sq. Draken. adposuit verba Sapph. in Anthol. Gr. III, iv, 1, et Festi, « piscatorii vasis genus, quo quum intravit piscis, exire non potest. » Hæc *nassa* γραφικῶς h. l. definitur.

50. *fastigans*, acuens, in artum contrahens. Hoc verbum ubivis fere in optimis codicibus, quibus lex metri h. l. faveat, *fastigare*, non *fastigiare*, scribi, et vel a *fastu*, vel a *fastigio* formari, copiosius docuit Drakenb. — *cacumina*,

Ac fraude artati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab æquore, piscem.
 Ocius interea propelli signa jubebat
Excussus consul fatorum turbine mentem,
Donec flammiferum tollentes æquore currum
Solis equi sparsere diem : jamque, orbe renato,
Diluerat nebulas Titan, sensimque fluebat
Caligo in terras nitido resoluta sereno.
Tunc ales, priscum populis de more Latinis
Auspicium, quum bella parant, mentesque Deorum
Explorant super eventu, ceu præscia luctus,
Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.

priscæ edd. *castigans*, h. e. angustiora reddens, premens, emend. Withof. coll. XII, 355; Stat. Silv. II, 1, 43, et Theb. IX, 687; Brit. Philipp. VII, 80. — 58. Semper hæsi in verbis : *fluebat C. in terras*, h. e. defluebat, decidebat, quoniam udæ sunt nebulæ, ut ap. Virg. Æn. XI, 828 et al. Nam caligo et nebulæ h. l. non demum in terram demissæ, sed solis radiis resolutæ dicuntur. Hinc legendum videtur, *fluebat C. in terris*, h. e. diffluebat, vel discedebat, fugiebat, ut ap. Virg. Æn. II, 169; Cic. Marc. 8; Or. 3 al. conf. Gronov. ad Liv. XXVII, 17; Burm. ad Virg. Ge. III, 67. — 61. *eventum* Colon. *eventus* Dausq.

τὰ ἄκρα, vimina summa. — 52. *Introitu facilem*, active, qui facile intrat. Cf. ad I, 615.

53. Consul signa, quæ convelli non possunt (v. 66 sq.), jam præcesserat v. 29 sq., adeoque nunc iterum, ut moverentur, edixisse videtur. Teste Liv. XXII, 3, signa effodi jusserat, antequam agmen incedere et in angustias intrare cœpisset. Ibid. tamen c. 4, quum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato, postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis, in patentiorem campum agmen pandit. — 54. *Excussus mentem*, vid. ad II, 592, in V. L. — *fatorum turbine*, cursu, vid. ad IV, 731. — 55. Teste Liv. XXII, 4 et 6, non nisi inclinata re, adeoque prælio finito, nebula incalescente sole dispulsa diem aperuit. — 56. *orbe renato*, ut *luce renata*, ap. Sen. Herc. Fur. 127. Cf. Virg. Æn. IV, 119. — 58. *sereno*, αἰθρίᾳ, serenitate, ut XII, 4, ubi Virg. Ge. I, 393; Lucan. I, 530; VI, 55; Stat. Th. IX, 135, et alia loca conferunt Dausq. et Drak.

59. Hæc pugnæ præsagia et historici memorant. Cf. ad VIII, 624 sq. et de ostentis, prodigiis ac monstris omnino Heyn. Opuscul. Acad. Vol. III, p. 198... 215, pag. 255... 275, et ad Virg. Ge. I, 466 sq., ad Tibull. II, v, 71. — Hujus prodigii Cic. de Div. I, 35, mentionem facit; eodemque contemto, P. Claudium b. Punico I male pugnasse, notum ex Liv. Epit. XIX, et Flor. II, 2, quod jam alii notarunt. Loco ejus aliud memorat Liv. XXII, 3. — 62. *Damnavit*, vid. ad II, 595, et III, 331.

Nec rauco taurus cessavit flebile ad aras
Inmugire sono, pressamque ad colla bipennem
Incerta cervice ferens, altaria liquit.
Signa etiam adfusa certant dum vellere mole,
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans cruor, et cædis documenta futuræ
Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento:
Ac super hæc Divum genitor, terrasque fretumque
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Trasymeni torsit in undas,
Ictusque ætherea per stagna patentia flamma
Fumavit lacus, atque arserunt fluctibus ignes.

66. *affusa mole* militum, scripti, R. 3, Parm. Med. prob. N. Heins. vid. ad IV, 251; *effusa mole* Tell. et plurimæ edd. quod præferunt Drak. Lef. et Burm. qui *effundere* propr. de conante (sed pleromque frustra conante, qui omnibus viribus laborat, nec quidquam proficit) dici docuit ad Val. Fl. VII, 34. Hinc iidem viri docti, præeunte Marso, exponunt: omni vi et conatu, totis viribus effusis. Simplicius forte est, de *mole* militum *effusa* intelligere, ut sup. II, 151, vel ut *labor effusus* ap. Virg. Ge. IV, 492, h. e. frustra consumtus. — 73. *Ictusque* scripti et R. 3; *Littusque* Parm. et Med. proxime verum. Vulgatum *Litus et* tuentur Barth. et Dausq. qui tamen suspic. *Intus et*, ut *Latus et* N. Heins. *ætherea*, non *ætheria*, Colon.

63 sq. Idem omen evenisse Syphaci inf. XVI, 264 sq., et Pompeio ap. Lucan. VII, 165; sed Flaminio ante hanc pugnam, quum magistratum iniret, teste Liv. XXI, 63, jam monuit Drak. Poeta autem ante oculos habuit Virg. Æn. II, 223 sq., ubi vid. Heyne. — 65. *Incerta cervice ferens*, vulnere non certo et letali accepto.

66. Notum est hoc prodigium ex Liv. XXII, 3; Fl. II, 6 (qui apum quoque examen signis insedisse tradit, de quo vid. ad VIII, 635), et Cic. de Div. I, 35. Sed poeta illud ornat augetque, respiciens forte fabulam Virg. Æn. III, 26 sq.; cf. ad v. 91. De causa portenti et de rivis sanguinis vid. Heyne Opusc. Acad. T. III, p. 265 sq., et p. 213, not. i. — *vellere*, ut VIII, 240; nam signa terræ infigebantur in castris, hisque movendis evellebantur. — 67. *humo lacera*, convulsa, effossa. — *nitentum*, qui convellere conabantur. — 69. *parens*, terra.

70. Hujus prodigii non alius meminit, nisi forte cum Dausq. et Drak. huc referre velis verba Plin. II, 107. «Trasymenum lacum arsisse totum Valerius Antias narrat.» Causa ejus ab ignibus subterraneis, sub aqua ardentibus, repetenda; vid. Heyne l. c. Forte lacus ejusdem fere naturæ est, vel fuit, cujus nunc est *Lago di bagni*, seu *Solfatora*. Hujus aqua sulphurea est, et perpetuo fervet. Cf. Cluver. Ital. ant. II, 3, p. 589, et sup. IV, 677. Eadem res vario ornatu exponitur. — 71. *Cyclopum caminis*, fabricis. Cf. Virg. Ge. IV, 170 sq.

Heu vani monitus, frustraque morantia Parcas
Prodigia! heu fatis Superi certasse minores!
Atque hic, egregius linguæ, nomenque superbum,
Corvinus, Phœbea sedet cui casside fulva
Ostentans ales proavitæ insignia pugnæ,
Plenus et ipse Deûm, et socium terrente pavore,
Immiscet precibus monita, atque his vocibus infit :

quod rectius videtur Drak. qui laudat Pier. ad Virg. Æn. V, 517. — 76. *certare* Col. et Tell. probb. N. Heins., Lefeb., qui id recepit, et Drak. qui cum Bentl. putat, hæc verba ex Horatio petita esse; vid. not. Sed *certasse* doctius est et ἀο-ριστῶς positum. — 78. *furva... ales* volebat D. Heins. Sed verba *casside fulva*, h. e. aurata, seu ærea, jungenda esse, jam notarunt Dausq. et alii; cf. not. ad II, 399. — 80. *Deum, et s.*, non *Deum s.*, scripsi.

et Æn. VI, 630. — 75. Justo poeta dolori indulget ob ferociam consulis, hæc prodigia spernentis. — *Parcas* fatum. — *morantia*, de conatu. — 76. *fatis Superi certasse minores*, ut *tanto certare minorem* dixit Hor. Serm. II, 3, 313, ubi vid. Bentl. Sic et ἥττων ὀργῆς et alia; vid. Burm. ad Val. Fl. VII, 349. Fatis autem Dii quoque inpares credebantur. Nota sunt Pittaci verba, ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται ap. Plat. Leg. VII, pag. 818, et alios; Liv. IX, 4, « necessitas, quam ne dii quidem superant. » Δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ δὲ βασιλεὺς θεῶν, ὁ θεὸς Ἀνάγκης, dixit Philiscus ap. Stob. Serm. LX, p. 33; πρὸς τὴν Ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀντίσταται Sophocles, et similiter alii ap. eund. l. c. et Ecl. Phys. c. 8, p. 10, et in Excerptis p. 127. Conf. inf. v. 201; IX, 543; Menag. ad Laert. I, p. 48; Burm. ad Ovid. Her. I, 28; Spanh. ad Callim. H. in Del. 122, et de P. et U. N. XIII, p. 639 (IX, p. 839, ed. 2), ubi *Fata Victricia* ex numis illustrat.

77. Sic omnes frustra in concilio salutaria suadent ap. Liv. XXII, 3, et Polyb. III, 82, quorum verba Silius amplificavit. — *egregius linguæ*, ut Drances *linguæ melior* dicitur Virg. Æn. XI, 338, ex emendat. VV. DD. Poeta autem respexisse videtur M. Valerium Messalam Corvinum, summum oratorem, philosophum et historicum, nec minus rei civilis, quam militaris peritissimum, de quo vid. Jani ad Horat. Od. III, 21, in Argum., Ernesti Clav. Cic. et Heyne ad Tibull. I, III, 1, et alibi passim. — *nomen*, vid. ad IV, 729, et cf. XI, 514. — 78. Corvinus fingitur unus esse ex posteris M. Valerii M. F. Corvini, seu Corvi, cujus pugna cum Gallo et cognomen a corvo, in galea ejus considente, ipsi inditum vel tironibus notum est ex Liv. VII, 26; Flor. I, 13; Val. Max. VIII, 15, et Gell. IX, 11, qui et statuæ meminit, ab Augusto ei positæ, ad quam, nescio quare, poetam respexisse suspicatur Drak. — *Phœbea ales*, corvus, vid. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. v. 66, et Ælian. V. H. I, 48. — 79. *Ostentans*, etc., cf. ad I, 415. — 80. *Plenus Deûm*, perturbatus prodigiis, vel ἔνθεος, vid. ad III, 698.

« Iliacas per te flammas, Tarpeiaque saxa,
Per patrios, consul, muros, suspensaque nostræ
Eventu pugnæ natorum pignora, cedas
Oramus Superis, tempusque ad prælia dextrum
Opperiare : dabunt idem camposque diemque
Pugnandi; tantum ne dedignare secundos
Exspectare Deos: quum fulserit hora, cruentam
Quæ stragem Libyæ portet, tum signa sequentur
Nulla vulsa manu, vescique interritus ales
Gaudebit, nullosque vomet pia terra cruores.
An te præstantem belli fugit, inproba quantum
Hoc possit Fortuna loco? sedet obvius hostis
Adversa fronte; at circa nemorosa miuantur
Insidias juga, nec læva stagnantibus undis
Effugium patet, et tenui stant tramite fauces.

82. *per te*, non *te per*, Colon. et Oxon. vid. ad lib. I, v. 658. — 86. *camposque*, non *tempusque*, Colon. probb. N. Heins. et Drakenborch. Ille monet, *tempus* proxime præcessisse; hic vero, non solum tempus Hannibalis adgrediendi infaustum memoratis ante prodigiis declaratum, sed etiam callido Pœnorum imperatori locum circa Trasimenum lacum ponendis insidiis nimis commodum fuisse; de quo utroque Flaminium monuerit Corvinus in sequentibus: præterea *campos* memorari a Silio, quod exercitus Romanus, circumjacentibus montibus cinctus, locum aciei explicandæ aptum non habuerit. Vulgatam lect. præter Dausq. et virum doctum, qui, teste Drakeo., ad marg. Silii locum Corn. Nep. (vid. Pelop. c. 2) adscripsit, et ad Bosium ibi consulendum provocavit, propugnat Schmidius, qui docet, easdem voces sæpius repeti, et nihil eo tempore magis timendum fuisse Romanis, quam campos patentes et apertos, quia equitatu potissimum valuerit Hannibal, cujus nullus usus in montanis. Sed h. l. agitur de temerario duce, qui ejusmodi periculum spernebat. Conf. etiam v. 92 sq. — 89. *portet*, non *poscet*, Col. *adportet* conj. N. Heins. vulgare substituens poetico et exquisitiori. Nec adsentior Lefeb. qui τὸ *portet* interpretatur, portendat, coll. Virg. Æn. III, 539. — 92. *præstantem belli* Col. prob. N. Heins. coll. Virg. Æn. XII, 19. Vulgo *p. bellis*, ut inf. v. 175. — 94. *at*, non *ac*, Col. — 95. *dextra* conj. Cluver. de quo vid. ad v. 4; *lævam* scilicet versus, edidit Lefeb. qui in tribus antiquis *læva* reperit. — 96. *instant* conj. N. Heins. Sed *stant* poeta dixit pro,

82. Conf. Virg. Æn. IX, 258 sqq. — *Iliacas flammas*, sacra Vestæ, vid. ad I, 543. — 83. *suspensa*, sollicita; vel suspensa ex eventu, quorum salus ex eo pendet. — 86. *camposque diemque*, h. e. locum et tempus ad prælia aptum. Cf. V. L. Utrumque v. 88... 96, illustratur. — 91. Cf. sup. v. 67 sq., et VIII, 644, 645, ubi Drak. laudat Liv. XLV, 16; Curt. IV, 2; Appul. Met. IX, p. 201, ed. Pric. — 92. *inproba fortuna*, ut ap. Virg. Æn. II, 80. — 93 sqq. Cf. v. 38 sq.

Si certare dolis et bellum ducere cordi est,
Interea rapidis aderit Servilius armis,
Cui par imperium, et vires legionibus æquæ.
Bellandum est astu : levior laus in duce dextræ. »
Talia Corvinus, primoresque addere passim
Orantum verba, et divisus quisque timori
Nunc Superos, ne Flaminio, nunc deinde precari
Flaminium, ne Cælicolis contendere perstet.
Acrius hoc adcensa ducis surrexerat ira,
Auditoque furens socias non defore vires :
« Siccine nos, inquit, Boiorum in bella ruentes

sunt; vid. ad III, 94. — 97. Ita scripti cum edd. Marsi et Martini Herbip. *Sic... cordi est* R. 3, Parm. Med. Vulgata *Sit certare dolis et bellum ducere cordi* auctorem habet Nicandrum; alioquin non inepta est. — 98. *raptis armis* in mentem veniebat N. Heins. Vulgatum ex XII, 482, firmat Drakenb. — 100. *in duce dextræ* Col. et Put. quod et conjecerat Dausq. *in duce dextra* Ox. prob. Barth. Adv. V, 15; idque recepit Lefeb. Parum interest, utrum præferas. Vulgo *indice dextræ*, quod Dausq. exponit, cujus index est dextra, et Cellar. si actiones bellicæ, priusquam fiant, digito quasi indice, hostibus præmonstrentur; *vindice dextra* dedit Raphaleng. — 102. *Oranti*, scilicet Corvino, malebat N. Heins. Sed ex vulgata idem fere sensus exoritur, et *orantum verba* sunt preces; *diversus quisque timori*, h. e. pro suo timore, ex R. 2, recepit Lefeb. quo judice vulgatum est glossema. Mihi potius contrarium probabilius videtur, et *divisus* ni fallor, est *δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν διχθάδι*, ut ap. Hom. Iliad. ξ, 20, et *ἀμφὶς φράζεσθαι* Iliad. β, 67; conf. Heyne ad Virg. Æn. IV, 285; Heins. ad Ovid. Met. III, 381, et ad Claud. in Rufin. II, 25. Si quis tamen *timore* scribendum censuerit, non repugnem. — 103. *ne Fl.* ex emendat. Dausq. et N. Heins. cum Drak. recepi, reclamante Lefeb., qui tamen vulgatum *de F.* adducto loco Cic. in Pis. c. 20, §. 46, mihi non persuasit. — 104. *ni* e. Tell. prob. Lefeb. vid. ad I, 374. — 105. *se erexerat*, ut IV, 278; malebat N. Heins. Vulgatam præferendam ducebat Drak. coll. Virg. Æn. XII, 494; et Val. Fl. II, 165. Præiverunt *duci s. ira*, ut ap. Virg. Æn. X, 814.

97. *ducere*, trahere, protrahere, differre. — 98. *Cn. Servilius*, alter consul, qui placandis Romæ diis trahendoque delectui operam dabat; vid. Liv. XXII, 1 et 2, pr.

100 Lefeb. adscripsit verba Val. Fl. IV, 622 : *sæpe acri potior prudentia dextra*, et Hor. Od. III, IV, 65; *vis consilii expers mole ruit sua.* — 104. Cf. Liv. XXI, 63.

106. In hac oratione singularum sententiarum vim, verborum dilectum, ferocisque animi signa et adfectum quilibet facile percipiat. Primæ quasi lineæ reperiuntur in verbis Flaminii ap. Liv. XXII, 3 (unde expressi v. 121 sq.), et Polyb. III, 82. — *Auditoque*, quum audivisset, ablat. absol. vid. App. et Drak. ad XIV, 97. — 107. Cf. ad IV, 706. — *Siccine nos Spectastis*, tales nos cognovistis, etc. Conf. Turni oratio ap. Virg. Æn. XI, 396 sq., in qua etiam a v. 392.

Spectastis, quum tanta lues vulgusque tremendum
Ingrueret, rupesque iterum Tarpeia paveret?
Quas ego tunc animas dextra, quæ corpora fudi,
Irata tellure sata, et vix vulnere vitam
Reddentes uno! Jacuere ingentia membra
Per campos, magnisque premunt nunc ossibus arva.
Scilicet has sera ad laudes Servilius arma
Adjungat, nisi diviso vicisse triumpho
Ut nequeam, et decoris contentus parte quiescam?
Quippe monent Superi: similes ne fingite vobis,
Classica qui tremitis, Divos: sat magnus in hostem

112. *uno* scripti, Parm. et Med. quod ad immensa Gallorum corpora spectat; vid. not. Vulgg. *imo*, quod placet Lef. ob locum Flori II, 7, *vulnera ultra mortem patebant.* Mallet forte critica prurigine laborans aliquis hic legere *ullo*, ut Silius ad Alcyoneum, Antæum similiaque Terræ monstra respexerit. — 117. *movent* Parm.

non minus omnia in majus augentur. — 108. *lues*, ut *pestis*, pernicies, ab hoste timenda, vid. Ind. — 109. *iterum*, ut olim, quum Galli Senones Romam diriperent et incenderent.

110. *corpora Irata tellure sata*, monstra corporum: nam Γαῖα omnia fere, quæ unquam exstitere, monstra genuisse fingitur. Cf. VI, 151, 254; Barth. ad Stat. Th. V, 506; Heins. ad Ovid. Met. III, 102; Intpp. ad Virg. Æn. IV, 178; Cl. Hermann Mythol. Lyric. p. 31... 35. Poetam tamen potissimum procreationem Gigantum respexisse, Draken. inde probat, quod Galli Ὀψίγονοι Τιτῆνες, Titanes serius nati, vel Gigantum posteri, dicuntur Callim. H. in Del. v. 174. His bene comparari possunt tam ob bellum, Brenno duce, Jovi quasi Capitolino et Delphico Apollini inlatum, quam ob corporum inprimis proceritatem, de qua præter h. l. vid. sup. IV, 149; Liv. XXXVIII, 17; Flor. I, 13; (ubi hæc gens corporum mole, armis ingentibus et omni genere adeo terribilis fuisse dicitur; *ut plane nata ad hominum interitum videretur*) App. de reb. Gall. T. I, p. 73, 74, 78, ed. Cl. Schweigh. quem vid. T. III, p. 171; Pausan. X, p. 647; Cæs. B. Gall. II, 30, et alios ap. Dausq. — 111. *vix vulnere*, etc. Cf. I, 280 sq., et Virg. Æn. VIII, 566.

114. *Scilicet* per ironiam et amaritudinem negat cum et sine interrogatione, ut ap. Virg. Æn. IV, 379, et al. — *laudes*, ut κλέα, facta laude digna et quibus laus parari solet ac potest; vel decus et præmia victoriæ; cf. Heyne ad Virg. Ecl. IV, 26, et Æn. I, 461; V, 355; VIII, 273; IX, 197, 252; X, 825; XI, 708. — 117. *Quippe* est indignantis et cum amara irrisione sibi quid opponentis, vel aliorum objectiones repetentis, ut VII, 397, et ap. Virg. Æn. I, 39. — *monent*, vid. ad IV, 120. — 118... 120. Ex

Augur adest ensis, pulchrumque et milite dignum
Auspicium Latio, quod in armis dextera præstat.
An, Corvine, sedet, clausum se consul inerti
Ut teneat vallo? Pœnus nunc occupet altos
Arreti muros, Corythi nunc diruat arcem?
Hinc Clusina petat? postremo ad mœnia Romæ
Inlæsus contendat iter? deforme sub armis
Vana superstitio est: Dea sola in pectore Virtus
Bellantum viget. Umbrarum me noctibus atris
Agmina circumstant, Trebiæ qui gurgite, quique
Eridani volvuntur aquis, inhumata juventus. »
Nec mora: jam medio cœtu signisque sub ipsis
Postrema aptabat nulli exorabilis arma.
Ære atque æquorei tergo flavente juvenci

126. *Una superstitio* Col. prob. N. Heins. ot meus poetæ sit: deforme armato est, soli se superstitioni dare. Sed ooo minus viro forti torpe est, vana et anili superstitiboe nimis imbutom esse et terreri, quo majorem potius prodigiorum contemtum inoui monet Drak. Quis vero sibi persuadeat, Silium cogitasse Maronianum illud Æn. XII, 817? Ibi eadem quidem verba (ut nostra Æn. VIII, 187) sed longe alio sensu adhibeotur; est ex scriptis addidit Drak.

virtute pendet victoria, non ex diis et auspiciis. Cf. v. 126; Liv. XXII, 5, et quos comparant Virg. Æn. X, 773 (ubi vid. Cerda), Apollon. I, 466 sq., et Stat. Th. III, 615, 648... 668. Nec tamen hunc locum ex illo Maronis adumbratum crediderim cum Drak., sed potius cum Dausq. ex Homerico Iliad. μ, 243, ubi Hector his verbis, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, Polydamantem auspicem objurgat, et v. 237 sq., auguria spernit ac ridet, ut Flaminius h. l. et v. 162 sq.

121. Cf. Liv. XXII, 3. — *sedet*, vid. ad II, 385. — 123. *Arretium*, *Cortona* et *Clusium* (hod. *Arezzo*, *Cortona et Chiusi*) in numero XII antiquorum Etruriæ oppidorum erant. — *altos muros*, quoniam pars Arretii in colle, pars vero in planitie sita. — *Corythi arcem*, vid. ad I, 7, et IV, 719. Cf. Liv. XXII, 2... 4. — 124. *Clusium*, olim Camers dictum, Porsenæ regia. — 129. *Eridani*, quia Ticinus et Trebia eo miscentur. — *inhumata juventus*, vid. ad IV, 669.

132. Conf. Virg. Æn. XI, 486 sq., ubi vid. Heyne. — Non minus galeam Ulyssis ornat Hom. Iliad. κ, 261 sq. — Cassis ærea erat tecta pelle vituli marini, seu phocæ. Morem ferinas pelles in galeas formandi, Dausq. et Draken. illustrarunt multis vett. scriptt. locis, v. c. Virg. Æn. VII, 688 (ubi vid. Cerda); X, 680; Strab. I, et VII, de Albanis, Amazonibus et Roxolanis, Ovid. Met. XII, 380, et al.; cf. ad

Cassis erat munita viro; cui vertice surgens
Triplex crista jubas effundit crine Suevo:
Scylla super, fracti contorquens pondera remi,
Instabat, sævosque canum pandebat hiatus:
Nobile Gargeni spolium, quod rege superbus
Boiorum cæso capiti inlacerabile victor
Aptarat, pugnasque decus portabat in omnes.
Loricam induitur; tortos huic nexilis hamos
Ferro squama rudi, permixtoque asperat auro.
Tum clipeum capit, adspersum quem cædibus olim

134. *crine severo* Col. et Put. *Sueno* Ox. — 137. *Gargævi* Col. quod in contextum recepit Lefeb., quia urbs Galliæ *Gergeau*, vel *Jargeau* ad Ligerim, ubi antiquæ Boiorum sedes; *Gargæni* R. 2; *Gargheni* Put. *Gergani* Ox. *Gergeni* R. 3, et Parm. *Gargani* Dausq. et al. quod fuit montis nomen sup. IV, 561; *Gargeni* plerique, Aldum et Marsum secuti. Non absurde forsan corrigas *Gergovi* a Gergovia, Boiorum urbe ap. Cæs. B. G. VII, 10. — 138. *impenetrabile*, ut II, 402, et IV, 16, vel *interebrabile* conj. N. Heins. Vulgatam lect. Drakeo. bene firmat ex Virg. Æn. XII, 98, et Sophocl. Ajac. flagell. v. 578, ubi ἄῤῥηκτον σάκος. — 139. *portarat* R. 2. — 142. *capit* quatuor scripti et R. 2. Vulgatum *quatit* propugnat Lefeb. coll. II, 156. Κυνέη ταυρείη, κτιδέη, etc., ex Homero nota. — 134. *Triplex crista*, τριλοφία, τρυφάλεια. Cf. Heyne ad Virg. Æn. VII, 785; Barth. ad Stat. Th. IV, 130; Val. Fl. III, 62, et inpr. Kœppen ad Hom. Iliad. γ, 371, ubi τριφάλεια scribendum putat. Ferrem, nisi toties libri ad lectionem τρυφάλεια firmandam conspirarent, unde probabilius videtur, galeam innui, cujus conus sit perforatus, seu politus, a τρύειν. — Dausq. docet, innui vel veras jubas, sed crine Suevo concolores, h. e. flavas (vid. Lucan. II, 51), vel cristas ex *crine Suevo*, præduro et prælongo, quod præferendum videbatur Drak. Conf. Tac. Germ. 38; Claud. Cons. Hon. IV, 655, et Diodor. V, de Gallis, παχύνονται γὰρ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κατεργασίας, ὥστε μηδὲν τῆς τῶν ἵππων χαίτης διαφέρειν. Flaminium autem bello Gallico hanc cassidem reportasse, et in eo Boios ac fortasse Suevos fuisse suspicatur Dausq. Lipsius de Mil. Rom. III, 5, putat Flaminio *Suevum*, sc. Germanicum crinem adfingi, quia triumphaverit de Gallis, qui a poetis hujus ævi confundantur cum Germanis.

135. *Scylla*, ut Chimæra in Turni galea ap. Virg. Æn. VII, 785; conf. ad II, 306. — 137. *Gargeni spolium* Drak. comparat inf. v. 323, et Virg. Æn. XII, 94; conf. Heyne ad Æn. V, 260 sq. — 140. Cf. ad II, 401, et Virg. Æn. IX, 707; et XI, 487 sq. — *nexilis*, propter *hamos tortos*, h. e. annulos, catenulas. — 141. *squama*, laminæ. — *rudi permixtoque auro*, intell. loricam auro bilicem, seu trilicem. — *asperat*, cf. ad II, 431. — 142 sq. Clipeum ornabat Celticus, seu Boiorum cruor, et lupa (proprie

Celticus ornarat cruor, humentique sub antro,
Ceu fetum, lupa permulcens puerilia membra,
Ingentem Assaraci cælo nutribat alumnum.
Hinc ensem lateri, dextræque adcommodat hastam.
Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena,
Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.
Inde exceptus equo, qua dant angusta viarum,
Nunc hos, nunc illos adit, atque hortatibus inplet:
« Vestrum opus est vestrumque decus, subfixa per Urbem
Pœni ferre ducis spectanda parentibus ora.
Unum hoc pro cunctis sat erit caput: aspera quisque
Hortamenta sibi referat: meus, heu! meus atris

II, 454, et arridere potest. — 145. *nutrivit* Tell. et R. 2; *nutriebat* et *Assarici* in aliquot edd. — 147. *spumantia*, vel *undantia* malebat N. Heins. prob. Drak. coll. X, 320; XII, 254; et Virg. Æn. IV, 135. Sed cur poetæ variare non liceat. — 154. *otris*, non *acris*, scripti, Med. et Benc.

cælata ejus imago), quæ nutriebat Romulum *cœlo*, h. e. ut in cælum aliquando reciperetur. — *cædibus*, ut I, 525. — 145. *Assaraci alumnum*, vid. ad III, 566 et 702.

146. Drak. comparat Virg. Æn. II, 393, et gladium, belli certe Punici temporibus, ad dextrum latus ab humeris pependisse, probat ex Polyb. VI, 21, cui alii auctores et numi quoque adversantur. Conf. quos laudat, Salmas. ad Spart. Sever. c. 6; Barth. ad Stat. Silv. I, 1, 43; Fabrett. ad Column. Trajan. c. 2, et, qui Romanos mutasse et aliter atque aliter gladios gestasse putat, Lips. Milit. Rom. III, 3. — 147. Verba Virg. Æn. IV, 135. — 148. *virgato corpore*, pelle longis macularum ductibus lineata, Drak. coll. Sen. Hippol. 344, et Herc. OEt. 146; Claud. Laud. Stil. I, 66, et Salmas. Exerc. Plin. p. 148. — *tigrim* sub Augusto demum in Italia visam tradit Plinius VIII, 18. Sed poetæ in ornatu orationis ad talia non respiciunt, neque ad eam subtilitatem sunt exigendi. Conf. Heyne ad Virg. Æn. V, 37. Præterea pellem ignotæ feræ advehi potuisse monet Lips. Mil. Rom. III, 7. — 149. *exceptus equo*, ut ap. Virg. Æn. X, 867. Drak. — *dant*, διδοῦσι, permittunt. — 150. *hortatibus inplet*, cf. ad I, 105. — *subfixa*, adfixa hastis.

153 sq. Quisque graves iræ causas, quibus sponte ad pugnam et virtutem excitetur, a morte cognatorum repetat: 157, sed cui vestrum non privata doloris causa est, *ingentia* sc. hortamenta e *medio* certe, h. e., e publico et communi, e rebus, quæ ad totam remp. spectant, sumat, perfractas sc. Alpes, eversionem Sagunti etc. An *e medio* est, ex rebus vulgaribus, satis notis? Sic *verba e medio tollere* h. e. verbis vulgaribus uti, dixit Cic. Or. III, 45, et *non quæsita ex occulto, sed sumta de medio*: id. pro Domo 54, pr. — 154. *atris*, vel fu-

Ticini frater ripis jacet : at meus alta
Metitur stagna Eridani sine funere natus.
Hæc sibi quisque : sed est vestrum cui nulla doloris
Privati rabies, is vero ingentia sumat
E medio, fodiant quæ magnas pectus in iras;
Perfractas Alpes, passamque infanda Saguntum,
Quosque nefas vetiti transcendere nomen Iberi,
Tangere jam Thybrim : nam dum vos augur, et extis
Quæsitæ fibræ, vanusque moratur haruspex,
Solum jam superest, Tarpeio imponere castra. »
Turbidus hæc, visoque artis in millibus atras

155. Iidem *at meus*, non *ac m*. Sed *et*, *meus*, etc. (ut duo hortamenta distinguantur) conj. Cel. Ern., qui etiam v. 161, *limen Iberi* tentat. — 156. *sine vulnere* etiam legi posse notat N. Heins. ut undis eum occubuisse innuat. Sed vulgata haud dubie præstat; vid. not. — 157. *sed et* emend. N. Heins. prob. Drak. Sed nulla mutatione opus, modo minor distinctio post *est*, et major post *iras* v. 159, deleatur; vid. not. — 161. Pro *nomen* forte leg. *flumen*, seu *flumina*, h. e. aquas, vel *limitem*. Cf. ad v. 155, *limen Iberi* conj. Ern. — 165. *hirtas jubas* volebat N. Heins. qui *atris jubis* militem Romanum fuisse usum non putabat, quod ater color esset ominosus. Possis et *albas*, *altas*, vel *rubras* tentare. *Afro Bellatore*, h. e. Hannibale, ex c. Tell. recepit Lefeb. cui lect. versus 167, 169, magnam probabilitatis speciem

nestis, vel sanguineis; Drak. — 156. *Metitur* corpore, ut ap. Virg. Æn. XII, 360. — *sine funere*, exsequiis, quo rei acerbitas augetur. Conf. ad I, 154, et IV, 669. Formam dicendi *fodere pectus in iras* Dausq. repetit a leone, qui, pugna adpetente, osseo stimulo, qui in cauda est, latera fodieat, μαστίεται, irasque suscitat, ut ap. Hom. Il. υ, 170, et Hesiod. Scut. H. 430. Sed vid. sup. ad I, 113. — 161. Conf. ad I, 294. — *nomen Iberi* græce pro, Iberum. Cf. ad IV, 729; Drak. ad h. l. et ad XIV, 70; Burm. ad Petron. c. 80 et 123. Sed vid. V. L.

165. *Turbidus*, vid. ad I, 477. — *atras jubas*, forte rubras, judice quoque Drak., ut *rubra crista* ap. Virg. Æn. IX, 50, 270; XII, 88, *sanguineæ jubæ*, ibid. IX, 731, et inf. XII, 171, *puniceæ* ap. Stat. Th. IV, 218. Sic et *atrum vinum*, *ater*, vel *niger cruor*, seu *sanguis*, (vid. Drak. ad IX, 365) αἷμα κελαινὸν et μέλαν, ap. Hom. Iliad. γ, 828, 844; υ, 470. Forte ita quoque *atrum fulmen* sup. IV, 431, et *ater ignis* XVII, 181, et IX, 441, ubi Drak. comparat πυρὸς μέλαινας αἴγλας Eurip. Troad. v. 547, et *atros ignes* Virg. Æn. XI, 186. Sed vid. ibi Heyne, et Burm. ad Val. Fl. II, 236; cf. sup. ad IV, 431, et III, 211. — Hoc etiam probat Ernesti, apud quem « Flaminius facta ad milites adhortatione pugnam inchoaturus, tribus militibus, suis cuique meritis insignibus, mandata dictat, *Orphito* (*aptanti jubas*, cristas galeæ, *atras* sive ob colorem,

Digitized by Google

Bellatore jubas aptante: « Est, Orphite, munus,
Est, ait, hoc certare tuum; quis opima volenti
Dona Jovi portet feretro suspensa cruento?
Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra? »
Hinc prævectus equo, postquam inter prælia notam
Adcepit vocem; « Procul hinc te Martius, inquit,
Murrane, ostendit clamor, videoque furentem
Jam Tyria te cæde: venit laus quanta! sed, oro,
Hæc angusta loci ferro patefacta relaxa. »
Tum Soracte satum, præstantem corpore et armis,

conciliant; vid. not. — 166. *tubas* Basil., Nutii Antuerp. et al. operarum errore, ut VI, 8, et IX, 505; *En* pro *Est* tacite dedit Lefeb. — 167. *Est, ait, o certare tuum* corrig. N. Heins. — 170. *prævectus*, ante suos vectus, in scriptis, ut VII, 117; IX, 572; conf. Heins. ad Claud. R. P. II, 122, et ad Virg. Æn. VII, 166; *profectus* Med. Vulgo *provectus*. — 171. *vocem procul, Hic* malebat N. Heins. ne τὸ *hinc* inconcinne repetatur.

sive terribiles, sævas, quia maxime serviebant terrori augendo), ut ducem Pœnorum maxime petat, *Murrano*, ut angustas vias patefaciat, *Æquano*, ut in copias hostiles inruat. » — *jubas*, cristas, λόφον ἵππειον, seu ἱππιοχαίταν, unde κόρυς ἱπποδάσεια et ἵππουρις. Male Cell. *jubas* proprie capit, quibus erectis equus bellator signum alacritatis dederit. Dausq. exponit: viso hoste, leni manu jubam equi componente. Sed judice Drak. poeta *jubas aptare* dixit, ut XII, 170; et Virg. Æn. XII, 88. — *Orphitus* nomen equi *bellatoris*, quem Flaminius adloquitur, judicio Modii, Buschii, Dausq. Cell. et Lefeb. Cf. ad IV, 265 Sed nomen viri *bellatoris* esse putant N. Heins. et Drak. qui spolia opima non à duce solum, sed a quovis etiam milite referri potuisse, modo duci hostium detracta essent, a Perizon. hist. anim. c. 7, probatum docet. Sed vid. Liv. IV, 20, etsi probabilis hæc sententia videri potest, quia consul mox Murranum Æquanumque similiter ad virtutem incitat.

167, 168. Cf. ad I, 133. — *Jovi volenti*, propitio, ut VII, 174, et *serenato* mox v. 181. Nota est solennis precum formula, *volens propitius*, vel ex Liv. I, 16; VII, 26; XXIV, 21, 38; Cf. Burm. ad Val. Fl. II, 324, et Heyne ad Virg. Ge. II, 41. Stolida autem Flaminii ferocia, qui, omnibus ad perniciem jam profligatis et perditis, ne spoliorum quidem opimorum spem abjicit. — 169. *alia dextra*, sc. quam tua. Qui Orphitum de equi nomine odcipiunt, supplent, quam mea.

171. *Martius clamor*, quo milites ad virtutem incendis. — 174. Angustias et fauces, cæsis hostibus, *relaxa*, aperias; cf. v. 269, et VI, 319.

175 sq. Totum hunc locum poeta concinnavit ex Virg. Æ. XI. 785 sq. ubi vid. Heyne. Conf. ad II, 150. Hæc sacra non Apollini, sed Deæ Feroniæ fieri docet Strabo V, pag.

Æquanum noscens, patrio cui ritus in arvo,
Quum pius Arcitenens adcensis gaudet acervis,
Exta ter innocuos lætum portare per ignes:
« Sic in Apollinea semper vestigia pruna
Inviolata teras, victorque vaporis ad aras
Dona serenato referas solennia Phœbo;
Concipe, ait, dignum factis, Æquane, furorem

178. *lætum* (quia inlæsus ab igne) ex Colon. restituere N. Heins. et Drakeo. quod sine sensu legi contendit Lefeb. qui ex duobus antt. libris (quos nominatim adpellare, more suo omisit) *læto* recepit, ut ad *cui* referatur et *lætus* sit, ut apud Stat. Thebaid. VIII, 99, *Apollineis dilectissimus aris*, vel qui sine damno per ignes incedit. Sed simplicior ratio est, *lætum* doctius pro *læte* positum accipere; *latum* Oxon. et Puteol. cum priscis edd. ante Juntinam, in qua Nicander primum *late* vulgavit. — 181. Vulgo post *Phœbo* punctum ponitur, quod male retinuit Lefeb. cujus tamen parenthesin expressi, ut sententia loci magis in oculos incurrat. — 182. *fatis*, *A.*, *f. Numinibusque tuis* ingeniose conj. N. Heins. et *fatis... Muneribusque* Burm. quem secutus est Lefeb. ut ad vatum furorem adludatur, et *fatis* sit pro *effatis*, quod tamen exemplis adductis nemini facile per-

226 (al. 156). Sacerdotes autem sæpius pugnantibus interesse, monui ad II, 149. — *Soracte*, seu *Sorax* (*Monte di S. Silvestro*, seu *Tresto*), mons Etruriæ in Faliscis, Apollini sacer. Conf. Ind. et Hor. Od. I, IX, 2. — 177. *pius Arcitenens*, τοξοφόρος, ut ap. Virg. Æn. III, 75, ubi tamen *pius* alio verborum contextu dicitur, quem Silius forte non respexit. Cellar. explicat *pium* in matrem Latonam, quod Pythonem, ad eam persequendam a Junone immissum, occiderit.

178. «Sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur, » Plin. VII, 2; qui locus class. est. Conf. Eckhard de ritu antiq. per ignes et carbones candentes incedendi, in *Magazin für Philologen*, T. II, p. 36... 48; *Brem.* 1797. — 179. *Sic*, ut οὕτως, solennis obtestandi formula, de qua vid. ad II, 301, in V. L. et Jani ad Hor. Od. I, III, pr. ubi æque ac h. l. preces votis postponuntur. Nam vulgaris ratio fuisset: *Æquanum noscens — ait, Concipe furorem — sic* h. e. ea conditione vicissim opto, ut *teras*, etc. — *teras vestigia*, ut *premere vestigia*, ap. Virg. Æn. XI, 788, de lento incessu, ubi ex Silio et MSS. *victores* pro *cultores* reponi jubet Lefeb. frustra.

180. *victor vaporis*, ne quidem prunarum adflatum sentias; Dausq. Sed *vapor*, ut apud Virgilii Æneid. lib. V, 683, 698. Mens autem Silii et Maronis, D. Heins. monente, est, sic sacer semper et inviolatus sacerdos maneas: experimentum enim, quo sacerdotes a profanis, pios ab impiis distinguebant, erat ignis, cui salvi si insistebant, puri erant et a noxa alicui. Ita Heins. coll. Sophocl. Antig. 269, et aliis. Sed vid. Intpp. ad Virg. l. l. — 181. *serenato*, placato, benevolo,

Vulneribusque tuis : socio te cædis et iræ
Non ego Marmaridnm mediam penetrare phalangem
Cinyphiæque globos dubitarim inrumpere turmæ. »
Nec jam ultra monitus et verba morantia Martem
Ferre valet, longo Æneadis quod flebitur ævo.
Increpuere simul feralia classica signum,
Ac tuba terrificis fregit stridoribus auras.
Heu dolor, heu lacrimæ, nec tot post secula seræ!
Horresco ut pendente malo, ceu ductor ad arma
Exciret Tyrius : latebrosis collibus Astur,
Et Libys, et torta Baliaris sævus habena
Erumpunt, multusque Maces, Garamasque, Nomasque :
Tum, quo non alius venalem in prælia dextram
Ocior adtulerit conductaque bella probarit,
Cantaber, et galeæ contemto tegmine Vasco.

suadebit. Equidem vulgatam scripturam non omnino spreverim : nam, ut alia taceam, Æquanus vir fortis esse, et forte, in bellis adversus Boios, vel alios hostes gestis, specimina virtutis dare potuit, etsi Silius rerum ab eo gestarum haud meminit. Videtur autem omnino ficta esse persona, ut Murranus et tot alii, qui non minus fortes finguntur more poetæ, qui hominum, nominum rerumque varietate lectores delectare studet. Ceterum vulgatæ non obstat, quod sacerdos fuit; vid. not. — 185. *pugnæ* R. 3. — 189. *Ac*, non *At*, scripti et Parm. — 190. *post prælia* R. 2; *secula longa* Tell. — 191. *Ut pendente malo horresco* R. 2; *Horresco impendente m.* conj. N. Heins. Lenior forte oratio procedit, si refinxeris : *Horresco* ut *p. m.* vel *impendente malo. Quum ductor,* etc. — 192. *Exciret* Col. et Ox. quod multis exemplis, quibus non opus est, vindicant N. Heins. et Drak. Vulgo *Excitet*, media, ut in *exitus*, producta, judice Dausq. qui et *Excieat*, vel *Excutiat* substitui posse censebat; *Excitet hic Tyrius* Parm. et Med. ut metro consulatur; *Excipiet* Nut.

μιγαλινίων, ap. Orph. D. Heins. — 185. *Cinyphiæ,* vid. ad II, 60; III, 275. Dausq. conf. Hom. Iliad. κ, 246.

188. sq. Cf. Liv. XXII, 4, et Polyb. III, 84. — *Increpuere,* etc., ut ap. Virg. Æn. IX, 503. — 191. *Horresco referens,* ut ap. Virg. Æn. II, 204, ac si nunc malum illud nobis inpenderet, et Hannibal suos contra nos duceret, Cellar. Poeta paucis quidem, quibus dolor uti solet, verbis, sed gravibus deplorat tristem sortem tot civium, qui consulis temeritate pereunt. — 193. *torta habena,* ut *verbere torto,* ap. Virg. Ge. III, 106, et Tibull. I, vi, 46; ix, 22; cf. Iod. et ad I, 315.

195. De Cantabris, bellicosissima natione, cf. ad III, 326 seq. — *venalem*, etc. Drak. comparat XV, 502 sq. — 196. *conducta bella;* propr. milites mercede conducuntur. — 197. *galeæ contemto tegmine*

Hinc pariter rupes, lacus hinc, hinc arma, simulque
Consona vox urget, signum clamore vicissim
Per colles Tyria circumfundente corona.
  Avertere Dei vultus, fatoque dederunt
Majori non sponte locum: stupet ipse tyranni
Fortunam Libyci Mavors; disjectaque crinem
Inlacrimat Venus; et Delum pervectus Apollo

199. *signum clangorque vicissim* corrig. N. Heins. prob. Drakenb. ut non ad *clamorem*, quem poeta per *consonam vocem* jam designarit, sed ad tubas referatur, quæ utrimque simul increpuerint. Conf. vers. 188. Sed quare verborum luxuries ac variatio in Silio nos offendat? et nonne, illa conj. admissa, inter verba *signum* et *clangor* nihil differret, adeoque hæc lectio non minus langueret? Lenior forte medicina foret *clangore*, vel potius *signum* Hannibalis *clamorque* Pœnorum *vicissim* tanquam vox consona urget, *Tyria corona circumfundente* Romanos. Nec tamen video, cur non feramus τὸ *clamore*, quum Silius verba *signum clamore... corona* ad *consonam vocem* explicandam adjecisse videri possit, modo comma post *vicissim* deleatur, ut *circumfundente* ad signum spectet: etsi forte præstiterit *circumlatrante*, vel *circumvolvente*, vel *circumstridente*: nisi malis *signum... circumvellente*. Pro vulgata etiam pugnat Lefeb. et τὸ *clangorque* ineptum putat. — 202. *stupet* Col. probb. N. Heins. et Drak. idque recepi cum Lefeb. Præclare Mars ipse tam admiratione Hannibalis, quam metu et dolore, ob calamitatem Romanis, quorum pater est, impendentem, defixus et attonitus quasi torpere dicitur; *Stupet fortunam* ut ap. Virg. Æn. II, 31, et, quos Drak. laudat, Val. Flac. V, 96; Stat. Th. IV, 448; VIII, 150, et Petron. c. 29; ubi vid. Burm. Vulgo *timet*.

Vasco, conf. ad III, 358. — 198 sq. Cf. Liv. XXII, 4, et ad v. 38 seq. — *arma*, armati in castris, quæ Hannibal in patentiore campo inter montes et lacum posuerat. — *simulque Consona vox*, militum levis armaturæ, qui *per colles*, in monte, de quo jam undique decurrunt, *signum*, scilicet signa, exercitum Romanorum (unde *signis* forte legendum est) *circumfundebant*, h. e. circumdabant: nisi forte sensus est, *Tyriam coronam*, nimirum ipsos Pœnos, in monte circumcirca locatos, *signum* invadendi, ab Hannibale datum, *per colles* cum *clamore circumfudisse*, h. e. circum cecinisse, ut fere *fundere* vocem, preces, sonos, etc. — *urget*, vid. Heyne ad Tibull. II, 1, 79. — *Arma* et *consona vox* explicantur adjectis verbis: *Tyria corona*, Pœnis, *circumfund.* spargentibus *signum*; arma sua, una cum *clamore*; Lenz.

201. Ipsi dii, crudeli Junone excepta, sortem Romanorum, necessitate fatorum, quam solvere quidem et rescindere cupiunt, nec tamen possunt, constitutam lugent, et a spectaculo tam lugubri oculos avertunt. Non poterat fortius exprimi adfectus doloris, cui poeta ipse jam v. 75 et 189, indulserat. — *fato Majori* cesserunt, vid. v. 75.

204. *Inlacrimat Venus*, ut apud Virg. Æneid. lib. I, 228, et Apollo, doloris leniendi causa, procul a tristi pugnæ loco, lyram plectro

Tristem mærenti solatur pectine luctum.
Sola, Apennini residens in vertice, diras
Exspectat cædes inmiti pectore Juno.
Primæ Picentum, rupto ceu turbine fusa
Agmina et Hannibalem ruere ut videre, cohortes
Invadunt ultro, et pœnas pro morte futura,
Turbato victore, petunt adcensa juventus;
Et, velut erepto metuendi libera cælo,
Manibus ipsa suis præsumta piacula mittit.
Funditur unanimo nisu et concordibus ausis
Pilorum in Pœnos nimbus, fixosque repulsi
Submittunt clipeos curvato pondere teli.

206. *diras*, non *duras*, Colon. — 207. *Adspectat* conj. Casaub. ad marg. ed. Gryph. quæ in biblioth. Lugd. servatur. Sic Virgil. Æneid. lib. X, v. 4, et XII, 136; *Despectat* corrig. N. Heins. h. l. ut VI, 185, et VII, 421; Possis et *Inspectat* legere, ut εἰσορόων ap. Hom. Iliad. ϑ, 52, et λ, 82. Sed vid. not. *immiti* Col. Vulgg. *inimico*, non minus bene. — 211. *ductore* Med. — 212. *Et*, ut mox *Manibus ipsa suis* et *mittit* scripsi cum priscis edd. Recte: nam *manes* h. l. intell., quod et vidit Dausq. Vulgo sic editum: *At velut e. m. l. c. Ipsa suis manibus p. p. mittens, Inferias mactat bellis accensa juventus. Primæ Picentum... Turbato v. petunt, Martemque reposcunt. Funditur unanimo*, etc. Sed meliorem verborum ordinem ex c. Oxon. et Pot. restituere N. Heins et Gronov. Obss. IV, 17. Verba *Inferias mactat b. a. i.* sunt laciniæ, a Nicandro adsutæ. — 215. *fixoque* Pot. Mox *curvato*, non *curvati*, scripsi et anti. edd. *fixoque r. S. c. curvatos p. t.* conj. N.

pulsat. Utraque pictura dulcissima et miserationis plena! Conf. ad II, 476. — 206. Conf. Virg. Æn. XII, 134 sq., et Heyne Exc. ad Æn. IX, 638. — 207. *Exspectat cædes* tanquam rem desiderabilem et exoptatam, Drak. recte, ut VIII, 5; Liv. XXVIII, 27 (ubi vid. Gronov.); Terent. Adelph. V, 4, 20, et al. Pro adspectat (ut ap. Stat. Silv. V, 11, 23, et Petron. 17, ubi vid. Burm.), vel potius pro *espectat*, h. e. spectando e vertice præstolatur, positum existimat Lefeb. qui præterea Junoni comparat Ἔριν Hom. Iliad. λ, 73 sq.

208. *Picentum*, cf. VIII, 424 sq. — *rupto turbine*, ut ap. Virg. Æn. II, 416. — *fusa*, effusa e montibus, *ruere*. — 211. *turbato victore*, turbando victorem, impetu in hostes facto; Lenz. — 212. *metuendi libera*, h. e. a metu libera, vid. ad I, 441, in V. L. et Burm. ad Ovid. Her. I, 80. — *erepto cælo*, cæli lumine, luce, vita et ejus spe. — 213. *ipsa mittit piacula*, inferias, *præsumta*, ante mortem suam (cf. VI, 300, et ad IV, 802, in V. L.) *Manibus suis; et pœnas petunt pro morte futura*, quam cæsis hostibus in antecessum ulcisci conantur.

215. *Pilorum nimbus*, vid. ad I, 311, et IV, 552. — *repulsi*, Pœni. — *clipeos fixos*, transfixos telis curvatis et magni ponderis vix susti-

Acrius hoc rursum Libys, ut præsentia sævi
Exstimulat ducis, hortantes se quisque vicissim
Incumbunt, pressoque inpellunt pectore pectus.
  Ipsa facem quatiens, ac flavam sanguine multo
Sparsa comam, medias acies Bellona pererrat.
Stridit Tartarea nigro sub pectore Divæ
Letiferum murmur, feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes.
His iras adversa fovent, crudusque ruente
Fortuna stimulus spem projecisse salutis:
Hos dexter Deus, et læto Victoria vultu

Heins. Sed bastilia, cuspidibus clipeo infixis, non clipei curvantur. — 217. *ut* h. e. postquam, pro *et*, ex emend. Dausq. et N. Heins. recepit Drak. Forte τὸ *et*, ferri potest, si verba *et præsentia... ducis* παρενθετῶς sumseris.; *Libyes* (*præsentia s. E. d.*) *hortantes*, etc. edidit Lefeb., ne admonitis quidem lectóribus: sed ob similem locum Virg. Æn. IX, 73, arridere potest. — 220. *fluidamque e sanguine m.* ut ap. Virg. Æn. IX, 651; emend. N. Heins. cf. Bentl. ad Horat Epod. XVI, 33; *ac fœdam*, vel *atramque a s. m.* tentabat Burm. *furvam* satis confidenter, etsi non male, scripsit Lefeb. de quo voc. copiose et docte egit Heins. ad Ovid. Met. III, 273; cf. ad I, 119. Possis et *fulvam* (ut *fulva nubes* et *caligo* ap. Lucret. VI, 460; Virg. Æn. XII, 792, et Stat. Th. IX, 727) et quot non alia? substituere. Sed omnibus forte bis non opus est; vid. not. ad I, 438. — 225. *monent* corrig. Burm. quod merito rejecit Schmid. quum iras jam gesserint, quæ itaque non erant movendæ, sed potius *fovendæ*, h. e. augendæ.

nere possunt. Cf. V. L. — 217... 219. *Libys incumbunt*, nituntur, vel inruunt; vid. Ind. et ad III, 288, in V. L. — 219. *pressoque*, etc. Cf. ad IV, 352.

220. Locus class. de figura Bellonæ. Cf. ad IV, 440; Hom. Iliad. ε, 592, inpr. Quint. Smyrn. lib. VIII, (ap. Barth. ad Stat. Th. VII, 73) et Stat. Th. IV, 5 sq., ubi et *facem* hastamque in signum belli quatit. — 221. *acies pererrat*, ut ap. Virg. Æn. X, 761, « Tisiphone media inter millia sævit. » — 222. *Tartareæ Divæ*, quæ in Tartaro sedem habet. Drak. coll. Claud. in Eutrop. II, 144, (*quid dudum inflare moraris Tartaream, Bellona, tubam*) et Petron. c. 124, ubi vid. Burm. De *tuba* Bellonæ, vid. Intpp. ad Val. Fl. III, 61. — 225. *His*, Romanis. — *iras fovent*, adcendunt, vid. ad III, 505. — *crudus*, acer, seu acerbus iis *stimulus* erat desperatio. Cf. ad I, 405, et IV, 35. — 226. *projicere spem, vitam, animam*, etc., tanquam rem nullius pretii, pro nihilo habere, spernere, ut *abjicere vitam*, ap. Cic. Att. III, 19, pr. et Gr. ἀποῤῥίπτειν κίνδυνον, παραβάλλειν ἑαυτὸν, et ap. Plut. προΐεσθαι τὸν ἑαυτοῦ βίον. Cf. ad I, 225; Drak. ad X, 42, et Intpp. ad Virg. Æn. VI, 436. — 227. *Hos*, Pœnos. — *Deus dexter*, propitius, vid. Ind.

Adridens acuit, Martisque favore fruuntur.
 Abreptus pulchro cædum Lateranus amore,
Dum sequitur dextram, in medios penetraverat hostes.
Quem postquam florens æquali Lentulus ævo
Conspexit, nimium pugnæ, nimiumque cruoris,
Infestas inter non æquo Marte catervas
Fata inritantem, nisu se concitat acri;
Inmitemque Bagam, qui jam vicina serebat
Vulnera pugnantis tergo, velocior hasta
Occupat, et socium duris se casibus addit.
Tunc alacres arma adglomerant, geminaque corusci
Fronte micant; paribus fulgent capita ardua cristis.
 Actus in adversos casu (namque obvia ferre
Arma quis auderet, nisi quem Deus ima colentum
Damnasset Stygiæ nocti?) præfracta gerebat
Syrticus excelso decurrens robora monte;

229. *Abreptus* Col. et quædam edd. antt. *Abrectus* Marsi ed. *Arrectus* Put. R. 3; Med. prob. Dausq. qui et mox *dextra* legendum, vel post *sequitur* distinguendum putabat. Vulgo *Arreptus*. — 235. *Bogam* Put. Parm. Med. Alius *Bagas* sup. II, 111, et *Bogus* mox v. 403, memoratur; Draken. *serebat* scripti et R. 2; cf. ad I, 394; *Vulnera* de telis intelligit Lefeb. de quo vid. ad I, 397. Vulgatum *ferebat* non modo Dausq. et Cell., sed, nisi scripti libri repugnarent, etiam Drak præferendum videbatur, qui bene monet, *seri* vulnera, vel tela, si passim et in diversos hostes mittantur, hic autem Bagan unius Laterani *tergo vicina ferre vulnera*; vid. ad III, 365. — 236. *velociter* alii. — 238. *inglomerant* ex R. 3; coll. Stat. Th. I, 350, recepit Lefeb. cui tamen lectio e. Put. *glomerant* verissima videtur, ut posterior syllaba voc. *arma* propter seq. *gl.* longa sit; *coruscis* Col. et Ox. *geminique corusca* mavult Lefeb. — 239. *fulget* Col. — 242. *perfracta* Put. et priscæ edd. ante Basil. Marsum in notis *præfracta* legere, sed male dura et inflexibilia exponere monet Drak., quum potius sint robora parte superiori fracta, ut ap. Ovid. Me-

229. *Abreptus*, ut *oblitus suî dulcedine cædum* IV, 422, et *auferri* alias dicitur. Conf. Drak. et quos laudat Gronov. ad Liv. XXXV, 11; Heins. ad Ovid. Her. XV, 140, et ad Claud. Cons. Olybr. et Prob. v. 153. — 230. *sequitur dextram*, faustis cædibus instat, Barth. Adv. V, 15. — 232. *nimium*, nimis cupidum. — 233. *non æquo Marte*, non parem hostibus, quia solus inruerat. — 234. *Fata inritantem*, temere in discrimen se inferentem, vid. ad I, 268 et IV, 731. — 237. *Occupat*, φθάνει πλήξας, ut ap. Virg. Æneid. lib. IX, 770; X, 699. — 240. *adversos*, Lateranum et Lentulum. — 242. *Stygiæ nocti*, conf. ad II, 574, et Heins. ad Ovidii Metamorph. III, 695.

Et quatiens acer nodosi pondera rami,
Flagrabat geminæ nequidquam cædis amore.
« Non hic Ægates, infidaque litora nantis,
O juvenes, motumque novis sine Marte procellis
Fortunam bello pelagus dabit : æquoris olim
Victores, media sit qualis discite terra
Bellator Libys, et meliori cedite regno. »
Ac simul infesto Lateranum pondere truncæ
Arboris urgebat, jungens convicia pugnæ.
Lentulus huic frendens ira : « Trasymenus in altos
Adscendet citius colles, quam sanguine roret
Iste pio ramus. » Subsidensque ilia nisu
Conantis suspensa fodit : tum fervidus atro
Pulmone exundat per hiantia viscera sanguis.
  Nec minus adcensis in mutua funera dextris
Parte alia campi sævit furor. Altus Iertes

iam. XII, 360; *regebat* Put. Parm. Med. — 250. *cedite cunctis* Col. *regnis* Ox. Male, etsi nec vulgata satis placet. Suspicor potius, τὸ *regno* ex interpolat. ortum et ex vestigiis veterrimi cod. reponendum esse : *meliori* (mihi uni, sed fortiori viribusque superiori) *cedite juncti*, vos ambo; quod melius cum anteced. cohæret. — 251. *pondere* Col. Put. Tell. R. 2; Med. probb. Modio, Cell. et Lefeb. Vulgatum *vulnere*, quia *pondera rami* (sed interpositis demum sex versibus), præcessere, retinuerunt Dausq. N. Heins. et Drak. qui *vulnus* de telo accipiunt, ut I, 397, ubi vid. not. Hæc ratio merito dura videbatur Burm. qui *verbere* scribendum censebat. — 255. *subsidensque*, non *subsidens*, Col. — 259. *Iertes*, non

245. *geminæ*, Laterani et Lentuli. — 246 sq. Non ut olim in mari, nunc in campo victores eritis. — 250. *meliori regno*, nobiliori victoriæ Pœnorum, quam Romanorum apud Ægates; Cl. Ernesti. Cf. V. L. — 253. Sic passim ἀδύνατον exprimitur in omnibus fere linguis; Drak. laudat Ovid. Her. V, 29, et Trist. I, VII, 1 sq.; Prop. II, XII, 33 sq.; III, XVII, 5 sq.; Sen. Phœniss. 85 sq., et Claud in Eutrop. I, 350 sq.; Cf. Cerda ad Virg. Ecl. I, 60; VIII, 27; Burm. ad Lotich. II, XV, 45; IV, 1, 23; Jani ad Hor. Od. I, XXIX, 10; XXXIII, 7, et Intpp. ad Theocr. I, 132 sq. Shakesp. in Romeo, *then shall water be turned in fire.* — 254. *sanguine pio*, gravius quam nostro, ut innuantur Romani, pium bellum gerentes, et fide ac religione superiores Pœnis inpiis, perfidis, fœdifragis. — 255. *Subsidens*, ὀκλάζων, *fodit ilia*, corpus Syrtici, *conantis* arborem in Lateranum conjicere, unde *suspensa ilia*, h. e. prominentia, vel tenta, ut ap. Virg. Georgic. III, 507, « imaque longo Ilia singultu tendunt. »

259. *Parte alia campi*, apud Ro-

Obtruncat Nerium; Rullo ditissimus arvi
Obcumbis, generose Volunx; nec clausa repostis
Pondera thesauris, patrio nec regia quondam
Præfulgens ebore, et possessa mapalia soli
Profuerunt. Quid rapta juvant? quid gentibus auri
Numquam exstincta sitis? modo quem Fortuna fovendo
Congestis opibus donisque refersit opimis,
Nudum Tartarea portabit navita cymba.
 Juxta bellator juvenilibus Appius ausis
Pandebat campum cæde; atque, ubi plurima virtus,
Nullique adspirare vigor, decus inde petebat.
Obvius huic Atlas, Atlas a litore Ibero,

Hiertes, Col. *Hiantem*, Nut. — 260. *arvi* Colon. unde recepi, etsi vulgatum *agri* eundem præbet sensum et exemplis citra necessitatem confirmatur a Draken. — 261. *Volux* tacite et libris non addicentibus edidit Lefeb. vid. not. — 264. *Profuerunt* Col. et Ox. quod jam conjecerat Dausq. nec obstat metrum. Conf. loca a Drak. adscripta, X, 61; XIII, 304; XIV, 46; XV, 280; XVI, 698; Virg. Ecl. IV, 61; et quæ addit Heins. ad Val. Fl. IV, 432; ad Claud. laud. Stil. I, 372; ad Ovid. Epist. II, 141; VII, 166, et Met. IV, 225; X, 55. Vulgo *Profuerint*. Mox *parta juvant? quid habentibus*, h. e. divitibus, vel *mentibus* suspic. N. Heins. Sed *rapta* majori cum vi dictum, et *gentes* poetis vocantur homines, ut Horat. Od. I, III, 28; II, XIII, 20. — 267. *portabit* Put. probb. N. Heins. Draken. et Lefeb. Vulgatum tamen *portant* non prorsus ineptum videtur. — 268. Poeta forte *juvenalibus* scripsit; vid. ad II, 312. — 271. *Atlas a. l. I.* quatuor scripti (nisi quod *Athlans* in Oxon. est), et R. 2; vid. quos Drak. laudat, Prop. IV, VI, 37; Val. manos. — 260, 261. *Rullo Obcumbis*, ab eo interficeris; vid. Burm. ad Val. Fl. VI, 286. — Ad opes Volusii ap Tac. Ann. XIV, 56, adludi putabat Lips. ad l. c. Drak. autem, quia *Volunx* h. l. Afer est, ad Bocchi Maurorum regis filium, qui *Volux* vocatur Sallust. b. Jug. c. 105 sq., unde, vel ibi *Volunx*, vel h. l. *Volux* dicendus sit. — 262. *patrio*, Africano. — 264 seq. Ita sæpius philosophatur Horatius, v. c. Od. I, IV, 7, 9; II, III, 11, 14; Cf XIII, 777, ubi Drak. comparat Prop. III, III, 35; Claud. R. Pros. II, 300 sq.; Auson. Epigr. 54, ubi vid. Vinet. — 266. *Congerere opes* de avaris proprie dici notum est, vid. Drak. — 267. *Nudum* opibus. Conf. simil. loc. Tibull. III, III, 10 sq.

269. *Pandebat campum*, viam patefaciebat, ut *laxare campum ferro* VI, 319; *laxare cuneos* IX, 364; *angusta relaxare* V, 174. Sic et *limitem agere* IX, 379. Cf. ad IV, 462. — *ubi plurima virtus*, ubi maximus fortissimorum virorum numerus erat. — 270. *nullique adspirare vigor*, h. e. *nec cuiquam propius adcedere virtus*, ut utar verbis Virg. Æn. X, 712. Sic *adspirare* passim occurrit, v. c. inf. v. 442, et ap. Cic. Sull. 18; Pis. 5,

Nequidquam extremæ longinquus cultor arenæ
Inpetit os hasta; leviterque e corpore summo
Degustat cuspis generosum extrema cruorem.
Intonuere minæ, violentaque lumina flammis
Exarsere novis : furit et diffulminat omnem
Obstantum turbam; at clausum sub casside vulnus
Martia commendat mananti sanguine membra.
Tum vero adspiceres pavitantem, et condere semet
Nitentem sociis juvenem; ceu tigride cerva

Fl. I, 365; Liv. XXXI, 23; Intpp. ad Petron. c. 38; conf. sup. ad I, 431; *Atlas a sanguine I.* R. 3, Parm. Med. Vulgo *a sanguine clarus I.* — 274. Vox *extrema*, h. e. extrema parte, aptissima quidem et genuina videtur, sed, quia modo præcessit, minus placet. An leg. *externa*, ut ap. Val. Fl. VII, 422? — 277. *turbam* scripti et priscæ edd. ante Marsum, qui primus *turmam* habet, quod ne Dausq. quidem placuit; *at* Col. *ac* reliqui scripti et edd. antt. Volgo *et*, quod prorsus omisit Cell. sed servavit Lefeb. — 279. *adspiceres* Col. et R. 2; conf. loca, a Drak. citata, VI, 684; XVI, 501; Virg. Æn. VIII, 650; Ovid. Met. VI, 23; Stat. Th. V, 596; Claud. in Rufin. II, 176; Petron. c. 7; ubi vid. Intpp. Vulgg. *adspiciens*; Male! *credere* emend. N. Heins. vel mox *in sociis*, quod Drak. recepit. Sed τὸ *in* centies omittitur a poetis in formis loquendi *condere se silvis, aquis, umbris, terra*, etc.

et Tusc. Qu. V, 5. — 273. *leviterque e corpore summo* (capite, ob v. 277.) — 274. *Degustat*, ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτὸς Hom. Iliad. δ, 139; ε, 187; λ, 388; ν, 553 : *umbonem detersit ictu* inf. v. 297; *parce perstrinxit corpus* XV, 760; *parco summum violasset vulnere corpus* XVI, 111; cf. IV, 119; 350 (ubi vid. not.); IX, 523; Virg. Æneid. X, 344, 478, et inprimis XII, 376, ubi videndus omnino Heyne. Similiter γεύσασθαι, apud Homerum, Iliad. υ, 258; *bibere* inf. VI, 293; (ubi Drak. laudat XV, 632; Virg. Æn. XI, 804, et Anthol. I, 22; Epigr. I, et 4 : ἀσπὶς et βέλος αἷμ' ἔπιεν) *libare* et *delibare* h. e. leviter perstringere inf. IX, 523, ubi Drak. citat Stat. Th. V, 587; VIII, 527; Iscan. b. Troj. V, 322; VI, 311, 337, et al. Hinc *exsatiare enses cruore* VII, 535; *satiata sanguinis hasta* IV, 435; *sitit hasta cruorem* XII, 264; βέλη λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι Homer. Iliad. ε, 317; ἐγχείη ἱεμένη χροὸς ἄμμεναι ἀνδρομέοιο Iliad. φ, 70.

275. *lumina flammis exarsere*, conf. ad I, 126, et Heyne ad Virg. Æn. VI, 300 (in V. L.), et XII, 101, 102. — 276. *diffulminat*, dissipat et contundit, instar fulminis; vocab. a poeta effictum. — 278. *commendat*, ornat sanguis membra, pulchriora facit, Mars. 279 sq. Similis locus Hom. Iliad. γ, 30... 37, ubi Paris, conspecto Menelao, *in sociis se condit*, ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, et αὖθις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων. Cf. et. Iliad. π, 813, et ε, 596 sq., ubi Diomedes Hectorem ἰδὼν ῥίγησε καὶ ἀνεχάζετο. Comparationes, quibus poeta utitur, passim reperias.

Hyrcana quum pressa tremit; vel territa pennas
Conligit accipitrem cernens in nube columba;
Aut dumis subit, albenti si sensit in æthra
Librantem nisus aquilam, lepus ore citato.
Ense ferit tum colla viri, dextramque micantem
Demetit, ac mutat successu sævior hostem.
 Stabat fulgentem portans in bella bipennem
Cinyphius; socerique miser Magonis inire
Optabat pugnam ante oculos, spe laudis, Isalces,
Sidonia tumidus sponsa, vanoque superbus

281. *prensa* R. 3, Parm. Medinl. Sed notionem *premendi*, hoc est urgendi, instandi, persequendi, aptiorem hoc loco esse, quam *prehendendi*, vel capiendi, docet Drak. Mox *pennis Remigat* quondam in mentem mihi veniebat. — 283. *dumis* scripti et (si Mediol. exceperis, in qua vitiose *divini* scriptum) omnes edd. antt. ante Basil. in qua primum *dumos* exstat. Utrumque recte dici exemplis evincunt Drak. ad h. l. et Heins. ad Ovid. Met. XIII, 611. Sed *dumis* per se doctius est; vid. Heyne ad Virg. Æn. VII, 161. — 284. *nisus* scripti, prob. Drakeo. quum *librare visus* sit undique circumspicere, at *librare nisus* intentius et omni nisu volare. Nam *librari* propr. dicitur hasta, quæ impetus augendi causa libratur et vibratur: unde ad volatum avium traducitur; vid. not. ad I, 317. Sed vulgata lect. *visus* non prorsus contemnenda propter locum Homeri, qui Silio ante oculos fuisse videtur, Iliad. ρ, 674 seqq. Πάντοσε παπταίνων, ὥστ' αἰετὸς, ὅν ῥά τε φασὶν Ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν, etc. *orbe citato* corrig. Barth. Adv. V, 15; quod non displicet N. Heins. et Drak. ita tamen, ut non ad aquilam referatur, sed ad leporem, per multos gyros orbesque refugientem. Ego potius olim suspicabar, poetam scripsisse *ore levato*, quo sensu *sublimi fugere anhelitu* dixit Hor. Od. I, xv, 31. Nunc video, eundem sensum vulgatæ tribui a Lefeb. quod tamen ab usu loquendi abhorret.

— 281, 282. *Hyrcana* ornat, ut ap. Virg. Æn. IV, 367. — Conf. Hom. Iliad. φ, 493 sq. — *pressa*, vid. varias lectiones — *pennas colligit*, forte alas, ad volatum jam expansas, contrahit, in columbarium recedit et volatum cohibet, ut fere *colligere gradum* VI, 399; VII, 695, nisi potius poeta expressit Maroniana, *Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas*, Æn. lib. V, 217, ubi videndi sunt interpretes. — *territa pennas Colligit*, ut πτώσσειν, vel πτήσσειν et ὑποπτήσσειν de avibus animalibusque, quæ frigoris, vel metus causa pennas et membra contrahunt. Conf. Kœppen ad Hom. Iliad. β, 312; δ, 476; ι, 634, et *Ephemerid. Goetting. a.* 1795, p. 84. — 285. *micantem*, jactantem, quatientem, Schmid. Sed vid. ad IV, 211. — 286. *mutat hostem*, uno dimisso alium adoritur, ut VI, 238; Conf. Burm. ad Val. Fl. VI, 614; Heins. ad eund. VII, 587, et ad Ovid. Met. XIII, 937.

288. *Cinyphius*, vid. ad II, 60, nisi h. l. et v. 296, simpl. est Libycus. — 290. *vano*, ob imminentem sponsi

Digitized by Google

Fœdere promissæ post Dardana prælia tædæ.
Huic inmittit atrox violentas Appius iras,
Conantique gravem fronti librare securim,
Altior insurgens, galeam super exigit ictum:
At fragilis valido conamine solvitur ensis
Ære in Cinyphio; nec dispar sortis Isalces
Umbonem incerto detersit futilis ictu.
Tum quod humo haud umquam valuisset tollere saxum,
Ni vires trux ira daret, contorquet anhelans
Appius, et lapsu resupino in terga cadentem
Mole premit scopuli, perfractisque ossibus urguet.
Vidit conjuncto miscens certamina campo
Labentem socer; et lacrimæ sub casside fusæ
Cum gemitu; rapidusque ruit: data fœdera nuper
Adcendunt animos exspectatique nepotes.
Jamque aderat, clipeumque viri atque inmania membra
Lustrabat visu; propiorque a fronte coruscæ
Lux galeæ sævas paulum tardaverat iras.

292. *Atrox* Col. Parm. Benes. *atras* Put. Vulgo *ovans*. Non male! — 295. *At*, non *Et*, Col. adsent. Dausq. — 297. *detersit* scripti et ant. edd. probb. N. Heins. et Drak. qui coll. XIV, 383, interpretatur: perstrinxit vano ictu, quem Appius super scutum excepit. Recte: nam Isalces *non dispar sortis* fuit, h. e. eodem irrito conatu, quo Appius, ictum dedit. Conf. not. sup. ad v. 273; *detorsit* Med. Marsi Veneta et recent. edd., h. e. repellere conatus, ut gladio nudum latus hauriret. — 298. *tollere*, non *vellere*, Col. — 299. *contorquet* et *resupino* Col. et R. 2. Vulgo *torquebat*, ut ap. Virg. Æn. XII, 901, et *resupina*. — 304. *rata* conj. N. Heins. h. l. et ad Ovid. Met. II, 757. Sed recte vulgatam ex VI, 517, firmari posse arbitratur; conf. Heyne ad Tibull. I, IX, 2.

mortem. — 294. *insurgens*, vid. ad I, 400. — 295. *solvitur*, confringitur, dissultat, *in ære* galeæ. — 296. *dispar sortis*, vid. Heins. ad Sabini Epist. I, 35. — 298 sq. Comparant Virg. Æn. XII, 896 sq., ubi vid. Cerda et Heyne. — 302. *conjuncto*, propinquo, vicino; vid. Gronov. ad Liv. XXII, 20, in gustu ad Stat. Th. VI, 250, et Diatr. ad Stat. c. 43. — 303. Femina ita generi jacturam excusatius queritur; Ernesti V. C. Sed non graviores ob causas heroes passim ap. Hom. lacrimant, et ipse Hercules apud Virgilium, Æn. X, 465, « ... magnumque sub imo Corde premit gemitum, lacrymasque effudit inanes. » — *socer*, Mago. — 304. *data fœdera*, sponsalia facta.

306... 308. Non male: si coll. v. 268 sq. et 329 sq., repulaveris,

Haud secus, e specula præceps delatus opaca,
Subsidens campo submissos contrahit artus,
Quum vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quamvis longa fames stimulet, leo; nunc ferus alta
Surgentes cervice toros, nunc torva sub hirta
Lumina miratur fronte; ac jam signa moventem,
Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.
  Hic prior intorquens telum sic Appius infit:
« Si qua tibi pietas, ictum ne desere fœdus;
Et generum comitare, socer. » Per tegmina velox

310. *Subsidet* Puteol. *Subsidit* Colon. et Oxon. quod recepit Lefeb. nec refragatur N. Heins. modo *et* post *campo* interponatur, quod probabilius est. — 313. *sub irca* Oxon. unde *hirqua* suspic. Barth. Adv. V, 15; quam nugacem correctionem ei in mentem venire potuisse mirabatur N. Heins. — 315. *Et sparsa in pugnas m.*, ut inf. XVII, 439, et ap. Virg. Æn. X, 455, aliquando conjiciebam, et nunc idem N. Heinsio, qui præterea *exspectat* scribendum putat, in mentem venisse video. Exquisitior certe loquendi forma est, quam illustravit Heyne ad Virg. l. c. et non intellexit Lefeb. qui hunc versum sic male lacessi existimat. — 316. *Huic*, ut v. 292, conj. N. Heins. — 317. *dictum fœdus*, ut *dicere legem* et similia, emend. Burm. dubitans, num *ici fœdus* de sponsalibus recte dicatur. Sed vid. Heyne ad Tibull. I, v, 7; ut taceam, in filiabus olim consensu et pacto signato despondendis non minus, quam in nuptiis coemtione, ἕδνοις vel usu et confarreatione contrahendis, fœdus quoddam initum fuisse, vel conseq. pro anteced. poni posse, unde Isalces quoque jam gener vocatur. — 319. *Cunta ærisque* vetus ed. teste N. Heins. unde *Cuncta*, in quod facile quis incidet, emend. Drakenb. quod recepit Lefeb. ut telum omnia tegmina, clipeo Magonis inducta, æreamque laminam tegminibus subtextam perforaverit. A vulgata lect. nimis abeunt conjecturæ N. Heins. *Suta ærisque moras*, (vid. eum ad Virg. Æn. X, 313) vel *Per tunicæque moras*, vel denique *Thoracisque m.* Præterea h. l. de clipeo agi, recte monet Drak. cui *Per cratisque moras* in mentem venit; *ferrique* pro *ærisque* e. Tell. a m. sec. quod et in textum R. 2, in qua *Tunc æris ferrique moras* exstat, irrepsit, etsi inepta merito glossa videtur Lefeb. qui copiose docet, quod vel tironibus notum est, veteribus æs pro ferro in usu fuisse, ut et hodie

quantus vir Appius fuisse fingatur. — 309... 313. Cf. Virg. Æn. X, 454 sq., ubi vid. Heyne. — 314, 315. *signa moventem. Et sparsa*, etc. Maroniana Ge. III, 234, 236, et Æn. XII, 106, ubi vid. Heyne. — 316. *infit*, paucis et amaris verbis, ut irati solent et heroes. — 318. *generum* in spe, cum irrisione. — *tegmina*, ut al. terga boum, corium taurinum, clipeo inductum, quod multiplex esse solebat, unde ῥινίας θαμειὰς dixit Hom. Iliad. μ, 296; σάκος ἑπταβόειον Ajacis, Iliad. η, 220; σάκος τετραθέλυμνον Teucri Iliad. ο, 479; πέντε σάκεος πτύχες Achillis Iliad. σ, 481. Cf. Heyne ad Virg. Æn. X, 783 sq.; Drak. ad h. l. Ernesti ad Callim. H. in Dian. 53, et inpr. Obss. Miscell. T. I, p. 32.

Tunc ærisque moras lævo stetit hasta lacerto.
At contra non dicta Libys, sed fervidus hastam
Perlibrat, magni donum memorabile fratris,
Cæso quam victor sub mœnibus ille Sagunti
Abstulerat Durio, ac spectatæ nobile pugnæ
Germano dederat portare in prælia pignus.
Telum ingens, perque arma viri, perque ora, doloris
Adjutum nisu, letalem pertulit ictum;
Exsanguesque viri conantis vellere ferrum
In vulnus cecidere manus : jacet æquore nomen
Clarum Mæonio, atque Italæ pars magna ruinæ
Appius : intremuere lacus, corpusque refugit
Contractis Trasymenus aquis; telum ore cruento

Siberiæ et Americæ populis. — 326. *Admissum* Put. *Adjunctum* Med. *pertulit*, non *protulit*, scripti præter Tell. Cf. cum Drak. Virg. Æn. X, 786; XII, 907. — 327. *viro conanti* malebat N. Heins. — 330. *tortusque* ex c. Tell. recepit Lefeb. coll. v.

— 319. *æris moras*, æs clipei, quod hastam morari poterat, ut IX, 218; Virg. Æn. XII, 541, « nec clypei mora profuit ærei. » Val. Fl. VI, 97 (ubi vid. Burm.), al. Drak. qui et recte monet, a Marso perperam *æris moras* ad loricam et galeam referri, quum hasta *in lævo lacerto stet*; vid. ad IV, 387, et I, 479.

321 sq. Hastam donum Hannibalis (is enim *frater* est et *victor*) facit, more poetarum, qui ita heroum arma ornant et commendant. Cf. XII, 224 sq.; XV, 260, XVI, 459 sq. inpr. Virg. Æn. V, 260 sq.; IX, 359; X, 700, ad quæ loca vid. Heyne. — 323. *Durio*, vid. I, 438. — 324. *dederat portare*, ut *donat habere*, δῶκε φέρειν, seu φορῆναι, δῶκεν ἄγειν, seu ἔχειν et ἀρέσθαι, ὄπασσεν κομίζειν et ὀπάσσαιμι φέρεσθαι, ap. Hom. Iliad. ο, 532; φ, 297; ψ, 151, 612; ω, 581, et al. Virg. Æn. V, 262; IX, 362; X, 701. — 325, 326. *doloris Adjutum nisu*, conf. ad II, 123.

328, 329. *æquore Mæonio*, campo Etrusco. cf. ad IV, 721. — *Clarum nomen*, etc. ejusmodi nominibus clarissimorum suæ superiorisque ætatis virorum carmen suum poeta exornare solet, inpr. lib. VIII. — *Italæ pars magna ruinæ*, ut ap. Virg. Æn. X, 737, et inf. VIII, 426; X, 223; Dausq. conf. Virg. Æn. II, 6; VII, 707; X, 427. — 330. *Appius* autem prænomen fuit antiquissimæ et nobilissimæ gentis Claudiæ, quæ et patricia fuit et plebeia, acerrimaque majestatis Patrum propugnatrix, quod vel tironibus ex Livio et Sueton. Tib. 1, 2, notum est. Cf. VIII, 412 sq. — Cf. ad I, 49, et III, 463. Ipsa oratio nimis fere turgida; sed v. 332, præclare summa adumbratur indignatio et rabies. Similiter Meges ψυχρὸν εἷλε χαλκὸν ὀδοῦσιν, ap. Hom. Iliad. ε,

Exspirans premit, atque admorsæ inmurmurat hastæ.
  Nec fati melior Mamercus corpore toto
Exsolvit pœnas, nulli non saucius hosti.
Namque per adversos, qua Lusitana ciebat
Pugnas dira manus, raptum cum sanguine cæsi
Signiferi magna vexillum mole ferebat,
Et trepida infelix revocabat signa suorum.
Sed furiata cohors, ausisque adcensa superbis,
Quodcumque ipsa manu gestabat missile, quidquid
Præbebat tellus, sparsis vix pervia telis,
Injecit pariter; pluresque in corpore nullo
Invenere locum perfossis ossibus hastæ.
  Advolat interea fraterni vulneris ira
Turbatus Libyæ ductor, visoque cruore,
Num lateri cuspis, num toto pondere telum
Sedisset, fratremque amens sociosque rogabat.
Utque metum leti procul, et leviora pavore

625. Non male! — 334. *hastæ* etiam legi posse notat N. Heins. — 336. *cæsi* Col. cum R. 2, et recentt. edd. *teli* Oxon. et Put. cum priscis edd. quod præferunt Dausq. et Scalig. si signiferi nomen sit, unde *Teli* dedit Cell. — 341. *pervid* Ox. quare *pervida*, quæ per tela vix cerni potest, suspic. Barth. Adv. V, 15, merito propterea vapulans censura N. Heins. qui conj. *quidquid... sparsi teli*, et mox, *Ingessit pariter*. — 342. *nullum* omnes libri scripti, teste et prob. Drak. ut non ea poetæ mens sit, neminem pluribus telis vulneratum esse, quam Mamercum; sed tot tela in corpore ejus stetisse, ut pluribus locus non fuerit. Non male! Sed τὸ *nullo* etiam ferri potest, quod in c. Col. et Tell. reperiri contendit Lefeb. — 343. Modius ex Col. restituit hunc versum, qui reliquis MSS. priscisque edd. deest, et in cujus vicem in edd. Basil., Colin. et Dausq. successit alius: *Unius hæserunt Romani militis hastæ*, qui acumen interpolatoris, lacunam utcumque explere conantis, redolet. — 347. *fratremque* scripti et R. 2. Pro vulgata *fremuit*.

75. — 332. *inmurmurat hastæ*, ut *terræ*, ap. Stat. Th. XI, 63; *iræ* inf. VII, 156; *insibilat ori* et *membris* IX, 517; XII, 616.

333. *corpore toto*, nullo non corporis membro saucius; Drak. coll. X, 513. — 334. *pœnas*, quarum causa v. 336 sqq. adfertur. — 341. *sparsis vix pervia telis*, tantum telorum in terra sparsum erat, ut vix iri posset; Barth. Adv. V, 15.

344. Manifesta imitatio Virgilii, Æneid. lib. X, v. 383... 424, ubi videndus est Heyne et Excursus IV. Sed non minus Silio ante oculos fuisse videtur Homer. Iliad. δ, 148... 219, ubi Agamem non similiter ad fratris vulnus expavescit, et Menelaus, data fide, illud non letale esse, metum ejus levat. — 348. *leviora pavore*, vulnus levius esse, quam metuebat.

Cognovit, proprio tectum gestamine præceps
Ex acie rapit, et tutis a turbine pugnæ
Constituit castris. Medicas hinc ocius artes,
Et senioris opem Synhali vocat : unguere vulnus
Herbarum hic succis, ferrumque e corpore cantu
Exigere, et somnum tacto misisse chelydro,
Anteibat cunctos : nomenque erat inde per urbes
Perque Parætoniæ celebratum litora Syrtis.
Ipse olim antiquo primum Garamanticus Hammon
Scire pater dederat Synhalo, morsusque ferarum,
Telorumque graves ictus sedare medendo.
Atque is deinde suo moriens cælestia dona
Monstravit nato, natusque heredis honori
Tramisit patrias artes; quem deinde secutus
Haud levior fama Synhalus, Garamantica sollers
Monstrata augebat studio, multaque vetustum

que perperam stat Dausq. — 352. *Synhali*, non *Synali*, Col. ubique. — 354. *tacto* scripsi; vid. ad I, 412, et III, 302. Vulgatum *toto* contradicendi studio tuetur Dausq. *torto*, scilicet in gyros, vel orbes, corrig. Marsus et D. Heins. *tacito* Parm. *immisisse* conj. N. Heins. Sed. vulgata doctior. — 361. *Monstravit* scripsi, quod testatur N. Heins. sed negat Lefeb. qui propterea vulgatam *Monstrarat* revocavit. — 363. *Haud melior* Put. R. 3, Med. *lenior famæ* suspic. N. Heins. qui ejusmodi elegantias ubivis sectatur; vid. ad IV, 542; *forma* Ox. et Put. cum R. 3; et Med.

349. *gestamine*, clipeo. — 353. Veteres ἰατροὶ, quod notum, sola fere vulnera sanabant, et quidem *herbarum succis*, φαρμάκοις (Hom. Iliad. δ, 191, 218; ε, 900; λ, 829), et *cantu*, h. e. incantatione (ut sup. III, 301), ἐπαοιδῇ Hom. Odyss. τ, 457; Pind. Pyth. III, 91. — 354. *Exigere*, extrahere et innoxium facere carmine magico; Schmid. — *somnum tacto misisse chelydro*, cf. ad I, 412. — 355. *Anteibat ungere*, ut *Martem regere haud cederet Hannibali* VI, 307 sq., διαφέρει τὸ φρονεῖν, et alia. — 356. *Parætoniæ Syrtis*, vid. ad III, 225.

357. *Garamanticus Hammon*, confer ad lib. I, vers. 414. Is Synhalum, hujus Synhali proavum, quoniam in arte medica excelluerat, ipse eam docuisse fingitur, ut Chiron Machaonem Iliad. δ, vers. 219, et Apollo Iapidem Virgilii, Æneid. lib. XII, 391. — 358. *Scire dederat*, vid. ad v. 324. — 361. *heredis honori*, claro heredi, ut *virtus Catonis*, *sapientia Lælii*, etc. (vid. ad IV, 599), vel heredi, in ejus honorem, seu tanquam munus. — 363, 364. *Garamantica Monstrata*, ut supra, *cælestia dona* et mox *proavita medicamina*, quorum usum *monstraverant*, vel docuerant Hammon et proavus.

Hammonis comitem numerabat imagine patrem.
Tum proavita ferens leni medicamina dextra
Ocius, intortos de more adstrictus amictus,
Mulcebat lympha purgatum sanguine vulnus.
At Mago, exuvias secum, cæsique volutans
Hostis mente necem, fraternas pectore curas
Pellebat dictis, et casum laude levabat:
« Parce metu, germane; meis medicamina nulla
Adversis majora feres: jacet Appius hasta
Ad manes pulsus nostra: si vita relinquat,
Sat nobis actum est; sequar hostem lætus ad umbras. »
Quæ dum turbatos avertunt æquore campi
Ductores, valloque tenent; ex agmine Pœnum
Cedentem consul tumulo speculatus ab alto,
Atque atram belli castris se condere nubem,
Turbidus extemplo trepidantes milite mæsto
Invadit cuneos, subitoque pavore relaxat

365. *patrum* emend. N. Heins. vel v. 358, *patri*. Sed auctor etiam generis, et proprie forsan, *pater* dicitur. — 377. Hunc et seqq. versus Marsus in ed. Veneta a. 1492, inf. libro VI, intexuit, et lib. VI, vss. 96, 141, huc retraxit, quem errorem, quales in ed. Dausq. passim depreheodas, primum a se ootatum miratur Lefeb. Ceterum vulgo male post *Pœnum*, non post *t nent* distingui monuit N. Heins. qui v. 380, *milite lecto* cooj. ut *multo* Burm. oon improb. Drak.

366. ἤπια, vel ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων Iliad. δ, 218; ε, 900; λ, 829. — 367. *de more* medicorum, quo expeditiores essent vulneribus sanandis; Draken. qui laudat Gevart. Lection. Papin. c. 34, et Gonsal. ad Petron. c. 19. Cf inpr. Virg. Æn. XII, 400 sq., et ibi Heyne Exc. IV. — 368. Cf. Hom. Iliad. λ, 828, 844, et inf. ad VI, 91. — 371. *laude*, vid. ad v. 114. — 372. *Parce metu*, ut ap. Virg. Æn. I, 257. — 373. *Adversis meis*, mihi in calamitate mea non melius remedium et solatium adferes morte Appii. Cf. X, 44, 45.

376 sqq. Similiter Turnus, Ænea I. sancio ex pugna subducto, plenus spei in hostes inruit, Æn. XII, 324 sq. — *æquore campi*, ut Æn. VII, 781. — 379. *Atra belli nubes*, Hannibal cum fratre et comitibus, qui nubem telorum sparserant, vel potius Hannibal solus, ut Μάντιν Οἰκλείδαν πολέμοις νέφος dixit Pind. Nem. X, 16, et *fulmina belli* Virg. Æn. VI, 843; cf. sup. ad I, 311. — 380. *milite mæsto*, vel ad Pœnos (quæ ratio præstat), ob discessum Hannibalis vulnusqueMagonis tristes, vel ad Romanos, propter Appii mortem mæstos, referri posse, monet Drak. De ira adcipit Lefeb. coll. Val. Fl. V, 568. — 381 sq. *te*-

Jam rarescentes acies : tum voce feroci
Poscit equum, ac mediæ ruit in certamina vallis.
Sic ubi torrentem crepitanti grandine nimbum
Inlidit terris, molitur Juppiter altas
Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia cælo,
Intremuere simul tellus, et pontus, et æther,
Ipsaque commoto quatiuntur Tartara mundo.
Incidit adtonitis inopino turbine Pœnis
Haud secus inprovisa lues, gelidusque sub ossa
Pervasit miseris conspecti consulis horror.
It medius, ferroque ruens densissima, latum

385. Formam loquendi *Alpes fulmine moliri*, quæ proprie a fundamentis et radicibus eruere ac transponere significet, non concoquebat Burm. et ad exemplum Virg. Ge. I, 329, emendabat, *molitus J. alto* (ex cælo) *Fulmina; nunc Alpes, nunc m. C. c. Intremuere; simul*, etc. quod probare videtur Drak. et recepit Lefeb. *Fulmina* Put. et R. 3; vid. not. *Jaculatus* conj. Withof. — 391. *conspecti*, non, ut vulgo, *conspectus*, scripti cum R. 3, Parm. Med. Veneta Marsi et Martini Herbip. *conspectu* volebat Davis. ad Cic. Tusc. Qu. III, 22. Sed τὸ *conspecti* doctius.

laxat Jam rarescentes acies, dissolvit jam minus densos militum ordines, ut XVII, 427; Cf. Heyne ad Virg. Æn. III, 411.

384. Poeta egregie in rem suam convertit, et magis exornavit locum Virg. Ge. I, 328 sq., ubi vid. Heyne. — *crepitanti* in tectis, ut ap. Virg. Ge. I, 449. — 385. *moliri* h. l. est vel simpl. movere, quo sensu centies obvium est, (vid. ad I, 645) vel jacere, (v. e. monente Drak. *molitus sagittas* et *robora* dixere Ovid. Met. V, 367, et Stat. Th. VI, 539) et hoc exquisite pro ferire, percutere, *nach etwas werfen*, ut passim βάλλειν, ἀκοντίζειν, et *jaculari*, ut *rubente dextera sacras jaculatus arces*, ap. Hor. Od. I, II, 3, quæ verba nostris ita prorsus responderent. — 386. *Ceraunia*, τὰ Κεραύνια (vid. ad IV, 363), vel *Ceraunii* montes (hod. *il monte della Chimera*) a κεραυνῷ, fulmine, quo propter altitudinem sæpius percutiuntur, sic dicti, qui in Epiri litore in mare procurrunt, et prominente jugo, seu promont. Ionium mare ab Hadriatico dirimunt. Cf. ad VIII, 630, et Jani ad Horat. Od. I, III, 20, ubi *alta Ceraunia*, ut h. l. — *mixta cælo*, et ὄρη ἠλίβατα, ap. Dionys. Per. 389. Alii *montes Ceraunii* sunt in Asia inter Euxinum et Caspium mare.

389. *turbine* gravius quam impetu. — 390. *lues*, ut *pestis* et λοιμὸς, calamitas, pernicies, vel ipse consul, vir pestifer.

392. *ruere* transitive est facere ut aliquid ruat, agere, movere, eruere, prosternere, impellere, perrumpere. Conf. Lucr. I, 173; Virg. Æn. I, 35; XI, 211; Ge. I, 105; II, 308, et Intpp. ad Val. Fl. III, 102. — *densissima*, hostium

Pandit iter: clamor vario discrimine vocum
Fert belli rabiem ad Superos, et sidera pulsat.
Ceu pater Oceanus quum sæva Tethye Calpen
Herculeam ferit, atque exesa in viscera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.
Dant gemitum scopuli; fractasque in rupibus undas
Audit Tartessos latis distermina terris,
Audit non parvo divisus gurgite Lixus.
Ante omnes jaculo tacitas fallente per auras
Obcumbit Bogus, infaustum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutulos contorserat hastam.
Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotum

395. *sævior æthere C.* libri editi; *sævo sub æthere* Put. *scene cetre* Oxon. si fides habenda Barth. Adv. V, 15. Sed *sævæ cetre*, teste N. Heins. *sæva cethye* Col. unde *sæva Tethye* ingeniose corrig. idem Heins. quod cum Draken. et Lefeb. recipere non dubitavi; conf. Heins. ad Ovid. Met. VII, 297, et ad Claud. R. P. II, Præf. v. 45. — 396. *atque* scripti et R. 2. Vulgo *et*, quo in metro non peccari putabat Drosq. coll. IX, 335; Claud. Gigant. v. 60, et Ovid. Epist. XVI, 141, quæ loca ulceribus, librariorum manu inflictis, fraudi ei fuisse, ad illa et ad h. l. docuit N. Heins. qui tamen *exesi* malebat, cui conject. non tam exempla, a Drak. congesta, favent, quam mos librarr., adjectiva et partic. ad propius vocab. flectendi. Sed nec vulgata male se habet. — 398. Forte leg. *fractosque in r. æstus*, et vox *undas*, quæ modo præcessit, ex interpretam. et marg. in textum irrepsit.

globos ordinesque densissimos. — 393. *Clamor* et Pœnorum, et victorum, qui παιᾶν' ἐφύμνουν, ut ap. Æschyl. Pers. 393. — 394. *sidera pulsat clamor*, ut *lacessit* XVII, 387, et *ferit sidera*, Virg. Æn. II, 488; V, 140.

395 seq. Clamorem pugnantium fragori ventorum et undarum, scopulis litorique inlisarum, comparat Silius, exemplo Homer. Iliad. ξ, 394 sq. — *pater Oceanus*, cf. ad I, 606, et Virg. Ge. IV, 382. — *Tethys*, Oceani soror et conjux. — *sæva*, maris epith. ut alibi *alta*, *cana*, *vaga Tethys*. — *Calpen ferit*, cf. Lucan. I, 554. — 396. *Herculeam*, quia una ex columnis Herculis. Cf. I, 141. — 397. *pelagus*, fretum Gaditanum, ut v. 400 *gurges*. — *latrantibus undis*, vid. ad III, 471. — 398. *Dant gemitum scopuli*, στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί Sophocl. Antig. v. 603; Ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον, Hom. Il. φ, 10. — 399. Hyperbole, qualis IX, 468, 469, et XVII, 596; vid. Burm ad Val. Fl. II, 620. — *Tartessos*, cf. ad III, 399. — 400. *non parvo gurgite*, Herculeo freto. — *divisus* a Calpe. — *Lixus*, fl. et urbs; vid. ad III, 258.

401 sqq. Cf. IV, 131 seq. — *jaculo fallente*, ut ap. Virg. Æn. X, 754, ubi vid. Heyne. Sic *tacita penna* v. 446. — 404. Imitat Virg. Æn. X, 548 sq. — *Clotho*, vitæ filum, quod Clotho κλώθειν, nere

Crediderat, vanis deceptus in alite signis.
Sed non augurio Parcarum inpellere metas
Concessum cuiquam: ruit inter tela cruentis
Suspiciens oculis cælum, Superosque reposcit
Tempora promissæ media jam morte senectæ.
Nec Pagaso exsultare datur, ne inpune relictum
Consulis ante oculos vita spoliasse Libonem.
  Laurigeris decus illud avis navaque juventa
Florebat: sed Massylus subciderat ensis
Pubescente caput mala, properoque virentes
Delerat leto bellator barbarus annos.
Flaminium inplorasse tamen jam morte suprema
Haud frustra fuit: avulsa est nam protinus hosti

405. *navis* Ox. — 406. *Parcarum telas* conj. N. Heins. Non male! Insolentior certe duplex metaphora, a Parcis et meta circi petita, nec uspiam *Parcarum metas* reperire memini. — 410. *Pagaso* Col. quo nomine a Virg. Æ. XI, 670, adpellatur comes Æneæ, qui cum forte ex Africa secutus est, et ad quem Silius respicere potuit, judice Drak. *Bigaso* Ox. Put. R. 3 Parm. Med. Vulgo *Basago*, vel *Bagaso*. Vocem *ne*, quæ e. Oxon. deest, prorsus expungendam censebat Barth. Adv. V, 15, ut *Pagasus* exsultare voluerit, cædem Libonis impune sibi relictam. *Nec P. e., dotur ne i. r.* Col. quod et conjecerat Dausq. *Nec P. e. datum*, *atque* i. r. audacter emend. N. Heins. quod tamen recepit Draken. Vulgatam lect. recte, puto, servavit Lefeb. nisi forte *datum* præstiterit; vid. Obs. — 411. *vita*, non *victum*, scripti. — 412. *navaque* Col. vid. ad I, 549. Vulgo *vanaque*, quia juvenis interiit, Dausq. et Cell. Male! — 416. *voce suprema* conj. N. Heins. Sed conf. quos Drak. laudat. Virg. Æn. II, 447; Stat. Th. III, 69; Gonsal. ad Petron. c. 89, et inpr. Bentl. ad Horat. Epist. II, II, 173. — 417. *jam* Col. Locus de mendo suspectus credebatur. — 405. *vanis in alite signis*, vano augurio. Cf. XIII, 820.

406. Orationis color qualis ap. Hom. Iliad. β, 858 sq.; Virg. Æn. VII, 756; IX, 327, 328; ad quæ loca vid. Heyne et Cerda. — *metas Parcarum*, terminum vitæ fatalem, ut *metas mortis*, *ævi*, etc.; cf. V. L. — *inpellere*, propellere, procul amovere, prorogare. — *augurio* et ejus interpretatione. — 407. *cruentis*, iratis, vel pro *cruentus*, cruoris cupidus. — 410. Cf. Virg. Æn. X, 550. — *ne* possit esse pro *ne quidem*, vid. Davis. ad Cic. Fin. I, 16, et Burm. ad Sueton. Aug. 35. Sed præstat adcipere pro *nedum*, μήτι, μὴ γὰρ, μὴ δῆτα, μὴ εἶεν, μὴ ὅτι, et jungere cum verbis. — 411. *Consulis ante oculos*, quæ summa Pagasi audacia erat, et digna quæ puniretur. Sic τὸ *ne* occurrit ap. Cic. ad Div. IX, extr. et Verr. IV, 23; conf. Gron. ad Liv. III, 52, extr. et Cort. ad Sallust. b. Cat. 11, fin. — *Libo* cognomen Scriboniæ gentis, de qua vid. Ern. clav. Cic., Indices Tac. et Livii, et, quos Dausq. laudat. Prop. IV, II, 31; Sen. Ep. 70; Plin. XXXVI, 15; Eutrop. II, 9, extr. Dion. et Cassiod.

412. *Laurigeris avis*, majoribus

Ore simul cervix; juvit punire feroci
Victorem exemplo, et monstratum reddere letum.
Quis Deus, o Musæ, paribus tot funera verbis
Evolvat, tantisque umbris in carmine digna
Quis lamenta ferat? certantes laude cadendi
Primævos juvenes, mortisque in limine cruda
Facta virum, et fixis rabiem sub pectore telis?
Sternitur alternus vastis concursibus hostis:
Nec spoliare vacat, prædæque advertere mentem.
Urget amor cædum, clausis dum detinet hostem
Fraternum castris vulnus, funditque ruitque
Nunc jaculis, nunc ense, modo inter millia consul
Bellantum conspectus equo, modo Marte feroci
Ante aquilas et signa pedes. Fluit inpia rivis
Sanguineis vallis, tumulique et concava saxa

videbatur N. Heins. — 419. *Auctorem*, qui auctor ejus exempli fuerat, suspic. N. Heins. quo auctore etiam τὸ *et*, quod omnibus libris deest, invexi cum Drak. — 421. *Evolvat* Col. Vulgo *Evolvet*, et quidam *Evolvens*. — 423. *limina* Ox. *cruda*, non *crudæ*, Col. et Ox. — 424. *sub pectore* Col. Vulgo *s. pectora*, prob. Lefeb. Conf. Virg. Æn. VI, 101; VII, 457; IX, 718; ubi vid. Heins. et Heyne. — 429. Major distinctio post *ense* tollenda videtur, ut verba *funditque ruitque consul* jungantur. — 431. *intima* malebat N. Heins. vel *invia*, ut sup. v. 341; quod

triumphalibus. — *decus* Italiæ, ut ap. Virg. Æn. XI, 508. Juventutis notio variis modis declaratur. — 418 sq. *Ore simul*, vid. ad III, 268. — *juvit punire Victorem* audaci, quod ille præbuerat, exemplo, et eodem leti genere, quod ipse monstraverat, quo Libonem adfecerat. — *feroci exemplo*, crudeli morte, avulsa nimirum cervice: nisi mavis jungi *victorem feroci exemplo* h. e. simpl. ferocem, sævum, quasi dicas exemplar victoris ferocis; Ern. Sed hæc ratio durior est, et h. l. *monstratum letum* respondet *feroci exemplo*.

420. Imitat. Virg. Æn. II, 6...8, et 361 seq. — Cf. sup. II, 650 seq. — 421. *tantis umbris*, tantorum virorum morti, cf. ad VIII, 146. — 423, 424. *cruda facta*, vid. ad I, 405, et observa h. l. copiam verborum. — 427. *hostem*, Hannibalem.

431, 432. *inpia vallis*, Lefeb. dicta videtur, ut lib. VII, v. 48; *porta scelerata* (propter cædem Fabiorum, qui ea exierant) et ap. Stat. Th. VIII, 141, *currus humus inpia sorbet*. Drak. quoniam gentilem Romanorum sanguinem tam avide bibit, quod Africa non nisi *invita* fecisse dicitur XVII, 417. Omnino tenendum est, *inpia* poetis etiam dici tristia, noxia, abominanda, v. c. Ovid. Am. I, VIII, 104; Plaut. Most. II, II, 73; Horat. Od. II, XVII, 22, ubi vid. Jani et Lambin. Similiter *inprobus*, ap.

Armorum sonitus, flatusque imitantur equorum.
Miscebat campum, membrorum in prælia portans
Celsius humano robur, visaque paventes
Mole gigantei vertebat corporis alas
Othrys Marmarides : lati super agmen utrumque
Ingens tollebant humeri caput; hirtaque torvæ
Frontis cæsaries, et crinibus æmula barba
Umbrabat rictus; squalore huic hispida diro,
Et villosa feris horrebant pectora sætis.
Adspirare viro propioremque addere Martem
Haud ausum cuiquam : laxo ceu bellua campo,
Incessebatur tutis ex agmine telis.
Tandem, vesanos palantum in terga ferenti
Cum fremitu vultus, tacita per nubila penna
Intravit torvum Gortynia lumen arundo,
Avertitque virum. Fugientis ad agmina consul
Intorquet tergo jaculum, quod tegmine nudas
Inrupit costas, hirtoque a pectore primum

non improbat Draken. Sed. vid. not. — 440. *hic* Put. Non male, si mox *horrebat* e c. Col. recipias. — 442. *mortem* quædam edd. — 443. *ausum*, non *visum*, scripsi et R. 2; *Haud virtus cuiquam* conj. Withof. quasi imitator Virgilii ipsis ejus verbis utatur necesse sit. — 444. *tutis* Col. *cutis* R. 2, proxime verum. Vulgo *cunctis*. Sed τὸ *tutis* aptius est et confirmatur loco Virg. Æn. X, 713. — 450. *Irrupit* et *ostendit* scripsi. Vulgg. *Irrumpit* et *ostentat*; *e pectore* maluerit N Heins.

Virg. Ge. I, 119, 388, 431; Æn. II, 80; IV, 412, al. — 433. *imitantur*, ut ap. Virg. Ge. IV, 72, unde Echo ibid. v. 50, et Horat. Od. I, xii, 4; xx, 8; *vocis imago* dicitur. — *flatus*, ut ap. Virg. Æn XI, 911, « flatusque audivit equorum. »

434. sq. *Miscebat campum*, h. e. prælia, vel agmina in campo, vid. ad I, 69, et Heyne ad Virg. Æn. X, 721. — 437. *Othrys*, mons, et h. l. magnæ molis homo, cujus species, luxurioso ornatu depicta, non minus terribilis, quam Cryxi sup. IV, 250 sq., 277 sq. — 440. *hispida* et *villosa pectora sætis*, ut Caci, ap. Virg. Æn. VIII, 266; λάσιον κῆρ, στήθεα λάσια et λαχνήεντα, ap. Hom. Iliad. α, 189; β, 743 et 851, ad quæ loca vid. Kœppen.

442... 444. Comparant IX, 611, et, quem Silius utroque loco expressit, Virg. Æ. X, 712 sq.; cf. sup. ad v. 269. — *propiorem addere Martem*, cominus pugnare. — *tutis*, ex tuto remotoque loco emissis. — 445. *palantum*, fugientium Romanorum. Cf. ad II, 162. — 446. *tacita penna*, vid. sup. ad v. 401. — 447. *Intravit*, penetravit. — *Gortynia arundo*, vid. ad II, 90, 101. — 450. *a pectore*, e pectore pro-

Mucronem ostendit: rapidus convellere tentat
Qua nasci ferrum fulgenti cuspide cernit,
Donec, abundanter defuso sanguine, late
Procubuit moriens, et telum vulnere pressit:
Spiritus exundans vicinum pulvere moto
Perflavit campum, et nubem dispersit in auras.
  Nec minor interea tumulis silvisque fremebat
Diversis Mavors, variaque per ardua pugna,
Et saxa et dumi rorantes cæde nitebant.
Exitium trepidis, letique et stragis acerbæ
Causa Sychæus erat: Murranum ille eminus hasta
Perculerat; quo non alius, quum bella silerent,
Dulcius OEagrios pulsabat pectine nervos.
Obcubuit silva in magna, patriosque sub ipso
Quæsivit montes leto, ac felicia Baccho

et v. 451, *rabidus*, h. e. vulneris accepti dolore furens: quod feritati hujus semiferi exprimendæ magis conveniat. Vulgatam e VI, 256, firmari docet Drak. *rapidus* est pro rapide, raptim. — 454. *telum in v. p.* volebat N. Heins. *pondere* reposuit Lefeb. coll. Lucan. III, 725; unde perperam id petitum putat. — 458. *Diversis* scripti et R. 2, probb. N. Heins. Drak. et Lef. coll. XVII, 547. Vulgo *fremebat Diversus*, h. e. a diversis partibus sæviebat, ut *minor* pro minus. — 459. *tepebant* maluerit N. Heins. et alius forte *natabant*, vel *rubebant*, vel *madebant*. Sed *dumi cæde*, φόνῳ, sanguine, *nitent*, ut caput unguentis, et humeri oleo (Æn. V, 135), *nitere*, h. e. madere, vel in purpura fulgere et ardere dicitur. Cf. ad I, 126, et Jani ad Hor. Od. I, IV, 13; II, VII, 7. — 463. *OEbalios* conj. N. Heins. quia Græci et Romani secundam syll. voc. *OEagrius* producere solent. Sed vid. ad IV, 776; *pulsavit* Col. — 465. *felicia Bacchi*, ut *f. famæ*, *uteri*, *necis*, *leti*, etc. Heinsius.

minentem, exstantem, ut contra *a tergo* II, 120. — 452. *nasci*, se ostendere, adparere, exstare, prominere. — 453. *late Procubuit moriens*, κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ, Hom. Iliad. π, 776; σ, 26; Odyss. ω, 40. — 454. *telum vulnere pressit*, ut *ore* sup. v. 332, vel *ore tenet presso* VII, 719, corpori vulnerato impressit, vel denique vulnere condidit, texit, ut ap. Virg. Æn. IV, 147; IX, 612, al.

461. *Sychæus*, cf. III, 245 seqq. — 463. *nervos OEagrios*, lyram, qualis erat Orpheo Thraci: nam OEagrus Orphei pater, (vid. Hyg. f. 14; Ovid. in Ibid. 482; Apol. I, 25, et alios ap. Dausq.) vel certe Thraciæ rex.

465. *quæsivit montes patrios*, quia oculus morientis vix adhuc res externas cognoscere potest. — *felicia Baccho*, feracia uvis, vid. ad IV, 357. Surrentini colles vitiferi, et vinum Surrent. in generosis Italiæ; vid. Stat. l. c. v. 4 sq.; Plin. XIV, 8; XXIII, 1; Hor. Sat. II, IV, 55; Ovid. Met. XV, 710, et Mar-

Æquana, et Zephyro Surrentum molle salubri.
Addiderat misero comitem, pugnæque ferocis
Gaudebat tristi victor novitate Sychæus.
Palantes nam dum sequitur, pervaserat altam
In silvam, et priscæ reclinis ab ictibus ulmi
Terga tuebatur trunco, frustraque relictos
Tauranus comites suprema voce ciebat.
Transegit juvenem, ac perfossis incita membris
Hæsit in obposito cuspis Sidonia ligno.
Quid vobis? quænam ira Deûm, vel mente sinistra
Quæ sedit formido, viri? qui, Marte relicto,
Ramorum quæsistis opem : non æquus in artis

sio non in mentem venisse mireris. — 470. *reclinis* scripti, quod jam conjecerat Dausq. Vulgo *reclivis*, quod de loco, ut illud de homine adhiberi docet Drak. et, quos laudat, Intpp. ad Virg. Æn. X, 835; Heins. ad Val. Fl. II, 92; ad Ovid. Met. XV, 737; Barth. ad Stat. Th. I, 388, et Silv. I, II, 161, etc. — 474. *Exit* Oxon. — 475. *Quæ vobis?* malebat N. Heins. — 477. *artis*, non *arctis?* Col. ubivis et passim optimi quique codd. vid. Stœber. ad Manil. p. 525; Ill. Harles. ad Cellar. Orthog. p. 180; et, quos Drak. ad VI, 194, et VII, 280, citavit, Bentl. ad Hor. Od. III, XII, 11; Pier. ad Virg. Æneid. I, 293; II, 146; Gron. ad Sen. Œd. v. 277; Broukh. ad Tibull. I, v, 53; Lambin. ad Lucret. I, 71; Castal. ad tial. XIII, 110. — 466. *Surrentum*, Murrani patria, urbs Campaniæ maritima (hod. *Sorrento*), prope quam est vicus Æquensis, unde h. l. *Æquana*, scilicet juga; vid. Cluver. Ital. ant. IV, 3, pag. 1161, et Holsten. in Ortel. pag. 6; Locus class. est Stat. Silv. II, 2, tot. — *molle Zephyro*, cf. Stat. l. l. v. 26 sq.

467. *Addiderat misero* Murrano *comitem* mortis Tauranum, ut apud Virgil. Æneid. XII, 362. — 468. *novitate*, insolentia *pugnæ* ac cædis, quæ v. 473, 474, describitur. — 471. *Tauranus*, *reclinis trunco priscæ ulmi... frustraque ciebat comites relictos*, quos sequutus, sed nondum adsequutus erat; Lemaire.

475. Commentum poetæ, ad quod lectores prologo quodam præparavit, ad animos eorum rerum varietate excitandos, et ad magnitudinem formidinis adumbrandam aptissimum. Conf. VII, 667 sq. et, ne totam hanc scenam ab ipsa rerum natura narrationisque probabilitate alienam, vel adeo absurdam censeas, Tac. Ann. II, 17, extr. ubi timor idem intutum subfugium suasisse dicitur Cheruscis, quorum « quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis, per ludibrium figebantur; alios prorutæ arbores adflixere. » Ibid. Gronov. locum simil. Dionis laudavit. — 476. *Marte* pro campo. — 477. *Non æquus*, iniquus, malus, vel noxius (vid ad

Nimirum rebus suasor metus: arguit asper
Exitus eventu pravi consulta timoris.
Annosa excelsos tendebat in æthera ramos
Æsculus, umbrosum magnas super ardua silvas
Nubibus insertans altis caput, instar, aperto
Si staret campo, nemoris, lateque tenebat
Frondosi nigra tellurem roboris umbra.
Par juxta quercus, longùm molita per ævum
Vertice canenti proferre sub astra cacumen,
Diffusas patulo laxabat stipite frondes,
Umbrabatque coma summi fastigia montis.
Huc Hennæa cohors, Triquetris quam miserat oris
Rex, Arethusa, tuus, defendere nescia morti

Rutil. Itin. II, 20. Rectios tamen *arctus* scribi crediderim, ab *arceo*, h. e. contineo. — 479. Forte poeta scripsit, *arguit asper*, infelix, *Exitus inventa et pravi c. t.* vel *inventi*, vel *eventi*. — 480. *in*, non *ad*, scripti. — 481. *Æsculus*, non *Esculus*, Col. et priscæ edd. Conf. Heins. ad Virg. Ge. II, 16, et Serv. ad Ge. II, 291. — 483. *tegebat* emend. D. Heins. frustra. — 484. *nigra* Col. Put. R. 2. — 489. *Hennea* Col. *Henca* Ox. *Æneam* Put. Vulgo *Ætnæa*; vid. ad I, 93. — 490. *morti*, non *morte*, Col. et R. 2; vid. not.

III, 260). — 478. *suasor metus*, ut, monente Drak. *Pessimus in dubiis augur timor*, ap. Stat. Th. III, 6, ubi vid. Barth. — 485. *molita*, vid. ad I, 645. — 486. *Vertice canenti*, ob senectutem. — 488. *coma*, conf. ad IV, 682. Ceterum in toto h. l. a v. 480...488, expende varios altitudinis designandæ modos.

489. Poeta, ne Romanorum virtuti labem adspergeret, Siculos, auxilio ipsis ab Hierone rege, sed, Livio teste, post hanc demum pugnam (vid. ad VIII, 613 *sq.*) missos, præ metu in arbores adscendisse comminiscitur. — *Hennæa*, vid. ad I, 93. — *Triquetra*, nomen Siciliæ, a tribus promont. ut *Trinacria*, vel a figura potius triquetra, teste Plin. III, 8, pr. *Triquedram* a tribus quadris dicendam putabat Schol. ad Hor. Sat. II, vi, 55; conf. Quintil. I, vi, 30. — 490. *Arethusa*, notus Siciliæ fons ad Syracusas; vid. ad XIV, 53 sqq. — *defendere*, arcere, prohibere, propulsare, ut passim, vid. Drak. ad VII, 170, et XIII, 99. *Defendere dedecus morti*, a morte avertere, ut *dedecus leto arcere* IX, 370, vel pro, defendere mortem a dedecore h. e. fortiter in pugna cadere. Sic *ἀρῆξαι φόνον τέκνοις*, dixit Eurip. in Med. et *ἀμύνειν νηυσὶ πῦρ*, Hom. Iliad. ι, 435; *ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύναι*, Iliad. μ, 334; *ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι*, Iliad. ο, 736; conf. et Odyss. θ, 525; Heyne ad Virg. Ecl. VII, 47; Jani et Lamb. ad Hor. Od. I, xvii, 3; Intpp. ad Plaut. Mostell. IV, ii, 20, et inpr. Heins. ad Ovid. Her. V, 16, et ad Claud. Cons. Stilic. III, 171. —

Dedecus, et mentem nimio mutata pavore,
Certatim sese tulit, adscendensque vicissim
Pressit nutantes incerto pondere ramos.
Mox alius super, atque alius consistere tuto
Dum certant, pars excussi; nam fragmine putri
Ramorum, et senio male fida fefellerat arbor:
Pars trepidi celso inter tela cacumine pendent.
  Turbatos una properans consumere peste
Conripit æratam jam dudum in bella bipennem,
Deposito clipeo mutatus tela, Sychæus.
Incumbunt sociæ dextræ, magnoque fragore
Pulsa gemit, crebris subcumbens ictibus, arbos.
Fluctuat infelix concusso stipite turba;
Ceu Zephyrus quatit antiquos ubi flamine lucos,

494. *Mox*, non *Moxque*, Col. — 498. *una peste* Col. Parm. Med. Vulgo *ima p.*, arbore ab imo excisa, Mars. — 499. Vulgg. *in colla*, quod probat N. Heins. si auctore Gron. Obss. I, 13, *elatam* refingatur pro *æratam*, quod adstruit ex Val. Fl. V, 614, ubi vid. Burm. *in colle* ed. Basil. quod non displicebat Dausq. Utrumque, certe posterius, languet, nec verbis *jam dudum* satis convenit; *in bella* scripti, quod cum Modio recte, opinor, amplectuntur Dausq. Cell. Drak. et Lefeb. qui tamen male interpretatur: « *jamdudum*, h. e. statim corripit bipennem ex ære, (ut αὐχένα κόψας χαλκείῳ πελέκει dixit Apollon.) quam in, vel ad bella gerebat; ut *aqua in potum*, *panis in cibum*, *pecunia in bellum*, etc. Notus idiotismus et locus clarus, licet non intellectus Gronovio nec aliis. » Præstat Dausq. ratio: olim in usus belli præparatam; etsi vix dubito, quin poeta scripserit, *aptatam jamdudum in bella*, ad belli usum, non ad arbores cædendas, vel *ad rura factam*, ut VIII, 550; Ill. Ernesti simplicius putat dicere, omnem formulam instar epith. orn. elatam, pro bipenni bellica, *ærata* securi Æn. XI, 656.

491. *mentem mutata*, ἀλλοιόφρων, ἔκφρων, Schmid.

495. *pars excussi*, collective et respectu generis nobilioris, ut *mixti cohors* VIII, 489; *pars inplevere divisi* IX, 301; *animæ, qui* XV, 503; τέκνα ἐπαναβάντες pro ἀεὶ ἐπ. ap. Aristoph. Plut. v. 292 (ubi Küster hanc constructionem πρὸς τὸ σημαινόμενον, non πρὸς τὸ ῥητόν, aliis exemplis illustrat) *dextera*, *quem* inf. X, 307, ubi vid. Drak. Conf. Gronov. ad Liv. I, 59; XXIX, 12, ad Sen. Herc. fur. 1157, et Obss. I, 16; Intpp. ad Valerium Flaccum I, 15.

499. *æratam*, ære præfixam, in *bella*, ad belli usum, ut *ærata securis*, ap. Virg. Æn. XI, 656. Ita et interpretatur V. D. in *Allgem. Lit. Zeit.* a. 1796, N. 139. — 501 sqq. Silio ante oculos fuisse videtur locus Virg. Æn. II, 626 sq., cujus tamen pulcritudinem non adsecutus est Verba *vix tota hærens* et *nido pariter nutante* argute ac frigide dicta notat Ill. Ernesti. — 504 sqq. Conf. Virg. Ge. II, 209.

Fronde super tremuli vix tota cacuminis hærens
Jactatur, nido pariter nutante, volucris.
Procubuit tandem multa devicta securi
Subfugium infelix miseris, et inhospita quercus,
Elisitque virum spatiosa membra ruina.
  Inde aliæ cladum facies : contermina cædis
Conlucet, rapidoque involvitur æsculus igni.
Jamque inter frondes, arenti robore gliscens
Verticibus sævis, torquet Vulcanus anhelos
Cum fervore globos flammarum, et culmina torret.
Nec tela interea cessant : semiusta gementum,
Atque amplexa cadunt ardentes corpora ramos.
  Hæc inter miseranda virum certamina consul
Ecce aderat, volvens iram exitiumque Sychæo.
At juvenis dubio tantæ discrimine pugnæ
Occupat eventum telo tentare priorem;
Cui medio leviter clipeo stetit æris in ora
Cuspis, et obpositas vetita est tramittere crates.

505. *Fronte* Col. prob. Modio. — 506. *Jactatur*, non *Luctatur*, Col. *nutante* id. et Ox. ut ap. Lucan. I, 141; Stat. Th. IX, 535; Sen. Thyest. 464 et 654, quas laudat N. Heins. *mutante* R. 2. Vulgo *luctante*. — 509. Ita Colon. et ed. Veneta Marsi prior, et altera in comment. ejus; *virum s. magna r.* Ox. et Put. vulgo *viros s. magna ruina*. — 510. *cædi* recte forsan ex ed. Veneta a. 1483, recepit Lefeb. *tædis* vel invitis membranis scribendum credebant N. Heins. et Casaub. ad marg. ed. Gryph. Vocem *conterminus* cum secundo casu junxit, citatus a Draken. Apul. Met. VI, p. 118 et 120, ed. Priczei, vel p. 178 et 180, ed. Elmenh. Sed *cæsis* neminem conjecisse, merito miratur Cl. Ernesti. — 513. *Vorticibus* Med. et al. vid. ad II, 631, et not. ad III, 475. — 514. *lumina torret* duo scripti cum R. 3, Parm. Med. *robora t.* Veneta prior. — 515. *semusta* Drak. et Lefeb. Sed vid. ad III, 16. — 519. *dubio* omnes scripti et editi ante Marsum, qui primus *subito* dedit. — 520. *eventu* Parm. *priori* malebat N. Heins.

— 508. *inhospita quercus*, quæ parum totum præbuit refugium.

510. Imitat. Virg. Georg. II, 303 sq. — *cladum* vid. ad I, 41. — *facies* vid. ad IV, 591. — 513. *Verticibus*, ut II, 631.

518. *volvens*, moliens, machinans; (vid. Heyne ad Virg. Æn. I, 9, et 23.) vel volvens animo, pectore, *volutans*; vid. Ind. et conf. sup. v. 369. *Bellum adversus nos volverat* dixit Tac. Ann. III, 38. — 520. *Occupat*, etc. φθάνει πλήξας monente Heyn. ad Virg. Æn. XII, 300. — 521. *æris ora*, ἄντυξ, ἴτυς χάλκειος. Conf. Hom. Iliad. υ, 275, et sup. IV, 290 seq. — 522. *vetita est*, non potuit. — *crates* ut ap.

Sed non et consul misso concredere telo
Fortunam optatæ cædis parat, ac latus ense
Haurit; nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.
Labitur infelix, atque adpetit ore cruento
Tellurem exspirans: tum, diffundente per artus
Frigore se Stygio, manantem in viscera mortem
Adcipit, et longo componit lumina somno.
 Atque ea dum variis permixtus tristia Mavors
Casibus alternat, jam castris Mago relictis,
Jam Libyæ ductor properantia signa citato
Raptabant cursu, et cessata reponere avebant
Tempora cæde virum, ac multo pensare cruore.
It globus intorquens nigranti turbine nubem
Pulveris, et surgit sublatis campus arenis;
Quaque ferens gressum flectit vestigia ductor,
Undanti circum tempestas acta procella
Volvitur, atque altos operit caligine montes.

524. *at* emeod. Dausq. et Barth. Adv. V, 15; quod præter Cell. tacitus recepit Lef. — 526. *appetit* Col. et Put. cum ed. Veneta a. 1483. Vulg. *oppetit* tuetur Lef. et exponit: facie ob terram prona, hanc ore mordet. Male! v. not. — 533. *Raptabant*, non *Raptabat*, scripti et R. 2; *havebant* Col. *habebant* Ox. et Put.

Virg. Æn. VII, 633. Conf. Intpp. ad Val. Fl. III, 199. — Cito lentat prius mortem Flaminio inferre telo; *Cui* Sychæo, h. e. cujus cuspis stetit in Flaminii *clipeo medio*, in ora, in summa superficie *æris*, et non potuit *tramittere crates*, æris laminas; Lenz. — 525. *Haurit latus ense;* vid. ad I, 392. — *crudæ*, e crudo corio.

526. *adpetit ore cruento Tellurem expirans*, ut alias *morsu adprendere*, *mordere*, *mandere humum*, ὀδὰξ λάζεσθαι, seu ἑλεῖν οὖδας, vel γαῖαν Hom. Iliad. β, 418, (ubi vid. Kœppen) λ, 748, al. Conf. Heins. et Drak. ad h. l. et IX, 383; XVII, 264; Heyne in V. L. ad Virg. Æn. X, 489; Jani et Lamb. ad Hor. Od. II, VII, 12. — 527. Cf. Virg. Æn. X, 745, 746. — 528. *manantem in viscera mortem*, conf. Virg. Cir. vers. 182. — 529. *componit*, claudit, ut ap. Val. Flacc. VII, 247, et inf. VII, 204; X, 343. — *longo somno* vid. ad II, 574.

533. *Raptabant*, cf. ad IV, 218. — *reponere*, ut *pensare*, restituere tanto majore strage, ut X, 487, et al. vid. Drak. *cessata*, intermissa a cæde. — 534. *pensare*, ut I, 534. — 535. Omnia in majus auxit. Cf. Virg. Æn. IX, 33. — *nubem pulveris* cf. ad I, 311, et II, 174. — 536. *campus*, propr. pulvis e campo. — 538. *Undanti procella*, ut *pulveris nube*, qui *undare* dicitur, ut flamma sup. II, 631; στροφάλιγ-

Obcubuere femur Fontanus, Buta canorum
Transfixi guttur, pressoque e vulnere cuspis
Prospexit terga : hunc tristes luxere Fregellæ
Multiplicem proavis, hunc mater Anagnia flevit.
Haud dispar fortuna tibi, Lævine; sed auso
Non eadem : neque enim Tyrio concurrere regi
Tentas; sed lectus par ad certamen Ithemon,
(Autololum moderator erat) quem poplite cæso
Dum spolias, gravis inmiti cum turbine costas
Fraxinus inrupit, conlabsaque membra sub ictu
Hoste superfuso subita cecidere ruina.
Nec Sidicina cohors defit. Viridasius armat
Mille viros, nulli victus vel ponere castra,

540. *femur* scripti et edd. antt. Vulg. *simul* primus edidit Nicander, vel potius, teste Lef. Benessa. *Buta* e scriptis recepere Cell. Drak. Lef. *Butes* memoratur Virg. Æn. V, 372, et alius Æn. IX, 647; XI, 691 ; *Bura* R. 3; *Butta* plurimæ ex priscis edd. Vulgo *Bucca*. Sed *Buca* Marsus et Martinus Herbip. probb. Dausq. N. Heins. et Drakcn. quoniam *Buca* cognomen Æmiliæ gentis, et urbs Italiæ, de qua vid. ad VIII, 564. — 542. *luxere*, non *misere* Col. et Oxon. cum R. 2; vid. not. — 546. *Ithemon*, non *Hiremon*, Col. *Irhemon* R. 2. Comma et parenthesin tacite delevit Lefeb. — 548. *spoliat* scripti. — 549. *irrupit*, non *irrumpit*, scripti. — 551. *Viriasius* Col. et R. 2. — 552. *nulli victus* Col. quod et placebat Dausq. qui vulgaγι κατίας. — 541. Cuspis inpressæ sagittæ a tergo exstabat. Conf. I, 383, 397; II, 120. — 542. Similia loca, ubi silvis, mari, terræ aliisque rebus inanimatis tristitia luctusque tribuitur, VI, 284; XIV, 513 sq. et alia laudant Drak. h. l. Cerda ad Virg. Æneid. VII, 759; Schwebel ad Bion. I, 32, et Ill. Harles. Anthol. Gr. poet. p. 111. Conf. ad I, 49, et III, 463. — *Fregellæ*, Volscorum urbs in Latio ad ripam Liris, quum a Romanis defecisset, diruta; vid. Strab. V, p. 164; Liv. VIII, 22; IX, 12. — 543. *Anagnia*, hod. *Anagni*, princeps Hernicorum urbs; vid. Cluver. Ital. ant. p. 981, et Heyne ad Virg. Æn. VII, 684. — *Multiplicem proavis* comparant Vellei. II, 105.

548. *inmiti cum turbine*, sævo, magno cum impetu. — 550. *Hoste superfuso*, super te cadente : nam dum Ithemonem, poplitibus semet excipientem, nec tamen toto jam corpore prolabsum, spoliat, hasta Hannibalis ictus concidit, hoste superfuso. Ill. Ernesti explicat : tibi, Lævine, super hostem fuso, seu cadenti. Sed tum *hosti superfuso*, vel *hostem super fuso* dicendum erat.

551. *Sidicini* incolebant *Teanum Sidicinum*, coloniam et opp. Campaniæ, (nunc *Teano*, seu *Tiano*) a *Teano Apulo* diversum. Cf. VIII, 511; XI, 176; XII, 524; Strab. V, p. 248, al. 237. — *armat*, ducit armatos. — 552. *nulli victus*, secundus, a nullo superatus, *ponc-*

Vel junxisse ratem, duroque resolvere muros
Ariete, et in turrim subitos inmittere pontes.
Quem postquam Libyæ ductor virtute feroci
Exsultare videt (namque illi vulnere præceps
Terga dabat levibus diffisus Arauricus armis);
Acrius hoc pulchro Mavorte adcensus in iram,
Et dignum sese ratus in certamina sævo
Comminus ire viro, referenti e corpore telum
Advolat, et fodiens pectus, « Laudande laborum,
Quisquis es, haud alia decuit te obcumbere dextra.
Ad manes leti perfer decus: Itala gentis
Ni tibi origo foret, vita donatus abires. »
Hinc Fadum petit, et veterem bellare Labicum,
Cui Siculis quondam terris congressus Hamilcar
Clarum spectato dederat certamine nomen.
Inmemor annorum, seniumque oblitus, in arma
Ille quidem cruda mente, et viridissimus iræ

tum n. *melius* explicabat: nulli melius fuit, magis profuit. — 557. *Arauricus* Col. cum R. 3, Parm. Med. *Araucus* Put. In aliis *Avaricus* et *Auraricus*; vid. ad III, 403. — 559. *certamina*, non *certamine*, duo scripti et R. 2. — 560. *referens* scil Hannibal, male et invitis libris, neque admonitis quidem lectoribus, edidit Lefeb. — 565. *Fadium* malebat N. Heins. quod tacitus recepit Lefeb.

re, in arte ponendi, etc. Conf. VI, 142; VII, 223. — 553. *ratem* Dausq. adcipit de jungendis navibus, ut turres, sambucæ, similesque machinæ inponantur: melius N. Heins. et Drak. de ponte ex ratibus *juncto* ad flumina transeunda, de quo vid. Lips. Poliorc. II, 5. — 554. De ejusmodi ponte, seu exostra vid. Veget. de re mil. IV, 17 et 21; Lips. l. c. II, 4, et Hard. ad Plin. VII, 45. — 556. *Exsultare*, γαυριᾶν. — 560. *referenti*; Viridasio evellenti e *corpore* Araurici fugientis *telum*, quo eum vulneraverat. — 561. Cf. Virg. Æn X, 825 sq. et sup. ad I, 398. — *Laudande laborum* χάριν, ἕνεκα, h. e. ob res præclare gestas, πόνων μάχης, ut VII, 28, al. — 563. *leti decus*, quia manu mea peris.

565. *Labicum*, nomen ductum ab urbe, de qua vid. ad VIII, 366. — *veterem bellare*, ut VI, 616. Cf. ad IV, 530. — 567. *spectato*, singulari et insigni. — 569 sq. Mente quidem juvenili, sed corpore et viribus senilibus; Drak. qui *crudos* dici fere juvenes et puellas, nuptiis nondum maturas, monet; vid. ad I, 187; 405, et conf. Virg. Æn. V, 394 seq. VI, 304; IX, 610 sq. — 571. *Prodebant*, indicabant, ut X, 116, nisi malis destituebant,

Ibat; sed vani frigentem in Marte senectam
Prodebant ictus : stipula crepitabat inani
Ignis iners, cassamque dabat sine robore flammam.
Quem postquam adcepit patrio monstrante superbus
Armigero Pœnum ductor, « Certamina primæ
Hic lue nunc, inquit, pugnæ : te notus Hamilcar
Hac trahit ad manes dextra. » Tum librat ab aure
Intorquens jaculum, et versantem in vulnere sese
Transigit : extracta fœdavit cuspide sanguis
Canitiem, ac longos finivit morte labores.
Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,
Adsuetum, Trasymene, tuos prædantibus hamis
Exhaurire lacus, patriæque alimenta senectæ
Ducere suspenso per stagna jacentia lino.
Interea exanimem mæsti super arma Sychæum

573. *aspexit* conj. Burm. *accessit*, vel *agnovit* Drak. Posses etiam *excepit*, ut ap. Virg. Æn. III, 332 et al. — 578. *exacta* Tell. — 583. *jacentia*, non *latentia*, Col. h. e. tranquilla, non commota, ut locis, a N. Heins. adscriptis, Lucan. I, 261; III, 524; V, 434, 443; Val. Fl. III, 731; VI, 211; Stat. Silv. II, II, 29, 74, et Theb. VII, 87; Martial. V, 1; *cubat unda*, Grat. Cyneg. — 434. *stagna sedent*, et al. Epitheton tamen h. l. languet, et præstiterit *patentia* h. e. late extenta, vel *virentia*. — 584. *exanimum* Parm. sed sono minus grato; conf. VV. DD. ad Virg. Æ.

et ita periculo, ab hoste inminenti, objiciebant; vid. ad II, 247. — 572. Imitat. Virg. Ge. III, 99. — *iners*, languidus. Cf. ad VII, 629. — *cassam*, vid. Heins. ad Ovid. Fast. VI, 406, et Rem. Am. v. 446. — *robore*, viribus; ut acer ejus animus sine corporis robore.

573. *adcepit* forte pro excepit, scilicet occurrentem; an, ut κατέλαβε, invenit, seu invasit? Lef. interpretatur, animadvertit, quod vellem exemplis firmasset. — *patrio* Hamilcaris, quocum b. Punico I, pugnasse fingitur v. 566, 567, quæ *prima* ejus *pugna* fuit.

576. *librat ab aure*, etc. Maronianum Æneid. IX, 417, ubi vid. Cerda. — 577. *versantem in vulnere sese* ex eodem Virg. Æn. XI, 669, ubi vid. Heyne in V. L. — *versantem*, quum jaculo jam transactus esset, quod video jam monuisse Ill. Ernesti. — 580. *primis in armis*, vid. Heins. ad Ovid. Met. VIII, 313, et A. A. I, 181. Conf. ad IV, 167. — 582. Plurimum hoc ad miserationem lectoris movendam valet. — *alimenta ducere*, victum quærere. — 583. *stagna* bene et apte *jacentia* dicuntur : nam in tranquillo mari facilius libentiusque piscaberis, quam in turbido.

584. Conf. Virg. Æn. X, 841 sq. (ubi vid. Cerda) et v. 506. Huc pertinere illud Laconicarum ma-

Portabant Pœni, corpusque in castra ferebant.
Quos ubi conspexit tristi clamore ruentes
Ductor, præsago percussus pectora luctu,
« Quinam, inquit, dolor, o socii, quemve ira Deorum
Eripuit nobis? num te, dulcedine laudis
Flagrantem et nimio primi Mavortis amore,
Atra, Sychæe, dies properato funere carpsit? »
Utque, dato gemitu, lacrimæ adsensere ferentum,
Et dictus pariter cædis mærentibus auctor;
« Cerno, ait, adverso pulchrum sub pectore vulnus
Cuspidis Iliacæ : dignus Carthagine, dignus

I, 484; IV, 8; IX, 444, 451; X, 496. — 588. *quemve* Col. quod ei conj. Dausq. Vulgo *quæve*. Modius suspic. *quæ te*. — 592. *Utque* scripsi et priscæ edd. ante Marsum, qui primus edidit *Atque*, quod Dausq. et Cell. interpretantur *continuo*, *statim*; de qua particulæ vi cf. Gronov. ad Liv. XXVI, 39; Duker. et Drak. ad Liv. XXVII, 21; Davis. ad Cic. Legg. II, 4; Burm. et Heyne ad Virg. Ge. I, 203, et Æn. VI, 162; conf. sup. not. ad II, 134.

trum, filiis clipeum tradentium; ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν, notat Drak.

587. *percussus*, vid. ad II, 213, in V. L. — *præsago luctu*, ut ap. Virg. Æn. X, 843; ubi tamen de patre agitur, qui, conspectis militibus, cadaver cum gemitu portantibus, primum omnium filii mortem animo præsagit; sed quæ præcipue causa est, cur Hannibal confestim Sychæi necem suspicetur? Hinc ab Ill. Ernesti jam monitum video, Silium non tam rei naturam secutum, quam verba Maronis imitatum, et hinc ineptam illam H. interrogationem v. 589 sq. ortam esse. Non desunt tamen argumenta, quibus poeta defendi possit. Nam primum Sychæus inter reliquos duces eminebat. Deinde Hannibal ejus avunculus erat : (vid. III, 245 seq.) et in toto ejus exercitu nemo erat cujus jactura ac mors acerbiorem ei dolorem incutere poterat, si Magonem exceperis, qui tamen nunc demum in aciem cum fratre redierat. — 591. *carpsit*, abstulit. Propr. vita carpitur, h. e. sensim consumitur. Cf. XIII, 627, et ad II, 458. — 592. *lacrimæ*, non verba : vox enim deficit eos, qui dolori subcumbunt, et *curæ leves loquuntur, ingentes stupent*, ut utar verbis Sen. Hippol. 604. Cf. Clark. ad Hom. Od. κ, 246.

594. Viri fortis est, hostem semper adversum spectare, adeoque *adverso*, non *averso* ab hostibus corpore, hoc est, pectore, non in tergo, ut fugientes solent, vulnerari. Cf. IV, 194, et mox v. 639, 642, 669 sq. (ubi v. Dausq.) IX, 368 seq. X, 7; Ovid. Fastor. II, 211; Intpp. ad Curt. III, 11, 9; Klotz. ad Tyrt. II, xix, 20; Gell. II, 11; Virg. Æn. XI, 55; Plin. VII, 28, et inpr. Hom. Iliad. ν, 288 sq. ρ, 166 sqq. — 595. *Iliacæ*, Roma-

Hasdrubale ad manes ibis; nec te optima mater
Dissimilem lugebit avis, Stygiave sub umbra
Degenerem cernens noster vitabit Hamilcar.
At mihi Flaminius, tam mæsti causa doloris,
Morte sua minuet luctus : hæc pompa sequetur
Exsequias, seroque emtum volet inpia Roma,
Non violasse mei corpus mucrone Sychæi. »
Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,
Iraque anhelatum proturbat pectore murmur,
Ut multo adcensis fervore exuberat undis,
Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno.
Tum præceps ruit in medios, solumque fatigat

599. *Fit* pro *At*, Put. unde *Sic* reposuit Lef. ut sit pro utinam, de quo vid. ad II, 301. Idem *minuat* ex Col. Put. et R. 2; recepit. Sed quis non videt locum ita languere?— 601. *careque emtum* pro *seroque e.* recte, opinor, conj. Schrader in Obss. p. 27, 28, ubi monet, illud *emtum* sic nude non poni, sed solemnia verba esse *emere care*, (ut ap. Hor. Ep. II, 1, 238) *magno*, *parvo*, *minimo*, *morte*, (v. Drak.) literasque *s* et *c* millies a librariis permisceri, vel ultimam præcedentis vocis literam, adhærentem initio sequentis sic exaratæ *cr*, caussam vitii fuisse. — 603. *Hæc memorans* tacite scripsit Lefeb. — 606. Vulgg. *aheno*; conf. Gell. II, 3; Intpp. Virg. Æ. II, 470, et Hor. Od. I, XXXIII, 11. — 607. *medios*, non *medium*, Colæ. — 596. *Hasdrubale* patre tuo, (vid. III, 246) *avis*, avo Hamilcare. — 598. *Degenerem* conf. Virg. Æn. II, 549.

600. Elegantissime : ut enim pompa sequitur defunctum, ita Flaminius Sychæo submittetur, Schmid. qui tamen non omnem sententiæ vim adsecutus videtur; nam *pompa* eo spectat, quod Flaminius Romanorum Dux et Consul est, cujus morte Sychæum ulcisci parat. — 601. Imitat. Virg. Æn. X, 503; Conf. X, 287. — *emtum* scilicet magni, seu magno pretio (vid. ad IV, 754); quod absolute ita dictum haud reperire memini. — *sero*, frustra; vid. Broukh. et Heyne ad Tibull. I, VIII, 41. — *volet*, optabit, scilicet propter magnas, quas nunc ab illis expetam, pœnas. Cf. loca similia VII, 620; (ubi vid. Drak.) IX, 372; X, 287; Virg. Æ. V, 230; Claud. R. P. III, 194. — *pompa*, funus Flaminii in pompa ferendum; *seroque volet emtum*, velit Roma quovis pretio infectam facere posse Sychæi cædem; Lenz. — 602. *violasse*, ut *lædere*, et hinc *inviolabilis*, et *inlæsus*; vid. Ind. et Draken. ad X, 261; XV, 764, et XVI, 111.

603. Silio præivit Virg. Æn. VII, 462 seq. ubi vid. Heyne. — 605. *adcensis*, calefactis, ut *adolere*, Drak. qui laudat Gronov. ad Sen. Med. 666. Weitz. spicil. ad auctor. Moreti v. 39, et Noris. Cenot. Pis. III, 5, p. 393. — 606. *indignatur*, ut ap. Virg. Ge. II, 162, et Æ. VIII, 728. — 607. *fatigat incessens*, probris sæpius vexat, more

Flaminium incessens. Nec dicto segnius ille
Bella capessebat, propiorque insurgere Mavors
Cœperat, et campo junctus jam stabat uterque;
Quum subitus per saxa fragor, motique repente
(Horrendum) colles, et summa cacumina totis
Intremuere jugis: nutant in vertice silvæ
Pinifero, fractæque ruunt super agmina rupes.
Inmugit penitus convulsis ima cavernis
Dissiliens tellus, nec parvos rumpit hiatus;
Atque umbras late Stygias inmensa vorago
Faucibus ostendit patulis, Manesque profundi
Antiquum expavere diem. Lacus ater, in altos
Sublatus montes et sede excussus avita,
Lavit Tyrrhenas ignota adspergine silvas.
Jamque eadem populos magnorumque oppida regum
Tempestas et dira lues stravitque tulitque.
Ac super hæc reflui pugnarunt montibus amnes,

Tell. R. 2; *solumque* Col. et Oxon. quod ex Virg. Æn. XI, 220, et XII, 466, petitum putabant Barth. et Drak. Vulgatam lect. *cælumque* defendit Dausq. et explicat: querelis et minis auras implet. Ortam potius crediderim ex loco Maronis Æn. I, 280, margini adscripto. — 608. *dicto*, non *dictu*, omnes libri prisci ante Wolfii Basil. prob. Dausq. — 615. *concussis cavernis* conj. Schmid. — 624. *refugi*

heroum, et ad pugnam singularem provocat. Conf. ad I, 63. Lefeb. exponit fatigat se, incessens, invadens F. solum. — 608. *Nec dicto segnius*, ut ἱμμαπίως ap. Hom. Iliad. ι, 836, et *dicto citius* ap. Virg. Æn. I, 142, ubi vid. Heyne. — 609. *propior insurgere Mavors*, ut supra v. 442, ubi vid. not. — 611 seqq. Jam duces utrimque in singulare certamen descendunt, quod animum lectoris magna exspectatione suspendit. Hunc nodum poeta solvit terræ motu, de quo vid. Liv. XXII, 5; Cic. de Div. I, 35, Flor. II, 6; Plin. II, 84; Plut. in Fabio, et Heyne Opuscul. Acad. Vol. III, p. 259. — 617 seq. Præivit Virg. Æ. VIII, 243 sq. ubi vid. Cerda et Heyne. Conf. Ovid. Met. II, 260 sq. V, 356 sq. quosque Drak. et Lefeb. comparant, Lucret. VI, 575, 599; Stat. Th. VIII, 31, 80; Petron. c. 122, et Claud. R. P. II, 193 seq. — 619. *Antiquum*, quem olim viderant, quum in vivis essent. — *Lacus ater*, turbidus, vel sanguine infectus. — 621. *Tyrrhenas silvas* montes Cortonenses in Etruria. Cf. ad IV, 719. — *ignota*, insolita. — 623. *stravitque tulitque*, ut *rapiunt feruntque* dixit Virg. Æn. II, 374; ubi vid. Cerda et Heyne. — 624.

Et retro fluctus torsit mare. Monte relicto
Apenninicolæ fugere ad litora Fauni.
  Pugnabat tamen (heu belli vecordia!) miles,
Jactatus titubante solo, tremebundaque tela,
Subducta tellure ruens, torquebat in hostem,
Donec pulsa vagos cursus ad litora vertit
Mentis inops, stagnisque inlata est Daunia pubes.
Quis consul terga increpitans (nam turbine motæ
Ablatis terræ inciderat) « Quid deinde, quid, oro,
Restat, io, profugis? vos en ad mœnia Romæ
Ducitis Hannibalem: vos in Tarpeia Tonantis

tacite, et contra omnes libros reposuit Lefeb. Voces *pugnare* et *mons* mox iterantur, unde saltem *fontibus* legendum putabat N. Heins. Non male, etsi displicet Schmidio, qui male *pugnarunt fontibus* jungit, et vulgatam lect. exponit: retro fluentes amnes et insurgentes pugnant montibus oppositis. — 631. *illata est* Col. Put. Tell. R. 2; ut IV, 596; XI, 245, et aliis locis, a N. Heins. adpositis; conf. Gronov. Obss. II, 8; *in alta*, vel *inalta est* Oxon. Vulgo *latebat*, pro quo, ut solet, digladiatur Dausq. — 633. *Ablatus* Col. et Tell. a m. pr. cum R. 2; quod recepit Lefeb. qui hæc notavit: « Drak. ooo magis quam alii capit. *Ablatus* nempe Flaminius a pugna cum Hannibale, terræ motu, in *hos milites* inciderat. Subintelligit hic poeta pronomen ut solet. » Sed vereor, ut multi sint, qui sapere virum doctum plus quam ceteros arbitreotur. — 634. *jam* pro *io* conj. Dausq. cui fraudi fuisse suspicatur Draken. quod voc. *io* lætantis semper et triumphantis esse crediderit, quum et invocantis sit, etiam in luctu, ut IV, 779, et ap. Ovid. Met.

reflui montibus, ad montes, unde oriuntur, ut *relabi montibus* apud Hor. Od. I, xxix, 11.

627 sq. Livius, Plin. aliique memorant, tantum fuisse ardorem animorum, ut nemo pugnantium hunc terræ motum senserit. — 629. *Subducta*, subsidente. — 630. Hæc fuga propr. non ante Flaminii mortem exorta; vid. Liv. XXII, 6, et Polyb. III, 84. — 631. *Daunia pubes* conf. ad IV, 502. — 632. seq. Conf. Liv. XXII, 5. In ipsa oratione summa vis inest et gravitas. Nota Lefeb. hæc est: « Noluit Silius, ut ambo duces, præter historiæ fidem, *viritim* inter se certarent; atque in eo patet poetæ ars ingeniosa. » — *terga*, fugam, ut ap. Ovid. A. A. I, 209; ubi *terga pectoribus*, h. e. virtuti opponuntur. — 633. *inciderat*, obviam venerat, *turbine motæ terræ* propter motum terræ; *Ablatis* fuga, raptim fugientibus, φερομένοις, ut VI, 57, 257; (ubi Heins. et Drakenborch laudant Ovid. Metam. lib. I, 306; Valer. Flacc. III, 636, et Gronov. ad Livium XXXV, 11); X, 72, 280. Conf. Burmann. ad Val Fl. l. c. et Barth. ad Stat. Thebaid. X, 149. — *Ablatis*, qui se abstulerant, aufugerant, *inciderat turbine motæ terræ* inlatus, jactatus est concussione terræ; Lenz. — 634 sq. Cf. et verba Flaminii ap. Liv.

Tecta faces ferrumque datis. Sta, miles, et acres
Disce ex me pugnas; vel, si pugnare negatum,
Disce mori! dabit exemplum non vile futuris
Flaminius, ne terga Libys, ne Cantaber umquam
Consulis adspiciat: solus, si tanta libido
Est vobis rabiesque fugæ, tela omnia solus
Pectore consumo, et moriens, fugiente per auras
Hac anima, vestras revocabo ad prælia dextras. »
  Dumque ea commemorat, densosque obit obvius hostes,
Advolat ora ferus mentemque Ducarius: acri
Nomen erat gentile viro, fusisque catervis
Boiorum quondam patriis, antiqua gerebat
Vulnera barbaricæ mentis; noscensque superbi
Victoris vultus, « Tune, inquit, maximus ille
Boiorum terror? libet hoc cognoscere telo,
Corporis an tanti manet de vulnere sanguis.
Nec vos pœniteat, populares, fortibus umbris
Hoc mactare caput: nostros hic curribus egit
Insistens victos alta ad Capitolia patres.
Ultrix hora vocat. » Pariter tunc undique fusis

III, 713; conf. Tibull. II, IV, 6, et Heins. ad Ovid. l. c. et V, 625. — 646. *fususque* omnes scripti, quod recepit Lefeb. qui præterea tacite et invitis libris dedit *in patriis*, ut sententia h. l. sit: fusus etiam ipse inter catervas suorum fusas. — 650. *licet* Col. — 653. *nostris hic curribus* h. e. carpentis, Put. Tell. R. 2; Male! — 654. *vinctos* refinxit Lefeb. Non male, sed frustra.

liv. XXII, cap. 3. — 638. *futuris*, *ἀνθρώποισι ἐσσομένοισι* Homer. Iliad. ζ, 358, et *ἐπεσσομένοις γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή* Theocr. XII, 11; Dausq. — 639, 641. Conf. ad v. 594. Repetitio voc. *solus* magnam vim habet. — 642. *consumo*, excipio, sustineo, ut præter me nemo feriatur, ut X, 129. — *telu omnia solus Pectore consumo*, pectore excipiendo omnia hostium tela consumam, id est faciam, ut hostes in me uno omnem telorum adparatum consumant; Lenz.

645 seq. Conf. Liv. XXII, 6. — 646. *Nomen* hoc, nimirum Ducarii, *acri viro erat gentile*, apud gentiles suos, Boios; et *gerebat vulnera barbaricæ mentis*, vulnus menti feroci per Flaminii victoriam inflictum; Lenz. — *Boiorum* conf. v. 107 sq. et ad IV, 704. — *antiqua gerebat vulnera* ut ap. Virg. Æ. I, 36, et Lucret. I, 35. — 651. Lefeb. putat, adludi ad *ἰχὼρ* Hom. Iliad. ε, 340, 416. — 652. Cf. Liv. l. c. — 654. Vid. ad IV, 704. — 655 sq. Polyb. III, 84. Flaminium

Obruitur telis, nimboque ruente per auras
Contectus, nulli dextra jactare reliquit
Flaminium cecidisse sua. Nec pugna peremto
Ulterior ductore fuit: namque agmine denso
Primores juvenum, læva ob discrimina Martis
Infensi Superis dextrisque, et cernere Pœnum
Victorem plus morte rati, super ocius omnes
Membra ducis stratosque artus certamine magno
Telaque, corporaque, et non fausto Marte cruentas
Injecere manus. Sic densi cædis acervo,
Ceu tumulo, texere virum. Tum, strage per undas,
Per silvas sparsa, perque altam sanguine vallem,
In medias fratre invectus comitante catervas
Cæsorum juvenum Pœnus, « Quæ vulnera cernis?
Quas mortes? inquit: premit omnis dextera ferrum,
Armatusque jacet servans certamina miles.
Hos, en, hos obitus nostræ spectate cohortes!
Fronte minæ durant, et stant in vultibus iræ.

657. *Confectus* conj. Burm., ut aliqua certe mortis Flaminii mentio fiat; *relinquit* Putcol. et R. 2. — 660. *læva ob discrimina Martis*, non *sæva ad d. M.*, Colon. *lævi*, h. e. adversi (ut *Mars sinister* I, 8) malebat N. Heins. h. l. et XII, 208; quod merito placuisse videtur Drak. — 665. *Sic* de mendo suspectum Cl. Ernesti, nescio quare. *densæ cædis* conj. N. Heins. et v. 671, *Armatique*. — 672. *Hostesne hos obitus?* suspic. Dausq. — 673. *perstant*, vel *restant*, frustra (vid. ad II, 639) emend. N. Heins. sed mox melius *Ut vereor!* Lefeb. *En, vereor* tacitus reposuit, ut passim; *exstant* conj. Withof.

προσπεσόντες τινὲς τῶν Κελτῶν ἀπέκτειναν. Ducarius ipse Consulem occidit, teste Liv. XXII, 6, unde poetam vero decorum anteposuisse, putabat Cell. — *Ultrix hora vocat* ut fere ap. Virg. Æ. II, 668. — *fusis* et *nimbo* vid. ad I, 267 et 311. — 657. Non passus est gloriari quemquam, h. e. nemo gloriari potuit, Flaminium sua manu periisse. Virg. Æn. XII, 322; cf. Mars. — 659, 663. Hinc Flaminii corpus non invenit Hannibal; vid. Livius XXII, 7; Plut. in Flam. et Fab. — 664. *corpora* sua. — *cædis acervo*, magna super et cum eo occisorum copia. — 665. Egregia laus virtutis Romanorum, cujus signa, in mortuis quoque conspicua, Hannibal cum Magone admiratur, militibusque suis commendat. Bene comparant loca simil. Flor. I, XVIII, 17, et Eutrop. II, 6, extr. — 669. *Quæ vulnera?* scilicet adversa. Cf. ad v. 594. — 671. *servans certamina*, vultum trucem pugnantiumque habitum in ipsa morte retinens. — 673. *Fronte minæ durant*,

Et vereor, ne, quæ tanta creat indole tellus
Magnanimos fecunda viros, huic fata dicarint
Imperium, atque ipsis devincat cladibus orbem. »
Sic fatus cessit nocti, finemque dedere
Cædibus infusæ subducto sole tenebræ.

676. *ne vincat* conj. N. Heins. Sed *devincere*, quod Lefeb. grave verbum videtur, pro simpl. *vincere* accipit Draken. quo sensu centies occurrit. — 678. *offusæ* malebat N. Heins. ut XI, 271, Drak. voci exquisitiori substituentes vulgarem et tritam Lefeb. conf. V, 57.

ut XIII, 733, ubi Drak. comparat Sen. OEd. 618; Val. Fl. II, 21; Claud. de Rapt. Proserpinæ III, 340; et Flor. I, 18.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Postero die, ubi primum inluxit, patet fœda hominum equorumque strages, et lacus cruore spumans cernitur; 1—13. Inter semianimes Romanos duo in primis omnium oculos in se convertunt, Bruttius et Lævinus; quorum ille aquilam, quam in acie tulerat, in terram defodit, ut mortuus eam corpore tegat, Pœnisque ejus captæ gloriam subtrahat; hic ira in rabiem versus, dentibus mortuum hostem laniando exspirat; 14—53. Dum Pœni his spectaculis oculos animumque pascunt, Romani, passim per agros et silvas omnemque Etruriam palati, trepide fuga salutem quærunt: ex quibus Serranus, M. Atilii Reguli filius, Perusiam noctu sine comite venit, ubi fessus itinere deversari statuit, et cæco ac mirifico casu fores casæ pulsat, in qua habitat Marus, qui Reguli miles et armiger fuerat. Is benigne eum hospitio excipit et vulnera fovet; 54—100. Tum juvenem, de fœda suorum clade querentem, exhortatur ad animi magnitudinem et imitationem parentis, quem memorat in Africa ad Bagradam cum serpente magnitudinis portentosæ, et deinde cum Pœnis feliciter pugnasse; 101—302. Sed postremo a Xanthippo, Spartanorum duce, per insidias captum esse; 303—345. Et quum aliquot annis post a Pœnis, ut de pace, et si eam non posset impetrare, de captivis certe commutandis ageret, Romam missus esset, jurassetque se redriturum, utrumque negandi auctorem Patribus fuisse, et repudiatis amicorum conjugisque precibus, exquisita supplicia subire maluisse, quam fidem jurejurando hosti factam fallere; 346—551. Interim Romæ ad primum nuncium cladis, ad Trasymenum lacum acceptæ, ingens trepidatio et tumultus oritur,

matronæque in primis, vagæ per vias, quæ suorum exercitusque fortuna sit, obvios percunctantur; 552—573. Una ex iis, Marcia, Reguli quondam conjux, nunc vidua, conspecto filio, quem Marus domum reduxerat, lætitia exsultat, Diisque gratias agit, quod hunc certe, licet vulneratum, sibi reddiderint; 574—589. Patres autem, qui soli nihil, quod a dignitate sua abhorreat, committunt, de republ. consultant; et advocata populi concione adversus Hannibalem, qui a consilio Romam obpugnandi sæva tempestate, a Jove ipsi inmissa, deterretur, ejusdem Dei instinctu Dictator creatur Q. Fabius Maximus Cunctator, vir genere et nobilitate civitatis suæ facile princeps, qui singulari prudentia cautisque consiliis se parem Hannibali ducem præstat; 589—640. Pœnus interea per Umbriam et agrum Picenum aliasque Italiæ regiones exercitum præda onustum ducit, et postremo castra in Campaniam movet, ubi templum Liternensium ejusque porticus, in quibus bellum Punicum primum in Carthaginis ignominiam tabulis expressum cernit, dirui jubet; 641—716.

Totus fere hic liber ad bellum Punicum I, spectat, cujus et brevis historia in fine adjicitur v. 653, 697. Nec reprehendendus est Silius in eo, quod hanc narrationem rerum, cum iis, quas tractat, arto nexu copulatarum, carmini suo intexuit: in quo potius non minus prudenter et cum judicio egisse videtur, quam Virgilius in excidio Trojæ exponendo. Scriptor historicus eam toti forte operi præmisisset: sed poeta quamvis opportunam occasionem, ad hanc rem sibi oblatam, amplecti; et lectores non solum ornatu, sed etiam variatione novoque rerum vel narrationis ordine delectare solet.

Quo vero judicio insertum dicemus episodium de Regulo v. 117, 551? Hoc enim, licet summa arte elaboratum, non modo nimis longum et ab ingenio, ad fastidium luxuriante, profectum, sed alieno quoque loco interpositum videri potest. Non desunt tamen argumenta, quæ si non ad laudandum, saltem ad excusandum poetæ institutum consiliumque plurimum valeant. Primum enim Regulus non rerum modo, in bello Punico I gestarum, maxima fuit pars et auctor, sed insigne etiam utriusque fortunæ exemplum, quique fractos Romanorum animos in primis ad bellum strenue persequendum confirmavit. Propterea Silius ex tota istius belli historia nullum facile argumentum seligere poterat, quod ad poeticam tractationem epicamque dignitatem et vim, quæ in elegantiore phantasmatum narrationisque forma cernitur, et in memorandis factis fatisque virorum, vel virtute, vel fortitudine et audacia conspicuorum versatur, magis adcommodatum esset; et ad animum legentis non tantum admiratione, voluptate et miseratione tenendum, sed etiam virtutis

simul sensu imbuendum majorem vim haberet. Omnino autem hoc egregie et summorum poetarum exemplo fit ac more, ut aptissima ornatus materia, qua et oratio variari et lectoris animus non minus delectari quam moveri possit, manibus non dimittetur. Deinde hoc episodium per se quidem a rei summa alienum est; sed ex historia tamen prioris belli petitum: quam quum in carmen suum inferre apud animum constituisset poeta, facile phantasia ejus magnis hisce imaginibus, quæ ante animum obversabantur, tam fortiter feriri et tam vivide adfici poterat, ut paulo diutius iis indulgeret, et longius, quam par erat, a via deflecteret. Præterea non commodiori profecto tempore ab argumento primario ita quodammodo aberrare, et rerum varietate lectores delinire poterat, quam quum tres jam insigniores Romanorum clades memorasset, et non nisi quarta superesset; res vero ab Hannibale paulo ante pugnam Cannensem variis Italiæ locis gestæ minoris fere momenti essent, nec satis poeticum ornatum admitterent. His itaque silentio prorsus prætermissis, rem locumque, epica tractatione digniorem, adripuit, et, ne fastidium moveret continuata præliorum narratio, historia hac carmini inserta et cum ipso argumento ingeniose coagmentata varietatem sectetus est. Denique animus poetæ, delinitus venerandis ejusmodi priscæ virtutis imaginibus atque exemplis, quorum ætas sua inops erat, sæpe iis diutius immorari solet; nec facile erit, qui id ægre ferat, quum nihil fere magis delectet. Romanorum certe lectorum animos præclara hæc antiquioris disciplinæ, virtutis morumque severitatis imago summa vi percusserit necesse est. Ceterum quod Maro, qui Reguli miles fuerat, narrantis partes adsignavit Silius, in eo consecutus est hoc commodi, ut tota narratio et majorem haberet fidem, quum res ab eo, qui ipse iis interfuit, exponantur, et magis etiam exornari atque amplificari posset, quia senes in suis potissimum, vel amicorum fatis factisque recensendis loquaces esse solent, quod, vel Nestoris exemplo intelligitur, cujus memoriam animo poetæ obversatam esse non inprobabili forte judicio suspicari possis.

Sed jam dudum videri possum opera inani in defendendo poetæ episodio defunctus esse, siquidem dimidia ejus pars, a v. 346, 551, commentitia est fabula, in qua itaque tantopere ornanda ingenii vires frustra consumsisse censendus sit. Quod si verum est, non tam Silius peccasse videtur, quam magnus ille historicorum numerus, quorum auctoritatem secutus est. Meminerimus quoque, nos in poeta legendo versari, cui, in famæ narrationisque diversitate et delectu, non minor fere delectationis ornatusque idonei ratio habenda est, quam summæ veritatis, ad quam singula exigat, modo ne ea, quæ narrat, vel a fide abhorreant, vel infirma auctoritate nitantur. Neutrum vero argumenta, a viris doctis adlata, mihi quidem persuaserunt. Hæc ceteris præivit Palmerius, qui Exercitatt. in auctores Græc. p. 181 sqq. tam ex miro scriptorum Rom. dissensu, quam ex Polybii silentio, et po-

tissimum ex Diodori Fragm. lib. XXIV, p. 273 seq. ed. Vales. et T. II, p. 566, edit. Wesseling. ingeniose conjecit, Regulum omnino Romam a Carthaginiensibus non missum, et in captivitate morbo mortuum, totam vero illam de ejus supplicio narrationem confictam ab uxore ejus et vulgatam fuisse, ut hæc crudelitatem suam in Pœnos captivos, suæ filiorumque suorum custodiæ traditos, excusaret. In hanc sententiam discesserunt Gesn. in Chrestom. Cic. p. 547; Jani ad Horat. Od. III, v, 49; Wesseling. ad Diodor. l. c. Lefeb. ad Sil. VI, 539; J. Toland. in *Collection of several pieces*, Lond. 1726, T. II, p. 28 seq. Hofmannus, Lloid et Iselin in Lexicis suis, quique majori eandem eruditionis adparatu, nec tamen novis fere rationibus commendarunt, *Beaufort* in fine Diss. *sur l'incertitude des cinq premiers siècles de l'histoire romaine, à Utrecht*, 1738, in-8°, et Cl. Roos in Diss. de suppliciis, quibus Regulus Carthagine traditur interfectus, Giess. 1790, quæ inserta est Repertorio scholis publicis destinato (*Magazin für öffentl. Schulen, Bremen* 1791) T. II, P. I, p. 50 sqq. ubi a p. 61, 71; ipso, quo hæc scribo, tempore adjiciendum curavi Epimetrum, et censuram hujus prolusionis. Quæ copiosius ibi disputavi, nunc summatim quidem, sed aliis additis, aliis emendatis, colligere liceat.

Primum quidem non diffiteor, Rom. scriptores non inter se tantum, sed a se quoque dissentire. Nam Cicero de Fin. II, 20; V, 27; Pis. c. 19, et Off. III, 27; Sen. de Prov. c. 3; Val. Max. IX, 2; ext. 1; Tudit. et Tubero ap. Gell. VI, 4; Silius VI, 539 seq. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 40, et Zonar. Ann. T. II. Atilium resectis palpebris, vigiliis et inedia, Seneca l. c. et Epist. 98; Silius II, 343, 344 et 435; Flor. II, 2; in cruce, et denique Sen. de Prov. c. 3, de tranquill. animi c. 15, et Epist. 67; Cic. Pis. 19; Val. Max. IX, 2; ext. 1; Aurel. Vict. et Zonar. ll. cc. Silius VI, 539 seq. Oros. IV, 8; Augustin. de Civit. Dei I, 15; Appian. de reb. Pun. c. 4, et inpr. Exc. II, ex Lib. V, de reb. Sic. T. I, pag. 93, edit. Cl. Schweighäus. in arca angusta, seu machina lignea, ferreis clavis undique intus sic munita, ut stare cogeretur, vigiliis ac fatigari corporis laceratione, eum periisse memorant. Cf. Reimar. ad Dion. Cass. T. I, pag. 62, et Duker. ad Flor. II, 2. Sed nihil est, quod hoc dissensu offendamur, si Regulum variis exquisitisque tormentis excruciarunt Pœni, quod præter eos, quos modo laudavi, Horat. Od. III, v, 49; Cic. Parad. II, de Sen. c. 20, et pro Sext. c. 59; Liv. Epit. XVIII; Val. Max. I, 1, 14; Eutrop. II, 14, ibique Pæan. et alii testantur. Res quoque aliqua omnino vera esse potest, quamvis inter testes, nuntios et scriptores discrepet; et fama eundo vires adquirere soleat. Mitior præterea et benignior interpretatio præferenda est odiosæ, et, quod æquitatis est, non temere quisquam repugnantiæ coarguendus. Diversas autem auctorum, quos citavi, narrationes facile inter se conciliari posse, jam dudum viderunt a Drak. inf. ad v. 539, laudati Lips. ad Senecæ ll. cc. Salmas. de Cruce Epist. II, p. 491, et Gronov. ad Sen. de Prov. c. 3. Posterior, cui Drak. et

Cl. Roos suffragantur, non dubitat, quin veteres auctores ipsam illam machinam ligneam, ferreis clavis præfixam et supplicio Reguli comparatam, *crucem* adpellaverint, quæ conjectura etiam Dausq. inf. ad v. 539, in mentem venit, sed a locis Silii II, 343 et 435, prorsus aliena videtur. Inepta certe est Dausq. nota: « Crux machina ipsa est, non crux immissa, non commissa: *pendet* autem Regulus, non quod e cruce penderit; sed quia in alto nutabundus (forte nutabundus), aut propensione sua casum minitaretur, ut *pendentes e rupe capellæ*. » Ego potius Atilium, variis tormentis prius excarnificatum, vel in cruce obiisse cum Lipsio, vel post mortem, exempli et majoris ignominiæ causa, cruci subfixum esse, cum Salmas. crediderim.

Quod ad Diod. l. c. adtinet, tradit ille, uxorem Reguli, obitu mariti comperto, *Pœnorum incuria eum mortuum putasse*, et propterea filiis suis auctorem fuisse, ut Bostarem Hamilcaremque, captivos Carthag. duces, suæque custodiæ commissos, crudeliter tractarent. Hinc potius suspicari possis, Romanos amicosque Marciæ veram atrocis, quam Atilius obierit, mortis rationem ab ea occultasse, ne dolori prorsus succumberet. Præterea mirum videri potest, captivos Pœnos et ipsos duces, Regulo adhuc vivente, mulieris et juvenum custodiæ traditos fuisse. Minus quis hærebit in loco Gellii VI, 4. « Tuditanus somno diu prohibitum Regulum, atque ita vita privatum refert; idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli a Senatu deditos... interiisse. » Vide etiam Plinium, lib. IX, cap. 33.

Superest, ut tertium argumentum, a Polybii silentio desumtum, paucis refellam. Primum ex XL libris, quos scripsit, non nisi quinque integri restant, eumque alio, qui periit, libro et loco de hac re egisse, ex ejus Fragm. IX, (καὶ αὐτὴ τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο, scilicet Regulus) et ex tota historiæ Polybianæ natura ac indole probabiliter colligere mihi videor. Nam Regulus jam A. U. 499, captus, sed demum post cladem, Pœnis A. U. 503, a Metello Cos. inlatam, anno eodem, vel seq. C. Atilio et L. Manlio Coss., Romam missus est, quod intelligitur tum ex Liv. Epit. XVIII, coll. cum init. Epit. XIX, tum ex Eutrop. II, 11; Oros. IV, 10; Zonara VIII, 15 et Dione Cass. Tom. I, p. 62; Exc. 149, ubi vid. Reimar., et Cl. Schweigh. ad Appian. T. III, pag. 189 sq. Polybius autem chronicam composuit historiam, et hanc Pœnorum legationem non modo hanc ob causam rebus a Regulo usque ad captivitatem gestis non adnectere, sed postea quoque justo loco et tempore eo facilius omittere potuit, quum prorsus inutilis fuerit, nec ad fortunam Pœnorum mitigandam, vel ad res mutandas quidquam habuerit momenti. Deinde sola fere prælia, in b. Punico I edita, sulasque propemodum res, ab ipsis ducibus, et ne quidem ab omnibus, v. c. a L. Cornelio Scipione in Sardinia et ab aliis gestas, nunquam vero eorum fata, vel prospera, vel adversa, memorare solet; unde historiam quoque annorum ab V. C. 499, 503, quam paucissimis absolvit, et insignes ho-

nores, C. Duilio a S. P. Q. R. habitos, Bostaris Hamilcarisque tam captivitatem quam supplicia, et quot non alia? silentio prætermittit. Ad hæc, quæ dixi, confirmanda multum valent verba Polyb. I, 36: λέγεται δὲ καὶ ἕτερος ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Ξανθίππου λόγος, ὃν πειρασόμεθα διασαφεῖν, οἰκειότερον λαβόντες τοῦ παρόντος καιρόν. Cf inf. ad v. 680 seqq. et VII, 558. Præterea non facile quisquam, nisi præjudicata opinione imbutus, sibi persuadebit, solo Polybii silentio solaque Diodori auctoritate, quæ nec adeo magna est, nec vulgari quoque sententiæ adversatur, fidem tot scriptorum, qui ne inprobabilia quidem, nedum absurda commemorant, (Tudetani inprimis et Tuberonis, quorum alter cum M. Aquillio Consul et Polybii æqualis fuit; alter, cujus historia a Dionysio, Livio aliisque passim laudatur, belli civilis initio ex SCto Africam provinciam sortitus est, unde rem, de quo quæritur, ex Pœnorum non minus, quam Romanorum actis publicis cognoscere potuit) penitus labefactari, nemineque, vel eorum, vel Romanorum tunc temporis viventium, in veram rei rationem inquisivisse, sed omnes rumori plebis nugisque anilibus temere credidisse. Quam parum firma sunt argumenta, a silentio scriptorum petita! Et nonne eadem ratio ad fidem Diodori convellendam pertinet? Nam Bostaris Hamilcarisque et reliquorum, quæ Diodorus narrat, nec Polybius, nec quisquam alius mentionem facit. Denique ponamus, totam de Reguli supplicio narrationem esse fabulam, quam vel uxor ejus, vel, quod Cl. Roos sospicatur, ipsi Romani sint commenti. Num vero iidem finxerunt etiam, Atilium Romam venisse, et Carthaginem rediisse? id quod Tubero, Cicero et tot alii, ne Polybio quidem excepto, ut ex Frag. supra adlegato adparet, testantur, quodque non mirum videbitur ei, qui meminerit, qualis quantusque vir fuerit Regulus, et quam confidenter Pœni, eo Romanis reddito, captivorum commutationem mitioresque pacis conditiones sperare potuerint. Num et hoc in commentis numerandum est, cui tamen non magis Romani tum viventes fidem habere dubitaverint? cui nemo contradicere ausus sit? quum non clam ille et occulte in urbem venerit, sed frequenti curiæ interfuerit? Silices concoquere potest, qui ad hæc credenda pronum se esse profitetur. Quod si vero Regulus revera Romam profectus est, et non modo non censuit captivos redimendos, verum etiam dissuasit, adeoque summam unicamque hostium spem fefellit: crudelitas, quam Pœni in ipsum redeuntem, et vindicta, quam postea Romani in captivos hostium duces exercuisse dicuntur, quam maxime probabilis est. Ceterum qui propterea fortiter et legationem Atilii in dubium vocare sustinet, quod stulti sit hominis, ea suadere, quibus sibi ipse pestem machinetur, et ad exquisita potius supplicia redire, quam jurisjurandi religionem fallere, eum remitto ad Cic. Off. III, 26 seqq. et tempora respicere jubeo, quibus respublica Romana sanctissima fuit, et bonis exemplis ditissima.

Jam, Tartessiaco quos solverat æquore, Titan
In noctem diffusus equos jungebat Eois
Litoribus, primique novo Phaethonte retecti
Seres lanigeris repetebant vellera lucis.
Et fœda ante oculos strages, propiusque patebat
Insani Mavortis opus: simul arma virique
Ac mixtus sonipes, dextræque in vulnere, cæsi

2. *urgebat* Ox. et Pol. cum priscis edd. Sed *jungebat* obponitur τῷ *solverat*. — 3. *refecti* conj. N. Heins. Ut vero nox terras tenebris, quasi *amictu*, *velis*, *peplo*, *palla tegere*, sic sol *retegere* dicitur, quod Draken. illustrat locis Sil. V, 36; XII, 613; XV, 284; Stat. Th. II, 527; III, 416; V, 396; inpr. Virg. Æn. IV, 120; V, 65; Ovid. Met. VIII, 1; et Lucan. IV, 529; conf. Gronov. ad Liv. I, 57. — 4. *relegebant* emend. Burm. ut *legere vellera*, *fila*, *ramis*, etc. Sed minima mutatione *lanigeri r. v. luci* legi posse, et de voce *repetere* hoc sensu consulendum esse Gronov. Diatr. Stat. c. 34, monet Drak. Ego potius *pectebant* scribendum esse olim putavi, et nunc idem editum video a Lefeb. qui in antiquis *petebant* inveniri testator, et hinc male *repetebant* emendatum existimat, ne versus claudicaret. Conf. not. Nec tamen prorsus damnanda est lectio vulgata. — 5. *En* iterum reposuit Lefeb. Non male, sed contra libros. *At* vel *Stat* malebat N. Heins. — 7. *d. in pulvere cæsæ H. h.*, quæ, etsi abscissæ, etiamnum hastas tenebant, emend. Burm. Non male, judice etiam Drak. conf. V, 670; XIII, 693; *in vulnere* caro conj. N. Heins. conf. not. ad V, 2; *dextræque in funere* (in ipsa morte) *cæsæ* considerentur.

1. *Tartessiaco quos solverat æquore* occidentali Oceano. Conf. X, 538, et ad III, 399. — *solverat*, *Titan*... ut XII, 681.

3, 4. Sol prima luce salutabat *Seres*, extremi orientis populum, (in parte Schensi, seu Chensi, provinciæ Sinensis, cujus urbs Sera nunc Kantschu dicitur, de quo v. Ill. Bruns *in d. Handbuch d. alten Erdbeschr.* T. II, p. 267 seq.) qui *repetebant vellera*, sericum, ut depecterent foliis, de quo serici parandi modo vid. Dausq. ad h. l. et XIV, 664; Cerda et Heyne ad Virg. Georg. II, 121; Intpp. ad Claud. Cons. Olybr. et Probi v. 180 seq. et ad Val. Fl. VI, 699; Salmas. ad Solin. c. 63, et ad Tertull. Pall. p. 198 sq. 233 sq. Hard. ad Plin. VI, 17; XI, 23; XII, 11. Cf. V. L. — *Seres* in occident. finibus Sinæ, *Tungut*, si fides habenda *Sprengel.* in *Gesch. d. geogr. Entdeck.* p. 126. — *lanigeris lucis*, δένδρα ἐριοφόρα ap. Theophr. H. P. IV, 9. Cf. Herodot. III, 106; Plin. XII, 10, et Claud. l. c. — 5. Cf. Liv. XXII, 6. Poeta autem ad hanc stragem transtulisse videtur, quæ idem Liv. XXII, 51; de Cannensi refert. Conf. ad v. 47. — 6. *Insani Mavortis opus* atrox bellum ejusque eventus. Cf. Virg. Æ. VIII, 516, ubi v. Heyne.

Digitized by Google

Hærentes hastis : passim clipeique, jubæque,
Atque artus trunci capitum, fractusque jacebat
Ossibus in duris ensis : nec cernere deerat
Frustra seminecum quærentia lumina cælum.
Tum spumans sanie lacus, et fluitantia summo
Æternum tumulis orbata cadavera ponto.
Nec tamen adversis fuerat fracta Itala virtus.
Bruttius ingenti miserandæ cædis acervo,
Non æquum ostentans confosso corpore Martem,
Extulerat vix triste caput, truncosque trahebat
Per stragem, nervis interlabentibus, artus,
Tenuis opum, non patre nitens linguave; sed asper
Ense, nec e Volsca quisquam vir gente redemit

edidit Lefeb. *dextræque in v. cæsi H. hostis*, h. e. manus abscissæ etiamnum telum tenentes in corpus hostile inpressum, conj. Cel. Ernesti. Vulgata forte lectio, si verba *dextr. in vulnere*, ut reliqua, quæ præcedunt et sequuntur, substantiva ad *jacebat* retuleris, ferri potest; vel si distinctione post *vulnere* sublata, verba sic junxeris, *cæsi h. hostis in vulnere d.*, ut paulo durius id dictum sit pro, cæsorum dextræ hastarum luris, seu amentis inhærentes, inplicatæ. — 8. *jubæque*, h. e. galeæ, Oxon. vel potius, teste Lefeb. tres scripti cum R. 1 et 2, quod et Dausq. placuit. Vulgo *tubæque*; cf. ad V, 166. — 14. *fuerat tota* Col. unde *ruerat tota* ingeniose corrig. N. Heins. quod recepit Lefeb. quam virtus fracta quidem fuerit, nec tamen tota ruerit; conf. ad XV, 739; *ruerat fracta* multo elegantius foret, judicio Ill. Ernesti, quum fracta, h. e. adfecta fuerit virtus Romana, sed veluti se crexerit, non corruerit. — 15. *Bruttius*, Col. Vulgo *Brutius*, ut Βρούτιοι, Βρύτιοι et Βρέττοι in scriptis quibusdam Græcorum libris, prob. Cluver. Ital. ant. IV, 15, p. 1283; conf. VIII, 568; XI, 10. Sed Βρούττιοι et Βρουττία ap. Steph. Bys. qui ab hoc Calabriæ populo *Brettios*, Tyrrheniæ gentem, distinguit. Sic et ap. Gruter. p. 196, 199; Reines. Inscr. Cl. VI, 12, et in optimis codd. Livii aliorumque : Βρέττιοι et Βρεττία Polyb. IX, 7, et plerisque Græcis dicuntur; vid. inpr. Strab. VI, p. 176 al. 255, et Diodor. VI, 15, qui originem hujus nominis exponunt; Βρύττιοι ap. Appian. Hannib. c. 54; ubi vid. omnino Cl. Schweigh. T. III, p. 379 sq.

10. *nec cernere deerat*, ut al. *erat*, scilicet copia, seu facultas, licebat, ἦν h. e. ἐξῆν ἔτι ἰδεῖν, ut ap. Tibull. IV, 1, 100. Cf. ad v. 488, et I, 163. — 11. Cf. Virg. Æn. IV, 691, et ad II, 122. — 13. Vid. ad I, 154; IV, 669, et V, 156.

15. *Bruttius* et Volscorum gente, et aquilifer Flaminii in bello, adversus Boios gesto, fuisse fingitur. — 16. *Non equum*, non propitium sibi et Romanis. Conf. ad II, 364; II, 2, 260. — 18. Proprie artus ipsi interlabuntur, nervis succisis, e v. 13; Ern. — 19. *patre*, nobili genere. — *lingua*, arte dicendi. — *nitens*, clarus, inclitus. — *asper Ense* cf. v. 480, et Heyne ad Virg. Æn. I, 14. — 20. *redemit*, virtute sibi paravit. — *ævum*, αἰὼν, æter-

Plus ævi, nec magnanima puer addere sese
Pubescente gena castris optarat, et acri
Flaminio spectatus erat, quum Celtica victor
Obrueret bello Divis melioribus arma.
Inde honor ac sacræ custodia Marte sub omni
Alitis; hinc causam nutrivit gloria leti.
Namque necis certus, captæ prohibere nequiret

21. *magna anima* ex emend. Dausq. recepit Cell. coll. vers. 40, et Horat Od. I, XII, 37; *addere* scripsi et Parm. Vulgo *abdere*, quod proprie significat a se dare, ἀποδίδοσθαι, amovere, excludere, adeoque contr. τοῦ *addere*; vid. Heyn. ad Tibul. II, 1, 82, et ad Virgil. Georg. lib. III, vers. 96; it. Gronov. de Pec. vet. IV, 8; p. 308; ubi *abdere sese castris* interpretatur, excesse castris. Contra Dausq. tutius in castris agere et delitescere; *nec magnanimis puer addere sese P. g. c. cessarat*, vel *dubitarat*, vel *tardarat*, vel *vitarat* conj. N. Heins. Levior forte medicina, *nec magnanimis puer abdere sese... optarat*. Oratio tamen lenior fere profluere videtur, si post *puer* interpungatur, vel etiam verba, *nec e Volsca... puer*, parenthesi includantur. Tum *magna anima*, seu *magnæ animæ*, seu *magnanimus* reponendum, et τὸ *addere* e scriptis recipiendum. Sed præstat ingeniosa Ill. Ernesti emendatio: *nam magno animo*, vel *magni animi puer addere*, etc. ut ratio eorum, quæ præcedunt, reddatur. — 22. *acri*, non *acer*, scripsi..

nitas, immortalitas famæ. Ill. Ernesti opinatur, adolescentulum designari, tam strenue se gerentem, ac si provectus ætate miles esset, adeoque quod ætati desit, redimentem h. e. compensantem factis et virtute. — 21, 22. Dura est et contorta interpretandi ratio, a Draken. proposita: puer magnanimus nec h. e. nondum pubescente gena (ut *dorsum citatum* h. e. equi citati, X, 469, et *duro lacte lupæ* apud Propert. II, VII, 14; ubi vid. Broukh.) jam optarat, militiæ nomen dare, ad quod propter ætatem cogi non poterat. Gesner. in Thes. voc. *abdere* et Lefeb. ad h. l. ex antea dictis τὸ *plus* repetunt: nec puer pubescente gena magnanima plus optarat, etc. Videntur itaque et hi τὸ *magnanima* κατ' ἔννοιαν ad puerum retulisse: sed *plus* h. l. pro *magis* accipi, grammatici minus concedent. — 23, 24. Quum Flaminius Boios bello obprimeret, vid. ad IV, 704. — *melioribus*, benignioribus, magis propitiis, ut ap. Val. Fl. I, 675; II, 369; VI, 676, et Virg. Æn. XII, 179.

25, 26. *Alitis sacræ*, aquilæ, quæ numinis instar ad aram in ejus honorem in principiis positam, coli, jurari et adorari solebat; vid. Dausq. ad v. 37, Lips. Mil. Rom. IV, 3 seq. V, 4, et ad Tac. Ann. I, 39; II, 17, Intpp. ad ad Stat. Th. X, 170 seq. — *Marte sub omni* perpetua. — *gloria* et honos, quem virtute sibi paraverat, *nutrivit*, ut alias *fovit*, *aluit*, h. e. servavit, e manibus hostium eripuit, et hoc pro, inpulit eum, ut religiosissime curaret ac custodiret, summa cura tueretur *causam leti*, aquilam, quæ mortis ipsi causa fuit, quoniam in prima acie signa in hostem feruntur, isque illa potissimum capere nititur. — 27, 28.

Quum Pœnos aquilæ, postquam subsidere fata
Viderat et magna pugnam inclinare ruina,
Occulere interdum et terræ mandare parabat.
Sed, subitis victus telis, labentia membra
Prostravit super, atque injecta morte tegebat.
Verum ubi lux nocte e Stygia miseroque sopore
Reddita, vicini de strage cadaveris hasta
Erigitur, soloque vigens conamine late
Stagnantem cæde et facilem discedere terram
Ense fodit, clausamque aquilæ infelicis adorans
Effigiem, palmis languentibus æquat arenas.
Supremus fessi tenues tum cessit in auras
Halitus, et magnam misit sub Tartara mentem.
Juxta cernere erat meritæ sibi poscere carmen
Virtutis sacram rabiem. Lævinus ab alto

32. *injecta* Col. Vulg. *illecta* Barth. explicat, omnes in cædem suam illiciens tam forti facinore, et Cell. adpetens mortem, quæ nondum aderat proxime; *effīcta morte* conj. Burm. et *injecta mole* scilicet corporis, N. Heins. Utrumque arridere potest; *infecta*, vel *inficta morte* tentabat Lefeb. *illæta* non nemo teste Dausq. — 35. *vigens*, non *ingens*, Col. Col. — 37. *cassamque*, h. e. nil proficientem, quam nequidquam venerabatur, suspic. N. Heins. Possis et *flavamque*, h. e. auream. — 41. *meritæ* Col. et Ox. Vulgatam *merito sibi* defendit Lefeb. ut *merito* scilicet Lævino poeta dixerit (hæc ejus verba sunt) mutatione regiminis ad nobilius genus; conf. not. ad V, 495. — 42. *Lævinus*, non *Levinus*, Col.

prohibere aquilæ, ut κωλύειν et εἴργειν τινά τινὸς, quod jam monitum video a N. Heins. et Drak. Similiter *defendere* V, 490, ubi vid. not. — *subsidere*, recedere, vel eorum favorem decrescere, minui. — 30. *interdum*, interea, Drak. conf. ad IV, 491. — *parabat*: nam morte puniebatur, qui signa amiserat. — 32. *morte*, cadavere, vel se mortuo. Conf. Acc. ap. Non. 2, n. 328; Plin. XIV, 19; Prop. II, XIII, 22; Cic. Mil. 32, pr. coll. c. 13. Cf. V. L. — 35. *Erigitur*, se ipsum erigit. — 36. *Stagnantem cæde* ut XII, 43. Proprie aqua stagnat. Cf. Gron. Diatr. Stat. c. 28. — *facilem discedere* quia cæde stagnabat. — *discedere* vid. Heins. ad Ovid. Fast. III, 371. — 37. *clausam* inclusam terræ, vel, Voss. judice, sacello, ἀετῷ, ὅς ἐστι ναὸς μικρὸς, ἐν ᾧ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, teste Dione XL. p. 128. Prior ratio simplicior est et satis apta contextui. Neutra tamen Drak. satisfecit. Cf. V. L. — 38. *æquat*, æquas, planas facit, ne tumulus sit indicio rei defossæ. — 40. ἴφθιμον ψυχὴν ἄϊδι προΐαψε Il. α, 3. — *misit sub Tartara* ut ap. Virg. Æn. IV, 243.

42. *Virtutis sacram rabiem* vid.

Digitized by Google

Priverno, vitis Latiæ præsignis honore,
Exanimum Nasamona Tyren super ipse jacebat
Exanimis : non hasta viro, non ensis; in artis
Abstulerat Fors arma : tamen certamine nudo
Invenit Marti telum dolor. Ore cruento
Pugnatum, ferrique vicem dens præbuit iræ.
Jam laceræ nares, fœdataque lumina morsu,
Jam truncum raptis caput auribus, ipsaque diris
Frons depasta modis, et sanguine abundat hiatus :
Nec satias, donec mandentia linqueret ora
Spiritus, et plenos rictus mors atra teneret.
  Talia dum præbet tristis miracula virtus,
Diverso interea fugientes saucia turba
Jactantur casu, silvisque per avia cæcis
Ablati furtim multo cum vulnere solos
Per noctem metantur agros : sonus omnis et aura
Exterrent, pennaque levi commota volucris.

43. *præsignis* scripti, Med. et Martin. Herbip. non repugn. Dansq. Vulgo *persignis*, solenni aberratione, ex ταχυγράφων compendio scripturæ orta, cujus exempla dat Drak. — 45. *Exanimus* tacite reposuit Lef. Mox vulgg. *arctis*, vid. ad V, 477. — 51. *inundat* maluerit N. Heins. col. Virg. Æn. X, 24. — 52. *satias* Oxon. conf. ad IV, 110; *satia* Col. *satial* Put. R. 3; Med. *saties*, *satis est*, et *satis es* in editis.

ad VII, 9. — *Lævinus* conf. V, 544 seq. — *ab alto Priverno* conf. ad I, 431, in V. L. — 43. *Privernum*, Volscorum opp. in Latio, hod. *Piperno*, in colle situm, unde h. l. *altum* dicitur, quod Dansq. male exponit antiquum, coll. Virg. Æn. XI, 540. — *vitis* vel baculus e vite erat insigne centurionis Romani, (unde *Latia*) quô milites ob leviora delicta cædere solebat, quare *vitis* pro ipso centurionatu ponitur. Cf. XII, 395, 465; Plin. XIV, 1, extr. Tac. Ann. I, 23; Liv. Epit. 57; Juven. VIII, 247; XIV, 193; Lucan. VI, 146; Casaub. ad Spartian. Hadrian. 10; Lips. Mil. Rom. V, et, quos Drak. ad XII, 395, laudat, Quintil. Decl. III, p. 43; Euseb. hist. eccles. VII, 15; P. Fabrum Sem. I, 17, et Ursin. famil. Rom. in gente Didia. — 45. *artis*, scilicet rebus. Conf. ad V, 477.

46. *nudo*, sine armis. — 47 seq. Comparant Liv. XXII, 51, extr. Val. Max. III, 2, ex. 2; Stat. Th. VIII, 760; ubi vid. Barth. Cf. ad v, 5. Sed quod Livius de Pœno tradit, Silius in Romanum transtulit, fœdamque scenam nimis ad vivum resecavit.

57. *Ablati* cf. ad V, 633. — 58, 59. Imitat. Virg. Æn. II, 728; ubi vid. Cerda. — *metari*, fuga peragrare, ut alias *metiri*. Conf. Sen. Hippol. 505, et sup. ad III, 339.

Non sopor, aut menti requies : agit asper acerba
Nunc Mago adtonitos, nunc arduus Hannibal hasta.
  Serranus, clarum nomen, tua, Regule, proles,
Qui longum semper fama gliscente per ævum,
Infidis servasse fidem memorabere Pœnis,
Flore nitens primo, patriis heu! Punica bella
Auspiciis ingressus erat, miseramque parentem,
Et dulces tristi repetebat sorte penates
Saucius. Haud illi comitum super ullus, et atris
Vulneribus qui ferret opem : per devia, fractæ
Innitens hastæ, furtoque ereptus opacæ
Noctis, iter tacitum Perusina ferebat in arva,
Ac fessus parvi (quæcumque ibi fata darentur)
Limina pulsabat tecti; quum membra cubili
Evolvens non tarda Marus (vetus ille parentis
Miles, et haud surda tractarat prælia fama)

62. Gentis Atiliæ cognomen in numis et marmm. *Sarranus* et *Saranus* scribi, a devictis *Sarranis*, Tyriis, h. e. Pœnis, (vid. ad I, 72) vel potius a *Sarrano*, antiquo Umbriæ oppido, unde *Sarranates* dicti Plin. III, 14, monent Draken. ad h. l. et, qui de familia Atilia doctissime egit, multosque vulgares errores refutavit, Perizon. Animadv. hist. c. 1, p. 24 et 33. Vulgatam scripturam *Serranus* tuentur Heins. ad Virg. Æn. VI, 845, et alii, qui propter historiam, ex Cic. Rosc. Amer. c. 18, Plin XVIII, 3, et Val. Max. IV, IV, 5, notissimam, *Serrano* hoc nomen a *serendo* inditum putant. Sed inde potius *Serenus*, vel *Seranus* certe dicendus videtur. — 72. *Ac*, non *Hic*, Col. et R. 2; Mox *ibi*, non *hic*, vel *heic*, et v. 73; *cum*, non *tum*, in scriptis. — 74. *jam tarda* ob senectutem corrig. Barth. Adv. I, 13,

— 61. *arduus*, ut apud Virg. Æn. IX, 53.

62. *Serranus*, h. e. M. Atilius Regulus, cujus patri idem nomen erat, vid. ad II, 8. — 65, 66. *patriis Auspiciis*, æque infeliciter, ac pater, Cell. 680. — 68. *super*, scilicet erat, vel superstes erat, ut ap. Virg. Æn. III, 489. — *atris Vulneribus*, ut ap. Virg. Æn. IX, 700, propter sanguinem atrum. Confer Drak. et ad V, 165. — 70. *Innitens hastæ*, ἔγχει ἐρειδόμενος, Hom. Il. ξ, 38, et σ, 49. Conf. Virg. Æn. XII, 386, 398. — *ereptus*, se eripiens, fugiens. — *furtum Noctis* ut apud Curt. IV, XIII, 9, et *furtum diei* ap. Liv. XXVI, 51. — *furari*, ut κλέπτειν est, clam altero quid facere, vid. Perizon. ad Ælian. V. H. III, c. ult. Cf. ad VII, 487. — 71. *Perusia*, hod. *Perugia*, urbs Etruriæ, juxta Tiberim, ab altero latere Trasymeni lacus, qui nunc *Lago di Perugia* dicitur. — 72. *quæcumque ibi fata darentur* quemcumque casum fors ferat. Nescius, hostis inde, an amicus proditurus sit, Cell. — 75. *surdus*, ut κωφός, passive dicitur, qui non auditur,

Procedit, renovata focis et paupere Vesta
Lumina prætendens, utque ora agnovit, et ægrum
Vulneribus duris, ac (lamentabile visu!)
Lapsantes fultum truncata cuspide gressus,
Funesti rumore mali jam saucius aures :
« Quod scelus, o nimius vitæ, nimiumque ferendis
Adversis genitus cerno? te, maxime, vidi,
Ductorum, quum captivo Carthaginis arcem
Terreres vultu, crimen culpamque Tonantis,
Occidere, atque hausi, quem non Sidonia tecta
Expulerint eversa meo de corde, dolorem.
Estis ubi en! iterum, Superi? dat pectora ferro

quod recepit Cell. quia cum *Evolvens* jungitur. — 76. *veste* Marsus, et quidam alii, vulgari errore; vid. quos Draken. laudat VV. DD. ad Ovid. Fast. VI, 234, et Broukh. ad Prop. II, XXII, 27. — 78. *Vulneribus crudis*, h. e. recentibus, malebat N. Heins. Non male; sed non necesse est. — 81. *nimius vitæ*, qui nimis diu vixi, Colon. non refrag. Dausq. Vulgatum *nimium vitæ... genitus* male defendit Barth. Adv I, 13; ut sit, qui vixit diu, ut videret, quæ maxime omnium nollet. — 85. *ausi* quidam recenti. — 86. *Expulerant* Ox. — 87. *eu*, h. e. heu, conj. N. Heins.

et tacet; hinc de quo nihil auditur, ignotus, obscurus, ignobilis, v. c. *herbæ surdæ et ignobiles* apud Plin. XII, 2; conf. Intpp ad VIII, 248; Broukh. ad Prop. I, VII, 18, et Barth. ad Stat. Th. IV, 359. Similiter *mutus* et *cæcus* passim occurrunt; vid. ad III, 579, et V, 2. — 76. *renovata*, adcensa. — *Vesta*, *ἑστία*, ignis, vel focus. — *paupere*, exigua, qualis pauperum esse solat. — 79. Cf. Virg. Æn. XII, 386, « Alternos longa nitentem cuspide gressus. » et sup. v. 70. — 80. Similiter *gravior ne nuntius aures Vulneret* dixit Virg. Æn. VIII, 582, ubi vid. Burm.

82. Præclara ad Regulum patrem apostrophe, qua Marus, dolore et indignatione incensus, Deos, malorum auctores, graviter adcusat. Draken. ad v 84, duplex impietatis gentilium specimen notat, qui, ubi quid infausti piis, et contra inprobis fausta quævis evenire viderint, Deorum id crimina et invidia contingere putaverint, et Deos esse, vel res humanas curare, negaverint. Hæc loquendi et cogitandi ratio, quam *inpiæ gentilium priscorum nationi* familiarem fuisse, multis exemplis ostendit, minus offendet eos, qui Homeri veterumque poetarum lectione imbuti sunt. — 83. *captivo vultu*, quamvis captivus esses — 84. *crimen culpamque Tonantis* ut *dederis* v. 340. *Diis facere invidiam* ap. Quintil. Decl. VIII, 14; ubi vid. Burm. p. 180. Conf. ad III, 78, in V. L. et Cuper. Obss. II, 4. — 85. Cepi inde dolorem, quem ne Carthaginis quidem eversio lenire et depellere possit. — 87. *Superi* jus-

Regulus, ac stirpem tantæ perjura recidit
Surgentem Carthago domus. » Inde ægra reponit
Membra toro, nec ferre rudis medicamina (quippe
Callebat bellis) nunc purgat vulnera lympha,
Nunc mulcet succis : ligat inde, ac vellera molli
Circumdat tactu, et torpentes mitigat artus.
Exin cura seni, tristem depellere fesso
Ore sitim, et parca vires arcessere mensa.
Quæ postquam properata, sopor sua munera tandem
Adplicat, et mitem fundit per membra quietem.
Necdum exorta dies, Marus instat vulneris æstus
Expertis medicare modis, gratumque teporem,
Exutus senium, trepida pietate ministrat.
Hic juvenis, mæstos tollens ad sidera vultus,
Cum gemitu lacrimisque simul : « Si culmina nondum
Tarpeia exosus damnasti sceptra Quirini,
Extremas Italum res, Ausoniamque ruentem

88. *Regulus, ac stirpem* scripti et R. 2. Vulgo *Regulus? an stirpem... domus?* Male peritum Nut. et al. — 90. *medicamina opemque C. belli* (ut *nec rudis belli* sit, longa militia exercitus), vel *Callebat telis* emend. N. Heins. — 95. Vulgo *accersere*; vid. ad I, 264.

ti. — 89. *Surgentem*, v. ad I, 112.

90. Non ignarus artis medendi, quippe quam plurium bellorum usu et experientia *callebat*, didicerat. Ita jam Draken. sensum hujus loci cepit, qui N. Heinsio contaminatus videbatur. Conf. v. 99. — *quippe*, nam. Virg. Æn. XII, 422, male comparavit N. Heins. — 91. Sanguis non modo ablui, sed et sisti solebat aqua frigida, ut calida dolor mitigari : quod Draken. probat coll. v. 98 sq. Athen. Deipnos. II, 4; Cels. de re med. V, 26, §. 21; cf. etiam sup. V, 368; Heyne ad Virg. Æn. X, 833, 834, et Hippocr. Aphorism. V, 22, 25. — 92. *succis* conf. V, 353. — *vellera*, infulas vittasque laneas, ut ap. Virg. Æn. IV, 459, et Stat. Th. II, 95, vel sicca linamenta, quibus inplendum est vulnus, auctore Celso l. c. — 94, 95. Cf. XV, 813, et verba Celsi l. l. §. 25, a Draken. adscripta, qui recte monet, Mari quoque paupertatem innui posse.

97. Cf. Virg. Æn. I, 691; 692, ubi v. Heyne. — 99. *teporem* Barth. exponit naturalem calorem, placato æstu reductum; Cell. fomenta, et Drak. aquam tepidam mitigando dolori. — 100. *Exutus senium*, inmemor senectutis, supra ætatis vires. Cf. XIII, 120, ad VII, 496; Heins. ad Ovid. Her. IX, 111. Cuper. Obss. I, 8. — *trepida*, sollicita de amici vita: nisi ad Mari senectutem referre malis.

Adspice, ait, genitor; tandemque adverte procellis
Æquos Iliacis oculos. Amisimus Alpes,
Nec deinde adversis modus est. Ticinus, et ater
Stragibus Eridanus, tuque insignite tropæis
Sidoniis Trebia, et tellus lacrimabilis Arni.
Sed quid ego hæc? gravior quanto vis ecce malorum!
Vidi crescentes Trasymeni cædibus undas,
Prostrataque virum mole : inter tela cadentem
Vidi Flaminium. Testor, mea numina, Manes,
Dignam me pœnæ tum nobilitate paternæ
Strage hostis quæsisse necem, ni tristia letum,
Ut quondam patri, nobis quoque fata negassent.»
  Cetera acerbantem questu lenire laborans
Effatur senior : « Patrio, fortissime, ritu
Quidquid adest duri et rerum inclinata feramus.

106. *Æquus* Colon. *Æquor* volebat N. Heins. Vulgatum ex Virgil. *Æneid.* lib. IV, vers. 372, et Valer. Flacc. IV, 1, firmat Drak. — 109. *Arni* ex Col. et R. 2, restituit Lefeb. quem secutus sum; vid. ad V, 7; *Arvi* Ox. et Benes. *Auni* Put. et Tell. cum R. 3, et Med. quod et h. l. viri docti præferunt. *Hanni* Marsus, et quidam alii. — 112. *prostratoque virum cumulo* corrig. N. Heins. qui tamen *molem* pro corpore h. l. et alibi passim dici sup. ad v. 32, monuerat. — 117. *acervantem* Ox. et Put. cum Parm. ac Med. ex more ævi recentioris, vid. quos Drak. laudat, Pier. ad Virg. Æ. XI, 407; Barth. ad Stat. Th. III, 214; XII, 75, et Carr. ad Val. Fl. VI, 655. — 119. *Quidquid id est*, et en pro et e c. Tell. recepit Lefeb. Prius etiam conjecerat N. Heins. prob. Drak. qui citant inf. v. 582; Virg. Æ. II, 49; V, 710; Ovid. Epist. VII, 71; XIX, 203, et ex P. I, 1, 21; VI, 25; II, IX, 77; Senec. Thyest. v. 827, 963; Martial. VI, 68; Nemes. Cyneg. v. 219; Rutil. Itin. I, 311. Sed viri docti non viderunt, omnibus his locis illam loquendi for-

105. *genitor*, Jupiter. Conf. ad 606.—106. *Alpes*, Italiæ quasi propugnaculum, *amisimus*, via per eas patefacta. — 107 sq. *ater Stragibus*, sanguine cæsorum infectus. Conf. ad V, 129. — 109. *tellus lacrimabilis Arni*, Etruria, vid. ad V, 7; in V. L. — 110. *Sed quid ego hæc* abrupta oratio, seu ἀποσιώπησις hominis, vel irati, vel queruli et lamentantis. Drak. ad h. l. et ad IX, 55; laudat VII, 248; X, 290; Heins. ad Ovid. Her. XIII, 135; XV, 207, et Fast. IV, 83; Barth. ad Stat. Th. III, 87. Conf. etiam Intpp. ad Virg. Æn. I, 135; II, 101.

113. Cf. Virg. Æn. II, 432 seq. — *Manes* parentis, quos *numinis* instar colo. — 114. *pœnæ paternæ*; de qua vid. inf. v. 539 sq. — 115. *letum* viri fortis in pugna.

117. *acerbantem questu* acerbe querentem. Confer. ad Valerium Flaccum VI, 655, et vide varias lectiones. — 119. *rerum inclinata*, ut *res inclinatæ* ap. Liv. IX, 12.

Talis lege Deum clivoso tramite vitæ
Per varios præceps casus rota volvitur ævi.
Sat tibi, sat magna, et totum vulgata per orbem
Stant documenta domus: sacer ille, et numine nullo
Inferior, tuus ille parens decora alta paravit
Restando adversis, nec virtutem exuit ullam
Ante, reluctantes liquit quam spiritus artus.
Vix puerile mihi tempus confecerat ætas,
Quum primo malas signabat Regulus ævo.
Adcessi comes, atque omnes sociavimus annos,
Donec Dîs Italæ visum est exstinguere lumen
Gentis, in egregio cujus sibi pectore sedem
Ceperat alma Fides, mentemque amplexa tenebat.
Ille ensem nobis magnorum hunc instar honorum
Virtutisque ergo dedit, et, sordentia fumo
Quæ cernis nunc, frena, sed est argenteus ollis
Fulgor; nec cuiquam Martis est post talia dona
Non prælatus eques. Verum superavit honores
Omnes hasta meos; cui me libare Lyæi

mam absolute poni, et h. l. voc. *duri* adjici. — 125. *illam* recte, opinor, emend. N. Heins. — 133. *hunc* Col. *nunc* Ox. et R. 2. Vulgo *en*, et quidam *ni: instat* Ox.

120, 121. Pulchri versus! conf. ad lib. IV, v. 603. — *clivoso*, difficili, laborioso, unde *in medio clivo laborare* dixit Petron. c. 47, ubi vid. Burm. et Salmas. Exerc. Plin. p. 544; Drak. — Verba *rota volvitur ævi* Barth. petita putabat ex Anacr. IV, VII, 8: Τρόχος ἅρματος γὰρ οἷα Βίοτος τρέχει κυλισθείς. Vid. ibi Barnes. et Rittersh. ad Oppian. Cyneg. I, 231. Ill. Harles Anthol. Gr. poet. p. 8. Fortunam alii rotæ insistere fingunt. Vid. Broukh. et Heyne ad Tibull. I, V, 70: Κύκλος τὰ ἀνθρώπινα prov. — 123. *Stant*, sunt, *documenta* virtutis, quibus Reguli *domus* inclaruit. Drakenb. comparat XIII. 671. — 125. *Restando*, resistendo, ut VII, 130, cf. Broukh. ad Prop. III, 6, (al. 8) 31, et Gronov. ad Liv. IV, 58. — 128. Cf. Ovid. Met. XIII, 754. — *primo ævo*, lanugine. — 130. *lumen*, ornamentum et præsidium, ut IX, 532. Cf. Ernesti clav. Cic.

132. *alma Fides* vid. ad III, 203. Quam præclare hoc ad exprimendum Reguli animum, qui ad exquisita supplicia redire malebat, quam fidem hosti datam fallere! — 136. *Martis est* pro, ego sum, ut v. 261. — 138. *libare Lyæi latices*, vinum, h. e. divino honore colere hastam, de quo vid. Rupp

Quod cernis latices, dignum est cognoscere causam. »
« Turbidus arentes lento pede sulcat arenas
Bagrada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limosas extendere latius undas,
Et stagnante vado patulos involvere campos.
Hic studio laticum, quorum est haud prodiga tellus,
Per ripas læti sævis consedimus arvis.
Lucus iners juxta Stygium pallentibus umbris

141. *Bagrada* scripti tres, R. 2 et 3, ut I, 407, et in optimis codd. Ptolem., Liv. XXX, 25; Cæs. B. C. II, 24; Plin. VIII, 14; Gell. VI, 3, et al. conf. Cl. Schweighaus. ad Appian. b. civ. II, 45. Vulgo *Bragada*, quod etymo Punico propius esse monet Lefeb. Βαγάδρας dicitur Strab. XVII, p. 572; *non ulli amni victus*, ut V, 552; malebat N. Heins. et v. 145, *riguis arvis*, et v. 149, *furvoque* coll. v. 161. De hac voce docte egit ad Ovid. Met. III, 273. Vulgatum *curvoque* firmat Drak. ex Val. Fl. III, 636, et Claud. Cons. Olybr. et Prob. v. 209, quibus locis Virg. Ge. II, 216, addit Lefeb.

ad Justin. XLIII, 3; Burm. ad Val. Fl. III, 707, et Cerda ad Virg. Æ. X, 773, et XII, 95 sq.

140. seq. *Bagrada*, Βαγράδας, fl. Africæ propriæ in Zeugitana regione, qui ex Manepsaro monte ortus, prope Uticam et Carthaginem in mare mediterr. fluit, et nunc *Beierda*, vel *Megierda* et *Megarada* vocatur, etsi eum etiamnum nomen retinere contendit Olivar. ad Mel. I, 7. Nec tamen tantus est, quantum Silius eum h. l. et Ptolem. faciunt, unde Claud. Bruns (*Handbuch der alten Erdbeschr.* T. II, P. II, p. 160.) suspicatur, eos vel errasse, vel in inter. Africa alium ejusdem nominis fluvium esse, qui in Usargala monte oriatur; vid. *d'Anville, géogr. ancienne* III, 74, et in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XXVI. — *lento pede sulcat*. Conf. v. 677, et inpr. Lucan. IV, 588. — *pede*, aqua fluente, quæ poetis *ire* et *currere* dicitur. Drak. laudat Lucret. VI, 638; Hor. Epod. XVI, 48; Virg. Cul. 17, et Broukh. ad Tibull. I, x, 36. — 142. *Victus extendere* cf. ad V, 552.

144. Eandem historiam memorant Gell. VI, 3; Val. Max. I, 8, extr. Plin. VIII, 14; Flor. II, 2; Liv. Epit. XVIII, et Sen. Epist. 82. Sed narrationis ornamenta et colores, in quibus tamen poetæ ingenium nimis luxuriatur, Silius æque ac alii poetæ in similibus locis (inpr. Ovid. Met III, 28... 100, et Stat. Th. V, 505 sqq.) petiit ex Virg. Æn. II, 209 sq. et VIII, 193 seq. ad quæ loca vid. Cerda et Heyne. — 145. *sævis arvis*, ubi sævus serpens erat, ut mox v. 153, *letalis ripa*, vel *sæva aula* III, 423, et similia passim obvia, vid. Drak. ad h. l. Bentl. et Jani ad Hor. Od. III, IV, 6. — 146. *Lucus iners*, ut ap. Stat. Th. X, 86, quietus, vel inutilis, inadcessus, quo nemo facile venit. Cellar. nulli usui patens, propter pestiferum halitum, et dirum monstrosi serpentis habitaculum. Conf. ad V, 5, in V. L.

Servabat sine sole nemus, crassusque per auras
Halitus erumpens tetrum exspirabat odorem.
Intus dira domus, curvoque inmanis in antro
Sub terras specus, et tristes sine luce tenebræ.
Horror mente redit : monstrum exitiabile et ira
Telluris genitum, cui par vix viderit ætas
Ulla virum, serpens centum porrectus in ulnas
Letalem ripam, et lucos habitabat Avernos.
Ingluviem inmensi ventris, gravidamque venenis
Alvum deprensi satiabant fonte leones,
Aut acta ad fluvium torrenti lampade solis
Armenta, et tractæ fœda gravitate per auras,
Ac tabe adflatus volucres. Semesa jacebant
Ossa solo informi, lateque repletus et asper

150. *Sub terra* corrig. N. Heins. in quod facile quis incidat; et proclivis error, quoniam litera *s* sequitur. Sed præpos. *sub* non semper sexto casui jungitur, si de quiete in loco, et quarto, si de motu ad locum agitur. Sic Livius, ut alios omittam, dixit *sub jugum* et *sub jugo mittere*, *sub terram necari*, *sub terra demitti*, *sub terra edere pugnam*, et alia lib. I, 26, III, 28; XXII, 17, 57, XXXVIII, 7; cf. Burm. et Heyne ad Virg. Ge. IV, 43, et Æn. II, 472, in V. L. — 152. *viderit*, non *viderat*, Col. et Put. quod suadente N. Heins. cum Lef. recepi. — 155. *veneni* R. 3; Parm. Med. ut II, 220; quod cur N. Heins., qui Silianos Græcosque loquendi modos captare solet, minus h. l. quadrare censeat mireris. — 156. *defusi* R. 3. Error ortus ex compendio scripturæ *depusi*, quod in R. 2, deprehendit Lef. qui v. 158, *tactæ* refinxit. Sed *tractæ* sunt detractæ, adtractæ, delapsæ propter fœtorem, qui eos adflabat enecabatque. — 160. *informidate* Put. Tell. R. 2; *eandemque repletus* R. 3; *eademque r.* Med. *tandem* Benes. Hinc *saniemque...* (h. e. sanguinem, vel venenum) *eructabat* ingeniose conj. N. Heins. cui locum Virg. Æn. III, 632, a Silio expressum, — 151, 152. *ira Telluris genitum* vid. ad V, 111. — 153. *centum*, numero rotundo. Longitudinem CXX pedum ei tribuunt auctores sup. laudati. — 154. *lucos Avernos* h. e. exitiosos, (ut *Stygius* v. 146 et 219, vel *Tartareus* mox v. 175) ob pestiferam exhalationem; vel similis lucis Avernis prope lacum, qui *Avernus* h. e. ἄορνος dicitur, quia aves supervolitantes fœtore suffocantur, et decidunt. Conf. mox v. 158. 159; XII, 120 sq. Lucret. VI, 738, 839; Virg. Ge. IV, 493; (ubi vid. Cl. Voss.) Virg. Æn. VI, 118, 139, 237 sqq. et Heyne ibid. Exc. II.

155. Conf. Virg. Ge. III, 431, et Æn. II, 471 seq. et ad utrumque loc. Heyne. — 158. *fœda gravitas*, ὀσμὴ βαρεῖα, Drak. qui laudat Virg. Æn. VI, 201, et Ge. IV, 270; Liv. XXV, 26, (*locis gravibus* et *gravitate loci*) Dioscor. III, 97. Cf. sup. ad I, 412. — 159. *tabe*, halitu venenato. Cf. v. 240. — 160 sq. Cf. Virg. Æn. III, 630. « Nam simul ex-

Vastatis gregibus nigro ructabat in antro.
Isque ubi ferventi concepta incendia pastu
Gurgite mulcebat rapido, et spumantibus undis,
Nondum etiam toto demersus corpore in amnem
Jam caput adversæ ponebat margine ripæ.
Inprudens tantæ pestis gradiebar, Aquino
Apenninicola atque Umbro comitatus Avente:
Scire nemus, pacemque loci explorare libebat.
Jamque propinquantum tacitus penetravit in artus
Horror, et occulto riguerunt frigore membra.
Intramus tamen, et Nymphas numenque precamur
Gurgitis ignoti, trepidosque et multa paventes
Arcano gressus audemus credere luco.
Ecce e vestibulo, primisque e faucibus antri
Tartareus turbo, atque insano sævior Euro
Spiritus erumpit, vastoque e gutture fusa

favere jam monuit Draken. Vulgatam lectionem, quæ utique ferri potest, nollem Lefeb. his verbis defendisset: « Ineptit H. qui vult *saniem:* prope assentit incautus Drak. in notis »; *saniequé*, vel *tandemque* conj. Withnf. — 162. *ab æstu* pro *pastu* suspic. N. Heins. — 165. *aversæ* ed. Drak. errore typogr. — 167. *Avente*, non *Havente*, Col. — 168. *faciemque locis* conj. Burm. Male! — 169. *tacitos in artus* maluerit N. Heins. vid. similia in Ind. sed conf. Heyne ad Virg. *Æn.* VII, 446, et respice verba seq. *occulto frigore. Tacitus horror*, et *occultum frigus* est ille terror, quem animus veluti præsagiens periculum concipit, cujus tamen rationem certam reddere sibi non potest, *eine bange schauderhafte Ahndung.* Ita bene jam a Cl. Ernesti expositum video. Conf. VIII, 485. — 171. *nomenque* Col. — 176.

pletus dapibus, vinoque sepultus... saniem eructans, etc. » — 162. *incendia*, fervorem stomachi, vel sitim aqua restinguebat. Cellar. interpretatur: ubi aqua sedabat sitim, conceptam ex cibo, qui, dum conficitur, in stomacho fervet. Lefeb. hæc adnotavit: « *ferventi pastu* a fermentantibus cibis in ventriculo pro veterum opinione, quæ nostris hodie se probat chymicis; sed *fermentatio* et *effervescentia* inter se differunt. » *Ferventi pastu*, cibo et carne vivorum animalium.

164, 165. Comparant Stat. Th. V, 516. — 166. *Inprudens* h. l. ignarus, qui ignorat, quod scire nequit. — 168. *pacem*, quietem, ut VII, 258: vid. Burm. ad Val. Fl. IV, 20, et Barth. ad Stat. Th. VII, 87. — 171 sq. Cf. Virg. *Æn.* VII, 133, 140, (ubi v. Cerda et Heyne) et, quos Drak. laudat, Ovid. Met. III, 24 seq. et Val. Fl. V, 195. — 173. *credere* ut v. 201. — *Arcano luco*, quem nemo ingrediebatur.

175. Ventus exitialis, et pestifer halitus erumpit. — *insano*; vid. ad

Tempestas oritur, mixtam stridore procellam
Cerbereo intorquens. Pavefacti clade vicissim
Adspicimus: resonare solum, tellusque moveri,
Atque antrum ruere, et visi procedere Manes.
Quantis armati cælum petiere Gigantes
Anguibus, aut quantus Lernæ lassavit in undis
Amphitryoniaden serpens, qualisque comantes
Auro servavit ramos Junonius anguis;
Tantus disjecta tellure sub astra coruscum

gutture, ooo *gurgite*, Oxon. et Put. — 179. Post *Adspicimus* punctum ponit N. Heins. prob. Lefeb. qoi infinitivos histor. sequi putat. Possunt et omnia a voc. *visi* pendere, et hoc pro *auditi* simul positum videri, quoniam non solum cum uno verbo, unde generalis notio petenda est, plora ab illo per se aliena jungi solent, ut *flere fata et luctus* inf. v. 314, et similia, vel io prosa oratiooe centies obvia; (vid. Jani ad Hor. Od. III, x, 7 et 8, et inpr. Stroth. ad Liv. III, 68) sed etiam verba sensoum, ut εἰδεῖν, ὁρᾶν, *videre*, et alia, sæpius permutantur, de quo vid. VV. DD. ad Prop. II, 13, al. XVI, 49. (*Vidistin' toto sonitus procurrere cælo?*) Wesseling. ad Herodot. p. 155, n. 96; Klotz. lectt. Venos. p. 308. Krebs. Obs. in N. T. p. 412, et inpr. Schrader. ad Musæi v. 5, p. 5 sqq. Posteriorem ob causam Drak. oon displicet major distinctio, quam post voc. *solum* ponendam putabat Burm. quum nihil alioquin sit, quod adspexerint. Certe verba *resonare solum* cum *Adspicimus* jungere, minus durum est, quam supplere *nos*, (etsi h. l. egregie id timori conveniat) vel τὸ *vicissim*, h. e. per vices, cum Lefeb. interpretari, alter alterum; vid. not. — 184. *Junonis et anguis* Cob. Male: cf. Heins. ad Ovid. Fast. I, 55. — 185. *despecta tellure* opinabatur N. Heins. quod multis exemplis

I, 101. — 177, 178. *stridore Cerbereo*, qualem Cerberus edit, in cujus capite serpentes strident; cf. ad II, 537. — 179. Omnia in majus aucta, ut timor fingere solet. Locum autem hunc ex Virg. Æn. VI, 255 seqq. desumtum jam monuit Drak. — 179. *Adspicimus* scilicet ludibrio phantasiæ pavore concitatæ, ut mox, *visi* nobis sunt *manes procedere*, videbamur nobis in medio Tartaro versari. Ita recte jam sensum h. l. declaravit Ill. Ernesti. — 180. *visi procedere Manes* conf. ad VIII, 642.

181 seq. Conf. III, 192, et Stat. Th. V, 529 seq. Triplex autem h. l. serpentis comparatio, cum anguibus, Gigantum pedibus, (vid. Apollod. I, VI, 1; Ovid. Fast. V, 37; Claud. Gigant, 8, 81; Val. Fl. II, 28; ubi vid. Intp.) cum hydra Lernæa (vid. ad III, 32.) et cum dracone, horti Hesperidum custode, qui Ladon dicebatur, et de quo vid. Hesiod. Theog. v. 333 sq. Apollon. IV, 1396; Apollod. II, v, 11; (ubi vid. Heyne p. 412 sq.) Virg. Æn. IV, 484 seq. Lucan IX, 357 sq. — 184. Vid. ad III, 283. — *Auro*, aureis foliis et malis, *comantes*, κομῶντας, comatos, ut *comantes flamma* h. e. ardentes X, 550; XIV, 420; ἡ γῆ φυτοῖς κομῶσα ap. Aristot. Nota est *coma* arborum et flammæ: vid. ad I, 461, et

Extulit adsurgens caput, atque in nubila primam
Dispersit saniem, et cælum fœdavit hiatu.
Diffugimus, tenuemque metu conamur anheli
Tollere clamorem; frustra: nam sibila totum
Inplebant nemus. At subita formidine cæcus,
Et facti damnandus Avens (sed fata trahebant)
Antiquæ quercus ingenti robore sese
Occulit, infandum si possit fallere monstrum.
Vix egomet credo: spiris ingentibus arte
Arboris abstraxit molem, penitusque revulsam
Evertit fundo, et radicibus eruit imis.
Tum trepidum, ac socios extrema voce cientem
Conripit, atque haustu sorbens et faucibus atris
(Vidi respiciens), obscœna condidit alvo.

citra necessitatem illustravit Drak. Vulgatam lect. tuetur Schmid. et explicat, prodiens, erumpens e terra; quum non adpareat, quomodo dici possit *extulit caput*, si præcesserit *desperta tellure*, et ratio poscat, ut dictum sit, extulit caput, et despexit terram, scilicet jam elatus, seu erectus; *disjuncta* Tell. unde recte forsan *disjuncta* reposuit Lefeb. — 188. *tenuemque* Col. Oxon. R. 2, quod ut legamus, rem ipsam suadere monet Modius, quum ea sit natura metus inopinati et magni, ut clamandi facultatem adimat. Conf. Intpp. ad Phædr. I, 11, 26, et Virg. Æn. III, 48. Vulgatam lect. *Diffugimus tamen*, *atque*, quam ex comp. script. *tn* ortam putat Lefeb., defendit Dausq. qui non male mutat, clamorem propter sibila serpentis, non ob metum, *frustra* sublatum esse. Idem sensisse videtur N. Heins. qui *jam sibila* scribendum suadet, etsi Dausq. graviter taxat. Sed τὸ *nam* etiam ad *Diffugimus* referri potest. — 190. *At*, non *ac*, scripti et Med. — 193. *possit*, uno *posset*, R. 3; Parm. et Med. — 194. *spiris stringentibus*, vel quod Lefeb. recepit *cingentibus arcte*, ingeniose conj. N. Heins. quia *ingenti* modo præcessit. *arctæ* Gryph. *artæ*, typorum forsan errore, in ed. Drak. qui et *altæ* legi posse monet. Sed τὸ *artæ* etiam nunc repositum video ab Ill. Ernesti, qui jungit *spiris ing. artæ*, h. e. arcte circumvolutæ voluminibus caudæ, quibus eam *abstraxit*, h. e. inflexit. Cf. ad V, 477. — 195. *adstrinxit* forte præstiterit, ne poeta ter idem dicat.

IV, 682. — *Junonius anguis* qui custodiebat poma aurea, Junoni a Terra pro nuptiali munere data: vid. Heyne l. c. pag. 410 seq. — 187. *sanies*, sanguis, ut v. 237, vel humor lentus et glutinosus, (*Gauche*) quæ propria et vulgaris verbi vis est: nisi venenum potius significat h. l. et v. 276, 677; XII, 10, ubi Draken. laudat XIII, 571; Virg. Æn. II, 221; Heins. ad Vel. II, 87; Broukh. ad Prop. III, IV, 27, al. — *cælum*, aerem.

194. Verba *Vix egomet credo* et v. 199, *Vidi respiciens*, ut omnino tota orationis forma, egregie conveniunt rem miram narranti. Cf. Virg. Æn. III, 623 sq. — 196. Vid. Heyne ad Virg. Æn. V, 449, in V. L. Vol. III, p. 47; et VI, p. 313; Edit.

Infelix fluvio sese, et torrentibus undis
Crediderat, celerique fuga jam nabat Aquinus.
Hunc medio invasit fluctu, ripæque relatos
(Heu genus infandum leti!) depascitur artus.
« Sic dirum nobis et lamentabile monstrum
Effugisse datur. Quantum mens ægra sinebat,
Adpropero gressum, et ductori singula pando.
Ingemuit, casus juvenum miseratus acerbos.
Utque erat in pugnas, et Martem, et prælia, et hostem
Igneus, et magna audendi flagrabat amore,
Ocius arma rapi, et spectatum Marte sub omni
Ire jubet campis equitem. Ruit ipse, citatum
Quadrupedem planta fodiens, scutataque raptim
Consequitur jusso manus, et muralia portat
Ballistas tormenta graves, suetamque movere
Excelsas turres inmensæ cuspidis hastam.
Jamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineum persultans ungula campum;

202. *ripaque* Colon. *relatos*, non *relatus*, scripti et ed. Parm. — 204. *Vix* suspic. N. Heins. — 206. *Et propero* Ox. prob. Barth. Adv. I, 13. — 208. *pugnas* scripti; *pugnamque* editi, nisi quod *pugnam* extat in ed. Parm. *in pugnam Martemque* volebat Dausq. — 209. *magna*, ut IV, 430, non *magno*, Col. non contra sentiente Dausq. Alioquin *audere* etiam simpl. pro audere egregia et fortia poni docet Drak. ad h. l. et ad IX, 452. — 210. *capi* Oxon. vid. ad IV, 98. — 213. *Consequitur jusso* scripti, R. 2, 3, Med. *C. jussum* Parm. *Obsequitur jussu* in editis recent. *rapto C. passu* non male conj. Burm. sed frustra, judice Schmidio, quum τὸ *jusso* absolute explicari possit, ut *audito* et similia.

nostræ. — 203. Plures ita periisse memorant Val. Max. et alii, vid. ad v. 144. — *depascitur artus*, confer Cerda et Heyne ad Virgil. Ge. III, 458, et Æn. II, 215. — 206. *ductori*, Regulo. — 208. Insignem *ταυτολογίαν* h. l. VII, 249, notandam dicit Drak. Sed adfectui loquentis ea congruit. — 209. *Igneus*, vid. ad III, 306. — 212. *planta fodiens*, cf. ad II, 71. — 213 sqq. Cf. auctores ad v. 144, laudati. — 215. Intellig. falarica, Draken. Conf. v. 273, et ad I, 351 sqq. — 216. sq. Nimio fere ornatu singula expressit. — *aulam* Barth. et Drak. exponunt antrum, ut *αὐλὴ* apud Orph. Arg. v. 391, coll. v. 377 et 388. III. Ernesti hoc vocabulum positum putat non satis apta imitatione Virg. Æneid. I, 140, qui tamen Caci specum simili modo *regiam* dixerit Æn. libro VIII, 242. Possis etiam hoc loco intelligere lucum et nemus circa antrum serpentis. Cf. sup. v. 146 seq.

Percitus hinnitu serpens evolvitur antro,
Et Stygios æstus fumanti exsibilat ore.
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis :
At nemus adrectæ et procera cacumina saltus
Exsuperant cristæ; trifido vibrata per auras
Lingua micat motu, atque adsultans æthera lambit.
Ut vero strepuere tubæ, conterritus alte
Inmensum adtollit corpus, tergoque residens
Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.
Dira dehinc in bella ruit, rapideque resolvens
Contortos orbes directo corpore totam
Extendit molem, subitoque propinquus in ora
Lato distantum spatio venit : omnis anhelat
Adtonitus serpentis equus, frenoque teneri
Inpatiens, crebros exspirat naribus ignes.
Arduus ille super tumidis cervicibus altum
Nutat utroque caput : trepidos inde incitus ira
Nunc sublime rapit, nunc vasto pondere gaudet

218. *hinnitu*, non *immani*, Col. —221. *Ac* Nut.—226. *sinuatis* lege tribus syllabis; vid. ad III, 495. — 228. *derecto* Col. vid. ad II, 92. Id tacitus recepit Lef. et prob. N. Heins. ut sit *erecto*, quod rejicit Schmid. quum serpens erectus sit quasi stans, et sensus postulet, eum in longitudinem extensum et diductum fuisse. — 230. *anhelat*, non *anhelans*, scripti, R. 3, et Parm. — 231. *A. serpentis equus* scripti et priscæ edd. ante Nicandrum, qui primus *A serpente et equus* Silio obtrudit. Conf. ad X, 370, et XIV, 246; *A. serpens et equus* ed. D. Heins. — 234. *Nutat* Colon. quod verbum, quia intransit. est, respuit Lefeb. et *Mittit* e c. Tell. recepit, Coll. Virg. Æn. V, 469; unde potius *jactat* refingerem. Sed *nutat* κατὰ *caput* exquisitius est, ut ap. Val. Fl. VIII, 88, et al. passim; conf. Heins. ad Claud. bel. Gildon. v. 220 et 281; *Mutat* Ox. et Put. cum priscis edd. quod minus displiceret, nisi mox sequeretur, *Motat* ed. Junt. et quæ inde expressæ sunt: non infelici vel errore vel emendat. Nam verba *mutare* et *motare* centies vim *movendi* habere, et a librariis tam inter se, quam cum *nutare* confundi, docent VV. DD. ad Virg Ecl. V, 5; VI, 28; Æ. III, 581; V, 702; XII, 37, et, quos Drak. laudat, Heins. ad Ovid. Met. XIII, 937, ad Claud. bell. Get. v. 595; Scalig. ad Catull. carm.

218. *evolvitur* vocab. propr. de motu anguis. Conf. v. 227.

220. Conf. Virgil. Æn. II, 475; Ge. III, 433, 439; Heins. ad Ovid. Met. III, 34. — 222, 223. *trifido Lingua motu*, conf. v. 263, et ad II, 587. — *æthera lambit*, ut apud Stat. Th. V, 524, et Virg. Æn III, 574. — 224... 226. Cf. Ovid. Met. III, 77, 78. — 232. Conf Virg. Ge. lib. III, 85, « .... volvit sub naribus ignem. » ubi vid. Cerda et Heyne. — 234. *Nutat caput*, capite, *utroque*, in utramque partem, ut Virg.

Elisisse premens. Tunc fractis ossibus atram
Absorbet saniem, et tabo manante per ora
Mutat hians hostem, semesaque membra relinquit.
Cedebant jam signa retro, victorque catervas
Longius avectas adflatus peste premebat;
Quum ductor, propere revocatam in prælia turmam
Vocibus inpellens, « Serpentine, Itala pubes,
Terga damus, Libycisque parem non esse fatemur
Anguibus Ausoniam? Si debellavit inertes
Halitus, ac viso mens ægra effluxit hiatu;
Ibo alacer, solusque manus componere monstro
Subficiam. » Clamans hæc, atque interritus hastam
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto.
Venit in adversam non vano turbine frontem
Cuspis, et, haud paulum vires adjuta ruentis
Contra ardore feræ, capiti tremebunda resedit.
Clamor ad astra datur, vocesque repente profusæ
Æthereas adiere domos. Furit ilicet ira
Terrigena, inpatiens dare terga, novusque dolori,

XXII, et inpr. Gronov. Obss. III, 1. — 236. *tunc*, non *nunc*, Col. et Ox. *tum* tacite dedit Lefeb. vid. ad VI, 299. — 239. *victorque* scilicet serpens, non *victasque*, scripsi et R. 2. — 240. *arreptas* R. 2; *arrectas* Tell. — 247. *hæc clamans, atque imperterritus* malebat N. Heins. — 248. *per inane* Col. vid. not. ad I, 97; *p ma ve* Oxon. quod eodem ducit. Hinc ortæ aberratt. *primave*, *primamve*, *primamque* et *primumque*. — 251. *ferri* refinxit Lefeb. coll. v. 268, tamquam exquisitius. — 252. *datur*, non *datus*, scripsi et R. 2. — 253. *iræ* volebat N. Heins. ut *iræ inpatiens*, vel *iræ dare terga inpatiens* jungantur. Sed num serpens iræ inpatiens *terga dabit?* an *iræ quis terga dare* potest? Quid vero causæ est, cur τὸ *ira furere* displiceat? Studium captandi exquisitiores loquendi modos, (*iræ impatiens*, et *furit dare*) ut sæpe, fraudi fuisse videtur viro doctissimo. — 254. *novusque doloris* conj. Burm. conf. not. ad IV, 530. Sed vulgata quoque bene se habet; vid. Ernesti ad Tac. Agric. c. 16, et Ann. I, 3, pr. c. 20, extr. et II, 66, ex quibus

Æn. V, 469. — 238. *Mutat hostem*, conf. ad V, 286. — 239. *signa*, milites. — 240. *adflatus peste*, ut vers. 159. — *premebat*, persequebatur. — 242 seqq. Drak. comparat II, 226 sq. IV, 402 seq V, 640. — 245. *mens effluxit*, mente capti estis, mens sana, vel virtus metu victa vos destituit. Conf. Cic. Brut. c. 61; Livius VII, 14. — 246. *manus componere*, vid. ad I, 39. — 249. *non vano turbine*, non irrito ictu.

250, 251. Cf. IV, 136 sq. Drak. — 254. *Terrigena*, vid. ad v. 152. — *dare terga*, exquisite pro superari. — *novus dolori* qui ejus-

Et chalybem longo tum primum passus in ævo.
Nec frustra rapidi, stimulante dolore, fuisset
Inpetus, ablato ni Regulus arte regendi
Instantem elusisset equo, rursusque secutum
Cornipedis gyros flexi curvamine tergi
Detortis læva celer effugisset habenis.
« At non spectator Marus inter talia segni
Torpebat dextra : mea tanto in corpore monstri
Hasta secunda fuit. Jam jamque extrema trisulca
Lambebat lingua fessi certamine terga
Quadrupedis : torsi telum, atque urgentia velox
In memet sævi serpentis prælia verto.
Hinc imitata cohors certatim spicula dextris
Congerit, alternasque ferum diducit in iras,
Donec murali ballista coercuit ictu.

tamen locis fere coojicias, *dolore* legendum esse. — 256. *rapidi* scripti et priscæ edd. *rabidi* e R. 2, recepit Lefeb. Noo male; sed etiam τὸ *rapidi* (hoc est *instantis*, rapide seu raptim inrueotis) ferri potest; conf. ad lib. V, v. 451. Vulgata *rapido* ex Nicandri ingeoio profecta. Præstitisset saltem *rabido dolore*, vel *rapidi fuissent impetus*. — 257. *ablato* Col. eom R. 2, et Veoeta a. 1492, in commeot. Marsi. Conf. ad V, 633, et h. l. oot. *allato* Put. Vulg. *alato*. — 258. *rursusque* tres scripti cum R. 2; Parm. et Benes. *cursusque* Tell. et Med. unde vulgatam *cursuque* ortam putat Drak. — 260. *lævam* h. e. ad l. manum seu partem, recte, puto, rescripsit Lefeb. quem secutus est Ill. Ernesti. Possis et *lævum* reponere. Sed quodammodo defendi potest vulgata, si exponatur: manu sinistra detortis; vel, læva parte effugisset; *effudisset* scripti et priscæ edd. ante Basil. Wolfii, qui primus veram lect. revoeavit. — 262. *Torpebam* emend. Burm. vid. eundem ad Virg. Æn. V, 355; Broukh. et Heyne ad Tibull. III, iv, 50. Sed conf. inf. v. 600, sup. v. 136, et ad II, 29; *tanti* emend. Withof. — 265. *urguentia* scripti et R. 2. Sic ubiqoe in Col. aliisque cod. scribi moneot Drak. et, quem laudat, Pier. ad Virg. Æn. V, 202. Vulgg. *ingentia*.

modi dolorem nondnm senserat. Conf. V. L. — 257... 260. Ornate pro : nisi Regulns eum gyris modo ad dextram, modo ad lævam factis elusisset, et sic tandem effugisset. — *ablato*, φερομένῳ, celeri, conf. ad V, 633.

261, 262. Exquisite pro : at ego non segnis spectator eram. Cf. V. L. — 263. *extrema terga Quadrupedis*, scilicet Regnli. — 265. *urgentia prælia*, h. e. urgentis, instantis serpentis. — 268. Facit, ut serpens non in me solum, sed modo in hunc, modo in illum iras evomat, et irruat. — *ferus* absolute serpens dicitur. Conf. Intpp. ad Phædr. I, xii, 9, et Virg. Æn. II, 51. — 269. *murali ictu*, qualis e muro impingitur, vel quo muri di-

Tum fractus demum vires : nec jam amplius ægra
Consuetum ad nisus spina præstante rigorem,
Et solitum in nubes tolli caput, acrius instat.
Jamque alvo penitus demersa falarica sedit,
Et geminum volucres lumen rapuere sagittæ :
Jam patulis vasto sub vulnere faucibus aer
Tabificam exspirat saniem : spes ultima jamque
Ingenti cauda, et jaculis, et pondere conti
Hæret humi, lassoque tamen minitatur hiatu;
Donec tormentis stridens, magnoque fragore

270. *jam* scripti et priscæ edd. Hæc vox primum in ed. Marsi omissa est operarum vitio, quod alii temere servarunt. Wolfius autem, ut metro consuleret, *enim* intexuit; *non amplius* conj. Voss. ad marg. ed. Junt. Ceterum verba *nec jam amplius* bis sumenda, et tam ad *præstante*, quam ad *instat* referenda, vel *nec jam amplius*, *ægra* (hoc est ægre, nisi ipsa hæc vox susbtituenda) distinguendum, vel denique vers. 272, *instat* scilicet se, scribendum videtur, ut ita certe iram prodiderit serpens, quum vires eum ad altius se a terra tollendum deficerent. Conf. v. 275, et not. ad I, 539. Hac conj. admissa, verba *nec jam... caput* etiam parenthesi includere possis, quod, lectione non mutata, perperam fecit Dausq. Quum hæc jam scripsissem, video Cel. quoque Ernesti in alteram, a me propositam, rationem incidisse, eique legendum videri : *nec jam amplius*, *ægre... caput*, *acrius instat*. — 271. *rigorem*, non *vigorem*, scripti cum R. 3, et Parm. — 272. *Ut solito in n. tollit* perperam edidit Wolfius, quem tamen secuti sunt Colin. D. Heins. Dausq. et Cell. qui posterior meliora, quæ noverat, non restituit, etsi vix serpentem illum tam saucium fuisse ballistis putat, quam hunc locum. — 275. *atrum* nonnulli pro *aer*. — 276. *spes ultima* c. Tell. cum edd. recentt. forte et Col. ac Put. quorum certe lectionem h. l. silentio prætermiserunt viri docti. Hoc recepi cum Lefeb. et Cl. Ernesti, qui et *Ingentis caudæ* ex ed. R. 3, et Med. reposuere, quæ ratio durior videtur, quam si ita exponas verba : *cauda*, *spes ultima*, in qua extremam posuerat spem, *ingenti* serpenti (quæ forte vox non supplenda est, sed substituenda) *hæret humi*. Vulgo *specus ultima*, post quæ verba colon ponunt, et de *specu* (hiatu) vulneris cogitant, coll. Virg. Æn. IX, 700. Utrumque displicuit Barth. Adv. I, 13, et Drak., qui post *saniem* distinguunt, et *specum ultimam* putant esse imum ventrem. Ille frustra provocat ad Virg. l. c. hic ad Phædr. IV, v, 10 (ubi vid. Burm.) ad Prudent. hym. VII, Cathemer. 115, et Avien. descr. orb. v. 791. Sed tum quoque *Ingens ac cauda*, vel *Ingenti* serpenti *ac cauda* rescribendum videtur; *ult ma specula* conj. Dausq. *pars ultima*, vel *spira ultima jamque Ingentis caudæ jaculis* N. Heins. Mox *pondere contis* Barth. ut *pondere* saxa ingentia ballistis expulsa intelligantur, quoniam conti cuspide, non pondere noceant. Sed copula certe sic repetenda erat, et vid. not. — 278. *lassoque* scripti et priscæ edd. *laxoque* Marsus, et deinde alii, *lapsoque* e R. 2, recepit Lefeb. qui graphice ita caput humi repens exprimi arbitratur; conf. Heins. ad Virg. Æn. IX, 436.

ruuntur, ut *murali turbine* IX, 568. — 270, 271. *spina ægra*, vulnerata. — 275. *aer*, halitus pestilens. — 277. *pondere conti*, gravibus

Discussit trabs acta caput, longoque resolvens
Aggere se ripæ, tandem exhalâvit in auras
Liventem nebulam fugientis ab ore veneni.
« Erupit tristi fluvio mugitus et imis
Murmura fusa vadis; subitoque et lucus, et antrum,
Et resonæ silvis ulularunt flebile ripæ.
Heu quantis luimus mox tristia prælia damnis!
Quantaque supplicia et quales exhausimus iras!
Nec tacuere pii vates, famulumque sororum
Naiadum, tepida quas Bagrada nutrit in unda,
Nos violasse manu seris monuere periclis.
« Hæc tunc hasta decus nobis pretiumque secundi
Vulneris a vestro, Serrane, tributa parente,
Princeps quæ sacro bibit e serpente cruorem. »
Jamdudum vultus lacrimis atque ora rigabat
Serranus, medioque viri sermone profatur:
« Huic si vita duci nostrum durasset in ævum,

282. *Lucentem* Med. — 283. *Erumpit* tacite refinxit Lefeb. et minus recte, quoniam *ulularunt* mox sequitur. — 289. *trepida* Col. repug. Drak. qui *undam* docet *tepidam* dici propter ardorem solis, qui in Africa ferventissimus sit, ut *Nilum tepentem* Prop. II, XXIV, 3, et Martial. XI, 12; cf. sup v. 140. — *Bragada* vulgo scribitur; vid. ad v. 141. Mox *Non violasse* scripti, ut inf. v. 399, 400, et ap. Virg. Æn. VI, 620. Ita N. Heins.

contis, vid. ad II, 246. — 280. *trabs*, hasta, ap. Stat. Th. V, 566; IX, 124; Virg. Æn. XII, 294, sed h. l. falarica; conf. ad v. 215, et Virg. Æn. IX, 705 sq. — 281. *Aggere ripæ*, ut apud Virg. Æn. VII, 106, et Val. Fl. VI, 149. — 282. *Liventem*, nigram, vel propr. subfusci coloris, vid. Ind.

283. Propter occisum serpentem, qui genius loci, vel Nympharum certe *famulus* erat, (de quo vid. Heyne ad Virg. Æn. V, 84 et 95; Burm. ad Val. Fl. I, 303; IV, 520 et sup. ad II, 584 sq.) Romani multa subiisse mala finguntur, ut Cadmus ap. Ovid. Met. III, 31 seq. 95 seq. quod jam observavit Drak. qui etiam contulit Stat. Th. V, 511 sq. 578 sq. et Flor. II, 2, ubi *quasi in vindictam Africæ nata* serpens dicitur. — 285. Conf. ad V, 542. — *ularunt* ut ap. Virg. Æn. II, 488, ubi vid. Heyne; conf. tamen ad V, 542. — 287. *exhausimus iras*, pœnas luimus. — 288. *pii vates* ut ap. Virg. Æn. VI, 662. Hi nimis diu tacuerant.

291, 292. Cf. v. 62 et 138 sq. — *Vulneris secundi*, conf. sup. v. 263. — *vestro*, tuo, ut *nostra* pro mea v. 481; Drak. — 293. *bibit cruorem* vid. ad V, 274. — 298. *nomina* cf. ad IV, 729.

Non Trebia infaustas superasset sanguine ripas,
Nec, Trasymene, tuus premeret tot nomina gurges. »
Tum senior, « Magnas, inquit, de sanguine pœnas
Percepit Tyrio, et præsumta piacula mortis.
Nam defecta viris et opes adtrita, supinas
Africa tendebat palmas, quum sidere diro
Misit Agenoreis ductorem animosa Therapne.
Nulla viro species, decorisque et frontis egenum
Corpus; in exiguis vigor (admirabile) membris
Vividus, et nisu magnos qui vinceret artus.
Jam Martem regere, atque astus adjungere ferro,

299. *Tum*, non *Tunc*, Tell et Benea. quod recepi cum Lefeb. etsi *tunc* idem valere patam ap. Liv. XXII, 29, pr. Stat. Th. I, 497; Claud. Cons. Hon. III, 33, et aliis locis, ubi tamen libri variant, vel errori tam prochvi eadem forte medicina adhibenda est; conf. ad v. 600 et al. — 300. *Percepit*, non *Præcepit*, quatuor scripti cum R. 3, et Med. prob. N. Heins. quia *præsumta p.* sequitur, ne poeta bis idem dicat: quæ tamen ratio in Silio minus me movet, quam librorum auctoritas. — 303. *Theramne* priscæ edd. ut apud Plin. IV, 5: Θεράμναι ap. Steph. Byz. p. 303. Sed Θεράπνη dicitur et Θεράπναι Suidæ, Pausan. Lacon. 14 et 20; Pind. Isthm. I, 43; Melæ II, 3; Statio et aliis; conf. Meurs. Miscell. Lacon. IV, 12, et Cl. Scheller in Lex. lat. cui *Theramne* vitiosa videtur pronuntiatio, ut ὄμμα ab ὄπτομαι, τέτυμμαι a τύπτω, etc. Secunda corripitur quidem VIII, 412, et XIII, 43; sed passim quoque producitur; vid. ad IV, 776; Heins. ad Ovid. Met. XIII, 430; Salmas. Exerc. Plin. p. 33, et Voss. art. gram. II, 12. — 305. *in*, non *at*, scripti et R. 2. Vulgo male post *membris* punctum, et post *artus* comma ponitur. — 307. *Martem regere* Col. cum ed. Basil. Wolfii et aliis recentt., h. e.

299 sq. De rebus, prospere a Regulo in Africa gestis, ubi Pœnos ubivis premebat, et dura iis imperabat, vid. Polyb. I, 26 .. 31; et Flor. II, 2; vid. infra v. 672 sq.

300. *Percepit*, cepit, petiit, sumsit, vel habuit *pœnas magnas* a Pœnis. — *præsumta piacula mortis* ultus est mortem suam, edita prius magna hostium strage. Cfr. V, 213. —301. *defecta viris et opes adtrita*, inops copiarum et pecuniæ. — *supinas tendebat palmas*, supplex pacem petebat. — 302. De Xanthippo ejusque cum Regulo pugna cf. Polyb. I, 32... 34; Flor. II, 2; Eutrop. II, 11... 14; Appian. Punic. c. 3, 4; Frontin. Stratag. II, II, 2, et III, 10; Cic. Off. III, 26 sq. — *diro sidere*, fato, ut apud Prop. I, 6, extr. et Ovid. Trist. V, x, 45. Nota est veterum superstitio de vi siderum, et res futuras ex iis computandi consuetudo. Vid. Jani ad Hor. Od. I, 11. — 303. *ductorem*, Xanthippum. Cf. II, 305, 433. — *Agenoreis*, vid. ad I, 15. — *Therapne* urbs Laconicæ prope Spartam, in sinistra Eurotæ ripa, Xanthippi patria; h. l. pro ipsa Laconica.

304. Cf. III, 232 sq. — *decus et frons*, dignitas corporis et oris.

307... 310. Præterea ne Hannibali quidem *cederet regere Martem*,

Et duris facilem per inhospita ducere vitam,
Haud isti, quem nunc penes est sollertia belli,
Cederet Hannibali. Vellem hunc, o tristia nobis
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotæ ripis! Vidissem mœnia flammis
Phœnissa eruere; aut certe non horrida fata
Flevissem ducis, et nulla quos morte nec igni

ducem esse, bello præesse, ut, quod Drak. monet, *bella regere* VII, 47, et *disciplinam r.* ap. Suet. Cæs. c. 48, et Aug. c. 24. Add. Cæs. B. G. VI, 16; ubi *Mars bella regit*. *Martem ciere* Oxon. et Put. cum priscis edd. quod defendit Gronov. Obss. IV, 6; nec inprobat N. Heins. si *cire* scribatur, verbo antiquo, unde *concire*, *excire*, etc. ne versus laboret. Idem tamen conj. Martem *tegere*, vel *occulere*, quod langet, quoniam de insidiis in altero hemistichio agitur. — 308. *durus ducere vitam* ex edit. Parm et Med. recepere Draken. et Lefeb. suadente N. Heins. cf. Horat. Sat. I, IV, 8. Ipse suspicabar aliquando legendum esse, *Et doctus*, vel *docilis*, ut III, 233; IV, 8; XIII, 120. Sed nunc re adcuratius perpensa vix dubito, quin vera lectio sit *duris*, quam ex scriptis et plerisque edd. revocavi, sublata interpunctione majori post *vitam*, quæ displicuit etiam Lefeb. qui tamen τὸ *durus* præferendum putat. — 309. *ipsi* malebat N. Heins. immemor eorum, quæ ad Virg. Æn. VII, 110, notaverat. — 313. Quotquot libri sunt noti, habent *mœnia f. Phœnissæ ruere* scil. urbis, vel Didonis, quæ utraque ratio dura est. Hinc sine ulla literarum mutatione scripsi *mœnia f. Phœnissa eruere*, scilicet ducem, vel Regulum *vidissem*. Audacior est emendatio N. Heins. *Phœnissæ aut ruere*, nec quidquam proficit. — 314. *at nulla nunc morte* conj. Burm. prob. Draken. et Ill. Ernesti, qui tamen, etsi in sensu non valde hæret, verba seq. non valde probat, quibus in omni Silio nulla alia duriora et magis absona exstent; *ducis: at, nulla quos m. n. i. Exutus, servans*, etc. refinxit Lefeb. ut *exutus* sit pro exuar. Ita solus hunc locum intellexisse videtur sibi, non mihi, nec facile aliis. Sed τὸ *Exutus* arridere potest, et mihi quoque in mentem venit: *non flevissem fata d. et luctus, quos servans portabo in Tartara, exutus*, liberatus ab iis, (conf. I, 86) *nulla m. n. i.* vid. not.

h. e. in Marte, bello regendo, administrando, in arte ducis (ut fere ap. Virg. Ge. II, 99, et sup. V, 352 sq., 552 seq. ubi vid. not.) — *atque astus adjungere ferro*, in locandis insidiis, et *per inhospita* loca (ut IV, 753) *vitam ducere facilem duris*, h. e. induratis ad bellum et laborem. Vid. ad I, 558. Nam Spartani frigida Eurotæ aqua et exercitationibus, in ripa ejus institutis, in pueritia *durari* solebant. Vid. mox V, 311, et sup. IV, 362 sq. quibus locis conf. omnino similia Virg. Æn. IX, 603 sq., et Val. Fl. VI, 336, ubi vid. Intpp. Hinc *duri Spartiatæ* dicuntur Cic. Tusc. I, 43. — In Annal. litter. Gœtting. ann. 1790, p. 797, v. 308 ita explicatur: vitam facilem, hoc est, sine molestiarum sensu, ducere in rebus duris.

311. *Taygeta*, vid. ad IV, 361. Si hic unus Spartanus haud fuisset, *non flevissem ducis fata et luctus*, (vid. ad v. 179 in V. L.) *quos servans portabo in Tartara*, *exutos*, depulsos, *nulla* etc. *igni*, rogo: nisi ad Carthaginis excidium referre malis, coll. v. 85, 86. Tum *nulla morte* exponerem, nullius, nec Han-

Google

Exutos servans portabo in Tartara luctus.
« Consertæ campis acies, multusque per arva
Fervebat Mavors, nec mens erat ulla sine ira.
Hic inter medios memorandis Regulus ausis
Laxabat ferro campum, inque pericla ruebat,
Nec repetenda dabat letali vulnera dextra.
Sic ubi nigrantem torquens stridentibus austris
Portat turbo globum, piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoque minatur,
Omnis et agricola, et nemoroso vertice pastor,
Et pelago trepidat subductis navita velis.
« At fraudem nectens, socios ubi concava saxa
Claudebant, vertit subito certamine Graius,

318. *Hinc* dedit Nicander, quem secuti sunt alii; *Hic iter in medios* Marsus prob. Dausq. *Hic Nomadum in medios memorandi R. ausi* tentabat N. Heins. — 319. Vulgo *Laxabat ferro, campoque pericla ruebat*, quod Cell. et alii activo sensu accipiunt, prosternebat, dimovebat pericula; conf. not. ad V, 392; *Laxabat f. campumque pericla ruebat* Colon. *campum ac pericla* Oxon. *campo ac pericla* Put. Hinc *laxabat f. campum* (ut sup. V, 174 et 269, ubi vid. not.) *ac per tela ruebat* corrig. N. Heins. et *campum ac per iniqua r.* Gronov. Obss. IV. Hoc recepit et exemplis illustravit Drak.; illud vero, quod ad ductum literarum propius accedit, Lefeb. Ego levissima mutatione lectionem cod. antiquiss. restitui, quoniam omnes libri, tam scripti quam impressi, in *pericla* conspirant, et *campu inque* facillime lapsu in *campumque* mutari potuit. — 326. *innectens* putabat N. Heins. Nescio cui bono? conf. not. ad III, 233. — 327, 328. Ita locum fœde corruptum ex c. Col. restituit N. Heins. et jam ante eum Modius, nisi quod hic *gyros* et *facta* pro *Graius* et *ficta* ibi scriptum testatur et *gyros* probat; *vetice* pro *vertit* Put. *utre subito certamina gratos* Oxon. *vertit s. certamine gyros* Parm. *Vertice claudebant s. certamine gratos* Med. Ita quoque Marsus et Mart. Herbip., nisi quod *gyros* pro *gratos*

nibalis quidem, morte. — 317. *ira*, virtus et audacia pugnantium.

320. *Non repetenda*; nam mortifera erant, quæ primo ictu infligebantur. — 321. Egregia et ornatissima comparatio acerrimi ac furentis impetus, quo Regulus hostes prosternit, cum turbine ac tempestate, quæ terris ruinam minatur. Quæ de terrore, hominibus incusso, v. 324, 325, adjiciuntur, ad ornatum imaginis, et simul ad formidinem hostium spectant. Similis fere est locus Virg. Æ. X, 803 sq.

321, 322. *globum nigrantem*, nubes glomeratas et nigrantes, vel globum flammarum. — *ruinam*, vid. ad I, 251. — 323. *Pendentem*, inpendentem, ingruentem, ut V, 191, vel, ut *nubila pendent* dixit Virg. Ge. I, 214. — 325. *subductis*, contractis. — 326. *fraudem insidiarum nectens*. Cf. ad III, 234. — *concava saxa*, ut v. 337, *saxosæ latebræ*, rupes, insidiarum locus.— 327. *subito certamine*, ἐξαίφνης, *Graius*, Xanthippus, *vertit* se eo; non *socios*, vel *terga*, quod Drak. puta-

Et dat terga celer ficta formidine ductor.
Haud secus ac stabulis procurans otia, pastor
In foveam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos positæ balatibus agnæ.
« Abripuit traxitque virum fax mentis honestæ
Gloria, et incerti fallax fiducia Martis.
Non socios comitumve manus, non arma sequentum
Respicere; insano pugnæ tendebat amore
Jam solus, nubes subito quum densa Laconum
Saxosis latebris intento ad prælia circum
Funditur, et Pœna insurgit vis sæva virorum.

habent. Nicander, novo versu interjecto, hæc Silio obtrudit: *Claudebant linquens, subito in c. gyris Vertit equum simulatque fugam graviora ruina, Et d. t. c. ficta f. d.* Omnia hæc fideliter expressere Ald. Gryph. Nut. Wolf. (qui v. 328 perperam omisit) Colin. Dausq. et alii, præterquam quod omnes, excepto Aldo, *graviore* pro *graviora*, et Colin. Dausq. aliique *victa* pro *ficta* substituerunt. Ceterum *vertit s. certamina Graius* emend. Barth. Adv. I, 13, et *Condebant* pro *Claudebant* Burm. *At f. n. socios, ubi c. s. Claudebunt, vertit*, etc. melius forte distingui posse putabat Drak. h. e. vertit socios, ubi saxa *claudebant*, h. e. desinebant, ut ap. Gell. I, 7, ubi vid. Intpp. *Claudere, includere* et *excludere* pro finire passim occurrunt, v. c. XIII, 686, ubi Drak. laudat XV, 655; Ovid. Fast. III, 384; Prop. II, 12, extr. (ubi vid. Passerat.) Stat. Silv. II, Præf. et Gronov. ad Senec. Epist. XII. Sed confer not. — 329. *et stabulis* Oxon. Put. R. 3, *e stabulis* Parm. *stabilis* quædam edd. recent. — 335. Majorem interpunct. post *amore* in edd. vulgg. excepta Parm., positam sustulit N. Heins. — 336. *solis* Oxon. *soli* corrig. Barth. Adv. I, 13; *condensa* Put. — 337. *intento* Col. et Parm. conf. Heins. ad Claud. laud. Stil. I, 256; *intentæ* Oxon. R. 3, Med. *intende* Put. *intendens prælia* primus interpolavit Marsus, quem secuti sunt alii; *intenta* ex emend. Barth. recepit Cell. — 338. *Pœna*, h. e. Pœnica, seu Punica, Colon. quod probaverat N. Heins. ad Claud. l. c. qui tamen in not. ad h. l. prætulit conject. Barthii *Pœnum virorum*, adsentiente Drak. *pene* Parm. *pœnæ i. jus et pena v.* Oxon. Vulgo *pœnæ*; *spreta* pro *sæva* volebat Barth. et *cæca* N. Heins. de quo voc. vid. sup. ad v. 7; *atque*

bat. Vid. ad I, 539. — 329 sqq. Præclara comparatio, in qua poeta, quantum memini, nihil debet Maroni. De prisca luporum, fovea virgultis tecta, et balatibus agnæ in ea *positæ* et adligatæ, capiendorum modo, vid. Dausq. et Drak. ad hunc locum et Steph. ad Saxon. Gramm. Hist. Dan. II, p. 21. Loca class. sunt Pollue. V, 81; Oppian. Cyneg. IV, 210 sq., et Claud. laud. Stil. III, 340 sq. ubi vid. Barth.

332. *Abripuit*, ut V, 229, *Abreptus... cædum... amore.* — *fax*, incitamentum, *mentis honestæ Gloria*, quæ *urere* etiam poetis dicitur. Vid. Burm. ad Val. Fl. I, 76. — 335. *tendebat*, sc. cursum, seu gressus, ut VIII, 37, 242, nisi malis contendebat, pugnabat, vel repugnabat, de quo vid. Davis. ad Cic. Fin. II, 5, et Gron. ad Liv. XXIII.

336. *nubes*, vid. ad I, 311, et II, 433. — 338. *vis sæva virorum*, cf.

O diram Latio lucem, fastisque notandam!
Dedecus o, Gradive, tuum! tibi dextera et urbi
Nata tuæ, tristi damnatur sorte catenæ.
Haud unquam absistam gemitu : te, Regule, vidit
Sidonius carcer! tuque huic sat magna triumpho
Visa es, Carthago, Superis! quæ pœna sequetur
Digna satis tali pollutos Marte Laconas?
« At nova Elissæi jurato fœdera Patres
Consultant mandare duci, pacisque sequestrem
Mittere, poscentes vinctam inter prælia pubem,
Captivamque manum ductore rependere nostro.

uni pro et *Pœna* legendum putabat Withof. — 339. *notandum Dedecus* Ox. et R. 3. — 342. *ten'* et mox *tunc huic* conj. N. Heins. Eodem suadente Drak. interrogandi, sed Lefrb. non male exclamandi notam post *carcer* et *Superis* posuit. — 346. Vulgg. *Elisæi* et pessime *Elisei*; vid. ad I, 81. — 348. *vinctam* Col. quod ex v. 343 firmant N. Heins. et Drak. Vulgatum *victam* servavit Lefrb. quia *captivam* sequitur. Parum interest. Volgarem lect. *victam* Withof. quoque retinendam censebat, ne bis idem dicatur, (sequitur enim *vinctam*) et quoniam *inter prælia* non *vinciantur* homines, sed *vincantur*. At dura oratio est, *inter prælia vinci*, nec tautologiæ a Silii ingenio alienæ. — 349. Forte leg. *rectore*, quoniam *duci* modo

ad I, 2, et IV, 599. — 339. *fastis notandam*, tanquam infelicem et atram, ut Alliensis dies erat.

340. *Dedecus*, vid. ad v. 84 et 402. — *dextra Nata tibi*, Marti, et *urbi tuæ*, Romæ ejusque defensioni. Cf. ad III, 335, in V. L. — 343. *magna*, digna. — 345. *tali Marte*, pugna tam turpi, propter insidias et captivitatem tanti viri, unde et *dedecus*, sic. v. 340.

346. Nota sed splendide ornata narratio de Regulo, qui a Pœnis et Xanthippo ex insidiis captus, Romamque aliquot annis post de pace, et, si ea rejiceretur, de captivis commutandis missus, utriusque abnuendi auctor senatui fuit, et ad gravissimum supplicium redire maluit, quam fidem hostibus jurejurando factam fallere. Cf. Hor. Od. III, v, 12... 56 (ubi vid. Jani); Cic. Offic. I, 13; III, 27 extr. (quem locum poeta manifeste secutus est, judice Ernesti), 28 seq.; Dionys. Fragm. Urs. 149 (ubi v. Fabric.) quosque laudavi ad v. 301, et in Commentat. Argumento subjuncta, ubi de Polybii silentio disserui. — *Elissæi Patres*, vid. ad I, 81. — *fœdera*, pacis conditiones. — 347. *pacis sequester*, arbiter et medius, quem nunc barbare *mediatorem* vocant, per quem conciliatur pax; Drak. Conf. Pric. ad Appul. Met. IX, p. 187; Ernesti clav. Cic. Heyne ad Virg. Æneid. XI, 133, et inpr. Heins. ad Ovid. Fast. I, 287.

349. *rependere*, commutare Pœnos captivos cum Regulo, ut ap. Ovid. Met. V, 15, et Val. Fl. VI, 560. — *Auro rependere*, h. e. auro penso redimere, magis proprie dixit Hor. l. c. v. 25.

« Nec mora; jam stabat primis in litoris undis
Navali propulsa ratis; jam nautica pubes
Aut silvis stringunt remos, aut abiete secta
Transtra novant : his intortos aptare rudentes;
His studium erecto componere carbasa malo.
Unca locant prora curvati pondera ferri.
Ante omnes doctus pelagi, rectorque carinæ
Puppim aptat clavumque Cothon : micat æreus alta
Fulgor aqua trifidi splendentis in æquore rostri.
Tela simul variamque ferunt contra aspera ponti
Rerum ad tempus opem : mediæ stat margine puppis,

præcessit; conf. v. 368 et 370. — 358. *trifido in æquore*, h. e. trifidi rostri reddente imaginem, malebat N. Heins. coll. I, 86. Idem v. 360, conj. *Durum ad tempus. Serum ad tempus* suspic. Ill. Ernesti. Sed vulgata doctior est et aptior.

350. Locus class. de navi paranda, et singula ornate expressa. Sed his aliisque ejusmodi minutiis Marus, loquax senex, et poeta nimis, nec satis opportuno tempore ac loco, immorantur. — 352. *stringunt remos, aut Transtra novant*, ut ap. Virg. Æn. I, 552, et V, 752 sq.

353. *intortos* Æn. IV, 575. — 354. *componere carbasa*, vela suspendere et aptare, *erecto malo;* nam is deponebatur olim, navibus et ad litus adpulsis, et finito cursu subductis. Cf. Virg. Æn. V, 487, 829; Hom. Iliad. α, 480, quosque Drak. citavit, Hom. Odyss. δ, 577, 780; θ, 52, et Scheffersus de Militia navali II, 5.

355. Ancoram collocant in prora. Conf. Virg. Æneid. I, 169. Sed juncta epitheta *unca* et *curvati* sunt luxuriantis ingenii. — 357. *Cothon*, gubernatoris nomen, quod jam Mars. vidit, a parva ins. et portu Carthaginis ductum. Vid. Strab. XVII, p. 1189; Serv. et Heyne ad Virg. Æn. I, 427. — 358. *trifidi rostri*, ut *ære tridenti* ap. Val. Fl. I, 688, (ubi vid. Burm.) et *rostris tridentibus* ap. Virg. Æn. V, 143, ubi vid. Intpp. Cf. Scheffer. l. l.

359. *Tela*, vid. ad II, 576. — *variamque Rerum opem*, h. e. varias res, alimenta cum funibus aliisque rebus et instrumentis navalibus adferunt, quæ ad vim tempestatis sustinendam ad tempus sufficere possint. — 360. Locus class. et ornatissimus de hortatore remigum, qui in media navi stat, et Græcis κελευστὴς dicitur, quoniam celeusma canit, quo efficit, ut nautæ remis æqualiter, et nunc fortius, nunc remissius, mare plaudant, ut Orpheus, oioueote Drak. ap. Val. Fl. I, 471, et Apollon. I, 540. Commentarii instar sint excitata jam ab aliis verba Polyb. I, 21 : Καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν τοὺς ἄνδρας. ΜΕΣΟΝ δ' ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν, ἅμα πάντας ἀναπίπτειν, ἐφ' αὑτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν, προνεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων

Digitized by Google

Qui voce alternos nautarum temperet ictus,
Et remis dictet sonitum, pariterque relatis
Ad numerum plaudat resonantia cærula tonsis.
« Postquam confectum nautis opus, horaque cursus,
Atque armata ratis, ventoque dedere profundum,
Omnis turba ruit, matres, puerique, senesque.
Per medios cœtus trahit atque inimica per ora
Spectandum Fortuna ducem: fert lumina contra
Pacatus frontem; qualis quum litora primum

363. Sospicor, *Ad numerum ut plaudant* (scilicet remi) legendum esse, vel aliud mendum irrepsisse in contextum. Nam κελευστὴς ipse non remigat. — 365. *ventoque* scripti cum Med. et, teste Lefeb., R. 1 ac 2, prob. N. Heins. ut *dedere* ad nautas spectet. Sed nautæ vela et navem, non mare dant ventis. Hinc loco non movenda videtur vulgata lectio *ventique dedere p.* scilicet placatum, vel iter per mare; conf. Virg. Æn. III, 69, 70. Vulgata servanda etiam videbatur Withofio, qui tamen, coll. v. 528, et Pac. Paneg. c. 33, malebat *ventique dedere profundo*, scilicet nos, vel ratem. — 368. Pro *Fortuna*, cujus voc. nec causam nec ornatum intelligebat, *importuna* scilicet turba conj. Ill. Ernesti, cui tamen succurrebant verba Livii in simili re Epit. XVIII: *Quærente Fortuna*, ut *magnum utriusque ca-*

πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. Cf. XI, 490 sq.; Cerda ad Virg. Æn. III, 128; VIII, 90; Voss. et Burm. ad Valer. Fl. I, 186, et Scheffer. Milit. nav. III, 1, et IV, 7, ubi putat. h. l. non de hortatore, sed de symphoniaco agi, illumque ore ac simpl. voce, hunc cantu et musicis plerumque instrumentis remigum ictus temperasse, quod discrimen in dubium vocat Drak. qui præterea portisculum, h. e. malleum, vel perticam, ab hortatore adhibitum fuisse, cum Gronov. Obss. IV, 26, docet contra D. Heins. qui ipsum pausarium, vel celeusten, *portisculum* vocari contendebat cum Nonio II, 637, vet. Onomast. Scalig. Casaub. et aliis. — 362. *relatis*, reductis. — 363. *Ad numerum*, vid. ad III, 348. — *plaudat*, ut pulsare, ferire, verberare; ὑπ' Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς Πόντου λάβρον ὕδωρ, Apollon. l. c. πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς, Hom. Odyss. I, 180. Sed vid. V. L.

365. *armata*, armis, vel instrumentis nauticis instructa; Drak. qui laudat Casaub. ad Athen. Deipnos. V, 9; conf. Virg. Æn. IV, 299, Cæs. B. G. V, 1. — 367. Poetica ratio pro vulgari: Regulus tristi sorte ac fato, vel simpl. infelix Regulus per medios hostes habitu captivi ductus est. Nam Fortunæ tribuitur quidquid vel prosperi, vel adversi hominibus contingit. Cf. V. L.

368. En invictam animi constantiam indolemque generosam Reguli, quæ animum subita admiratione ferit. Non minus tranquilla ac serena fronte captivus hostes contra adspicit oculosque circumfert, quam quum primam Romanorum classem in Africam adpelleret. Cf. v. 429 sq. — 372. *socium me addo*, ut apud Virg. Ecl. VI, 20, et Æn. II, 339.

Adtigit adpulsa rector Sidonia classe.
Adcessi comes haud ipso renuente, ratique
Inpositus mæstis socium me casibus addo.
Inluviem, atque inopes mensas, durumque cubile,
Et certare malis urgentibus, hoste putabat
Devicto majus; nec tam fugisse cavendo
Adversa egregium, quam perdomuisse ferendo.
Spes tamen una mihi, (quanquam bene cognita et olim
Atrox illa fides) urbem, murosque, domumque
Tangere si miseris licuisset, corda moveri
Posse viri, et vestro certe mitescere fletu.
Claudebam sub corde metus, lacrimasque putabam
Esse viro, et nostræ similem inter tristia mentem,
Quum tandem patriæ Tiberino adlabimur amni.
Servabam vultus ducis ac prodentia sensum
Lumina, et obtutu perstabam intentus eodem.
Si qua fides, unum, puer, inter mille labores,
Unum etiam in patria, sævaque in Agenoris urbe,
Atque unum vidi pœnæ quoque tempore vultum.
Obvia captivo cunctis simul urbibus ibat

sus exemplum in Regulo proderetur, etc. Conf. not. — 374. *putabat*, scilicet Regulus, non *putabam*, Col. et Oxon. — 380. *viri*, non *viro*, idem codd. quod suadente N. Heins recepi, quia *viro* subsequitur, etsi *duci*, vel *patri* legendum crediderim. — 383. *patrio* Put. *patrio Tiberini a. a.* conj. N. Heins. — 384. *ac*, non *et*, scripti. — 389. *junctis*, h. e. vicinis, corrig. N. Heins.

373... 376. Quam præclare! Comparant Lucan. IX, 390 sq., et Sen. Theb. 190 sq. Plura aptioraque loca quilibet facile in poetarum lectione sibi notabit. — *Inluviem*, sordes captivi, vel navis et nautarum. — 374, 375. *hoste... majus*, gloriosius, quam hostes vincere.

378. *Atrox*, inmutabilis, inflexibilis, constans, ut *a. virtus* XII, 369, et *a. animus Catonis* ap. Hor. Od. II, 1, 24, ubi vid. Jani. Cf. sup. ad I, 58. — 380. *fletu vestro*, conjugis et duorum filiorum. — 384. *Servabam* et *perstabam*, ut III, 380. — *prodentia sensum Lumina*, nam oculi nimis arguti, quemadmodum animo adfecti simus, loquuntur, et *vultus indicat mores*, ut cum Drak. utar verbis Cic. Leg. I, 9. — 386. *Si qua fides* mihi est. — *unum*, eundem. — *puer*, Serrane. Cf. ad III, 608, et IV, 454. — *labores*, ærumnas, ut πόνος, μόχθος, κότος.

387. *Agenoris urbe*, vid. ad I, 15.

388. *pœnæ*, de qua vid. v. 539

Ausonia, et, campum turba vincente, propinqui
Inplentur colles; strepit altis Albula ripis.
« Ipsi Pœnorum proceres, inmitia corda,
Ad patrios certant cultus revocare, togæque
Addebatur honos. Stetit, inlacrimante Senatu
Et matrum turba, juvenumque dolore profuso,
Inter tot gemitus inmobilis : aggere consul
Tendebat dextram, et patria vestigia primus
Ponentem terra obcursu celebrabat amico.
Conlegit gressum; monitusque recedere consul,
Nec summum violare decus : cingente superba
Pœnorum turba, captivoque agmine septus
Ibat, et invidiam cælo Divisque ferebat.
« Ecce trahens geminum natorum Marcia pignus,
Infelix nimia magni virtute mariti,
Squalentem crinem et tristis lacerabat amictus.

394. *Addebatur* scripti eum Med. Ald. Gryph. Nut. Vulg. lect. *Abdebatur* perperam tuetur, et *patrios cultus* de Punico vestitu, vel tunica accipit Dausq. — 403. *Marcia*, non *Martia*, Col. ut in anti hujus gentis denariis et lapidibus; cf. ad v. 576, et XIII, 700, quosque Drak. laudat, Sigon. ad Liv. I, 32, et Broukh. ad Prop. III, 1, 52, et ad Tibull. III, vi, 58. — 405. *tristes* ex Colon. auctore N. Heins. recepere sq. — 390. *campum turba vincente*, quum turba major esset, quam ut eampi eam eapere possent. — 391. *Albula*, priscum Tiberis nomen, de quo vid. Virg. Æn. VIII, 330 seq.; Liv. I, 3; Ovid. Fast. II, 389; V, 646. — *strepit Albula* h. e. turba hominum in ejus ripis. Cf. Virg. Æn. VI, 709. — 393. Ultro ei offerebant *patrios cultus*, vestitum Romanum, quem respuit. Conf. v. 407. — *togæ honos*, toga honorifica, insigne honoris, sc. prætexta, habitus magistratuum. Cf. ad IV, 755. — 394. *Addebatur* ad patrios cultus, vel dabatur. Vid. ad III, 350, in V. L. Possis etiam τὸ *togæ* in tertio easu accipere, ut *honos* sit limbus purpureus, qui honoris eausa togæ albæ magistratuum prætexitur. — 396. *aggere*, ex ripa.

398. *celebrabat*, honorabat, occursu amico amplecti eum cupiens.

399. *Conlegit gressum* ut VII, 695, h. e. contraxit, revocavit, retulit, reduxit se. Regulus, ut e. *hastas* et contra *protendere* dixit Tac. Ann II, 21. — *se colligere* h. e. recipere, inf. X, 390. Cf. ad IV, 391, in V. Lect. — 400. *violare* contactu et amplexu captivi. — *summum decus*, consulis Rom. majestatem. Conf. ad v. 412 et 460.

402. *invidiam cælo Divisque ferebat*, adferebat concitabat, ob tantas inmeritasque calamitates tam fidi et præclari viri. Cf. ad v. 84.

403. *Marcia*, Reguli conjux. —

Agnoscisne diem? an teneris non hæsit in annis?
Atque ea postquam habitu juxta et velamine Pœno
Deformem adspexit, fusis ululatibus ægra
Labitur, et gelidos mortis color occupat artus.
Si qua Deis pietas, tales, Carthago, videre
Dent tibi Sidonias matres! Me voce quieta
Adfatus, jubet et vestros et conjugis una
Arcere amplexus : patet inpenetrabilis ille
Luctibus, et nunquam submissus colla dolori. »
Hic alto juvenis gemitu, lacrimisque coortis,
« Magne parens, inquit, quo majus numine nobis

Drak. et Lefeb. Ego priscam servavi scripturam, quæ io e. Agripp. passim qooqoe obvia est. — 413. *Arcori* emeod. N. Heins. prob. Drak. Frustra, oec tameo absurde, quod putat Lefeb. Nam verbum *jubere*, quod vel tironibus ootum est, si de persona, vel re; cum qua aliquid faciendum est, agitur, cum iofinit. pass. plerumque jongitur; at non semper; vid. mox v. 452; Virg. Æn. V, 773; (ubi conf. Burm.) XII, 584, et al. Pro *patet*, quod cum *inpenetrabilis* coooectitur, forte leg. *manet*, vel leviori mutatione *amplexus pater : inpenetrabilis ille*, etc. vid. tamen not. — 414. *corda* volebaot N. Heins. Drak. Sed vid. not.

406. *Agnoscisne*, num reminisceris, Serraoe? — *hæsit* io animo, seu memoria. — 408, 409. Deliquium animi patitur. — 410. Præclare in laudem Mareiæ. — *Si qua Deis pietas*, miseratio, vel potius amor pietatis. Cf. Virg. Æo. II, 536; V, 688.

411. *voce quieta*, quietus et inperturbatus. — 412. Nam Romanus civis esse desierat, adeoque et jura connubiorom patriæqoe potestatis amiserat. Cf. Hor. Od. III, 5, 41 sq. ubi vid. Jani. — 413. *patet inpenetrabilis ille Luctibus*. Cf. v. 396. — *patet*, aures ejus patent querelis et lamentis familiæ, sed est *inpenetrabilis*, invietus, insuperabilis, ut VII, 561. — Poetam de industria verbis lusisse, ot sensus sit : aoribos luctom adcipit, non aoimo, suspicatur V. D. in *Allg. Lit. Zeit.* An. 1796, n° 139.

414. *submissus colla dolori*, eo victus; forma loqueodi, ab onere, vel jugo, eateois et vinculis petita, quibus collum submittitur. Paulo altius eam repetit Drak. a more, quo devicti ante victoris pedes se sternere cogebantur, ut is colla et caput pedibus premeret; quo et adludi potat X, 216; XI, 19, et, de quo minus dubitandum, ap. Prop. I, 1, 4, eujus loei diversa ratio est. Vid. ad III, 85. Doloris signum, caput demittere; Cell. Male!

415. Doloris pietatisqoe plena oratio, qua filius mortuum patrem, quem numinis instar colit, tanquam præsentem adloquitur, et sermonem Mari interrompit. — *Gemitus altus*, ut *de alto corde petitus* ap. Ovid. Met. II, 622; *altum dolorem* dixit Virg. Æo. I, 209.

416. *quo majus numine*, pro, ou-

Tarpeia nec in arce sedet, si jura querelis
Sunt concessa piis, cur hoc matrique mihique
Solamen, vel cur decus hoc, o dure, negasti,
Tangere sacratos vultus, atque oscula ab ore
Libavisse tuo? dextram mihi prendere dextra
Non licitum? leviora forent hæc vulnera quantum,
Si ferre ad Manes infixos mente daretur
Amplexus, venerande, tuos? Sed vana recordor
Ni, Mare, (nam primo tunc hærebamus in ævo)
Humana major species erat : horrida cano
Vertice descendens ingentia colla tegebat
Cæsaries, frontique coma squalente sedebat
Terribilis decor, atque animi venerabile pondus.
Nil posthac oculis simile incidit. » Excipit inde
Jam Marus, atque, inhibens convellere vulnera questu,
« Quid, quum præteritis invisa penatibus, inquit,
Hospitia, et sedes Pœnorum intravit acerbas?

422. *quanto* maluerit N. Heins. Sed *quantum* quoque passim pro quanto, vel in quantum et quantopere ponitur et comparativo jungitur v. c. *quantum magis, longius, inferior*, etc. dixere Liv. III, 15; XLIV, 7; Flor. I, 18, et alii. — 425. *Ni, Mare* Col. Tell. Mars. *Mi Mare: nam* Oxon. addito versu spurio, Wof. Cell. et alii. *Ni male* R. 3, Parm. Med. et recentt. edd. Mox forte leg. *mærebamus*.

men, quo majus. — 417. *sedere*, ut *stare* et ἱστάναι, pro esse et habitare, de sedibus et domicilio deorum. Cf. ad III, 9. — 420 sq. *oscula Libavisse*, vide Heyne ad Virg. Æn. I, 256. — 422. *hæc vulnera* δεικτικῶς dixit. Cf. v. 67 sqq. — 423. *infixos mente Amplexus*, vivam æternamque eorum memoriam. — 424 seq. Filius imaginem parentis, quæ ex animo fere jam effluxerat, quantum potest, memoria repetit. Egregie et ad rerum naturam apte. — *Ni vana recordor*, ni fallor.

426. *Humana major species*, vid. Heyne ad Virg. Æn. II, 592, et Exc. XIII ad Æn. I, 402. — *horrida... Cæsaries*, vid. nummum apud Patin. num. 2, quem hoc loco exprimendum curavit Drak. — 428. *fronti sedebat*, h. e. insidebat, vel in fronte sedebat, erat, ut ap. Ovid. Met. I, 267; II, 776. — 429. *Terribilis decor*, confer Horat. Odar. III, v, 43, 44, et ibi Jani. Infra v. 658, *truci Regulus ore*, ὑπόδρα ἰδών, δεινὸν δερκόμενος. — *animi pondus*, βάρος, βαρύτης, gravitas, ut VIII, 609, et apud Statium Silvarum lib. II, III, 65; V, III, 246.

430. *Excipit* loquentem Reguli filium. — 431. *questu* nimio, quo sanguis æstum concipit. — *convellere*, refricare. — 432. Quid diceres, si vidisses eum Romæ ædes suas prætereuntem, Pœnorumque

Adfixi clipei, currusque et spicula, nota
Ædibus in parvis magni monimenta triumphi,
Pulsabant oculos : conjuxque in limine primo
Clamabat, « Quo fers gressus? non Punicus hic est,
Regule, quem fugias, carcer : vestigia nostri
Casta tori, domus et patrium sine crimine servat
Inviolata larem : semel hic iterumque (quid, oro,
Pollutum est nobis?) prolem, gratante Senatu
Et patria, sum enixa tibi : tua, respice, sedes
Hæc est, unde ingens humeris fulgentibus ostro
Vidisti Latios consul procedere fasces,

434. *vota* Tell. quod etiam conjecerat N. Heins. probb. Drak. et Lef. Ferrem, si de templo ageretur; sed arma votiva ab h. l. aliena videntur. Malim quoque *nota monimenta* quam *n. spicula* jungere, unde distinctionem mutavi. — 435. *Magno* duo veteres, (qui sint, nescio) teste Lef. qui id recepit coll. v. 404. Non minus ei adridet lectio ed. R. 2, *magni m. triumpho*. Equidem neutrum defendere ausim. — 437. *Pœnicus* scripsit Lef. — 439. *en* conj. N. Heins. cui et verba *quid, oro... nobis* non sana videbantur. Sed vid. not. — 444. *procedere* scripti cum R. 3, Parm. Med. Marsi, Benes. et Mart. Herbip. quod suadente N. Heins. recepit Drak. qui observat, *procedere* proprie dici solennem consulum pompam, qua primo initi magistratus die ex ædibus in Capitolium deduci consueverint; conf. quos laudat, Claud. Cons. Hon. III, 8; Norism. de numm. Dioclet. Diss. I, 5; Cuper. ad Lactant. de mort. persecut. c. 17, et, qui inde *processionibus* Catholicorum Romanensium nomen inditum docent, Savaron. ad Sidon. Apoll. Epist. V, 17, et du Cange Glossar. mediæ Latin. Add. Spanh. de Pr. et Usu Num. Diss. VIII, p. 705 sqq. ed. secundæ. Similiter *procedit funus* ap. Terent. Andr. I, 1, 100. Vulgo *precedere* ut VIII, 486, ubi ad has solennes pompas non respici putat, adeoque nihil mutat Drak.

hospitia ingredientem? — 434 sq. Spolia *Sallentinorum*, (vid. ad VIII, 573) de quibus Regulus in priore consulatu ante b. Punicum I, triumphaverat, (vid. Flor. I, 20; Eutrop. II, 9.) foribus præfixa erant; de quo Romanorum more, vid. Intpp. ad Tibull. I, 1, 54, et ad Prop. III, vii, (al. ix) 26, cf. mox v. 446.

435. *Ædibus in parvis*, ob paupertatem Reguli, de qua vid. Val. Max. IV, iv, 6; Liv. Epit. XVIII; Colum. I, 4, et Senec. Consol. ad Helv. cap. 12. Egregie iis *magnus triumphus* obponitur; cf. I, 616.

436. *Pulsabant oculos*, (vid. ad II, 580.) tristem prioris fortunæ memoriam renovabant. — *in limine primo*, ut ap. Virg. Æn. II, 469; VI, 427.

439. Cf. Horat. Od. III, v, 41. — *sine crimine*, adulterio. Vid. Bentl. ad Horat. Epist. I, vii, 56. — 440. *quid... nobis*; interruptum hoc loquendi genus, ut tota oratio, præclare convenit adfectui loquentis, quæ virtutis et pudicitiæ sibi conscia est, et, nihilo secius congressum suum a marito, quem prætereuntem cernit, vitari, quam maxime dolet. — 443 sq. *ingens consul*, propter summum honoris fastigium.

Unde ire in Martem, quo capta referre solebas,
Et victor mecum suspendere postibus arma.
Non ego complexus, et sanctæ fœdera tædæ,
Conjugiumve peto: patrios damnare penates
Absiste, ac natis fas duc concedere noctem. »
« Hos inter fletus, junctus vestigia Pœnis
Limine se clusit Tyrio, questusque reliquit.
Vixdum clara dies summa lustrabat in OEta
Herculei monimenta rogi, quum consul adire
Adcirique jubet Libyas: tum limina templi
Vidimus intrantem: quæ consultata Senatus,

446. *meritis* pro *mecum* malebat N. Heins. — 449. *fas est* Ox. Put. R. 3. — 451. *clusit* Col. (teste Lefeb. duo scripti) ac improb. quidem Dausq. *clusit* ἀρχαϊκῶς pro *clausit*, ut in quibusdam codd. Stat. Th. XI, 58; Val. Fl. I, 34; Virg. Æn. I, 233; VI, 734, et al. Vulgo *duxit*; conf. ad II, 52. — 453. *adiri* conj. N. Heins. vid. ad v. 413. Mox *Lybias*, non *Lybicos*, Col. vid. ad I, 189. — 445. *quæ non consulta* (h. e. consilia) *Senatus* emend. N. Heins. prob. Drak. *quæ consultata Senatu* (h. e. Senatui idque pro deliberata a Senatu) reposuit Lefeb. Sed nil forte mutandum, quoniam poetæ adjectivis, vel particip. neutrius generis pro substantt. uti amant.

447, 449. Non equidem oro, ut vincula conjunctionis, longa tua absentia quasi abrupta, iterum nectas, et cum conjuge tua denuo perpetuoque in eadem domo habites; sed id solum a te peto, ut domum tuam, a patre hereditate acceptam, non prorsus *damnes*, hoc est, contemnas, (vid. ad III, 331) et, si non mea, certe natorum causa, noctem vel unam in ea commoreris. Vides Marciam ad infimas preces delabi, ut Dido apud Virg. Æn. IV, 431 sq., quem locum Silius manifeste imitatus est. Sententia vss. 447... 449, contraria σεμνότητι hujus loci, et fere absurda, vel ridicula videtur Ill. Ernesti. Sed si illam eo, quo exposui, modo ceperis, non video, quid in ea displicere possit, præter verborum ambages in v. 447, 448, quæ facile aliquem ad perversum, ne dicam obscœnum, sensum poetæ obtrudendum inducere possint.

450. Cum Pœnis eorum ingressus est hospitium. — 451. *questus*, querentem Marciam. — 452. De ortu solis ex OEta, vid. Intpp. ad Senec. Herc. fur. 133; Heyne ad Virg. Ecl. VIII, 30, et Cirin. 350. Poeta ubivis ornatus studio ardet, etiam ubi parum id desideres atque exspectes. — *lustrabat*, illustrabat, vel obibat. Cf. VV. DD. ad Virg. Æn. IV, vi, 607, et VII, 148.

453. *Herculei monimenta rogi*, vid. ad III, 43. — 454. *Adciri Libyas*. Pœnos in curiam vocari. — *limina templi*, vid. ad I, 617, et Dausq. ad hunc locum qui tamen ex v. 432, 433, et 451 perperam colligit, extra urbem et senatum fuisse, et Regulum cum legatis per-

Quasve viri voces extremum Curia mærens
Audierit, placido nobis ipse edidit ore.
« Intulit ut gressus, certatim voce manuque
Ad solitam sedem et vestigia nota vocabant :
Abnuit, antiquumque loci adspernatus honorem est.
At circumfusi non secius undique dextram
Prensare, ac, patriæ ductorem nomine tanto
Redderet, orabant : captiva posse redemtum
Pensari turba, ac Tyrias tum justius arces
Arsuras dextra, fuerit quæ vincta catenis.
Tum palmas simul adtollens ac lumina cælo :
« Justitiæ rectique dator, qui cuncta gubernas,
Nec levior mihi Diva Fides, Sarranaque Juno,

456. *Quasque* rectius videtur. — 459. *vocabant* (Senatus, scilicet universus) non *vocabat*, Colon. — 460. *est* a Colon. Oxon. et R. 2, abest. Hinc *adspernatur* conj. N. Heins. In vulgata longe graviorem inesse sententiam putat Lef quod equidem non adsequor. — 464. *hac* pro *ac* malebat N. Heins. et v. 467 *sator*. Ipse aliquando conjiciebam *pater*, vel *potens*, vel denique *stator*, h. e. tutor, conservator, defensor, quo sensu idem Jupiter *stator urbis*, *imperii* et *Rom. nominis* dicitur Cic. Catil. I, 13, et Vellei. II, 131. Vulgatam certe non satis mihi persuasit Drak. eo, quod Dii δωτῆρες ἐάων Hom. Odyss. Θ, 325, 335, et Bacchus *lætitiæ dator* vocatur Virg. Æn. I, 734; conf. tamen Spanh. et Græv. ad Callim H. in Jov. v. 96: δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. — 468. *Serranaque* Col. et Mars. non noctasse. — 457. *edidit nobis*; nam Marus extra curiam fuit. — *edidit ore*, ut ap. Virg. Æn. VII, 194.

459. *solitam sedem*, quam inter consulares tenere consueverat. — *vestigia*, locum, ut I, 505; conf. Cic. Or. III, 2. — 460. Cf. Eutrop. II, 14, et Cic. Off. III, 27, quo teste « in senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret, recusavit : quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se senatorem. » — 461. *non secius*, non minus. Vid. Heins. ad Ovid. Met. II, 809, et ad Virg. Æn. V, 862; IX, 441. Romani *prensabant* et premebant *dextram* ejus, a quo quid petebant. — 462. *tanto nomine*, tam clarum. — 463 sq. *captiva turba* Pœnorum. — *redemtum Pensari*, pro simpl. pensari, vel, ut v. 349, *rependi*.

467 sq. Conf. oratio Reguli ap. Hor. Od. III, 5, 18 sq. in qua summus potius indignationis adfectus, quo captivorum militum ignaviam increpat, et magis Romanus feroxque spiritus vivit et regnat. In his vss. sola jurisjurandi religione reditum excusat: sed exitus orationis v. 482... 489, ubi pacis conditiones, detrimenti et dedecoris causa, dissuadet, non minus magnum illum invictumque tanti viri animum spirat. Regulus, quod Drak. monet, non per suos solum, sc. Romanos Deos, Jovem ὅρκιον et Fidem, sed, ut summa hostibus religione

Quos reditus testes jurata mente vocavi,
Si mihi fas me digna loqui, Latiosque tueri
Voce focos; ibo ad Tyrios non segnior, inquit,
Stante fide reditus, et salvo fœdere pœnæ.
Sic nobis rerum exitio desistite honorem
Tendere: tot bellis, totque annis fregimus ævum:
Nunc etiam vinclis et longo carcere torpent
Captivo in senio vires: fuit ille, nec unquam,
Dum fuit, a duro cessavit munere Martis
Regulus: exsangui spectatis corpore nomen.
At non Carthago, fraudum domus, inscia quantum
E nobis restet, juvenes parat, aspera ferro

improb. N. Heins. ut Juno numen tutelare gentis Atiliæ fuerit. Sed vid. not. — 470. *Si*, non *Sit*, Col. — 473. *Sit* scripti. — 474. *Pendere* (h. e. solvere, seu pensare, ut v. 486) conj. N. Heins. qui tamen maluerit *Vendebat*, quod verosimillimum videbatur Drak. ut contra dicitur *emere*; conf. not. ad IV, 754. Sed vid. Obs. Withof. opinabatur *In nobis r. e. d. h. Perdere*. — 480. *En* ex Colon. rece-

obstrictus teneretur, per patria quoque Pœnorum numina juravit, inpr. per *Junonem Sarranam*, h. e. Tyriam et hinc Punicam (vid. ad I, 26, 72), ut Syphax per Jovem Hammonem et Tarpeium inf. XVI, 263.

469. *jurata mente*, interposito jurejurando, Dausq. et Drak. non lingua solum, sed ex animi quoque sententia; quibus verbis poetam loca Cicer. Off. III, 29, et Eurip. Hippol. v. 612, respexisse, argute magis, quam vere judicant.

470 sq. *Latios focos*, religionem patriam et sanctitatem Deorum, quos colimus. — 472. *Stante fide* conf. ad III, 173. — *fœdere pœnæ*, quam pactus sum, si re infecta rediissem. — 473. *exitio rerum*, cum reipubl. detrimento, Mars. et Cellar. — 474. *Tendere*, protendere, obferre, ut ap. Virg. Ge. IV, 535, Æn. II, 674; Cic. Orat I, 40. Pro *obtendere* dictum censet Schmid. — *fregimus ævum* propr. bella et senectus me viresque mentis ac corporis mei fregerunt.

475 sqq. *fuit ille Regulus*, ut *non sum, qualis eram* dixit Hor. Od. IV, 1, 3, *et fuimus Troes, fuit Ilium*, etc. Virg. Æn. II, 325. — 478. Simillima sunt, quæ Drak. excitavit, verba Licinii ap. Liv. V, 18 « me jam non eundem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis » etc. — nomen contemtim rei obponitur, ut X, 583. Cf. ad I, 293.

479 sq. Sed fraudulenta Carthago, *non inscia quantum*, quam parum, *e nobis restet*, quantopere corporis animique viribus defecerim, intendit, captivos Pœnos, qui etiamnum juvenes et bello apti sunt, mecum, qui senex sum, commutare. Modeste de se ipso sentit, et merita sua famamque sibi partam, qua freti Pœni votorum compotes fieri speraverant, consulto

Pectora, captivos nostra pensare senecta.
Ite dolos contra; gensque astu fallere læta
Discat, me capto, quantum tibi, Roma, supersit.
Nec vero placeat, nisi quæ de more parentum
Pax erit : exposcunt Libyes, nobisque dedere
Hæc referenda, pari libeat si pendere bellum
Fœdere, et ex æquo geminas conscribere leges.
Sed mihi sit Stygios ante intravisse penates,
Talia quam videam ferientes pacta Latinos. »
« Hæc fatus Tyriæ sese jam reddidit iræ;
Nec monitus spernente graves fidosque Senatu,
Pœnorum dimissa cohors, quæ mæsta repulsa,
Ac minitans capto, patrias properabat ad oras.
Prosequitur vulgus Patres; ac planctibus ingens
Personat et luctu campus : revocare libebat
Interdum, et justo raptum retinere dolore. .
« At trepida, et subito ceu stans in funere, conjux
Ut vidit puppi properantem intrare, tremendum

pit Lefeb. qui et *vobis* reposuit ex donbus antiquis, nescio quibus. *Et* Put. *parat*, non *paret*, Put. et Parm. *aspera bello pectora* maluerit N. Heins. frustra : vid not. ad v. 19. — 485. *Libyes*, non *Libyci*, Col. et Ox. vid. ad I, 189. — 491. *fidoque* Col. more librariorum, qui epitheta proximo voc. adcommodant. — 495. Ita ex ed. Beoes. reposuit Lefeb. et jam ante eum ex Dausq. emend. Cell. et Drak. Vulgo *Personat, et luctu campis r. libebat.* — 496. *captum* quidam libri, teste, et non improb. Lefeb. Sed gravior est vulgata lect. *raptum*, h. e. abreptum, incensum, *dolore*, nisi malis *raptum* a Pœnis ad naves. — 498 *puppi... intrare* Col. et Oxon. ut VII, 464; IX, 289; XI, 473; XII, 435, 491; XIII, 814; XIV, 551, quod N.

extenuat, ut dolus hostium eo magis pateat. — *fraudum domus.* Cf. III, 233, 234. — 484. *de more parentum*, honestis scil. et Romano nomine dignis conditionibus.

486. *pendere*, æqua quasi lance ponderare, h. e. pares pacis conditiones ferre. Cf. ad I, 534. — 488. Color orationis ut ap. Hom. Iliad. ζ, 464, et Virg. Æn. IV, 24 sq. — *mihi sit*, ἔστω, γένοιτο, ἐνδέχοιτο, liceat, detur, ut contra *non est*, *ne sit*, *non sit*, οὐκ ἔστι, μὴ δ' ἔστω, μὴ γένοιτο. Vid. ad I, 163. — *Stygios penates*, ut *Stygios domos*, *Ditis domos*, δῶμ' Ἀΐδαο, seu Ἀΐδαο δόμοι, ap. Val. Fl. I, 781; Virg. Æn. VI, 269; Hom. Iliad. ε, 251. Od. κ, 512.

489. *ferire*, ut *icere*, *percutere* fœdus, ὅρκια τέμνειν, כרת ברית.

490. *Tyriæ iræ*, Pœnis iratis scil. ob frustratam spem pacis, captivorumque redimendorum. Cf. ad I, 71, et IV, 599.

491. *monitus* Reguli. — 495. *campus* Martius.

Vociferans, celerem gressum referebat ad undas :
« Tollite me, Libyes, comitem pœnæque necisque.
Hoc unum, conjux, uteri per pignora nostri
Unum oro, liceat tecum quoscumque ferentem
Terrarum pelagique pati, cælique labores.
Non ego Amyclæum ductorem in prælia misi,
Nec nostris tua sunt circumdata colla catenis.
Cur usque ad Pœnos miseram fugis? adcipe mecum
Hanc prolem! forsan duras Carthaginis iras
Flectemus lacrimis : aut, si præcluserit aures
Urbs inimica suas, eadem tunc hora manebit
Teque, tuosque simul : vel, si stat rumpere vitam,
In patria moriamur : adest comes ultima fati! »
« Has inter voces, vinclis resoluta moveri
Paulatim, et ripa cœpit decedere puppis.
Tum vero infelix, mentem furiata dolore,
Exclamat, fessas tendens ad litora palmas :
« En, qui se jactat Libyæ, populisque nefandis,
Atque hosti servare fidem! data fœdera nobis,

Heins. concinnius videbatur. Sed conf. Burm. ad Val. Fl. I, 590, et ad Virg. Æn. VIII, 389, ubi hoc serioris ævi esse monet. Vulgo *puppim*, ut XIV, 391 et 423; conf. ad II, 378. — 500. *Libyes*, non *Libyci*, denuo Col. et Oxon. — 506. Vulgo *ad pœnas*, quod primus dedit Nicander in Junt. *ad pœnus* Mart. Herbip. — 509. *eadem atque una hora* conj. N. Heins. coll. Virg. Æn. XII, 847. — 515. *litora*, non *sidera*, scripti.

500 sqq. Cf. ad III, 109 seq., et Corneliæ verba ap. Lucan. V, 762 sq.; VIII, 639 sq. Oratio plenissima conjugalis maternique affectus, qui sensim insurgit, et, quum omnibus argumentis, quæ ad animum vel durissimum movendum ullo modo valere possint, nihil proficiat, mox v. 514 sq. in furorem vertitur. — Comparant verba Arriæ ap. Plin. Ep. III, 16. — 503. *labores*, ut v. 386. — 504 sq. Drak. confert Ovid. Her. V, 155 sq. Sed forma orationis petita ex Virg. Æn. VI, 425 sq. ubi vid. Heyne et Cerda. — *Amyclæum ductorem*, vid. ad II, 434. — 509. *eadem hora manebit*, ut ap. Virg. Æn. IV, 679. *stat*, ut II, 235.

514 seq. Justas preces, quas surdis auribus cecinit Marcia, excipit acerba in maritum, summum fidei exemplum, invectio, ex vehementissimo indignationis adfectu, æstuque iræ profecta. Cf. Virg. Æn. IV, 305 sq., 450, inpr. 597 sq.

517. *data fœdera*, vid. ad V, 304, in V. L.

Ac promissa fides thalamis, ubi, perfide, nunc est? »
Ultima vox duras hæc tunc penetravit ad aures :
Cetera percussi vetuerunt noscere remi.
« Tum fluvio raptim ad pelagi devolvimur oras,
Ac legimus pontum, pinuque inmane cavata
Æquor, et inmensas curva trabe findimus undas.
Ludibrium necis horrescens, vis aspera ponti
Obrueret, scopulisque ratem furor inprobus Euri
Frangeret, optabam : letum id commune fuisset.
Sed nos ad pœnam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, Tyrioque dedere furori.
« Infelix vidi, patriamque remissus in urbem
Narrator pœnæ dura mercede reverti.
Nec tibi nunc ritus imitantem irasque ferarum,
Pygmalioneam tentarem expromere gentem,
Si majus quidquam toto vidisset in orbe
Gens hominum, quam quod vestri veneranda parentis
Edidit exemplum virtus : pudet addere questus
Suppliciis, quæ spectavi placido ore ferentem.

521. *raptim*, non *raptum*, scripti et priscæ edd. Idem, vel *rapti* conj. Dausq. — 522. *immane Æquor* Col. ut *immensum*, *ingens*, *magnum*, *vastum mare* ap. poetas, a Drakenb. laudatos : ἅλς δῖα, πόντος ἀπείρων, εὐρὺς et ἀπείριτος ap. Homer. Iliad. α, 141 ; Odyss. α, 197 ; δ, 510 ; κ, 195. *Pinuque minante* Oxon. Vulgo *juvante*. Sed *innante* conj. Dausq. non improb. N. Heins. qui etiam *pinuque in transtra cavata* tentabat, quia *immensæ undæ* et *immane æquor*, quod tantundem sit, male jungantur : quæ tamen in Silio non est justa emendandi ratio. *Pinuque infame cavata* malebat Withof. — 526. Verba *letum... pœnam* in vulgg. edd. omittuntur, prob. Dausq. Sed exstant in quatuor scriptis et in R. 2, ac Med. nisi quod in poster. ed. est *in pœnam*.

519. *duras aures*, ut apud Virg. Æn. IV, 428. — 521. Iterum poeta more suo luxuriatur. — 522. *legimus pontum*, ut Æn. II, 208. — 524. *Ludibrium*, turpe genus, *necis*, Regulo instantis. — 525. *furor inprobus Euri*, vid. ad I, 58, 71 et 101.

530. *dura mercede*; libertate mihi concessa hanc tristem ob causam, ut Romam reversus narrarem, quæ pœna a Regulo repetita esset.

532. *Pygmalioneam gentem*, vid. ad I, 21. — *expromere*, crudelitatem ejus exponere. — 534 sq. *virtus parentis*, ut *virtus Catonis* apud Horatium, Odar. lib. III, xxi, 11. Conf. ad IV, 599. — 535 seq. *pudet addere questus Suppliciis*, quæ propter summam Reguli constantiam, animique magnitudinem, magis admiratione, quam querelis, digna sunt.

Digitized by Google

Tu quoque, care puer, dignum te sanguine tanto
Fingere ne cessa; atque orientes comprime fletus.
« Præfixo paribus ligno mucronibus omnes
Armantur laterum crates, densumque per artem
Texitur erecti, stantisque ex ordine, ferri
Infelix stimulus; somnisque hac fraude negatis
Quocumque inflexum producto tempore torpor
Inclinavit iners, fodiunt ad viscera corpus.
Absiste, o juvenis, lacrimis: patientia cunctos
Hæc superat currus: longo virescet in ævo
Gloria, dum cæli sedem terrasque tenebit
Casta Fides; dum virtutis venerabile nomen,
Vivet, eritque dies, tua quo, dux inclite, fata
Audire horrebunt a te calcata minores. »

538. *orientes* Col. et R. 2, *haurientes* Oxon. Vulgo *humentes*. — 540. *densumque*, non *densusque*, Colon. quod græce et poet. pro *dense* dicitur. — 543. *Quocumque inflexum* Oxon. et R. 3, probb. Barth. N. Heins. Drakenb. Lefeb. *Quocumque flexum* Colon. *Quocumque inflexo perducto* Puteol. *perducto* etiam in Oxon. *Quodcumque inflexus* Parm. *Quoscumque in flexus* in plerisque edd. Mox *torpor* ex emend. Dausq. recepere Cell. Drak. Lefeb. *Tactor* Put. cum R. 3, et Parm.: *tortor* in reliquis libris: *somnique hac fraude negati Quocumque inflexum producto tempore torpor Inclinavit i.*, *fodiuntur viscera*, *corpus* corrig. N. Heins. ut verba *somni* et *tempore* jungantur. Sed minus durum videtur, τὸ *somnis* pro *somno* accipere, et τὸ *fodiunt* ad *mucrones* et *stimulum* referre. — 546. *Hæc superat currus* Col. *Hos superat currus* Oxon. teste N. Heins. non *cursus*, quod ex eo protulit Barth. Adv. I, 13, ubi fortunæ cursus h. l. innui putavit: *currus* est quoque in R. 2. Vulgo *Hos s. casus*. — 548. *inviolabile* Put. non improb. N. Heins. si *virtuti* legatur. Post *nomen* distinxi, ut *vivet* ad Regulum spectet. Idem

537 sq. *dignum te Fingere*, etc. ut ap. Virg. Æn. VIII, 364, 365.

539 sq. Cf. commentatio Argumento subjuncta. — *mucronibus*, stimulis clavisque acutissimis.

540. *crates*, ut alias *compages* laterum. — 541. Quid hoc orationis exitu pulchrius, et ad consulandum Reguli filium aptius esse potest? — *Hæc patientia*, talis rerum difficilium et asperarum voluntaria perpessio, Drak. qui laudat Liv. XXX, 28. Sen. de Prov. 3, et Tibull. III, 2, 5, ubi vid. Broukh. Hæc patientia, qua Regulus atroces pœnas sustinuit, quovis triumphio præstabilior, gloriosior et admirabilior est. — 546. *currus* triumphales, seu triumphos. Vid. ad III, 614, et N. Heins. ad h. l. qui etiam comparavit XI, 596, et Lucan. IX, 598 sq. — Cf. Virg. Ecl. V, 76 sq.

549 sq. *fata a te calcata*, superata, Schmid. Sed *calcare* etiam ἄνευ ponitur pro spernere, vilipendere, propr. insultare. *Inposito calcas quid mea fata pede?* dixit Ovid. Trist. V, VIII, 10, ubi Ill. Har-

Hæc Marus, et mæsta refovebat vulnera cura.
  Interea, rapidas perfusa cruoribus alas,
Sicut sanguinea Trasymeni tinxerat unda,
Vera ac ficta simul spargebat Fama per urbem.
Allia, et infandi Senones, captæque recursat
Adtonitis arcis facies : excussit habenas
Luctificus Pavor, et tempestas aucta timendo.
Hinc raptim ruit in muros : vox horrida fertur,
Hostis adest; jaciuntque sudes et inania tela.
Ast aliæ, laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deûm, et seris post fata suorum
Sollicitant precibus : requiem tenebræque diesque

fecisse video Lefeb. coll. Tibull. I, iv, 65. — 554. *Fama* et mox *Pavor* majoribus literis init. scripsi, ut personæ sint, *per orbem* Ox. Put. R. 3, Parm. Med. — 558. *Hinc*, scilicet ex urbe tempestas *ruit*, Oxon. quod suadente N. Heins. recepit Drak. Vulgatum *Hic* servavit Lefeb. ut *hic* ad viros, et *aliæ* v. 560, ad mulieres spectet. — 559. *jaciuntque* omnes scripti et R. 2. Vulgo *jaciunt*, quod metro adversari fatetur etiam Dausq. — 561. *Vertunt* Ox. et Put. cum nonnullis edd. vitiose, ut passim.

les. expressum putat Gr. ἐπεμβαίνειν τῇ τυχῇ τινός. Cf. sup. ad III, 85. — *horrebunt*, eum horrore quodam obstupescent audientes, etc. — *minores*, posteri. Vid. Drak. ad XVI, 44; Heyne ad Virg. Æn. I, 532; Bul. et Burm. ad Val. Fl. III, 455. — 551. *cura* et *refovere*, verba medicorum Drak. — *vulnera* Serrani.

552 sq. Tandem poeta in viam redit, de qua inde ab initio hujus libri declinaverat. De ingenti terrore ac tumultu, Romæ ad primum cladis nuncium orto, vid. Liv. XXII, 7; Polyb. III, 85, et Appian. bell. Hannib. c. 11, extr. Silius autem narrationis colores hoc loco a Virgilio Æneid. IV, 173 sq. (ubi vid. Heyne) inprimis vss. 180, 188, 190, sumsit, et bene cruentas alas, in Trasymeno lacu tinctas, Famæ tribuit.

555. Cf. ad I, 547. — *recursat* animo, ut ap. Virg. Æn. IV, 3.

556. *excussit habenas*, ut IV, 681, et ap. Virg. Æn. V, 662; XII, 499, h. l. præclare de pavore, totum animam inplente ac pervadente.

557. *tempestas*, calamitas et periculum. — *aucta timendo*. Cf. ad IV, 8. — *Hostis adest*, nota exenbitorum exclamatio. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 45.

560 sq. Cf. Liv. XXII, 7. In luctu ingenti matronis solenne fuit, non capillos tantum spargere et vellere, sed crinibus quoque passis aras ac templa verrere, πλύνειν. Cf. XIII, 311; Liv. XXVI, 9, et alia loca, a D. Heins. Dausq. et Drakenb. adscripta. — 562. *Sollicitant precibus*, scil. deos. — *Requiem tenebræque diesque Amisere*. Romani nec die, nec noctu sine cura quiescunt.

Amisere : jacent portis, ululante dolore,
Dispersum vulgus, remeantumque ordine longo
Servat turba gradus; pendent ex ore loquentum,
Nec lætis sat certa fides, iterumque morantur
Orando; et, vultu interdum, sine voce, precati,
Quod rogitant, audire pavent. Hinc fletus, ubi aures
Percussæ graviore malo : metus inde, negatum
Si scire, et dubius responsi nuntius hæsit.
Jamque ubi conspectu redeuntum visa propinquo
Corpora, sollicite læti funduntur, et ipsis
Oscula vulneribus figunt, Superosque fatigant.

563. *jacent*, non *jacet*, Oxon. et Puteol. cum priscis edd. ante Basil. conf. ad III, 222 et 288, *stimulante dolore*, vel *vulgantque dolorem*, vel *cumulantque dolorem*, vel denique, quod Drakenborgh in contextum recepit, *ululantque dolore* tentabat N. Heins. cui tamen postremo nil mutandum videbatur. Recte! vid. not. — 564. *reboantumque* et v. 567, *Quærendo* conj. N. Heins. Sed cave quidquam mutes. — 568. *Hinc* semper scribendum putavi, non *hic*, quia *inde* sequitur; et nunc Lefeb. id reposuisse video, cujus exemplum secutus sum. — 569. *Perculsæ* Tell. — 571. *redeuntum*, vel *redeuntia* pro vulg. *redeuntis* emend. Dausq. et N. Heins. Hoc recepit Drak. illud. nos cum Lefeb. cujus nota est hæc : « In antiquis fuit *redeuntu pro redeuntū* : hinc, neglecta nota, *u* sæpe mutatur in *is*, et scriptum *redeuntis* a librariis. Sine fide Drak. *redeuntia*, quod in nullo veteri vidi. » Sed in quonam veteri vidit *redeuntum?* — 572. *sollicite læti* Col. Marsus et post hunc alii, *sollicitæ læti* Parm. *sollicite læti* Med. *sollicitæ leti* et *sollicite lethi* in reliquis libris, *adfunduntur* emend. N. Heins. ut IV, 251; V, 66 al. Sed

563. Propr. homines dolore *ululant*. Cf. quos Lefeb. laudat Sen. Herc. for. 693; Stat. Th. III, 158, 272. — 564. Ingens populi turba æquo eum remeantibus ex prælio gradu incedit, ut ex iis suorum fortunam cognoscant, Drak. coll. Liv. XXII, 7, quem locum Silius egregie exornavit. Cf. ad VII, 362.

565. *Servat*, observat, judice D. Heins. ad III, 380. Male! — *pendent ex ore loquentum*; attente, indesinenter, oculisque non reflexis contemplantur, ut ap. Virg. Æn. IV, 79, et infra. VIII, 93, ubi vid. Drak. Cf. ad VII, 362. — 566. «Proprium hoc miseros sequitur vitium, Nunquam lætis credere rebus, » Senec. a Dausq. laud. — 567. *Orando*, dicendo, loquendo, adeoque et interrogando.

569. *Percussæ aures*; cf. ad II, 580. — 571 sq. *redeuntum Corpora*, h. e. redeuntes, ut VII, 358; XIV, 105; Virg. Æn. II, 18; VI, 22.

572. *læti*, ob reditum suorum, sed simul *solliciti* propter vulnera visa, Cell. et Drak. Cf. ad III, 215. — *funduntur*, ut circumfunduntur apud Liv. XXII, 7, vel ut sup. II, 151. — 573. *Oscula vulneribus*, signis virtutis, *figunt*. Comparant Tac. Germ. 7, extr. «Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt : nec illæ

Hic inter trepidos, curæ venerandus, agebat
Serranum Marus; atque olim post fata mariti
Non egressa domum vitato Marcia cœtu,
Et lucem causa natorum passa, ruebat
In luctum similem antiquo : turbata repente
Agnoscensque Marum, « Fidei comes inclite magnæ,
Hunc certe mihi reddis, ait. Leve vulnus? an alte
Usque ad nostra ferus penetravit viscera mucro?
Quidquid id est, dum non vinctum Carthago catenis
Abripiat, pœnæque instauret monstra paternæ,

vid. not. — 574. *Hinc* quædam edd. antt. probb. Marso et Cell. ut sensus sit: hinc Romam reducebat ad matrem. — 576. *Marcia*, non *Martia*, Col. vid. ad v. 403. — 577. *haud passa* oræ libri sui adscripserat Scalig., non, quod Cell. credebat, N. Heins. — 580. *Hunc*, scilicet filium, Col. et R. 2. Vulgo *Nunc* legitur, et, quod N. Heins. jam observavit, male interpungitur, *inante* pro *an alte* conj. Dausq. sublatis interrogandi notis, ut sententia h. l. sit : nunc reddis leve vulnus, quod *inante*, h. e. ante, altissimum. Sed voc. *inante* boni ævi Latio receptum non fuisse, monet Drak. et quos laudat, Gronov. Obss. I, 15, Burm. ad Ovid. Met. II, 524, IX, 325, et Broukh. ad Prop. II, II, 52, etsi illud vindicare conati sunt Gebhard. Crepund. II, 5; Scipio Gentil. Parerg. I, 14, et Aus. Popma de usu antiq. locut. c. 14. Nonnulla, quibus Marcia filium adgnoverit, excidisse putabat Barth. Adv. I, 13. — 582. *Quidquid id est*, h. e. quidquid vulnerum filius sustinet, scripti cum R. 3, Parm. Med. *ne* inprob. quidem Dausq. conf. ad v. 119. *Quidquid adest* Marsus, et post eum alii.

numerare, aut exigere plagas pavent. » Cf. IX, 350. — *fatigant* sc. precando, ut vulnera non sint mortifera, et gratias agendo, ob reditum; ut *lacessere deos*. Cf. Drak. ad h. l. Broukh. ad Prop. II, XIII, (al. 20) 3; Interpp. ad Hor. Od. I, II, 26; II, XVIII, 12, et sup. ad I, LXIII, 675; II, 75.

574. sq. Marcia, viso Maro, qui Serranum Reguli filium ex acie reducebat, hunc certe sibi redditum gaudet; de vulnere tamen anxia inquirit, num id leve sit, an vero altum, Drak. — *curæ venerandus*, ut XVI, 248. — *agebat*, adducebat: allevans et sustinens, quia Serranus vulneribus tardior ibat, Dausq.

577. *lucem passa*, vitam sibi invisam acerbamque etiamnum pertulerat, nec sponte posuerat, ut maritum sequeretur, amore filiorum mota. Cf. Burm. ad Val. Fl. V, 571. — 578. *similem antiquo*, quum captivus et occisus esset maritus.

579. *Fidei magnæ*, fide antiqua, vel docte pro, Reguli.

581. *ad viscera nostra*, filii mei, et sic ad mea quoque. Cf. VV. DD. ad Virg. Æn. VI, 834. — *viscera* poetis liberi dicuntur. Cf. Ovid. Met. VI, 651; X, 465, et Ep. Her. XI, 90, 118. Ceterum hæc et reliqua Marciæ verba ad anxias matris curas, et tenerrimum amorem adumbrandum egregie comparata sunt. — 582. *Quidquid id est*, cf. V. L. — 583. *pœnæ monstra*, vid.

Gratum est, o Superi! quoties, heu! nate, petebam,
Ne patrias iras, animosque in prælia ferres;
Neu te belligeri stimularet in arma parentis
Triste decus? Nimium vivacis dura senectæ
Supplicia expendi: quæso, jam parcite, si qua
Numina pugnastis nobis.» At cladis acerbæ
Discussa ceu nube, Patres conquirere fessis
Jam rebus meditantur opem; atque ad munera belli
Certatur, pulsusque timor graviore periclo.
Maxima curarum, rectorem ponere castris,
Cui Latium et moles rerum quassata recumbat,
Spectante occasum patria. Jovis illa ruenti
Ausoniæ, atque Italis tempus protendere regnis

586. *Neu*, non *Nec*, Colon. vel potius, teste Lefeb., tres scripti et R. 2. — 589. *At*, non *Hac*, Colon. In eodem *Dis issa*, probb. N. Heins. et Lefeb. quibus tamen nec vulgata displicebat. — 592. *timor* scripti et R. 2. Vulgo *dolor*, quod retinuit, et tam in duobus scriptis, quam in priscis edd. legi testatur Lefeb. qui frustra tamen provocat ad Virg. Æn. VI, 382.

ad II, 650. — 584. *Gratum est, o Superi!* solennis formula flebile gaudentium, quum tamen aliquid est læti in tantis malis; quod docuere, a Drak. laudati, Gron. Diatr. Stat. c. 16. et ex eo Broukh. ad Tibull. IV, 10 pr. — 585. Ut VIII, 328, Drak. — 586 sq. *parentis decus*, gloria, *triste*, ob eventum. — 588. *Supplicia expendere*, h. e. pendere, solvere, ut VII, 713; XIII, 698; Virg. Æn. VI, 740; X, 669; XI, 258; Dausq. et Drak. — *jam parcite*, nunc demum ira vestra resideat, quum jam decrepita sim.

589. *pugnastis*, adversa fuistis, et infesta. — 590. *Patres* solos nihil, quod a sua dignitate alienum esset, commisisse, tradit Polyb. III, 85, extr. — 592. *graviore periclo*, ejus metu: ne scil. Hannibal Romam veniret, Cell.

593. *ponere*, dare, ut ap. Virg. Æn. VII, 63, vel adponere, subornare, constituere, ut τιθέναι pro διατιθέναι. Sic *custodem frumento*, et *judicem*, vel *accusatorem alicui ponere* dixit Cicer. Flacc. 19; Sull. 28, et ad Div. VIII, 12.

595 sq. Jovis tonitru Hannibal perterrefactus a consilio Romæ oppugnandæ revocatur (ut ap. Appian. b. Hannib. c. 12, pr. θεοῦ παραγαγόντος αὐτὸν), ejusque instinctu Fabius, tantus vir, dux belli creatur. Utraque res digna erat, quæ numinis ministerio expediretur. Romani enim hostis adventum adeo timebant, ut contrarium, sine deorum ope, vix sperarent; nec dux superesse videbatur, a quo arceri, nedum vinci posset. Alias tamen causas, cur Hannibal Romam nondum accesserit, adferunt Liv. XXII, 9, et Polyb. III, 86. Cf. ad v. 605 et 609.

Cura fuit : nam Tyrrhenos, Pœnumque secundis
Albana surgens respexerat arce tumentem,
Qui ferre in muros victricia signa parabat.
Tum quassans caput, « Haud unquam tibi Jupiter, inquit,
O juvenis, dederit portas transcendere Romæ,
Atque inferre pedem. Tyrrhenas sternere valles
Cædibus, et ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit : Tarpeium adcedere collem,
Murisque adspirare veto. » Quater inde coruscum
Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
Mæonidum tellus, atramque per æthera volvens

600. *Tum quassans caput*, ut in simili loco Virg. Æn. VII, 292, ex e. Tell. recepi cum Lefeb. Vulgg. *Tunc*, vid. ad v. 299. *Tibi*, *Jupiter inquit*, *O juvenis*, *dederim* etiam legi posse monuit Drak. quod recepit Lefeb. quem tamen sup. v. 262, personarum permutatio, quæ optimis poetis in deliciis est, non offendit. Non equidem intercedo, quo minus *dederim* rescribatur, sed tum interpunctio retinenda, verbaque *Jupiter dederim* jungenda videntur, conf. ad v. 262. — 601. *transcindere* e c. Tell. reposuit Lefeb. ut sit id. qd. *frangere* et *perfringere portas* inf. X, 603, et XIII, 255. — 604. *accedere* scripsi, quod, quum Hannibal revera *T. collem*, h. e. Romam adeesserit (vid. XII, 565), adscendere interpretatur Drak. qui ad exempla, a Gifanio Obss. ad ling. lat. prolata, provocat, et vel insolentiorem vocis vim librariis fraudi fuisse, vel vulgatam lect. glossema esse existimat. Sed possis etiam explicare : in Capitolium, sedem meam, venire. Vulgatum *adscendere* e scripto, nescio quo, et priscis edd. revocavit Lefeb. qui v. 601, *transcindere* poetæ obtruderat, et ad III, 510, respici arbitratur, a quo loco nostra tamen lectio non abhorret. Ceterum haud multum abfuit, quin refingerem : *T. od. endere collem*, h. e. Capitolium, vel ipsam Romam. Hinc utraque illa lectio facile nasci potuit incuria librar. vel ab his substitui, ne *collis adcendi* diceretur. Conf. inf. v. 712, 713. — 605. *Murisve* emend. Lefeb. et *ve* pro *immo* positum putat. Mox *corusca dextra* concinnius foret, ut ap. Virg. Ge. I, 328, et Horat. Od. I, II, 2. Nec tamen quidquam mutare ausim : cf. Bentl. ad Hor. Od. III, IV, 44.

597. *Tyrrhenus*, Etruriam, ubi cladem acceperant Romani. Cf. ad IV, 719, et V, 11 sq. — 598. *tumentem*, οἰδαίνοντα, *secundis* rebus. Vid. ad II, 288. — *Albana arce*, monte, qui cum delectu ponitur, quoniam in eo templum Jovis Latiaris erat, in cujus honorem feriæ Latinæ quotannis haberi, taurusque immolari solebat, de quo loca class. sunt Dionys. Hal. IV, 6, p. 250, et VI, p. 366; Cf. Virg. Æn. XII, 134 sq; Cic. Mil. c. 31; et sup. ad I, 26. — 599. *muros* Romæ.

600. *quassans caput*, κινήσας κάρα Hom. Odyss. ε, 285.

603. Propr. sanguis et aquæ eo infectæ exeunt ripas. — 605. *Muris adspirare*, ut ap. Virg. Æn. XII, 352; Lefeb. cf. ad V, 270; cf. Hom. Iliad. ρ, 593 sqq, ubi similiter iratus Jupiter fulminibus terrorem incutit Achivis. — *Quater*, ut *ter* ap. Virg. Æn. VII, 141. — 607. *Mæo-*

Abrupto fregit cælo super agmina nubem.
Nec Pœnum avertisse satis : dat numine magno
Æneadis, gentem gremio deponere tuto
Romuleam tandem, Fabioque salutis habenas
Credere ductori. Cui postquam tradita belli
Jura videt : « Non hunc, inquit, superaverit unquam

609...611. *dat n. m. Æneadis, gentem g. d. t. R. tandem*, corrig. Drak. Sic quoque Lef. nisi quod *tandem g. d. t. R. gentem* audacius conj. reposuit, addita hac nota : « Sensus est, tandem post tam funestas clades concedit, ita facit Jupiter, ut Æneadæ deponant gremio, etc. Quo nil clarius, nihilque minus perspectum omnibus editoribus. Æternus forem, (!!) si eorum nugas hic ventilarem. Pro *tandem* legit Drak. *mentem* contra fidem scriptorum, et v. seq. *tandem* absurde pro *gentem*. Non dixit poeta *dat mentem*, sed *dat deponere*, ut *dat habere*, ne alia sexcenta adferam (vid. ad I, 3, IV, 716, et V, 324; quod tamen loquendi genus huic loco non satis convenit) : hebraismus est. (!!) Non male fuit affectus hic locus, nisi ab ipsis editoribus; legendi erant scripti. » Vult itaque vir doctus, conjectoris suis non minus fidei tribui, quam libris scriptis : nam ad hos provocat, quum illas venditet. Nunc video, Ill. Ernesti emendationem Lefeb. adsensu suo comprobasse, ut sensus sit : *dat n. m. A.* inspirat Romanis, ut deus, ut *Romanam gentem*, h. e. copias suas, *tandem* aliquando *tuto g. deponant*, meliori ductori regendas tradant, qui veluti in gremio ipsas foveat, iisque melius parcat. Meo qualicunque judicio Silius expressit Maronem Æn. XII, 554, et sola vox *tandem* spuria est, quam etiam Dausq. et N. Heins. vario modo correxerunt. Ille non male conj. *Romuleam gentem :* hic *R. cladem*, vel *frondem* (tamquam Romanis solennem), vel *laurum* (in gremium Jovis Capitolini delatam, de qua vid. not. ad IX, 546), vel denique *laudem*; quod posterius ad vulgatam lect. proxime accedit.

nidum tellus. Etruria, ubi Hannibal erat. Vid. ad IV, 719 sq. — 608. *Abrupto cælo*, vid. ad I, 135 et 535.

609. *dat*, indit, inspirat, *mentem* Romanis, ut Venus Æneæ ap. Virg. Æn. XII, 554, ubi vid. Serv. et Heyne. Conf. ad I, 63, et Intpp. ad Val. Fl. IV, 568. — 610. *gremio deponere tuto*, ut ap. Virg. Æn. VII, 233, et inpr. IX, 261. Origo formulæ satis nota. Lef. laudat Suet. Calig. c. 25; Terent. Adelph. III, II, 25, et Bernart. ad Stat. Th. I. 60. Cf. V. L. — 611. Pro *tandem*, Withof. conj. *volucrem* (hoc est aquilam, imperii insigne), vel *causam*, vel, quod multum præstat, *molem*, ut sup. v. 594, Cui *Latium et moles* rerum q. *recumbat*, (cf. v. 652, et VIII, 8) et *Romanæ pondera molis*, *moles Romani nominis*, et similia apud Ovid. Trist. II, 231; Tacit. Ann. I, IV, 11; Stat. Silv. V, 1, 84; Aur. Vict. Cæs. c. 19; Curt. X, 5; sup. III, 604; XI, XXVII, 310, et aliis locis quæ laudarunt Zinzerl. Promuls. c. 45, et inpr. Burm. ad Petron. c. 120, p. 569. Idem vir doctus monet, voc. *tandem* etiam sup. I, 662, turbas olim movisse, et *molem* facile sic corrumpi potuisse ob ultimas syllabas proximæ vocis *Romuleam*. — *Fabioque*, etc. Cf. Liv. XXII, 8, et Polyb. III, 87. — *salutis habenas* summam reip. servandæ curam. Vid. ad I, 144.

613. Splendidus de Fabio, ejusque ingenio, invicta constantia,

Invidia, aut blando popularis gloria fuco;
Non astus fallax, non præda, aliusve cupido.
Bellandi vetus, ac laudum cladumque quieta
Mente capax; par ingenium castrisque togæque. »
Sic genitor Divum, recipitque ad sidera gressum.
Hic, circumspectis nulli deprensus in armis,
Laudatusque Jovi, Fabius, mirabile quantum
Gaudebat reducem patriæ adnumerare reversus,
Duxerat egrediens quam secum in prælia, pubem.
Nec membris quisquam, natove pepercit amato
Acrius; aut vidit socium per bella cruorem
Tristior: atque idem, perfusus sanguine victor
Hostili, plenis repetebat mœnia castris.
Stirpe genus clarum, cæloque adfinis origo:
Nam remeans longis olim Tirynthius oris,

Possis et *famam*, vel *sortem* leotare. — 614. *blando* Col. cum R 2, et Ven. ant. *libido* Oxon Volgg. *Libyco fuco*. — 620. *quantum* Colon. (ex quo Modium male protulisse *tanquam*, docebat N. Heins.) et R. 2, *tantam* conj. Dausq. Volgo (*mirabile*) *tantum*.

aliisque virtutibos, et generis nobilitate loeus. Cf. I, 679 sq., et ad VII, 413 sq. — 614. *fuco*, dissimulatione et *blanda* oratione. Flaminium, qui V, 77, *egregius linguæ* dicitor, his verbis carpi suspicatur Lefeb. — 616. *Bellandi vetus*, vid. ad V, 565. — *laudum*, victoriæ et gloriæ inde redundantis. Vid. ad V, 114. — *laudum capax*, bene ferens ac sapienter res secondas. Cf. Hor. Od. II, x, 21 sq. — *cladum eapax*, non fractus ealamitatibus, sed iis subficiens, quo sensu etiam XI, 171; *eapiunt Cannas* eapit Drak. coll. Sen. OEd. 83; *adversa eapere*, et Agam. 31; *eepi nefas*. — 617. *par castris togæque*, oon minus ad belli, quam ad pacis artes aptum et peritum. *Toga insigne pacis et otii*, Cie. Pis. c. 30.

619. *nulli deprensus*, a nullo obpressus inproviso, sie apud Virgil. Æneid. X, 98, *flamina deprensa*, sunt, impedita, intercepta, silvis inclusa (ubi vid. Heyoe). Cie. Or. I, 48, et Verr. IV, 12. — *circumspeetis in armis*, in bello, qnod cautus administrabat: oam *circumspectus* aetive dicitur, qui eavendi eausa circumspicere solet, et considerate prudeoterque agit, adeoque eautus et prudens est. — 620. *mirabile*, vel *mirum quantum*, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμύθητον ὅσον. Drakenb. laudat Lamb. ad Hor. Od. I, xxvii, 6; Voss. Art. Gram. VII, 19, et Vechner. Hellenol. I, 4, p. 77.

621. *adnumerare*, singulos reddere. — 627 sqq. Vid. ad loca simul. I, 278; III, 422, et cf. Virg. Æn. VII, 659 sq., et VIII, 201..279.

Et triplicis monstri famam, et spectacula captas
Mira boves hac, qua fulgent nunc mœnia Romæ,
Egit ovans. Tunc Arcadius (sic fama) locabat
Inter desertos fundata Palatia dumos
Paupere sub populo ductor; quum regia virgo,
Hospite victa sacro, Fabium de crimine læto
Procreat, et magni commiscet seminis ortus
Arcas in Herculeos mater ventura nepotes.
Ter centum domus hæc Fabios armavit in hostem,
Limine progressos uno; pulcherrima quorum
Cunctando Fabius superavit facta, ducemque
Hannibalem æquando : tantus tunc, Pœne, fuisti!
    Dum se perculsi renovant in bella Latini,
Turbatus Jove, et exuta spe mœnia Romæ

634. *læto*, non *læta*, Col. et R. 2, *feta* malebat N. Heins. — 640. *tunc*, non *nunc*, scripsi et R. 2, *Hannibalem : quantus tunc, Pœne, fuisti* conj. Dausq.

629. *triplicis monstri famam*, h. est, boves, quibus Geryon famam sibi paraverat, et maxime gloriabatur. — *captas boves*, vid. ad III, 39, in V. L. — 630. Cf. Ovid. A. A. III, 113... 120; Fast. VI, 261, et Heyne ad Virg. Æneid. VIII, 348; ad Tibull. II, v, 23. — 631. Intell. Evander, ex Arcadia profugus, et gente Pelasgica oriundus, qui Pallanteum arcem in monte Palatino condidit, de quo vid. Heyne Exc. I; ad Virg. Æn. VIII, 51; Stroth. ad Liv. I, 5. — *sic fama*, ut passim. Vid. Drak. — 632. *Palatia*, mœnia.

633. *Paupere sub populo*. Conf. Virg. Æn. VIII, 100 et 105; vid. ad II, 3. — *regia virgo*, Vinduna.

634. *Hospite sacro*, ab Hercule. — *victa*, vitiata. — *crimine*, stupro, ut alias *peccatum*. Vid. Drak.

636. *Arcas*, puella Arcadica. — *ventura*, futura, vel ut ἔρχεσθαι et *ire* v. c. *in nomen* alicujus ap. Virg. Æn. VI, 758, al.

637, 638. Cf. ad II, 4. — *hostem*, Veientes. — 639. *Cunctando*, cf. Virg. Æn. VI, 847. De sapienti ejus cunctandi consilio bene disputat Polyb. III, 89. — 640. Tantus eo tempore fuisti, o Hannibal, ut Fabius Max. cunctando, teque detinendo, et se tibi æqualem imperatorem demonstrando, egregia ccc Fabiorum facinora superasse judicatus sit, Drak. Quæ Hannibal ipse de Fabio senserit, docet Liv. XXII, 12. — Withof. existimabat Silium non spec. adloqui Hannibalem, sed Pœnos, hoc sensu : Tantus nunc, o Pœne, fuisti, ut æquare Hannibalem, Fabii summa laus fuerit. At quis nunc es? quæ rerum vices?

641. Hannibal post pugnam ad Trasymenum lacum per Umbriam agrumque Picenum in Campaniam exercitum ducit : de quo itinere ejusque causis vid. Liv. XXII, 9, et Polyb. III, 86. — 642. *Turbatus Jove*, ejus fulmine. Vid. ad v. 595

Pulsandi, colles Umbros atque arva petebat
Hannibal, excelso summi qua vertice montis
Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis
Projecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et sedet ingentem pascens Mevania taurum,
Dona Jovi : tum Palladios se fundit in agros
Picenum dives prædæ; atque, errantibus armis,
Quo spolia invitant, transfert populantia signa;
Donec pestiferos mitis Campania cursus

643. *Pulsando* Colon. — 644. *summi*, non *summum*, Colon. quod recepi cum Drakenb. suadente N. Heins. qui et *Devexum lateris* volebat, ut *adtonitus serpentis* et mille talia apud Silium. Sed *devexum lateri*, h. e. in latere, ut *d. jugo* VIII, 360. — 645. *lætis campis*, ut VIII, 456, suspic. N. Heins. et Drak. Vulgata ex IV, 545, defendi potest, etsi τὸ *lætis* præstiterit, quoniam cum *projecta* jungitur. — 646. *Porrecta* suspicari possis : vid. tamen not. — 649. *dives p.* ex scriptis et priscis edd. restituit N. Heins. refrag. Lefeb. qui *dites* edidit, ut conveniat verbis Livii XII, 9, pr. *Picenum agrum refertum præda, quem effuse avidi atque egentes* rapiebant. Eandem lect. firmant Polyb. III, 86, extr. et Appian. b. Hannib. c. 12, init. et, quod Ill. Ernesti monet, qui se primum fundit in agros populandi et prædandi causa, nondum dives est prædæ, si subtiliter disputare velimus : etsi consequens etiam pro anteced. passim ponitur. Vulgg. *cupidus prædæ* primus dedit Nicander, eundem forte Livii auctoritatem secutus, judice Drak. qui tamen, quod omnes libri prisci exhibent, non mutare ausus est : quod nunc forsan, si etiamnunc viveret, fecisset, ut effugeret certe censuram Lefeb. qui satis modeste suo, non Gallico, more pronuntiat, eum in texto absurdissimum esse, et in notis (in quibus tamen nihil præter ea, quæ dixi, continetur) prope delirare.

sq. — 645 *Tuder*, vid. ad IV, 222. — *pendet*, ut ap. Virg. Ecl. I, 77, et Æn. I, 106, 166; cf. ad I, 128. Oppos. est v. 647 *sedet*, h. e. in planitie et depressa valle jacet, ut VIII, 507, et XII, 162. Ἡμένῳ ἐν χώρῳ (sed εἱμένῳ ἐν χόρτῳ in edit. Reisk.) Theocr. XIII, 40; monente D. Heins. *Jacentia et plana urbis loca* dixit Tac. Hist. I, 86. Cf. Broukh. ad Tibull. I, III, 67. — *Projecta* propter situm humilem et depressum, Drak. Sed ita locus languet, quia sequitur *sedet*, quo satis declaratur oppositio. — *Projecta* autem loca et res plerumque dicuntur, quæ vel in altum eminent, vel, ut h. l. longe lateque extenduntur, quæ et *porrecta* vocantur. Vid. Heins. ad Virg. Æneid. X, 587, et Burm. ad Val. Fl. VIII, 90. — De *Mevania*, vid. ad IV, 544 sq. — *nebulas exhalat inertes*, propter naturam vallium. *Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo*, Prop. IV, I, 123. — 648. *Dona Jovi*, victimam, quæ ei solebat mactari. Cf. V. L. *Palladios agros*, Picenum agrum oliviferum. Vid. Plin. XV, 3, extr. et sup. ad I, 238. — *se fundit* Hannibal cum toto exercitu. Vid. ad II, 151. — 650. Quas Hannibal terras petierit, relicto agro Piceno, memorat Liv. XXII, 9, et 13. — 651.

Tardavit, bellumque sinu indefensa recepit.
Hic dum stagnosi spectat templumque domosque
Literni ductor, varia splendentia cernit
Pictura, belli patribus monimenta prioris
Exhausti (nam porticibus signata manebant),
Quîs inerat longus rerum et spectabilis ordo.
Primus bella truci suadebat Regulus ore,
Bella neganda, viro si noscere fata daretur!

654. *Literni*, non *Linterni*, Col. h. l. et inf. VII, 278, et VIII, 531: Λίτερνον dicitur Ptolem. Λίτερνον Strab. V, p. 168: Appian. B. Civ. I, 39, et sic quoque in tabula Peuting. et in optimis exemplarr. Livii, Frontini. Plin. III, 5, Festi et al. Cf. Heins. ad Ovid. Met. XV, 714, Sigon. ad Liv. XXII, 16. — 659. *si nosci fata damitis* et ad agrorum fertilitatem, at ad aeris temperiem spectat. — 652. *sinu*, ut IV, 34.

653. In porticibus templi Liternensium bellum Punicum I tabulis expressum fingit poeta, ut Trojanum Carthagine in templo Virg. Æn. I, 453 sq.; vid. ad III, 32. Silius autem ad historiam belli, cum ao, quod describit, arto vinculo connexi, inserendam, egregie hoc poetarum artificio utitur, et sapienter quidem h. l., ubi ad argumentum picturæ oculis animoque perlustrandum otium fecit Hannibali, qui, dum Romani bello vires reparant, totam fere Italiam pervagatur. Simili artificio sup. II, 395 sq. originem Carthaginis, et b. Punicum I, argumenta clipei fecerat. Ceterum porticus (vid. c. Octavia et Philippi apud Plin. XXXV, 10, 40; XXXVI, 5.) picturis ornari solebant. — 654. *Liternum*, (vid. V. L.) urbs Campaniæ, ad ostium Clanii fl., qui et ipse *Liternus* vocatur, (vid. ad VIII, 535) inter Cumas et Vulturnum sita, quo deducta est colonia Romana (Liv. XXXII, 29; XXXIV, 45), et ubi Scipio Afric. invidiæ cedens mortem obiit, teste Liv. XXXVIII, 52, 53. Adjacent paludes et stagna, ex frequenti potissimum Clanii exundatione orta, unde h. l. *stagnosi*. Cf. VII, 278; VIII, 530. Stat. Silv. IV, III, 66, et Liv. XXII, 16. *Literna palus* nunc *Lago di Patria* dicitur, si fides habenda Leandro in Italia. Plura de hoc oppido vid. ap. Cluver Ital. ant. IV, 2, p. 1097. — 656. *Exhausti*, ut apud Virg. Æn. IV, 14; X, 57.

558. Romani diu deliberantes postremo auxilium Mamertinis contra Pœnos et Hieronem ferendum decernebant A. U. 490, et Appius Claudius Caudex Consul populi suffragiis Messanam trajicere jubebatur, de quo b. Punici I initio vid. Flor. II, 2, et inpr. Polyb. I, 10, 11; quo teste populus, senatu dissuadente, hujus consilii, cum recta ratione pugnantis, auctor fuit. Silius tamen non male Regulo has partes tribuit. Patresque idem censuisse tradit Liv. Epit. XVI. — *truci ore*, cf. v. 439.

659. *neganda*, quæ dissuadenda erant. — *viro*, homini. — *Bella sua-*

At princeps Pœnis indicta more parentum
Appius adstabat pugna, lauroque revinctus
Justum Sarrana ducebat cæde triumphum.
Æquoreum juxta decus, et navale tropæum,
Rostra gerens, nivea surgebat mole columna:
Exuvias Marti donumque Duilius, alto
Ante omnes mersa Pœnorum classe, dicabat:
Cui, nocturnus honos, funalia clara, sacerque
Post epulas tibicen adest; castosque penates
Insignis læti repetebat murmure cantus.

rentur R. 3, et Med. *nascere* R. 2. — 660. *indicta pugna*, non *indictæ pugnæ*, Col. et R. 2; *indicta pugnæ* Ox. — 661. *laurosque* R. 2, lapsu felici, si lapsus est, nec potius genuina lectio. — 664. *ferens* Put. *niveæ columnæ* legendum, et post τὸ *columnæ* distinguendum videbatur N. Heins. — 665. *Duellius* Put. Vulgo *Duillius* Sed *Duilius* Med. ed. ut in fastis triumphal. et Gr. Δουίλιος. Aliis Bellius, Billios, Βίλιος, Δίϐιος dicitur. Confer VV. DD. ad Polyb. I, 22 et 24. Pighius ad A. U. CCXCIII, et, quos Drak. jam laudavit, Merula ad Enn. Ann. I, p. 59, et imprim. Ciaccon. ad columm. rostrat. — 669. *læto* Benes.

debat; quomodo hoc pictura effingi potest? vid. ad II, 417.

660... 662. Appius primum Hieronem, deinde Pœnos vicit. Vid. Polyb. I, 11, 12. — *indicta more parentum* per fecialem. — *cæde*, propter et post cædem. — *Sarrana*, Pœnorum. Vid. ad I, 72. — *triumphum*, de quo vid. Eutrop. II, 10.

663. Victoria C. Duilii Cos. qui *ante omnes* h. e. primus *alto*, in mari Siculo, ad Liparas ins. usu ferrearum manuum et corvorum, A. U. 494. Pœnos devicit, et triumphum navalem egit, (vid. Flor. II, 2, et Polyb. I, 22, 23; qui tamen cap. 21 memorat, Romanos paulo ante bis, et primum quidem duce Cn. Cornelio Cos. male, sed mox eo capto, prospere adversus Hannibalem in meri pugnasse) tam grata fuit Romanis, ut *columna* ipsi *rostrata* in foro poneretur. Ejus basin olim in Capitolinis urbis ruinis repertam, et inscriptionem doctissime a Pet. Ciacconio in singulari comment. suppletam atque illustratam fuisse, quis est qui nesciat? Hoc antiquissimum veteris ævi monimentum exhibent Lips. antiq. lectt. II, 14; Beger. Duker. et Græv. ad Flor. II, 2; Gruter. p. 404; Fleetwood Inscr. antt. Sylloge p. 66, et Funcc. de orig. et puerit. L. Lat. c. 5, p. 298 sq. Columnam ævo suo etiamnum superfuisse tradit Plin. XXIII, 5, et XXXIV, 5.

664. *nivea mole*, candido marmore. — *surgebat*, doctius quam erat, ut ap. Virg. Ge. III, 29; Æn. I, 448; X, 476; Ovid. Met. I, 44.

667... 669. Eidem Duilio perpetuus honos habitus, vel potius, teste Catone ap. Cic. de Sen. c. 13, ab ipso privato, nemine prohibente, sumtus est, ut revertenti a cœna, tibicine canente, funalia præferrentur, et ipse quasi quoti-

Cernit et extremos defuncti civis honores:
Scipio ductoris celebrabat funera Pœni,
Sardoa victor terra. Videt inde ruentem
Litoribus Libycis dispersa per agmina pubem;
Instabat crista fulgens, et terga premebat
Regulus: Autololes, Nomadesque, et Maurus, et Hammon,
Et Garamas positis dedebant oppida telis.
Lentus arenoso spumabat Bagrada campo
Viperea sanie, turmisque minantibus ultro
Pugnabat serpens, et cum duce bella gerebat.
Nec non projectum puppi, frustraque vocantem
Numina, Amyclæum mergebat perfida ponto
Rectorem manus, et seras tibi, Regule, pœnas
Xanthippus digni pendebat in æquore leti.

671. *celebraret* Col. unde *Cernit ut... celebraret* scribendum putabat N. Heins. — 674. *effulgens* R. 3. — 678. *turmisque minantibus* scripti et priscæ edd. ante Junt. in qua primum operarum vitio editum *turmisque minitantibus*, pro quo *turmis minitantibus* reposuit Aldus, quem secuti sunt alii. *Ultor* malebat N. Heins. quod verbis Flori II, 2, *quasi in vindictam Africæ nata serpens* convenire notat Drak. qui tamen τὸ *ultro* servat, et coll. XI, 517, pro *insuper*, ut Lef. cum emphasi, at apud Virg. passim, et apud alios *insuper*, vel *volens*, positum existimat. Equidem malim interpretari *adeo*, *sogar*, quæ notio plerisque, ubi *ultro* occurrit, locis respondet. — 680. *e puppi* volebat N. Heins. — 682. *Rectorem* scripti et R. 2. Vulgata lectio *Xantippum* e marg. in contextum irrepsit. — 683. *Indigno rector pendebat* R. 3, Parm. et Med. quæ lectio ex emendatione profecta videtur, ne idem nomen, ut vulgo fit, dic ita triumpharet. Conf. Flor. II, II, 10; Plin. XXXIV, 5; Liv. Epit. XVII; Val. Max. III, VI, 4. Verba *castos penates* spectant, ni fallor, ad Duiliam uxorem, quæ vel ea, qua vixit, ætate, exemplar pudicitiæ fuit. Vid. Hieron. advers. Jovian. I, et Merula ad Ennii Fragm. p. 57.

670. Hæc de exsequiis, quas L. Cornelius Scipio, Barbati filius, qui, Olbia urbe capta, A. U. 494, de Pœnis, Sardis Corsisque triumphavit, Hannoni in Sardinia cæso fecit, recte intelligunt Marsus, Cell. et Drak. Cf. Flor. II, 2; Liv. Epit. XVII, et inpr. Valer. Max. V, I, 2.

672... 676. Cf. sup. ad v. 299 sq.

677... 679. Cf. v. 140 sq.

680. Pœnos, gloriæ Xanthippi invidentes, eum navi redeuntem mersisse, memorant, præter Silium, ab aliis jam laudati Appian. de reb. Pun. c. 4, et Zonaras Annal. T. II, quo teste fuerunt etiam, qui eum in desertam insulam expositum, et alii, qui navem ei vetustate fatiscentem datam fuisse, referrent. Eumdem vero incolumem potius domum rediisse, tradit testis fide dignior Polyb. I, 36. — 682. *seras*, quia jam captus eras.

Addiderant geminas medio consurgere fluctu
Ægates; laceræ circum fragmenta videres
Classis, et effusos fluitare in gurgite Pœnos.
Possessor pelagi, pronaque Lutatius aura
Captivas puppes ad litora victor agebat.
Hæc inter, cinctus legatorum ordine Hamilcar,

repetatur. — 686. *affusos*, scilicet fragmentis navium, vel remis, emend. N. Heins. Cf. ad IV, 251. Idem prob. Drak. et recepit Lefeb. Non male : sed in vulg. quoque lect. *effusos* (h. e. vagos, dispersos, vel effuse) nihil esse video, quod displicere debeat. — 687. *pronaque Lutatius a.* scripti et priscæ edd. *pronaque Luctatius* Veneta Marsi. Vulgata lectio *prona Luctatius* debetur Nicandro. *Lutatium* scribi in unico hujus gentis nomm ap. Ursin. in familiis Rom., et primam a poetis syllabam corripi, sed in corpore Gruteri et Reinesii utramque orthographiam inveniri, monet Drak. qui laudat Heins. ad Claud. in Eutrop. I, 455; Carrion ad Sallust. Hist. I, p. 453, ed. Gruteri, et Fabrett. Inscriptt. p. 675 et 750. Præterea nostram scripturam confirmant Græci : nam Λυτάτιος dicitur Polyb. I, 59 sqq. et Λουτάτιος Appiano de reb. Sic. II, Exc. 18, T. I, p. 93, ed. Schweigh. — 689. *Hæc* omnes scripti et edd. ante Drak. *victos* Colon. *junctos* Oxon. *vincto* Parm. et Med. *religatus in ordine* scripti cum R. 3, Parm. et Med. Vulgata lectio *juncto legatus* in *ordine* auctorem habet Marsum, qui *in ordine* pro *continuo* dictum putabat. *Hic inter victos religatus in o. H.* conj. Dausq. prob. N. Heins. nisi quod, *Hoc... in ordine*, scilicet captarum navium, maluerit. Id recepit Drak. qui tamen recte jam monuit, alto historicorum de captivitate Hamilcaris (qui ne pugnæ quidem navali interfuit) silentio auctoritatem librorum plerorumque infringi, nisi forte hæc verba cum Dausq. ad imaginem Hamilcaris, quam Romani in triumpho religatam gestarint, referantur, de quo conf. XVII, 630 sqq. inpr. v. 644, 645. Mira hæc videtur oscitantia Lefeb. qui *Hoc*, *inter victos Legatus*, *in o. H.* reposuit, addita hac nota : « Non *capti*, sed ad incitas adacti milites Hamilcaris, cujus *arbitrio*, ait Nepos, *pacem permiserat* Carthago. Ideo dicitur a poeta *legatus*, constitutus quidem, non missus : id est, *plénipotentiaire*, german. *gevollmächtigt*, quod nemo ante me animadvertit. » Nihil horum omnium satisfacit, et ipse quoque receptam textus lectionem deserendam putavi, etsi ab ea discedere,

684. Conf. ad I, 61. — *geminas;* vulgo tres putant esse, ejusdemque fere magnitudinis, et Lilybæo promont. objectas, *Phorbantiam*, *Ægusam* et *Hieram*, quæ post Usticam et Osteodem a Ptolemæo memorantur, et tres Ægates esse creduntur. Quod si verum est, Silius forte *geminas* dixit pro *duas*, innuitque τὴν Αἴγουσαν νῆσον et τὴν Ἱερὰν νῆσον, quorum mentionem facit Polyb. I, 60 et 61, ubi de pugna Lutatii et Hannonis agit, quæ primum Punicum bellum confecit. — *Addiderant* pictores. — 685. *Ægates*, Αἰγούσας ap. Polyb. I, 45.

687. *aura prona*, vento favente et secundo, vel celeri, quo cursus fiebat pronus ac celer, ut ap. Hor. Od. I, xxix, 11; IV, vi, 39, et Virg. Æn. V, 212; teste Polyb. II. cc. Pœnis potius, tam in prælium euntibus, quam, eo finito, Hieram ins. repetentibus, subita mutatione, secundus fuit ventus; et Lutatius, L navibus demersis et LXX captis, cum decem fere millibus vectorum Lilybæum promont. petiit.

Ductoris genitor, cunctarum ab imagine rerum
Totius in sese vulgi converterat ora.
Sed pacis faciem, et pollutas fœderis aras,
Deceptumque Jovem, ac dictantes jura Latinos
Cernere erat : strictas trepida cervice secures
Horrebat Libys, ac submissis ordine palmis
Orantes veniam, jurabant inrita pacta.
Hæc Eryce e summo spectabat læta Dione.
Quæ postquam infesto percensuit omnia vultu
Adridens Pœnus, lenta proclamat ab ira :
« Non leviora dabis nostris inscribere tectis
Acta meæ dextræ : captam, Carthago, Saguntum
Da spectare, simul ferro flammaque ruentem;

ubi aliquam certe veri speciem habet, religioni duco. Sententia verborum, quæ ex vestigiis librorum, donec meliora certioraque quis suggesserit, reposui, hæc est : *Inter hæc*, scilicet tabularum argumenta (ut *inter ea* dixit Virg. Æn. I, 479) *Hamilcar*, dux, non legatus, Pœnorum in Sicilia, cujus tamen arbitrio hi pacem, cujus mox mentio fit, permiserant, *cinctus ordine legatorum*, h. e. decem legatis, ex ordine tabula expressis, quos Romani, pacis conditionibus, quas Lutatius dixerat, rejectis ad eum miserant, teste Polyb. I, 62 et 63, *converterat*, etc. Possis etiam eodem sensu legere *junctus legatorum ordini*, vel *ordine* : nisi malis *picto legatorum ordine*. Viderint acutiores. — 690. *junctarum* conj. N. Heins. et v. 692, *Sed pacti faciem*, vel *Sed pacti auspicium*, ut verba *pacti fœderis* jungantur; *faciem* scripti et Parm. *faciens* Med. Vulgo *facies*, adversante metro. *Pacis* majore litera initiali scripsi, quia ipsam *Pacis faciem*, h. e. imaginem pictura expressam puto, ut *aras*, *Jovem* et *Latinos*. — 695. *Horrebant Libyes* contra fidem libb. dedit Lefeb. vulgare substituens exquisitiori. — 696. *horrida pacta* edd. ant. *inrita pacti* malebat N. Heins. ut *acuta belli*, *dura laborum*, etc. — 699. *læta ira* et v. seq. *dabunt* conj. Dausq. utrumque parum acute. — 702. *ferro flammaque*, non *flam-*

692. Ornatum verborum et ferocem illum excelsumque, qui in iis vivit et regnat, spiritum Romanum facile percipias. De ipsa pace, vid. Polyb. I, 62 et 63. — *faciem*, Drak. exponit genus, ut IV, 591; Sed vid. V. L. — 693. *Jovem Deceptum*, ut I, 482. Cf. ad I, 9. — *jura*, ut I, 481. — 695. *submissis palmis*, vid. ad I, 673. — 696. *inrita* mox futura, motu scilicet bello Punico secundo.

697. Præclare Venus, quæ Romanis favet, hisce picturis oculos animumque pascere fingitur. — *Dione*, Venus : vid. ad IV, 106. Nobilissimum ejus templum in *Eryce*, monte Siciliæ, supra Drepanum Vid. Heyne in not. et Exc. II; ad Virg. Æn. V, 759.

698. *infesto vultu Adridens*, ira cum arrogantia et contemtu mixta.

699. *ab ira*. Cf. XI, 99, et ad II, 139. — *lenta*, lente, sensim collecta a singulorum perlustratione.

700. *nostris tectis*, templis et ædi-

Perfodiant patres natorum membra: nec Alpes
Exiguus domitas capiet locus; ardua celsis
Persultet juga victor equis Garamasque Nomasque.
Addes Ticini spumantes sanguine ripas,
Et nostrum Trebiam, et Trasymeni litora Tuscis
Clausa cadaveribus: ruat ingens corpore et armis
Flaminius: fugiat consul manante cruore
Scipio, et ad socios nati cervice vehatur.
Hæc mitte in populos, et adhuc majora dabuntur.
Flagrantem effinges facibus, Carthago, Libyssis
Romam, et dejectum Tarpeia rupe Tonantem.
Interea vos, ut dignum est, ista, ocius ite,
O juvenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,
In cineres monimenta date, atque involvite flammis. »

ma ferroque, scripti, quod concinnius videbatur N. Heins. nescio quare. — 704. *capiet*, non *capiat*, scripti et R. 2. — 705. *Nomasve* tacite edidit Lef. Male! — 706. *Addes T.* scripti *Adde T.* Parm. et Med. *Adest* R. 2, *Adde etiam* Ven. Marsi et edd. inde expressæ, contra metri leges. *Adde et T.* conj. Dausq. quod non improb. N. Heins. et recepit Cell. ac legendum esse haud dubitabat Withof. quia v. 702, præcesserit *da spectare*. — 708. *Plausa* in mentem veniebat N. Heins. *ruet* Tell. *ruato* R. 2, teste Lefeb. qui hæc notat: « an pro *ruito?* quod placebat præ ceteris, propter concursum vocalium. » — 709. *manetque cruore* opinabatur N. Heins. — 712. *effugies* Col. unde *effinges* emend. Modius; *effingens* aliquot edd. — 716. *monimenta*, non *monumenta*, R. 2, ut semper scribendum monet Lefeb. Recte. Conf. Cl. Schelleri Præcepta stili bene lat. P. 1, p. 35, et Cell. Orthogr. Utrumque tamen in lapidibus occurrit.

bus sacris. — 702, 703. Conf. II, 657... 691. — *Perfodiant*, ut *persultet*, *ruat*, *fugiat*, *vehatur*, pro, pictura exprimendos cura perfodientes, etc. — 707. *nostrum Trebiam*, vid. ad I, 118, et IV, 650.

708. *Clausa*, ut IV, 621, « clausit magna vada pressa ruina. » — *ruat* in perniciem, cadat. — 709 sq. Confer IV, 466 seq. — *cruore ex* vulnere.

711. *mitte in populos*, vid. ad II, 511. — *majora* facinora. — 713. *dejectum Tarpeia rupe Tonantem*, ὑπνῶς pro, Capitolium occupatum.

716. *monimenta*, templi picturas.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Q. Fabius Maximus Cunctator, in quo omnis Romanorum spes sita est, cum novo exercitu, ex civibus sociisque conscripto, ad bellum proficiscitur, quod prudentia cautisque consiliis, quibus solus omnium, quas ducit, copiarum vires æquat, gerere statutum habet cum animo ac deliberatum; 1—19. At Hannibal, quam primum de creatione novi summique magistratus fama ad ipsum pervenit, Dictatoris genus et res ab ipso gestas a captivis percontatur, ex quibus Cilnius ducem Rom. ejusque gentem amplissimis verbis ornat, et ita indignationem quidem Pœni in se convertit, sed e malis, quibus urgetur, supplicio se emergere frustra cupit; 20—73. Dum Romæ, votis rite nuncupatis, cives cum conjugibus supplicatum eunt et sacris operantur, Fabius strenue iter facit, disciplinamque militarem ad pristinos mores redigit; 74—95. Castris deinde jam in conspectu hostium positis, Pœnus, certa victoriæ spe inductus, nullam dimicandi moram facit, et vallatos maledictis ad certamen provocat; 96—122. Verum ubi quieta omnia apud Romanos, nec castra ullo tumultu mota videt, re infecta in Apuliam transit, variisque dolis constantem Dictatoris animum tentare et circumvenire conatur; 123—145. Quum ita quoque nihil proficit, omnisque spes in inritum cadit, tacita jam cura animum incensus, quod nunc demum edocti malis Romani parem Hannibali ducem quæsissent, in Campaniam exercitum reducit; 146—158. Ibi amœnissimam Italiæ partem agrumque Falernum, qui generosissimo vino abundabat, cujus faciendi rationem ipse Bacchus priscis temporibus Falernum, hospitem suum, docuerat, inpune depopulatur;

159—211. Qua rei indignitate in castris Romanorum seditio movetur, quam Fabius comprimit, habita oratione, qua ostendit, rempublicam, continuis cladibus adflictam, non nisi prudentissima et cauta belli gerendi ratione ab interitu vindicari posse, et rem tempusque ita postulare, ut adversus ferocem tot victoriis hostem nihil temere audeant, nec, nisi certa spes et commoda rei bene gerendæ occasio obferatur, summam rerum universo periculo committant, sed aute omnia suæ saluti atque securitati consulere, conatusque hostiles singulari potius arte, quam temeraria vi inpedire studeant; 212—259. Invidia tamen Dictatoris augetur fraude ac dolo Hannibalis, qui ab uno ejus agro, omnibus circa vastatis, ferrum ignemque abstineri jubet, ut occultæ proditionis fœderisque clam cum hostibus icti suspicio commoveatur; 260—267. Sed mox Pœnus suis se artibus peti sentit, agmenque suum repente præter opinionem inter Calliculam montem, Formiana saxa ac Literni stagna inclusum videt, via ad Casilinum obsessa; 268—281. Quas insidias callide eludit, et noctis principio duces, Magonem, Maraxen et Acherran somno excitat, militibusque tessera significat, quid fieri velit: tum sarmentis ad cornua boum adligatis et incensis, custodibus Romanis rei novitate terror incutitur; Pœnus vero salvus ex faucibus elabitur, saltumque transgressus in agro Allifano castra ponit; 282—376. Fabius confestim et ubivis hostem subsequitur; at non ita multo post, sacrorum causa Romam profecturus, non imperio tantum, sed consilio etiam ac prope precibus agit cum Minucio, ut, ratione potius quam fortuna fretus, bellum administret, et exemplum, quod ad imitandum habeat, sequatur; 377—408. Absente eo classis Pœnorum ex alto in portus Caietæ et Formiarum, in finibus Campaniæ, invehitur, quo hostium adventu perterritæ Nereides ad Protea, in antro, prope Capreas, commorantem, confugiunt, ut ab eo de futura Italiæ fortuna cognoscant; 409—434. Deus marinus, exposita Romanorum origine, a Trojanis, propter iniquum Paridis judicium et Junonis iram debellatis et terra marique cum duce Ænea jactatis, repetenda, prædicit, urbem eorum æternam fore, bellumque Punicum II, quamvis Cannensis etiamnunc clades inpendeat, a Scipione Africano gloriose confectum iri; 435—493. Quam fatorum seriem dum vates in antro reserat, Magister equitum, inmemor monitorum Fabii, ferociter magis quam consulto rem gerit, et, Hannibale, furoris ipsius alendi causa, fugam aliquoties simulante, jam fama egregiæ victoriæ Romam perfertur; 494—512. Hinc populi

jussu æquatur ei imperium cum dictatore, qui invicto a civibus hostibusque animo ad castra revertitur et exercitum dividit; 513—522. Quo facto Minucius, secundis rebus delatoque sibi a populo honore multo animosior ad omne periculum spernendum et quidvis audendum factus, sine mora cum hoste iniquo confligit loco, et subito legiones omnisque adeo respublica in maximo discrimine versantur; 523—535. Jam cæsis aliis, aliis fugam circumspectantibus, Fabius, conspecta procul turbata acie, militibusque et Q. Fabio, filio, qui irata mente contraria suadebat, ad opem suis ferendam stimulatis, repente, velut cælo demissus, legionibus, salutis suæ jam desperantibus, succurrit, et hostibus, quorum magnam stragem ipse ejusque exemplo incitati Syllæ, Crassi, Metellus, Furnius, Torquatus, Brutus, Cato et Q. Fabius edunt, victoriam, civibus vero confessionem erroris extorquet; 536—729. Minucius, inmerito hoc beneficio victus et nunc demum sentiens, quanto satius sit, prudentia et cunctatione, quam temeritate, bellum tali tempore administrare, castra cum Dictatore jungit, et, aris in ipsius honorem exstructis vinoque ac dapibus Fabio, tanquam Deo, libatis, PATREM eum salutat; quod exemplum milites sequuntur; 730—750.

INTEREA trepidis Fabius spes unica rebus :
Ille quidem socios atque ægram vulnere præceps
Ausoniam armabat, viridique ad dura laborum
Bellator senio jam castra movebat in hostem.

1. *rabidis rebus* Colon. prob. N. Heins. quia *res trepidæ* vers. 88, iterantur, et *certamen ac arma rabida* dicuntur, v. 253, et XVI, 410. Quam infirma sit utraque ratio, non est quod doceam. Eodem suadente, post *rebus* στιγμὴν τελείαν posui cum Drak. *Interea Fabius*, *trepidis spes u. r. Ille quidem*, *socios*, etc. transponendum censebat Burm. Non male! — 3. *clara laborum* priscæ edd. Conf. ad

1. *trepidis spes unica rebus*, ut X, 48, et *fessis spes ultima*, VIII, 667; *lumen* et *auxilium rebus nostris dubiis futurum*, Liv. I, 39; II, 50, ext. de Fabia gente. — *Res trepidæ*, periculosæ, in quibus trepidamus, φοβερά, ut passim apud Liv. conf. Drakenb. — 2. Duas legiones, teste Liv. XXII, 11, vel quatuor, si Polyb. III, 88, fides habenda, ex civibus sociisque scripsit, et ad Servilianum exercitum adjecit. — *ægram vulnere*, cladibus adflictam et debilitatam. — 3 sq. *viridi senio*, ut apud Virgil. Æn. VI, 304; conf. ad I, 405, *virens senecta*.

Sed mens humana major, nec tela, nec enses,
Nec fortes spectabat equos: tot millia contra
Pœnorum invictumque ducem, tot in agmina solus
Ibat, et in sese cuncta arma virosque gerebat.
Ac ni sacra seni vis inpressumque fuisset,
Sistere Fortunam cunctando adversa foventem,
Ultima Dardanii transisset nominis ætas.
Ille modum Superis in Punica castra favoris
Addidit, et Libyæ finem inter prospera bella
Vincendi statuit: tumefactum cladibus ille
Hesperiis lento Pœnum moderamine lusit.
Summe ducum, qui regna iterum labentia Trojæ

II, 52; *cruda l.* conj. N. Heins. coll. Virg. Æn. VI, 304. — 5. *mente humana* Ox. *mente humano major* emend. Barth. Adv. I, 13, ut *humano* sit pro *homine*, de quo vid. Gronov. ad Liv. VIII, 9, et Gifan. Ind. Lucret. Vulgatam lect. exemplis (V, 435, et VI, 426), quibus non indiget, vindicarunt Drakeo. et Lefeb. — 10. *Fortunam cunctando*, non *cunctando F.*, Colon.

5. Egregia quidem laus prudentiæ Fabianæ, quæ ad hostes superandos plus momenti habebat, quam omne exercitus robur. — 6. *Nec spectabat*, minus iis confidebat, quam cautis consiliis et cunctationi; vel non curabat, metuebat; quem sensum minus probo. Ed.

8. Drak. ad h. l. et XVI, 19, comparat inf. v. 743; XVI, 50; Virg. Æn. VII, 705, et Liv. XXVIII, 12. — 9. *vis sacra*, h. e. admirabilis, magna, præclara, divina, ut *sacer Iulus*, VIII, 71; *sacrum letum*, II, 520; *rabies virtutis*, VI, 42; forte etiam *sacra manus*, VIII, 357, et *sacras in sanguine dextras*, XII, 578; *annus sacer*, h. e. præclarus, egregius, vel felix ap. Tibull. II, v, 82; *ἱερὸς δίφρος*, Hom. Iliad. ρ, 464; *ἱερὰ Θήβη, Εὔβοιη*, Ἴλιος, *ἱερὰ ἲς Τηλεμάχοιο* Iliad. α, 366; β, 535; δ, 416; Odyss. β, 409; *ἱερὸν μένος* Ἀλκινόοιο, et κνέφας, Odyss. κ, 167; Iliad. λ, 194; *ἱερὰ νᾶσος* Thera, *Ταίναρος* et Σικυὼν ap. Pind. Pyth. IV, 11, 78, et Nem. IX, 127. Sic et Ἀχιλλεὺς, vel ἅλα δῖαν, Λακεδαίμονα δῖαν, Iliad. α, 141; Odyss. ι, 20. — *inpressum*, fixum ac destinatum. — Fabius minus confidebat legionibus suis, sed tanquam solus in bella pergeret, in se uno omnem spem repositam habebat; *ac ni sacra vis*, divina mens, cogitatio, ἱερὸν μένος, *seni fuisset*... (*adversa*, Pœnorum partes) actum fuisset de imperio romano; Lenz.

12. Minuit favorem deorum, inpr. Junonis, in Pœnos, h. e. perpetuæ Pœnorum fortunæ modum statuit, qua ratione eadem sententia mox exprimitur. — 15. Drak. comparat VIII, 11, et Claud. b. Get. v. 138. *Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Compressit Fabius.* — 16. Egregia poetæ ad Fabium apostrophe, sed luxuriante ornatu expressa. — *iterum labentia*. Cf. ad

Et fluxas Latii res, majorumque labores,
Qui Carmentis opes et sceptra Evandria servas,
Surge, age, et emerito sacrum caput insere cælo.
At Libyæ ductor, postquam nova nomina lecto
Dictatore vigent, raptim mutata Latinis
Imperia haud frustra reputans, cognoscere avebat,
Quæ fortuna viro, quodnam decus; ultima fessis
Ancora cur Fabius, quem post tot Roma procellas
Hannibali putet esse parem : fervore carentes

18. *tecta Evandria* h. e. Pallanteum, et hinc Roma, eo loco condita (vid. ad VI, 631 sq.), opinabatur N. Heins. quod prob. Drak. et recepit Lef. Non male, quia modo vox *regna* præcessit: *regna* argute dici monet Withof. ut ap. Hor. Od. III, III, 58. Maluerit tamen *sceptra*, quæ vox dignior sit quam *tecta*, et ad vulg. lect. propius accedat. — 19. *et in merito* R. 1, 3, et Med. unde *et i. merito* suspic. N. Heins. quem v. ad XI, 214, 241, ad Claud. R. P. I, 92, et Epithal. Hon. et Mar. v. 276, ad Ovid. Amor. III, III, 1. Sed vulgatum *emerito*, h. e. merito, Drak. firmat ex XI, 464; (*Emerito... cælo*) Manil. I, 404; (*emeritum mundum*) Prop. IV, 11, 61; Sidon. Apoll. II, 209; Val. Max. IV, 1, ex. 6; conf. Heins. ad Vellei. Paterc. II, 11. — 23. *ultima passis* malebat D. Heins. et *quis Fabius* Burm. *Ancora* ex Gr. ἄγκυρα rectius quam *anchora* scribitur. — 25. *fervore carentes* Tell. a 10. pr. Parm. Med. et Benes. Vulgatam *calentes* defendunt Dausq. et Cell. et ad Hannibalem referunt, coll. v. 66. Male!

I, 43. — 17. *fluxas Latii res*, ut ap. Virg. Æn. X, 88; Cic. Att. IV, 2; Sall. Jug. 123. Nam *fluere* est dilabi, interire. Vid. Gron. ad Liv. XXVII, 17. Italia vario modo designatur. — 18. *Carmentis*, seu Carmenta, Evandri mater. Cf. XIII, 816; Liv. I, 7; Virg. Æn. VIII, 335 sq.; ibique Heyne Exc. I. — 19. Altius te a terra in cælum tolle, scilicet nominis amplitudine et immortalitate, ut *sublimi ferire sidera vertice* dixit Hor. Od. I, 1, extr. ubi vid. Jani. Ἔρις ap. Hom. Iliad. δ, 442, ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. — *emerito*, merito, prudentia rebusque gestis promerito, ut XI, 464; Drak. qui laudat Huet. ad Manil. I, 404; Heins. ad Vell. Pat. II, 11 et al.

20. *nova nomina*, Dictatoris et magistri equitum. — *vigent*, celebrantur et in omnium ore sunt, Cell. Cf. Cic. Tusc. I, 38, extr. — *lecto Dictatore*, propr. Prodictatore, quia consul Romæ non erat. Vid. Liv. XXII, 8. — 23. *Ancora ultima*, alias *sacra*, Gr. ἄγκυρα ἱερὰ, ᾗ χωρὶς ἀνάγκης οὐ χρῶνται, Polluc. I, 9; quod quam egregie Fabio conveniat, monuit jam D. Heins. Spem ut plurimum in nummis sub symbolo ancoræ signari, observat Drakenb., qui præterea comparat VIII, 667; X, 48; Proverb. e Vatic. Append. Cent. II, n. 18, et Schott. ad Proverb. et Suid. Cent. XIV, num. 50. — 24. Imitat. Liv. XXII, 12. — 25. *fervore carentes anni* Fabii, ut contra *vividi*, *calidi*, *fervidi*, *ignei* dicuntur juvenes. Cf.

Angebant anni, fraudique inaperta senectus.
Ocius adcitum captivo ex agmine poscit
Progeniem ritusque ducis dextræque labores.
  Cilnius, Arreti Tyrrhenis ortus in oris,
Clarum nomen erat; sed læva adduxerat hora
Ticini juvenem ripis, fususque ruentis
Vulnere equi, Libycis præbebat colla catenis.
Hic ardens extrema malis, et rumpere vitam:
« Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
In manibus consulta, inquit. Tirynthia gens est;
Quam si Fata tuis genuissent, Hannibal, oris,

28. *laborem* e Colon. recepit Drakenb. Sed magis hoc loco conveniunt *labores*, h. e. res gestæ, facta; conf. not. ad V, 561. — 29. *Cilnius*, non *Cilinus*, Colon. Recte. *Cilnia* gens Etrusca, et quidem nobilissima, e qua C. Cilnius Mæcenas, quem poeta forte respexit, vid. Drak. ad Liv. X, 3; Lips. Antiq. Lectt. I, 22, et ad Tac. Ann. VI, 11; Meibom. vit. Mæcen. L. B. 1653, 1654, c. 1; Demster. in Etruria regali II, 54, et Jani ad Horat. Od. III, 29, 1; *Areti* Colon. Sed Ἀῤῥητίνων πόλις dicitur Polyb. II, 19; Ἀῤῥήτιοι Appiano. b. civ. I, 91; III, 42; Strab. V, p. 154, 157, et sic semper in lapidd. litera canina geminatur, v. c. apud Gruter. p. 372, 520 al. — 33. *extrema mali atque abrumpere*, vel, quod in Ven. Marsi exstat, *erumpere vitam* volebat N. Heins. prob. Drak. ut *extrema mali* sint captivitas et servitudo, qua homini libero nihil gravius accidere potest. Sed vulgata lectio, quam vix commodum sensum habere putabat Drak., mihi exquisitior videtur: vid. not.

XVI, 596, et Virg. Æn. V, 395... 396. — 26. *inaperta*, non patens.

27. *adcitum poscit*, ab eo, quem adciverat, quærit, percontatur. — 28. *labores*, ut V, 561. Ipsum poetæ commentum satis ingeniosum est, et ingenti Hannibalis sollicitudini, cujus justa erat causa, consentaneum.

29. *Cilnius, clarum nomen*. Cf. V. L., et ad V, 328. — *Arreti*, vid. V. L., et ad V, 123. — *Tyrrhenis*, Etruscis, vid. ad IV, 719. — 33. *Hic ardens*, vehementer cupiens, in *malis*, in captivitate, *extrema*, mortem, ut ap. Virg. Æn. I, 219; VI, 457; Flor. IV, 2, vel finem malorum. Schmid. interpretatur: *ardens malis*, propter mala, ut *ardens furiis*, XVII, 237. — *extrema*, vehementissime, ut apud Græcos millies. — *rumpere vitam*, ut VI, 510; alias *abrumpere*, de quo vid. Heins. et Drak. Cf. ad II, 597.

34 sq. Oratio summo ornatu artificioque composita, et ad iram Hannibalis laude Fabii incendendam aptissima. Verba Liv. XXII, 12. — *fervida Gracchi consulta*. Cf. IV, 514 sq., et XV, 337, ubi calidus Marcellus Fabio Cunctatori obponitur. — *In manibus* sunt, h. e. adsunt, ut XII, 197, et ap. Virg. Ge. II, 45 (ubi vid. Burm.), et Æn. X, 280. — *Tirynthia gens*, cf. VI, 627 sq., et ad II, 3; *gens*, vid. ad II, 185. — 36, 37. Conf. IV, 730; XVII, 403, 404.

Terrarum imperium Carthaginis arce videres.
Non ego te longa serie per singula ducam :
Hoc sat erit; nosces Fabios certamine ab uno.
Veientum populi violata pace negabant
Adceptare jugum, ac vicino Marte furebat
Ad portas bellum, consulque ciebat ad arma.
Delectus vetiti; privataque castra Penates
Herculei inplevere : domo (mirabile) ab una
Patricius junctis exercitus ibat in armis.
Ter centum exsiluere duces : quocumque liberet,
Uno non pavidus rexisses bella magistro.
Sed, dirum egressis omen, scelerata minaci

39. *disces* forte, qui critica prurigine laborat, legere malit, ut apud Virg. Æneid. lib. II, v. 66. — 41. *furebat* Colon. et Oxon. (sed, teste Lefeb. omnes scripti) eum R. 1, 2, Parm. Med. et Beness. probb. N. Heins. Drak. et Lefeb. Vulgatum *furebant*, puncto post hoc verbum posito, retineri posse observat Gronov. Obss. I, 17, quem secutus est Cell. Non male! *furebant Ad portas bellum* sibi esse, vel furibundi conclamabant, interpretatur Barth. Adv. XXIII, 20. Sed intell. portas Romæ; *ferebant* emend. Zinzerl. Promuls. crit. c. 20. — 43. *Dilectus*, non *Delectus*, Col. Utrumque recte dici, monent quos Drak. laudat, Lambin. ad Lucret. I, 87; Ant. Augustin. ad Fest. vid. *Dilectus*, N. Heins. ad Claud. Laud. Stilic. I, 316; ad Ovid. Met. I. 324, et Bentl. ad Hor. Od. II, IV, 18. — 44. *admirabile* ed. Basil. Wolfii et aliæ inde expressæ. — 46. *exsiliere*, vel *exiliere* Nicander scripsit, et post eum alii. Sed *exilucre* in optimis scriptt. legitur; vid. quos Drak. citavit, Gifan. Ind. Lucret., vid. *Dissilui*, Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 768; Heins. ad Claud. Præf. Cons. Honor. III, 3, ad Ovid. Metam. V, 35, IX, 314; X, 410, XIV, 406; *exsilire* R. 1. Ven. Marsi et al. *esiluere* R. 2; *quacumque* (bella) *liberet* corrig. N. Heins. Non male! Possis et *quacumque*, scilicet parte.

39. *nosces Fabios certamine*, etc. ut apud Virg. Æn. II, 65 sq. — 40. Cf. ad II, 4 sq. — 43. sq. Cf. Liv. II, 48. — *privata castra*, quæ privatis Fabiorum sumtibus alebantur, ut contr. *publica bella*, v. 60. — *Penates Herculei*, familia Fabiorum. — 47. Vel *uno* horum *magistro*, duce (vid. ad III, 173) *non pavidus*, sine periculi metu, *rexisses bella*, ut VI, 307. Comparant Liv. II, 49; Ovid. Fast. II, 200; Eutrop. I, 14, et Appian. de reb. Samn. Exc. X, c. 3, tom. I, p. 65, ed. Schweigh. — 48. *dirum omen*, hoc est, portam Carmentalem, quæ *omen habet*, ut utar verbis Ovid. Fast. II, 201 sq. Hinc *scelerata* dicebatur. Vid. Festus, voc. *Scelerata* et *Religioni*; Serv. ad Virg. Æneid. VIII, 338, et Flor. I, 12. — *Scelerata*, infelix, inproba et abominabilis v. c. *castra*, Suet. Claud. 1; *Sedes*, Ovid. Met. IV, 455, et Tibull. I, III, 67; (ubi vid. Broukh. et Heyne) *limen*, Virg. Æn. VI, 563; *campus*, Liv. VIII, 15, extr., et *vicus*, Liv. I, 48, et Ovid. Fastor. VI,

Stridentis sonitu tremuerunt limina portæ,
Maximaque Herculei mugivit numinis ara.
Invasere hostem; numerarique aspera virtus
Haud est passa viros, et plures milite cædes.
Sæpe globo densi, sæpe et per devia passim
Dispersi subiere, vicis meritique labore
Æquato : nulli quisquam virtute secundus,
Ducere ter centum Tarpeia ad templa triumphos.
Spes heu! fallaces oblitaque corda caducum
Mortali quodcumque datur! grex ille virorum,
Qui Fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri, pariter cecidere Deorum
Invidia, subitis circumvenientibus armis.
Nec tamen occisos est cur lætere : supersunt,

49. *stridentes* Coloo. ut sit adpositio; *gemuerunt* emend. N. Heins. prob. Drak. quum *limina sonitu tremere* non recte dicantur, et omen non io tremore, sed in stridore portæ constiterit, ot ap. Claud. B. P. II, 6. Sed hoc verbis *stridentis sonitu* satis inonitur, et verbum *tremere* de quovis sonitu motuque usurpatur; vid. Burm. ad Ovid. Met. IV, 136; V, 356, et ad Val. Fl. II, 78; 413; IV, 180; VI, 526. Quæ loca etiam obstant, quominus leviori mutatione *fremuerunt* refingam, ut *πύλαι μύκον* Hom. Iliad. ε, 749, dixit. Ill. Ernesti interpretatur : tellus, in qua posita erat porta, gravi ejus stridore contremuit, et veluti concussa est. — 54. *Dispersi subiere*, (hostes) *vicis*, etc. ex emend. N. Heios. recepere Drak. et Lefeb. pro vulg. *subiere vices*, *meritique*, etc. — 59. *putabant* malebat N. Heins. — 61. *circumfundentibus* minus langueret. — 62. *occisis* Parm. quod noo minus placebat 609; cf. ad V, 431, et Duker. ad Flor. l. c. Fuit autem hæc porta in regione VIII urbis sub Capitolio a dextra inter rupem Tarpeiam et Tiberim, nomenque a Carmentæ templo, prope eam posito, accepit. — 50. Alterum omen, quod dat generis auctor. De *ara Maxima* Herculis ad forum Boarium vid. Cerda et Heyne ad Virg. Æn. VIII, 269 sq. — 52. *viros*, Fabios, qui propter virtutem amplissimus numero exercitus esse videbantur. Virtus non passa est numerari *plures milite cædes*, h. e. cæsos hostes, qui multitudinem Fabiorum superabant; nisi malis jungere, *virtus et cædes*, etc. Id tamen non magni momenti facinus agnoscit Ernesti.

55, 56. Haud quisquam ex illis ulli, vel alteri primum quasi virtutis locum et gloriam triumphi concedebat; sed ad hanc omnes simul eodem ardore adspirabant. — Quilibet videbatur esse primus, qui triumphum mereretur, Cellar. coll. Virg. Æn. XI, 441. — 57. *caducum*, scilicet esse. — 60. *Publica bella*, cf. ad v. 43. — *Deorum Invidia*, vid. ad III, 78 in V. L. — 61. *armis*, armatis hostibus, ut ap. Virg. Æn. II, 409. — 62. *Supersunt* cuncti in

Quod tibi sit Libyæque satis : certaverit unus
Ter centum dextris; tam vivida membra, laborque
Providus, et cauta sollertia tecta quiete.
Nec vero, calidi, nunc tu, cui sanguinis ætas,
Foderis in pugna velocius ilia planta
Bellatoris equi, frenisque momorderis ora. »
Quem cernens avidum leti post talia Pœnus,
« Nequidquam nostras, demens, ait, elicis iras,
Et captiva paras moriendo evadere vincla.
Vivendum est : arta serventur colla catena. »
Hæc juvenis, Divisque tumens ausisque secundis.
At Patres Latiasque nurus raptabat ad aras
Cura Deum : mæsto subfusæ lumina vultu
Femineus matres graditur chorus; ordine longo

cere potest. — 63. *Quod tibi sit L. satis* scripti cum R. 1, 2, 3, Med. *Quot tibi sit* Parm. vulgo *quot tibi sint*. Post *supersunt* punctum, et post *satis* comma posuit Drak. suadente N. Heins. Nos vulgarem distinct. servavimus, ut *Quod* sit pro quantum. — 67. *in pugnam*, quod Lefeb. tacitus recepit, vel *in pugnas* corrig. N. Heins. et Drak. ut etiam VIII, 521; IX, 459, et XIII, 202. Recte opinor. — 72. *servetur* Put. ut sit græcismus; *arte serventur c. catenæ*, vel *servetur*, conj. N. Heins. Non male! — 75. *fletu*, pro *vultu* legendum putabat idem prob. Drak. ut *lacrimis* apud Virg. Æn. I, 228, et *rore* apud Ovid. Met. X, 360. Possis quoque *flumine* pro *lumina* refingere, et doctius *mæstum subfusæ flumine vultum*, ut ap. Hom. Iliad. ι, 14, et Virg. Æn. I, 465. At non inepta videtur vulgata, modo *vultum* explices externam speciem, vel potius lineamenta oris. Similiter *tacito sparsit vaga lumina vultu* dixit Val. Fl. VI, 584. — 76. *matrum* Dausq. tacitus scripsit contra fidem librorum; *F. matres pariter chorus o. l.... dicabant*, vel *graditur chorus... dicantes* libens rescripserit N. Heins. Forte totus versus non ex Silii, sed ex inepti versificatoris vena profluxit. Nam salvo sensu abesse potest, et non modo duri quid et

uno Fabio Cunctatore, qui solus tibi satis negotii dabit, et omnium virtutem æquat. — 66. Post nobiliores ducis virtutes hanc laudem supervacuam esse, et manifeste poetam, dum verborum ornamenta sectetur, ingenio destitui, judicat Ernesti. — 67. *planta*, ut VI, 212.

68. *momorderis*, læseris, vexaveris; vel doctior ratio pro vulgari, qua equus propr. frenos ore mordet, vel mandit. — 69. Imitat. Lucani II, 511 seq., judice Lefeb. sed Cæsar Pœno præstantior. Eo.

71. *captiva*, quæ captivus ferre solet. — 73. *Divis*, eorum favore. — *tumens*, cf. ad II, 288.

74. Conf. Liv. XXII, 10, et, ex quibus ornatum precesque petiit poeta; Virg. Æn. I, 479 sq.; XI, 477 sq.; et Hom. Iliad. ζ, 269... 312; quæ loca etiam expressit, similiterque a Minerva ad Junonem transtulit a Lefeb. laudatus Stat.

Junoni pallam conceptaque vota dicabant.
« Huc ades, o regina Deum, gens casta precamur;
Et ferimus, digno quæcumque est nomine, turba
Ausonidum, pulchrumque, et acu subtemine fulvo
Quod nostræ nevere manus, venerabile donum.
Ac dum decrescit matrum metus, hoc tibi, Diva,
Interea velamen erit: si pellere nostris
Marmaricam terris nubem dabis, omnis in auro
Pressa tibi varia fulgebit gemma corona. »
Nec non et proprio venerantur Pallada dono,
Phœbumque, armigerumque Deum, primamque Dionen.

ioest, sed etiam verba *matres*, *femineus chorus*, languent. — 79. *dignum*, vel *digno quodcumque e. n. turbæ A.* maluerit idem, et *dignum*, *quocumque es nomine*, *turba A.... donum* Drak. prob. Ernesti, ut ad solennem precantium morem respiciatur. Inepte sic lacessi Silium judicat Lefeb. Withof. conj. *Et ferimus dignæ*, *quocumque es nomine*, *turba A.* — 80. *et acu et subt.* conj. N. Heins. ut vestes textæ et acu pictæ conjungantur. Forte leg. *acus subtemine:* nam manus id *nevere*; quod tamen verbum ad texturam quoque transtulit Virg. Æn. X, 818; *subtemine*, non *subtegmine*, Colon. prob. Drak. quum *subtegmen* sit contractum ex *subtegimen*, at *subtemen* ex *subteximen*, ut *momen* ex *movimen*. Conf. Ill. Harles. ad Val. Fl. VI, 227. — 82. *Ac*, non *At*, scripti, R. 1, et Med. — 86. *propero dono* e R. 2, recepit Lefeb. h. e. propere oblato, vel confecto. Non male: nam de aliis quoque Dis, non de sola Pallade, h. l. agitur et Patres prætorem, omnia hæc ut mature fierent, curare jusserant, teste Liv. XXII, 9, extr. Sed vulgata videtur præferenda, si *proprium donum* ad solam Palladem, et τὸ *venerantur* ad reliquos

Th. X, 49... 69. — 77. *pallam conceptaque vota*, h. e. pallam, quam voverant. *Palla*, πέπλος, Dearum signis pro veste injici solebat. Vid. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. v. 32 et in Pall. v. 70. — 79. *digno*, honesto, *nomine* matronæ, vel castæ mulieris, donum castæ Deæ obferentis. Quænam *digno nomine* sit, Stat. Th. X, 56... 59, docere, monet Lef. — 80. *subtemen* simpl. filum, propr. radio stamini inmissum. Vid. Ovid. Met. VI, 55 sq.; Heyne ad Virg. Æn. III, 483, et ad Tibull. IV, 1, 121. — *fulvo*, aureo.

82. Imitat. Virg. Ecl. VII, 35... 36; Drak. — 84 sq. *Marmaricam nubem*, agmina Pœnorum: vid. ad I, 311. — *Pressa in auro* junge, nisi malis inpressa coronæ. — 86. *proprio dono*, peculiari Minervæ insigni, πέπλῳ ποικίλῳ, qui in Panathenæis magnis solenni pompa circumferri, et Deæ signo injici solebat. Vid. Spanh. ll. cc. Hom. Iliad. ζ, 271, 293, 302; Schol. ad Eurip. Hecub. 470 sq.; Meurs. Panathen. c. 17 sq.; Heyne ad Virg. Cir. v. 21 sq., et Æneid. I, 481; Winckelm. *Gesch. d. Kunst*, T. I, p. 200.

87. *Dionen* (vid. ad IV, 106.) *primam*, primum, præcipue, ante alios deos: ei a dictatore etiam ædes vota. Vid. Liv. XXII, 9 extr.

Tanta adeo, quum res trepidæ, reverentia Divum
Nascitur! at raræ fumant felicibus aræ.
Dum Roma antiquos templis indicit honores,
Jam Fabius, tacito procedens agmine, et arte
Bellandi, lento similis, præcluserat omnes
Fortunæque hostique vias : discedere signis
Haud licitum; summumque decus, quo tollis ad astra
Imperii, Romane, caput, parere docebat.
Verum ubi prima satis conspecta in montibus altis
Signa procul, fulsitque novis exercitus armis,
Adrectæ spes Sidoniæ, fervetque secundis
Fortunæ juvenis : vincendi sola videtur,

quoque deos referatur. An his etiam proprium fuit donum? — 89. *at* Col. *ac* Ox. et Put. Vulgo *et*. — 91. *tacito* Col. Tell. R. 2; *tanto* Ox. Vulgg. *cauto*. Non male, judice Drak. quia Dictator, *itineribus summa cum cura exploratis*, *exercitum ad hostem duxisse* dicitur Liv. XXII, 12 pr. *procedens*, non *præcedens*, scripti. — 93. *hostisque* R. 2. — 98. *Sidonii*, h. e. Pœni, Hannibalis, Colon. Non male!

et 10 extr. — 88, 89. Pulcherrimi versus rerum veritate et verborum dilectu. Dausq. et Draken. præter alios conferunt Liv. V, 51; XXV, 1; Stat. Th. IV, 661, ubi vid. Barth. — 89. *felicibus*, non extis, seu sacrificiis; sed rebus, vel hominibus, quum secunda fortuna est. Eo.

90. Cf. Virg. Æneid. I, 632; III, 264. — *honores*, vid. ad III, 218, 91... 93; Conf. Liv. XXII, 12, pr. Sed idem c. 9... 11, et Polyb. III, 88, memorant, ipsum Fabium, quo die magistratum inierit, sacra curari jussisse, rebusque demum divinis peractis de bello et republ. retulisse. — 91, 92. Lenz interpretatur ita : *arte Bellandi*, opera data, stratagemate quodam, *similis lento*, similans se ignavum, qui tamen non erat, sed potius prudens cunctator, (quemadmodum Minucius, apud Liv. XXII, 12 extr. eum *pro cunctatore segnem*, *pro cauto timidum*, *adfingens vicina virtutibus vitia*, *compellabat*) *præcluserat fortunæ omnes vias*, omnem aditum et impetum in se; ut contra *deprehendit fortuna temeritatem* Minucii apud Liv. XXII, 29. — *lento similis*, ex industria et cum arte cunctans, Ernesti; cui tamen hoc male ita expressum, et verba ista h. l. valde frigida videntur. — 93. Fabius omnes dicto suo *parere docebat*, adeoque acerrime disciplinam militarem exercebat. Ingentem, teste Liv. XXII, 11, dictaturæ speciem apud cives sociosque fecit, viatore ad Servilium Cos. misso, qui ei nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. — 94. *summum decus... caput*, dictatura, hoc est dictator; vel potius ipse Fabius ita dicitur. — 96. *conspecta* haud procul Arpis, teste Liv. XXII, 12, (quem locum poeta expressit) sed περὶ τὰς Αἴκας Hirpinorum apud Polyb. III, 88 extr. Cf. Plut. in Fab.

98. *Arrectæ spes*, ut ap. Virg. Ge.

Quod nondum steterint acies, mora. « Pergite, clamat :
Ite citi, ruite ad portas, propellite vallum
Pectoribus : quantum campi distamus, ad umbras
Tantum hosti superest. Resides ad bella vocantur,
Quis pudeat certare, senes : quodcumque videtis,
Hoc reliquum est, primo damnatum, ut inutile, bello.
En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadæ? pulsi Ausonia, non ante paventem
Dimisere fugam, quam terror ad ultima mundi
Oceanumque tulit : profugus nunc errat uterque,
Nomina nostra tremens, et ripas servat Iberi.
Est etiam, cur Flaminio mihi gloria cæso
Creverit; et titulis libeat cur figere nostris
Crudum Marte viri nomen. Quot demere noster

100. *steterint*, non *steterit*, scripti et Med. — 102. *quanto campi* conj. N. Heins. — 105. *ut* scripti et priscæ edd. ante Marsum, qui primus *et* dedit. *Huic reliquum et primo d.* suspic. N. Heins. Forte distinguendum, *primo* (h. e. primum, initio) *damnatum*, *ut inutile bello.* — 106. Ita scripti, ut VI, 516 sq. Vulgo *Heu ubi n. G.*, *aut ubi sunt nunc f. g.* quod non minus placebat Drak. Sed τὸ *en* magis sarcasmo convenit, *atque ubi nunc duo f. g.* opinabatur N. Heins. ut Silius Maroniana ad verbum exprimat : quasi variare ipsum dedeceat. Hinc tamen orta videtur lectio, *fulmina belli*, quam e. Tell. et R. 2, exhibent. — 107. *paventem*, non *paventes*, scripti et R. 2. — 109. *profugus* Col. Ox. R. 1, Parm. Med. Vulgo *tulit profugos : nunc*, etc. — 112. *suffigere* conj. N. Heins. ut *subscribere* dixit Horat. Od. III, xxiv, 28. Sed *figere* eodem sensu doctius dictum videri potest. Utrum-

III, 105; ubi vid. Heyne. — 101. Cf. Liv. l. c. — 102. *ad umbras*, priusquam pereat. — 103 sq. *Resides senes*, ut ap. Virg. Æn. I, 722; VI, 814; VII, 693. — 105. Drak. comparat similia Cestii verba ap. Senec. Suasor. V. — 106. De formula *ubi nunc est*, et *heu ubi nunc est*, vid. quos Drak. laudat, Heins. ad Ovid. Her. IV, 150; Broukh. ad Prop. III, ix, 59, et Burm. ad Petron. c. 115. — *Gracchi*, conf. IV, 495 sq. — *fulmina gentis Scipiadæ*, verba Virg. Æn. VI, 843; ubi vid. Intpp. — *fulmina gentis*, vid. ad I, 421. — 107. *Scipiadæ*, h. e. Scipiones, ut VIII, 254; Virg. l. c. et Ge. II, 170; Prop. III, xi, 67. Sic et *Memmiades*, Drak. monente, pro Memmius dicitur Lucret. I, 27; ubi vid. Lambin. *Scipiadæ* h. l. sunt P. et Cn. Cornelii Scipiones fratres, pater et patruus Africani majoris, adversus Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, missi *ad ultima mundi*, h. e. Hispaniam, ubi et peremti sunt. — *paventem Dimisere fugam*, paventes fugere cessarunt. Hannibal gloriatur, eos metu, quem ipse illis incusserit, Hispaniam fugisse, et *ripas Iberi*, limites imperii, custodire. — 113. *Crudum Marte*, vid.

Discinxit ratione dolos, fraudesque resolvit! »
Hæc secum, mediam somni quum buccina noctem
Divideret; jamque, excubias sortitus iniquas,

deret. — 153. *Discinxit* sensu metaph. sumtum inferioris ævi verbum esse, neque antiquioris auctoris, quam Appuleii, exemplis firmari posse, notavit Barth. Adv. XXIX, 11. Sed primum quur verba in suspicionem caderent, si hæc ratio valeret? deinde contrarium docui in Obss. *Discussit* tamen. vel potius *Diffinxit*, quod coll. simili loco Horat. Od. III, XXIX, 47, omnino arridere potest, legendum putabat Drak. qui propterea absurdissimus dicitur Lefeb. cui *diffinxit* potius vox barbara videtur. At vid. Jani ad Horat. Od. I, XXXV, 39, et Bentl. ad Hor. Serm. II, I, 79. — 154. *medio* Colon. forte rectius, judice Lefeb. *media insom-*

153. *ratione*, prudentia, arte. — *Discingere* sensu metaph. id. qd. *resolvere*, καταλύειν, detegere, et hinc irritum facere; (nam *sinus* etiam de iis, quæ clam fiunt, v. c. de iis, qui in *sinu gaudent*, adhibetur, et, si discingimur, quæ in sinu gestamus, patefiunt) deinde, metaphora a laxa et fluente toga desumta, effeminare, frangere v. c. ingenium ap. Sen. Ep. 92, extr. et denique exarmare, ut VIII, 34; Juvenal. VIII, 120; Martial. IX, 103, unde *discincti* dicuntur, vel negligentes, luxuriosi mollesque homines (vid. ad II, 56), vel exauctorati, et cum ignominia missi, qui *cingulo* armisque privabantur. Cf. Ernesti Clav. Cic. Omnia hæc ad *dolos fraudesque* bene transferri possunt. — 154, 156. Ut dies ap. Romanos in quatuor *excubias*, quarum quælibet tres horas continebat, ita et nox in totidem *vigilias*, vel excubias, quæ a tubicine committi, et a cornicine finiri atque revocari solebant, dividebatur. Vid. Veget. III, 8, et Polyb. lib. VI, 37. Horæ diurnæ breviores, et nocturnæ longiores erant hieme, at vice versa æstate, quoniam quævis et dies et nox per æstatem et hiemem duodecim habebat horas, ad rationem solis comparatas. Prisci vero Græci noctem in terna tantum quatuor horarum spatia, φυλακάς, dispescebant, quod ex Hom. Iliad. κ, 253; Odyss. ξ, 483, et Mosch. II, 2, (ubi vid. Schweb.) intelligitur: nisi quod Eurip. in Rheso τετράμοιρον νυκτὸς φρουρὰν jam Trojanis temporibus in usu fuisse innuit. Cf. Drak. ad IV, 89; Heusing. ad Corn. Nep. XVIII, 9, §. 3; Burm. ad Petron. c. 26; Bochart. Hieroz. T. I, p. 396. In sacris libris noctem in ὀψὲ, μεσονύκτιον (concubium), ἀλεκτρυοφωνίαν et τὸ πρωῒ dividi, monet D. Heins. Post *mediam noctem* tertiam fuisse vigiliam, ex h. l. adparet. Cf. XV, 605; Senec. Thyest. 799; Liv. VII, 35, pr.; XXVII, 47. — *excubiæ* tam nocturnæ sunt, quam diurnæ. — *sortitus;* nam sorte milites inter se vigilias dividebant, quæ inde Græcis λάχη dicuntur. Cf. IX, 92, et inf. v. 368; ubi Drak. hæc notat: per vices excubasse vigiles, Claud. in Eutrop. II, 418, innuit: nimirum quilibet milites excubabant suis vicibus; at qua quisque noctis vigilia, sorte comparabant. — *iniquas:* vigiliarum enim commodiores et æquiores prima ac quarta, Dausq. Sed et quævis vigilia gravis est, ac periculosa belli tem-

Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Vertit iter, Daunique retro tellure relicta,
Campanas remeat notus populator in oras.
Hic vero, intravit postquam uberis arva Falerni,
(Dives ea, et nunquam tellus mentita colono)
Addunt frugiferis inimica incendia ramis.
Haud fas, Bacche, tuos tacitum tramittere honores,
Quanquam magna incepta vocant: memorabere, sacri

nem dum b. n. D. conj. N. Heins. — 158. *motus* Tell. et R. 2, prob. Lef. quum tres Campani equites Pœnum, *ut Campanos ex Samnio peteret*, *moverint*, teste Liv. XXII, 13. Male! vid. not. — 159. *Falenti* Col. unde *Phalanti* corrig. Carrion, quod tamen nomen conditoris Tarenti (vid. ad XI, 6) ab h. l. alienum; *Phalerni* Pal. et Mars. — 160. *Dives agri* conj. N. Heins. Sed quis unquam *tellurem agri* divitem dixit? — 163 *vocent* scripti cum R. 1, 3, Med.

pore. Cf. inf. v. 318. — 156. *Abrumpere quietem*; ut κατασχίζειν ὀνείρους dixit Anacr. III, 9; ubi vid. Cl. Fischer. Cf. Drak. ad XV, 48.

157. De itinere Hannibalis, et vastatione Falerni agri cf. Livius XXII, 13... 15, et Polyb. III, 88, 90... 92. — *Dauni tellure;* vid. ad I, 291. — 158. *notus*, quia nunc *remeat*, iterumque populatur Campanos agros. Conf. VI, 650 sq.

160. *Tellus numquam mentita*, quæ numquam avidi coloni *spem mentita est* (ut ap. Hor. Epist. I, VII, 87), h. e. fefellit, decepit, lusit, cui opponitur terra *mendax*, ingrata, fallax, infida, γῆ ἄπιστος. Nam segeti agroque *fides* tribuitur, quatenus ei *creditur* semen, adeoque ipse domino, tamquam creditori, *debet*, et, si fruges gignit, semenque reddit cum fœnore, fidem solvit. Cf. Drak. ad h. l. Intpp. ad Hor. Od. III, I, 30; XVI, 30. Broukh. et Heyne ad Tibull. II, I, 19, et VI, 21, 22; Heins. ad Ovid. ex Ponto, II, IX, et ad Val. Fl. VII, 229. Sed expende h. l. verborum ambages. — 161. *inimica incendia*, ut ap. Virg. Ge. IV, 330.

162. Falernus ager in Campania, inter Cales et Sinuessam, ad radices montis *Massici*, (qui est orientalis pars continuorum montium, quorum pars occident. Gaurus, et septemtrionalis Falernus dicitur, de quo vid. Intpp. ad Flor. I, 16; II, VI, 28) ferax vini generosissimi, ex Plin. III, 5; XIV, 6; Athen. I, 21; Horat. aliisque notissimi, cujus origo h. l. describitur, translatis ad Falernum, quæ alii poetæ de aliis fingunt. Similiter enim Bacchus Œneum, Icarium aliosque vini usum docuisse dicitur, ut Ceres Triptolemum sationem frugum. vid. Diodor. III, 63 sq.; Heyne ad Tibull. IV, I, 9; ad Apollod. p. 114 et 840; Munker ad Hygin. f. 129 et 130; Drak. cum Silio conferri jubet Achill. Tat. amor. Clitoph. et Leuc. II, p. 67; quo teste Tyrii idem apud se accidisse fabulantur. — *tuos honores*, ut ap. Virg. Ge. II, 393. — 163 sq. *sacri laticis*, propter originem vini et usum in

Irritus incepti movet inde, atque Apula tardo
Arva Libys passu legit, ac nunc valle residit
Conditus occulta, si præcipitare sequentem,
Atque inopinata detur circumdare fraude;
Nunc nocturna parat cæcæ celantibus umbris
Furta viæ, retroque abitum fictosque timores
Adsimulat; nunc castra citus deserta relicta
Ostentat præda, atque invitat prodigus hostem.
Qualis Mæonia passim Mæandrus in ora,
Quum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.
Nulla vacant incepta dolis: simul omnia versat,
Miscetque exacuens varia ad conamina mentem.
Sicut aquæ splendor, radiatus lampade solis,
Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
Luminis, et tremula laquearia verberat umbra.

131. *incœpti*, ut v. 141 et 163, *incœpta*, male scripsit Lefeb. — 132. *residit*, non *resedit*, Oxon. et Puteol. Confer. ad V, 3. — 136. *Furta fugæ* conj. N. Heins. — 137. *tum* scripti, quod recepit Draken. Vulgatum *nunc* servavi cum Lefeb. qui *tunc* in c. Put. et Tell. deprehendit. — 139. *Mæoniæ campis M. in oræ* suspic. N. Heins. nescio cui bono? — 141. *Mille novat incepta* R. 1, 3, Med. h. e. renovat. Non male!

131. Cf. Liv. XXII, 12 et 41. — *Apula Arva*, conf. Polyb. III, 88.

134. *Fraus* et *furta* insidiæ, ut ap. Virg. Æn. XI, 515, 522: cf. ad VI, 70; Drak. ad XVII, 91; Barth. Adv. XIII, 7. — 135, 136. Observa verborum ambages. — 139. Vaga et inflexa Hannibalis itinera egregie comparantur Mæandro, Phrygiæ fl. qui inter Cariam et *Mæoniam*, h. e. Lydiam, (vid. ad IV, 719 sq.) tot tantisque flexibus fluit, ut sæpe reverti videatur. Cf. Virg. Æneid. V, 251 (ubi vid. Cerda et Heyne); Ovid. Met. VIII, 162 sq., et Epist. IX, 55 sq., ad quæ loca v. Heins. — *Errare* voc. propr. de fluminibus flexuosis, Drak. qui laudat Gron. ad Senec. Herc. F. 684, et Burm. ad Petron. c. 131. — 141 sq. Imitat. præclari loci Virg. Æn. VIII, 20 sq.; ubi vid. Heyne. Rationem poetarum, adfectionem animi commoti, fluctuantis, irati, etc., comparandi cum rebus sub sensus cadentibus notat Ernesti coll. IX, 358 sq.; XIII, 24 sq.; Virg. Æn. VII, 462; Ovid. Met. VIII, 472; X, 373. — *versat Miscetque* in animo, perpendit. — 143. *splendor aquæ*, propr. solis, in aquæ superficiem incidens, et ab ea repercussus.

144. *vibrans* se, celeriter et tremule ultro citroque se movens; quod vario ornatu exprimitur. Cf. ad I, 539. — *vaga*, quæ celeri motu fulgebat. Vid. Burm. ad Val. Flac. III, 558. — 145. De *laquearibus*,

Deesse tuos latices, hac sedulitate senili
Captus, Iacche, vetas : subito (mirabile dictu)
Fagina pampineo spumarunt pocula succo,
Pauperis hospitii pretium; vilisque rubenti
Fluxit mulctra mero, et quercu in cratera cavata
Dulcis odoratis humor sudavit ab uvis.
« En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota, sed olim
Viticolæ nomen pervulgatura Falerni,
Munera » : et haud ultra latuit Deus : inde nitentem
Lumine purpureo frontem cinxere corymbi,

obtrudunt *decerpsit* : quod verbum poeta dignius est. — 190. *multra* priscæ edd. — *in uvis* Ox. Put. R. 1, 3, Med. — 192. *quippe* pro *nota* Colon. quod non capiebat N. Heins. Placet autem Lefeb. qui jungit : *quippe tibi nondum nomen*.

ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς, Hom. Iliad. ι, 220. Cf. Lips. ad Tac. Ann. XV, 30.

188. *Fagina pocula* ad simplicitatem priscæ vitæ et aureæ ætatis pertinent. Drak. comparat Tibull. I, x, 8; Ovid. Met. VIII, 668 sq., et Fast. V, 520. — 189. *rubens*, vel nigrum fere fuisse vinum Falernum, docent Dausq. et Drak. ex Martiali VIII, 77; IX, 23; XI, 9 et 50. — 190. *Fluxit mulctra*, propr. merum in mulctra. Cf. Virg. Æn. III, 626, et Ge. II, 166; Val. Fl. VI, 360.

191. *Dulcis humor* videtur esse jucundus : nam vinum Falernum propr. austerum, vel amarum erat, (unde *severum*, *ardens*, *ferox*, v. 211, et *indomitum*, Lucan. X, 163. dicitur) et hinc Chio, dulciori vino, vel aqua temperari solebat. Vid. Jani ad Hor. Od. I, xxvii, 9; II, xi, 19; Broukh. et Heyne ad Tibull. II, i, 28. De *odoratis uvis*, vid. Vulp. ad Prop. II, xxxiv, 30; III, xv, (17) 27. Ernesti ad Hom. ϛ, in Bacch. v. 34 sq. (Οἶνος ἡδύποτος καχλάζει εὐώδης, ὤρνυτο δ' ὀδμὴ 'Αμβροσίη), et Heyne ad Virg. Ge. IV, 279.

194. De variis divinæ præsentiæ signis in discessu vid. Heyne Exc. XIII; ad Virg. Æn. I, et de Bacchi indiciis a Drak. laud. Broukh. ad Tibull. I, vii, (viii) 45. — 195. *corymbi*, (vid. Heyne ad Virg. Ecl. III, 39.) h. l. corona hederacea Bacchi, qua et capita eorum, qui Orgia agebant, ornabantur, unde Bacchus κορυμβοφόρος, βοτρυοφόρος, βοτρυόκοσμος, κισσοκόμης, κισσοχαρὴς, κισσόζωνος, dicitur. — *Lumine purpureo*, splendido, vel potius pulchro juventæ nitore et gratia, ut πορφυρέη 'Αφροδίτη, etc. Cf. omnino Heyne ad Virg. Æn. I, 590; VI, 641; Jani ad Hor. Od. III, iii, 12; IV, i, 10; Vulp. ad Tibull. III, v, 4; *pupureus vultus Bacchi*, Stat. Th. VII, 148. Bacchus autem et Apollo sunt pulcherrimi deorum, quibus æterna est juventas, et coma promissa ac intonsa, *fusæ per colla comæ*, unde uterque etiam ἀκερσεκόμης, ἀκειρεκόμης, ἁβροκόμης, χρυσοκόμης, χρυσοπλόκαμος, καλλιέθειρος, *intonsus*, *indetonsus*, *semper puer et juvenis*. Vid. Broukh. ad Tibull. I, iv, 37, 38; Intpp. ad Ovid. Met. III,

Et fusæ per colla comæ, dextraque pependit
Cantharus, ac vitis, thyrso delapsa virenti,
Festas Nysæo redimivit palmite mensas.
Nec facilis læto certasse, Falerne, sapori,
Postquam iterata tibi sunt pocula, jam pede risum,
Jam lingua titubante moves, patrique Lyæo
Tempora quassatus grates et præmia digna
Vix intellectis conaris reddere verbis,
Donec composuit luctantia lumina Somnus,
Somnus, Bacche, tibi comes additus. Hic ubi primo
Ungula dispersit rores Phaethontia Phœbo,
Uviferis late florebat Massicus arvis,
Miratus nemora, et lucentes sole racemos.

201. *patrique*, non *patrioque*, Colon. — 205. *Hic*, non *Hinc*, Col. — 207. *Viniferis* Put. R. 1, 3, Parm. Med. Mars. *Vitiferis* edd. recentt. Sed *Uviferis* Col. ut v. 263, et ap. Stat. Silv. IV, III, 64, *Uvifer Massicus*. — 208. *lucentes* Col. Put. Parm. *lucenti* Oxon. *rorantes* R. 1, Med. Mars. (qui olim *turgentes* amplectebatur, ut ap. Virg. Ge. II, 102, et Ovid. Trist. IV, VI, 9) et Mart. Herbipol. *fulgentes* primum edidit Nicander, quod *περκάζοντας* exponit D. Heins. *liventes*, hoc est maturescentes, et nigrum colorem ducentes, ingeniose conj. N. Heins. et recepit Lefeb. Hic laudat Horat. Od. II, V, 10; Prop. IV, II, 13, et Juven. II, 81, hic Hom. Iliad. ς, 562, et Anacr. LII, 1; conf. not. ad v. 189; VI, 282; VII, 685.

421; IV, 13... 18; Hor. Od. I, XXI, 2; III. Harles. Anthol. Gr. poet. ad Anacr. XXIX, 33 et 43, p. 32, 33.

197. De *Cantharo* Bacchi et Sileni vid. Heyne ad Virg. Ecl. VI, 17; Dorville Sicula p. 408 sq.; Burm. ad Val. Fl. II, 272, et Drak. ad h. l. qui docet, eum ab una tantum parte ansam habere ap. Tristan. Comment. hist. T. II, p. 614; Vaillant. num. Colon. T. II, p. m. 64, et Beger. Thes. Brand. T. I, p. 15; sed ab utraque parte apud Cuper Apoth. Hom. p. 175.

198. *Nysæo*, Bacchico. Vid. Heyne ad Apollod. p. 563 sq., et ad Virg. Æneid. VI, 806.

200, 201. Hæc ex Eubuli versibus ap. Suid. voc. Οἶνος expressa putabat D. Heins. et ex Virg. Ge. II, 94; Drak. qui comparat Lucret. III, 478; Oppian. Venat. IV, 202, et multa aliorum loca. — 202. *Tempora quassatus*, ut *quassus*, (Ovid. Rem. Am. 146.) *ictus*, *percussus vino*, οἰνοπλήξ. Vid. Broukh. et Heyne Obss. in Tibull. I, II, 3. Heins. ibid. et ad Prop. III, VII, 14; Burm. ad Val. Fl. VIII, 81. — 204. *luctantia lumina*, quæ claudi nolebant, et cum somno quasi pugnabant, ut ap. Val. Fl. VIII, 85. Cf. inf. X, 343. — 205. *Somnus Bacchi comes* in antt. monum. Vid. Lessing. *wie die Alten d. Tod gebildet*, p. 48, et Grut. Inscr. p. LXVII, 8. — 206. *Ungula Phaethontia*, equi solis.

207. *Massicus*, vid. ad v. 159. — 208. Conf. Virg. Ge. II, 82. Pulcher versus, ut et sqq. *lucentes* propr.

Largitor laticis, gravidæ cui nectare vites
Nulli dant prælis nomen præferre Falernis.
Massica sulcabat meliore Falernus in ævo
Ensibus ignotis senior juga: pampinus umbras
Nondum uvà virides nudo texebat in arvo;
Pocula nec norant succis mulcere Lyæi,
Fonte sitim et pura soliti defendere lympha.
Adtulit hospitio, pergentem ad litora Calpes
Extremumque diem, pes dexter et hora Lyæum;
Nec pigitum parvosque lares humilisque subire

165. *prelis* forte rectius scribitur, a premendo. — 167. *Signis ignotis* Col. *Ensibus ignotus* emend. D. Heins. *Finibus ignotis* (quum vino præstantissimo necdum celebraretur Falernus ager), vel potius *Censibus ignotis* (h. e. pecunia, opibus) N. Heins. qui vulgatam nihili esse credebat. Sed vid. not. Mox *pampinus viridis* ad marg. Silii corrig. Scaliger, quod recepit Cell. Sed vulgatam ex Virgil. Eclog. IX, 20, firmat Drak. — 169. *sucis*, ut ap. Virg. Ecl. III, 6 (et in Philoxeni glossis), scribendum monet N. Heins. qui etiam *sucis Lyæis* et *miscere* maluerit, coll. Virg. Ge. I, 9. Posterius se probavit Drak. non mihi, quoniam vulgare verbum est, et *mulcere* exquisitius, vid. not. Neque tamen dissimulare possum, mihi potius pro *succis* legendum videri *fluviis*, h. e. aqua, ut ap. Virg. Ge. III, 301; Stat. Th. IX, 573 al. Sic et *fons* pro aqua fontana, et *flumen* passim obvium est, v. c. ap. Virg. Æn. II, 719; XII, 119. Tum verba *pocula Lyæi* jungenda sunt, totusque locus responderet Horatiano Od. II, 11, 19, *Restinguet ardentis Falerni Pocula prætereunte lympha;* vid. ibi Jani.

sacris. Cf. Hor. Od. I, xviii, 1, et Val. Fl. V, 193.

166. *Falernus* est vel adjectivum, vel nom. propr. — *ævo meliore*, aureo, ut ap. Virg. Æn. VI, 649. — 167. *Ensibus ignotis*, quum nota nondum essent bella, vel arma, quibus nunc misere montem illum Hannibal vastabat, Drak. qui laudat Cic. Nat. D. III, 63; Sen. Hippol. v. 531... 549; Broukh. ad Tibull. I, iii, 35 et 47.

169. *Pocula*, aquam, ut ap. Virg. Ge. I, 9, vel potum. — *mulcere*, dulciora reddere, et suaviora. Cf. Virg. Æn. VII, 34; Ovid. Met. I, 108, et Fast. I, 155; Prop. IV, vii, 60. Notus est veterum mos, vinum aqua miscendi, vel temperandi, de quo vid. Spanh. ad Callim. H. in Pall. v. 46, et Jani ad Hor. Od. III, xix, 12. — 170. *defendere;* vid. ad V, 490.

171. *hospitio*, ad hospitium seu domum Falerni. — *litora Calpes;* vid. ad I, 141. — 172. *Extremum diem* occidentem, plagam occidentalem, Hispaniam, quam sol postremo illustrat, ut XIV, 8. — *pes dexter et hora*, prospera fortuna. De Bacchi itinere et expeditione in Hispaniam vid. Varro ap. Plin. III, 1; Sosthen. Iberic. lib. XII, apud Plut. de flumin. p. 1159. — 173. Pulcherrimi versus, quibus elegantiarum studiosi comparent dulcissima loca Ovid. Met. VIII, 626 seq. de Baucide ac Philemone, et Fast.

« An nondum præceps vicinaque fata videtis?
Una, ut debellet, satis est victoria Pœno.
State, viri, et sentite ducem : quum optabile tempus
Deposcet dextras, tunc ista ferocia dicta
Æquentur factis. Non est, mihi credite, non est
Arduus in pugnas ferri labor : una reclusis
Omnes jam portis in campum effuderit hora.
Magnum illud solisque datum, quos mitis euntes
Jupiter adspexit, magnum est, ex hoste reverti.
Fortunæ Libys incumbit, flatuque secundo
Fidit agens puppim : dum desinat aura, sinusque
Destituat tumidos subducto flamine ventus,
In rem cunctari fuerit. Non ulla perenni
Amplexu Fortuna fovet : jam copia quanto
Artior est nullo Tyriis certamine! quantum
Detritum est famæ! quin inter cetera nostra
Haud laude abfuerit, modo qui.... Sed parcere dictis

rus malebat N. Heins. — 232. *Nondum in præcipiti*, vel *Ah! non præcipitis*, ut ap. Virg. Æn. VI, 105, frustra corrig. Dausq. *At* Tell. quod mutata distinct. non minus aptum. — 234. Præstiterit, opinor, *State, viri, aut sentite ducem!* Perperam certe post *ducem* comma vulgo ponunt, et explicant : quiescite, et tum demum me ducem sentite, quum optabilis occasio pugnam suaserit. Ita Cell. et alii. Sed Fabius hæc potius iratus dixisse censendus est, et *sentire* hoc loco significat, damno suo experiri, de quo vid. Burmann. ad Petron. c. 139, et ad Val. Fl. IV, 746; V, 505; VI, 502. — 242. *minusque* edd. recent. — 243. *ventos* Col. — 246. *Artior* et Col. Put. R. 2, *Artior* e conj. N. Heins. et *Artior en* Lefeb. — 248. *nostræ laudi* volebat N. Heins. et prob. antiq. scripturam *afuerit* pro *abfuerit*.

232. *præceps*, præcipitium, h. e. maximum et imminens periculum. Vid. Drak. — 233. *debellet*, bellum finiat. — 234. Vid. Varr. Lect.

239. *quos mitis*, æquus, propitius, *Jupiter adspexit*, ut ap. Virg. Æn. IV, 372; IX, 209, et inpr. VI, 128 seq., quem locum poeta respexisse videtur.

241. *incumbit Fortunæ;* conf. ad IV, 731, etsi propter ea, quæ sequuntur, suspicari fere possis, hoc loquendi genus petitum esse a navi, quæ propellitur a nautis, qui *remis incumbunt*. Fortunam vero secundam cum felici navigatione, et adversam cum tempestate atque naufragio comparari, ex Ovid. Trist. I, v, 17, 36, aliisque locis vel tironibus notum est. Cf. Jani ad Hor. Od. I, 14. — 242. *dum*, donec. — *sinus* velorum *tumidos*, ventu secundo inflatos. — 243. *subducto*, cessante. — 244. *In rem*, utile. — 245. *copia*, commeatus.

246. *nullo certamine*, quum nulla sit pugna. — 247. *Detritum*, minutum. — 248. *Haud a laude nos-*

Sit melius. Jam vos acies et prælia et hostem
Poscitis? o maneat, Superi, fiducia talis!
Interea, exclusa majoris sorte pericli,
Me solum, quæso, toti me opponite bello. »
His dictis fractus furor, et rabida arma quierunt.
Ut, quum turbatis placidum caput extulit undis
Neptunus, totumque videt, totique videtur
Regnator ponto, sævi fera murmura venti
Dimittunt, nullasque movent in frontibus alas;
Tum, sensim infusa tranquilla per æquora pace,
Languentes tacito lucent in litore fluctus.
Sensit cura sagax Pœni, fraudisque veneno

rit, quæ exstat in c. Col. h. l. et XIII, 268, ubi Draken. laudat Intpp. Cæs. b. G. I, 36, et Val. Fl. III, 629; Stewich. ad Arnob. contr. Gent. III, pag. 79; Gifan. Ind. Lucret. vocc. *victus et vinctus*, *devictus et devinctus somno*, Faern. et Muret. ad Cic. Phil. I, 2; Pier. et Heins. ad Virg. Æn. VII, 498. — 253. *rapida* Nicander dedit, quem secuti sunt Ald. Gryph. Nut. et Dausq. Conf. ad v. 1, et Virg. Æn. VI, 102. — 255. *totique*, non *totoque*, Col. paulo venustius judice N. Heins. qui v. 257, *in fluctibus*, vel *in montibus*, vel *stridoribus* tentabat. Sed vid. not. — 257. *movent cum fratribus alas*, h. e. invicem venti prælianles, conj. Withof. qui tamen vulgatam lect. forte non sollicitandam recte putabat, quum et Hiemi *nebulosa frons*, *tempora* et *caput glaciale* tribuantur infra XII; 2 et al. Idem merito repudiavit conject. Heins. *montibus* et *fluctibus*, quoniam h. l. de mari sermo est, et vox *fluctus* mox sequitur. — 258. *effusa*, vel *fusa* malebat idem, et v. 259, *ludunt in l.*, vel *luctantur l. recubant* pro *lucent* opinabatur Withof. si quid mutandum esset.

tra abfuerit, h. e. laudis parandæ occasionem mihi dederit. — *modo qui*, vid. ad VI, 110. Videtur Minucium carpere voluisse, judice etiam Lefeb. Hannibal nobis porro gloriæ materiam dabit, *modo* is non consilia mea impediat, qui a me dissentit. Cellar. supplebat: qui modo Romanos tot cladibus adfecit: et sic fere Cl. Ernesti: qui modo solus victor habebatur; quæ ultima verecunde reticuerit Fabius, ne Hannibalis laude inminuta suam ipse augere videatur.

253. Imitat. Virg. Æn. I, 127... 148 sq.; VI, 102. — 257. *alas*, vid. ad I, 589. — *in frontibus*: nam tempora quoque, vel capita ventorum alata finguntur, v. c. Zetæ et Calais ap. Hygin. f. XIV. Cf. quos Drak. laudat, Cuper. Apoth. Hom. p. 178, et Barth. ad Stat. Th. V, 434. — 258. *pace*; cf. ad VI, 168.

259. *lucent*, reducto sole, ut ap. Virg. Æneid. I, 143, et quia ventis non amplius turbantur.

260. Conf. Liv. XXII, 23; Val. Max. VII, 3, extr. 8; Frontin. I, VIII, 2, et Plut. in Fab. — *Sensit*, furorem militum in castris Rom. sævire, vel etiam Fabii oratione consedisse. Hinc dolo invidiam du-

Id monti decus, atque ex illo tempore dives
Tmolus, et ambrosiis Ariusia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere Falernis.
  Hæc tum vasta dabat, terrisque infestus agebat
Hannibal, et sicci stimulabant sanguinis enses,
Ludificante ducem Fabio: jamque inproba castris
Ausoniis vota, et pugnandi prava libido
Gliscebat; proni decurrere monte parabant.
  Da famæ, da, Musa, virum, cui vincere bina
Concessum castra, et geminos domitare furores.
« Fervida si nobis corda, abruptumque putassent

209. *Id monti* quatuor scripti cum R. 3, et Parm. *It monti* Med. Vulgo *It montis*, non inprob. Lefeb. ut *it* significet *est*. Tacitus tamen edidit *Id montis*. — 210. *Ariusia* pro *Arvisia* scribendum vidit jam N. Heins Conf. not. — 211. *ferox* non *ferax*, scripti et R. 2, *lacibus* Col. ut *veribus*, *artibus*, etc. unde *lacubus* restituerunt Modius et N. Heins. *latibus* Oxon. *lucus* Put. *Latiis* in editis. — 212. *dum* e Col. recepit Drak. — 213. ut *sicci* non male conj. Barth. Adv. I, 13, h. e. in terras sæviebat, quum cæde crudelitatem explere non posset; *en sicci* maluerit N. Heins. Idem v. 220, *clamoribus* pro *rumoribus* positum, vel ita forte legendum censebat. Conf. nota Ennii verba ap. Cic. de Senect. c. 4.

uvæ. — 210. *Tmolus*, Lydiæ mons, vino nobilis. Vid. Plin. V, 29, 30; XIV, 7; Intpp. ad Virg. Ge. I, 56; II, 98, et Ovid. Met. VI, 15. — *Ariusia pocula*, vinum Chium. Vid. Plin. XIV, 7; Strab. XIV, p. 625, 637 (ubi ἡ Ἀριουσία χώρα), et Athen. I; quos Dausq. jam laudavit. Conf. Victor. Varr. Lectt. XV, 24; inpr. Pier. Heins. et Heyne ad Virg. Ecl. V, 71; ubi dulce hoc vinum *nectar* dicitur, ut h. l. — *ambrosii succi*. Conf. ad v. 191. — 211. *Methymna*, h. e. vinum Methymnæum, ab urbe Lesbi ins. unde *Lesbium* quoque vocatur. Cf. Virg. Ge. II, 90; Prop. IV, VIII, 38, et Cell. Geogr. T. II, p. 15. — *ferox*, austerum, generosum, ut *inmite*, VIII, 378; cf. ad v. 190. — *lacus* propr. est receptaculum, quo mustum continetur prelo expressum, ut doliis excipiatur; (vid. Burm. ad Petron. c. 70 et 135.) h. l. ipsum vinum, ut *prela Falerna* sup. v. 165.

212. Cf. Liv. XXII, 14; Polyb. III, 89... 92. — 213. *sicci stimulabant sanguinis enses*. Cf. ad I, 11.

217. *Da famæ*, vid. ad IV, 73. — *bina castra*, et Hannibalis et sua, in quibus Romani instinctu Minucii, magistri equitum, eadem, qua Pœni cupiditate ardebant, Fabiique cunctationem increpabant. Cf. Polyb. III, 90, et Liv. XXII, 14, 15; ubi Minucii oratio exstat, ut h. l. Fabii, qui ejus criminationes refellit.

219. Oratio Fabii, qua feroces militum animos frangit, tam ob dignitatem gravitatemque sententiarum, quam ob delectum verborum, in perfectissimis Silii locis adnumeranda est. — Poeta quod jam

Erigit, et fulvi circumdat pelle leonis,
Qua super instratos projectus gramine campi
Presserat ante toros: tunc ad tentoria fratris
Fert gressus vicina citos; nec degener ille
Belligeri ritus, taurino membra jacebat
Effultus tergo, et mulcebat tristia somno.
Haud procul hasta viri terræ defixa propinquæ,
Et dira e summa pendebat cuspide cassis:
At clipeus circa, loricaque, et ensis, et arcus,
Et telum Baliare simul tellure quiescunt.
Juxta lecta manus, juvenes in Marte probati;
Et sonipes strato carpebat gramina dorso.
  Ut pepulere levem intrantis vestigia somnum,
« Heus! inquit (pariterque manus ad tela ferebat),
Quæ te cura vigil fessum, germane, fatigat? »
Ac jam constiterat, sociosque in cespite fusos
Incussa revocat castrorum ad munera planta,
Quum Libyæ ductor: « Fabius me noctibus ægris,

288. *Eripit* conj. N. Heins. et *Exigit* Drak. coll. XVI, 234. Sed non adsequor, cur vulgata ferri non possit; conf. Val. Fl. VII, 145; Stat. Th. V, 248 al. — 295. *Et Tyria... cassis* maluerit N. Heins. ut *cassis Aurunca* IV, 516; *Sidonia* XVI, 452. Sed exquisitior est vulgata. — 299. Forte leg. *stricto*, vel *strictus... loro*. Cf. Hom. Iliad. κ, 475, et Virg. Æn. IX, 352. — 305. *Cum* pro *Tum* e scriptis recepit Drak. suadente N. Heins. quos secutus sum, sed sublata στιγμῇ τελείᾳ post

288. Cf. ad II, 156. Ὀρθωθεὶς ἑέσσατο δέρμα λέοντος Αἴθωνος, Hom. Iliad. κ, 21, 23. — 289. Dormientibus olim pelles (*terga*, v. 293) substernebantur, inpr. in castris. Cf. quos D. Heins. et Drak. citarunt, Hom. Odyss. υ, 2; Iliad. κ, 155; Nonn. Dionys. XVI, 94 sq.; Add. Hom. Odyss. ξ, 530; Iliad. ι, 657; H. in Ven. 158 sq; Virg. Æn. VII, 88, 94, et VIII, 368; ubi v. Heyne.

290. *fratris*, Magonis. — 291. *nec degener ille*, etc., servans ritus bellicos.

294. Bene comparant Homer. Iliad. κ, 74 sq., et 151 sq. — *hasta terræ defixa*, ἔγχεα δ' Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, Hom. l. c. Cf. Intpp. ad Virg. Æn. VI, 652, et XII, 130.

295. *dira cassis*, ut *minax* apud Stat. Th. IV, 205, et *torva* ibid. VIII, 707; δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν, Hom. Iliad. γ, 337; cf. Iliad. ζ, 468, 469, et Burm. ad Val. Fl. VI, 519. — *e summa pendebat cuspide cassis*, ut apud Val. Fl. VIII, 309; Drak.

300. *vestigia*, sonitus pedum. — 301. *inquit*, scilicet Magus. — 304. *Incussa planta*, λὰξ ποδὶ κινήσας,

In curas Fabius nos excitat; illa senectus,
Heu! fatis quæ sola meis currentibus obstat.
Cernis ut armata circumfundare corona,
Et vallet clausos conlectus miles in orbe.
Verum, age, nunc quoniam res artæ, percipe porro,
Quæ meditata mihi. Latos conrepta per agros
Armenta adsucto belli de more sequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos,
Sarmentique leves fronti religare maniplos;
Admotus quum fervorem disperserit ignis,
Ut passim exsultent stimulante dolore juvenci,
Et vaga per colles cervice incendia jactent.
Tum terrore novo trepidus laxabit iniquas
Custos excubias, majoraque nocte timebit.
Si cordi consulta (moras extrema recusant),
Adcingamur, ait. » Gemino tentoria gressu
Inde petunt : ingens clipeo cervice reposta

planta. Cui reposuit Lefeb. Non male; si modo libri addicerent! *ægrum* dedit Nicander, et post eum alii. — 306. *vos* suspic. Livineius, et *somno excitat* N. Heins. Sed τῷ *nos* major vis subesse videtur: non me tantum, sed te quoque et nos omnes. — 307. *quam*, h. e. quantum, vel *ut* pro *quæ* malebat N. Heins. Ego majorem distinct. post *excitat* sustuli, ut *illa senectus* per adpositionem, et docte dicta sit pro, ille senex. — 309. *clauso collectos* (contractos, artatos), quod Drak. recepit, vel *clausos collectum limes in orbem* emend. N. Heins. quem vid. ad Virg. Æn. XII, 862; *clauso collectus* ex c. Tell. et R. 2, reposuit Lefeb. Equidem non nisi *orbem* pro *orbe* substituendum crediderim, ut *in spiram se colligit anguis* ap. Virg. Ge. II, 154, et similia al. — 310. *non* pro *nunc* Put. *quando* pro *quoniam* Tell, R. 1 et 2, quod recepit Lefeb. *quanda res arte nunc* R. 2. — 320. Vulgatam distinctionem, *Si cordi, c. m. e. r.*, mutavit N. Heins.

Hom. Iliad. x, 158. — 307. *fatis currentibus*, ut *in cursu est fortuna* et *dolor* ap. Ovid. Met. X, 401, *et* ex Ponto IV, xi, 18; cf. v. 479, *et* ad IV, 731. — 309. *vallet in orbe*, undique circumdet; Lenz.

310. Cf. Liv. XXII, 16, 17; Polyb. III, 93, 94 (qui tamen Hasdrubali, non Magoni id negotii mandatum tradunt); Frontin. Strateg. I, v, 28; Appian. VII, xiv, 15; Plut. in Fab. et quos Drak. laudat, Cornel. Nep. Hann. 5; Quintil. Inst. Orator. lib. II, 17, et Pausan. Achaic. c. 26.

311. *conrepta* et avecta ex agris hostium. — 316. *exsultent*, discurrant. — 318. *laxabit*, deseret. — 319. *Custos*, milites Rom. qui Pœnos vallibus includebant, et ad transitum saltus insidendum locati erant.

320. *extrema*, summa pericula.

Adgreditur mentes. Pauca atque hæc ruris aviti
Jugera, nec multis Fabius vertebat aratris;
Massicus uviferis addebat nomina glebis.
Hinc pestem placitum moliri, et spargere causas
In castra ambiguas : ferro flammisque pepercit,
Suspectamque loco pacem dedit arte maligna,
Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.
Intellectus erat Fabio, Tyriosque videbat
Dictator sævire dolos : at non vacat ægre
Invidiam gladios inter lituosque timere,
Et dubia morsus famæ depellere pugna;
Donec reptantem, et nequidquam sæpe trahendo
Huc illuc castra, ac scrutantem prælia Pœnum,

264. *placitum*, non *placidam*, Colon. — 269. *non valet* Oxon. *acrem Invidiam*, vel *ægro* (ut in marg. R. 1) non male corrig. N. Heins. sed melius forte *agri* Barth. Adv. I, 13, ut sensus sit : *non tanti erat ipsi hic ager, ut ejus gratia pugnam maturaret*, et sic Pœni dolos ulcisceretur. Hoc recepere Cell. et Lefeb. qui ineptire putat N. Heins. cum Drak. et conf. Cic. Leg. agrar. II, 26; *maximam habet invidiam Sullanus ager*, et Justin. III, 7, *hujus* Periclis *agros... gloriam invenit*. Possis etiam legere, *at non vacat*, (non placet, ut XVII, 378; Virg. Æn. I, 373; X, 625 al.) *ægro Invidiam... timore, Et dubia... depellere pugna*. In vulgata lect. illustranda misere se torquet Marsus. Withof. emend. *non vacat æque*, etc. ut sensus sit : videbat quidem illa, sed non ita, non æque vacat timere invidiam ; alia agenda habebat. Nec tamen ipsi displicebat conjectura Heinsii *ægro*, coll. IX, 36, 52, et XVI, 512. — 272. *raptantem* et *trahenda castra* conj. Liviueius. Melius *captantem nequidquam s. t.* N. Heins. Inportunum certe est τὸ *et*, nisi *trahentem* refingere malis.

ci parat. — *cura sagax Pœni*; vid. ad IV, 599.

264. *Hinc*, ex hoc agro. — *pestem moliri*, exitium parare, ut *insidias*, *calamitatem*, *periculum*, *pestem patriæ civibus*, etc. *moliri* dixit Cic. Cluent. 63, 64. Sext. I, et Catil. II, 1; cf. ad I, 645. Id moneo, ne quis *amoliri* interpretetur cum Draken. ad XIII, 48. — *spargere causas*, etc., ex Virg. Æn. II, 98; ubi vid. Heins. — 266. *pacem dedit*, pepercit, eum incolumem intactumque servavit.

271. Verba *morsus famæ* vel ad calumniam invidiamque, cui *dens* et inf. v. 512 *stimulus* tribuitur, vel ad dolorem, ex maligna fama haustum, spectat. Dolor enim et cura *mordet*, *edit*, *adedit*, *exedit*, *urit*, *fodit*, *stimulat*, *pungit animum*, δάκνει φρένας, ἀμύσσει, κατέδει θυμόν, vel, ut ap. Pind. Isthm. V, 74, κνίζει ὀργάν. Cf. XIII, 581, 665, 679; XVII, 345; Hom. Iliad. α, 243; ι, 493; ζ, 202; et vid. ad I, 85 in V. L. ad VIII, 25; Heins. ad Val. Fl. III, 694; V, 365, et ad Ovid. Met.

Inter equos, interque viros, interque jacebat
Capta manu spolia et rorantia cæde Maraxes,
Ac dirum, in somno ceu bella capesseret, amens
Clamorem tum forte dabat, dextraque tremente
Arma toro et notum quærebat fervidus ensem.
Huic Mago, inversa quatiens ut dispulit hasta
Bellantem somnum : « Tenebris, fortissime ductor,
Iras compesce, atque in lucem prælia differ.
Ad fraudem occultamque fugam tutosque receptus
Nunc nocte utendum est : arentes nectere frondes
Cornibus, et latis adcensa inmittere silvis
Armenta, oppositi reserent quo claustra manipli,
Germanus parat, atque obsessa evellere castra.
Emergamus, et hic Fabio persuadeat astus,
Non certare dolis. » Nihil hinc cunctante, sed acris
Incepti læto juvene, ad tentoria Acherræ
Festinant, cui parca quies, minimumque soporis,
Nec notum somno noctes æquare : feroci
Pervigil inservibat equo, fessumque levabat
Tractando, et frenis ora exagitata fovebat.

329. *Bellantis* primus edidit Nicander, prob. Dausq. qui etiam *Bellanti* tentabat. Sed conf. Gronov. Obs. IV, 9. — 334. *Sarmenta* scribendum videbatur N. Heins. quum non ipsi tauri sint adcensi, sed frondes taurorum cornibus adligatæ. At vulgata doctior est, ut *adcendere aram*, *focum*, etc. et german. *eine Pfeife anzünden*. *qua* Col. et Put. *quæ* Ox. — 337. *Nos* et mox *hic* refinxit Nicander, quem secuti sunt alii.

322. Milites olim, scutis capiti substratis, dormiebant. D. Heins. ad. v. 292 ; laudavit Hom. Iliad. λ, 730, et Claud. b. Gildon. 352 sq. quibus Drak. addit Iscan. b. Troj. VI, 163 sq., et Sax. Gram. hist. Dan. IV, p. 57. — 324. *rorantia cæde*, sanguine. Vid. ad I, 525, et IV, 447.

325. Confer I, 64 seq. — 326. *Clamorem tum forte dabat*, interruptum nempe, qualem edunt dormientes. Eo. — 329. *Bellantem somnum*, in quo bellare sibi videbatur ; somnians se pugnare.

334. Ut milites Fabii, in præsidio viarum collocati, eo decedant.

338. *Acherræ*, cf. III, 299. — 339. In his valde luxuriatur poeta.

340. *æquare noctes somno*, usitatius, somnum nocte ; Schmid.

341. *inservibat* per sync. ut *servibat*, *scibat*, *custodibat*, *lenibat*, *vestibat*, *nutribat*, *operibat*, Dausq. Cf. App. — 342. *fovebat*, ἀπαλύνει, quod vel mulcendo adeoque manu fiebat, vel aqua tepida, vel oleo,

Digitized by Google

At socii renovant tela, arentemque cruorem
Ferro detergent, et dant mucronibus iras.
Quid fortuna loci poscat, quid tempus, et ipsi
Quænam agitent, pandunt, et cœptis ire ministrum
Haud segnem hortantur : discurrit tessera castris,
Intentique docent, quæ sint properanda, monentque
Quisque suos : instat trepidis, stimulatque ruentes
Navus abire timor, dum cæca silentia, dumque
Majores umbræ : rapida jam subdita peste
Virgulta, atque altis surgunt e cornibus ignes.
Hic vero ut, gliscente malo et quassantibus ægra
Armentis capita, adjutæ pinguescere flammæ

344. *detergent*, non *detergunt*, Col. quod cum Lef. recepi. Cf. v. 534; Jani ad Hor. Od. I, vii, 15 et VV. DD. ad Virg. Æn. VII, 626. Mox *quid tempus*, non *quod t.*, scripsi et priscæ edd. — 349. *instat trepidis*, non *instant trepidi*, in scriptis. *instat trepidus* D. Heins. et Cell. vitiose. — 354. *adjutæ pice crescere flammæ*

teste Polluce I, §. 201; D. Heins.

343. *arentem cruorem*, ut X, 511. — 344. Conf. v. 534, 535. — *dant mucronibus iras*, ut ap. Stat. Achill. I, 436; h. e. deterso sanguine, situ ac rubigine, gladios *saxo exasperant*; ut IV, 19; Drak.

347. Drak. monet, *tesseras*, *συνθήματα*, duplicis olim generis ususque fuisse; *primi*, ut iis milites in pugna se internoscerent, neque vigiles fraude hostium circumvenirentur, (quæ breves et sæpe unius vocis fuerint, ut apud Eurip. in Rheso 521; Xenoph. Cyrop. III, p. 85; VII, p. 174, et de exped. Cyri I, p. 264; VI, p. 386; Pausan. Phoc. I; Dion. Cass. XLIII, p. 235; XLVII, 352; LIX, p. 662; Val. Max. I, 5, ex. 6; Suet. Calig. 57, et Ner. 9; Tac. Ann. XIII, 2, al. sed interdum totam sententiam continuerint, ut ap. Polyæn. I, 11, et Dion. Cass. LX. p. 675.) alterius generis, (*τὰ παραγγέλματα καὶ διατάγματα*) quibus dux militibus significaverit, quid fieri voluerit, ut h. l. et XV, 478 sq.; Liv. VII, 35; IX, 32; XXVII, 46; Suet. Galb. 6; cf. Lips. Exc. A. ad Tac. l. c. et Mil. Rom. V, 9; Intp. ad Virg. Æn. VII, 637; Stewich. ad Veget. II, 7; Bernart. ad Stat. Th. X, 17. — *discurrit*, vid. Onosandri Stratag. c. 25; D. Heins.

349. *instat trepidis*. Cf. I, 268, et II, 407. — 350. *timor Navus*, qui navos, strenuos, fortes facit. Cf. ad IV, 25. — 351. *Majores umbræ*, occidente sole. Cf. Virg. Ecl. I, 84; *primis tenebris noctis* Liv. — *rapida peste*, igne sarmenta raptim pervadente; Cell. — *peste*, ut mox *malum* et *lues*. Vid. ad I, 174. — *subdita peste Virgulta*, quibus ignis subditus est, ut XVII, 224.

354. Lefeb. hæc notat : « Dic, flammæ adjutæ motu boum primum crescunt obscuræ; dein magis ac magis exardescentes erumpunt per fumum, clarumque lan-

Cœpere, et vincens fumos erumpere vertex :
Per colles dumosque, (lues agit atra) per altos
Saxosi scopulos montis lymphata feruntur
Corpora anhela boum, atque obsessis naribus igni
Luctantur frustra rabidi mugire juvenci.
Per juga, per valles errat Vulcania pestis,
Nusquam stante malo, vicinaque litora fulgent :
Quam multa, adfixus cælo sub nocte serena,
Fluctibus e mediis sulcator navita ponti
Astra videt; quam multa videt, fervoribus atris
Quum Calabros urunt ad pinguia pabula saltus,

Cœpere minus grato ad aures sono emend. et copiose illustravit N. Heins. *Picis* in cornibus boum nemo mentionem facit. Vox quidem *adjutæ* simpl. posita suspicionem interpolationis movere potest : sed flammas quassatione capitum adjotas intelligere licet ex iis, quæ præcedunt. *Capitum irrita quassatio excitans flammam*, Liv. XXII, 17. — 355. *et vinclis fumi*, vel *atque undans fumo se erumpere vertex* conj. N. Heins. quam locutionem *erumpere se* (ut *emergere se* inf. v. 413, *prorumpere se* ap. Cæs. B. G. I, 80, *inrumpere se* Varr. ap. Non. Marcell. in *Calidum*) Silio etiam obtrudit VIII, 642, et iopr. XII, 438, ubi Lucret. IV, 1113; Virg. Ge. I, 446; IV, 368: Æn. XI, 548; aliaque loca adscripsit, et Drak. laudavit Manut. ad Cic. Ep. ad Div. VIII, 14; Stewich. ad Arnob. adv. geot. I, p. 52 et 56; II. p. 69; Gifan. Ind. Lucret. et Broukh. ad Tibull. IV, 1, 86. — 362. *intentus cælo* primus refinxit Nicaoder.

dem earum vertex lumen vibrat. *Pinguis* non hic usurpatur de pice, ut male intellexit Prudent. Rom. vers. 850 seq. sed de obscuritate flammæ, quam veluti involvebat initio fumus, et legendus erat Salmas. in Solin. T, I, p. 558, A. ed. Paris. Sic *murex pinguis* X, 569, de intense rubro, in obscurum veluti cedente. » Sed forte *pinguescere* h. l. est ali, nutriri, crescere. — *adjutæ*, vid. V. L. et ad IV, 289.

355. *vincens fumos*, quibuscum antea luctabatur, *erumpere* ad cælum cœpit *vertex flammæ*; Drak. Conf. ad II, 631. — 357. Cf. ad I, 459. — 358. *Corpora boum*, vid. ad VI, 572. Duo millia boum fuisse, Plut. et Polyb. tradunt.

362. *odfixus*, intentus, cælo. Heins. et Drak. comparant Tibull. I, III, 87; VI, 61, et Sen. Consol. ad Marciam, c. 2; *intenta in unom rem et toto animo odfixo*. Sic et *pendere*, vel *suspensum esse ob ostris*, etc., ap. Val. Fl. I, 481; *vultibus inhærere* dixit Ovid. Trist. IV, III, 19; conf. ad VI, 565. — 364 sq. Cf. Hom. Iliad. *υ*, 490 sq.; Virg. Æn. X, 405 sq., et iupr. Lucan. IX, 182 sq. — 365. *urunt od pinguia pabulo saltus*, ut gramina faciant pinguiora. Cf. Virg. Ge. I, 84 sq. — *fervoribus*, cineribus. Ad ornatum spectat mentio *Calabriæ* et *Apuliæ*, cujus mons est *Gargonus*. Vid. ad IV, 561. In his vicinis regionibus optima erant pascua, quæ Hor. Od.

Digitized by Google

Vertice Gargani residens incendia pastor.
At facie subita volitantum montibus altis
Flammarum, quis tunc cecidit custodia sorti,
Horrere, atque ipsos nullo spargente vagari
Credere, et indomitos pasci sub collibus ignes.
Cælone exciderint, et magna fulmina dextra
Torserit Omnipotens, an cæcis rupta cavernis
Fuderit egestas adcenso sulfure flammas
Infelix tellus, media in formidine quærunt.
Jamque abeunt; faucesque viæ citus occupat armis
Pœnus, et in patulos exsultans emicat agros.
Huc tamen usque vigil processerat arte regendi
Dictator, Trebiam et Tusci post stagna profundi,
Esset ut Hannibali Fabium Romanaque tela
Evasisse satis : quin et vestigia pulsi
Et gressus premeret castris, nisi sacra vocarent

367. Ita scripsi. *Hac facie subita volitantum in montibus* editi, prob. Dausq. — 372. *terra* pro *rupta* iterum primus dedit Nicander, qui etiam v. 374, post *tellus* inseruit *lartis damnata ruinis. Jamque fugam Rutuli*, et *Atque* pro *Jamque* refinxit : quæ inepti versificatoris laciniæ se probabant Dausq. nisi quod τὸ *terra* respuerit, quia *tellus* sequitur.

I, xxxi, 5; Colum. VII, 2, et alii laudant.

367. Cf. Liv. XXII, 17; Polyb. III, 94. — 368. *cecidit*, obtigit, evenit, ut ap. Sall. Cat. 21, et Jug. 31; Cic. Rabir. 2; Verr. I, 2; ad Att. III, 1, et ad Qu. Fr. I, 3; Drak. — *sorti*, pro sorte, ut *igni*, I, 115, et inf. v. 358; *sorti provincia evenit*, Liv. XXIX, 20; ubi vid. Gron. et Gifan. Ind. Lucret. voc. *Colli*; Heins. ad Claud. in Rufin. I, 9; ad Ovid. Her. IV, 31; ad Vell. Pat. II, 30; Bentl. ad Hor. Serm. I, v, 72; Perizon. ad Sanct. Minerv. I, 6; II, 7; Drak. qui tamen non vidit, hæc esse verba Virg. Ge. IV, 165; ubi vid. Heyne in V. L. Cf sup. ad v. 155, et ad VIII, 125; in V. L.

369. Excubitores, miraculo rei adtoniti, non ab hominibus, vel adeo jumentis ignes spargi, sed sponte vagari credebant, ignari, utrum cælo deciderint, an e terra eruperint.

371. *magna dextra*, ut IX, 438, et apud Horat. Od. III, III, 6; χεὶρ ἀνίκητος Διός, Sophocl. Œd. Col. 1517. — 372 sq. De ignibus subterraneis multa disputat Dausq. et plura Hard. ad Plin. II, 106, et VII, 16. — 376. *agros* Allifanos 377 sq.; copiosior Liv. XXII, 18.

378 sq. Ut post victorias ad Trebiam et Trasymenum satis esset H. h. e. is contentus esset, etc. Cf. X, 591. — 381. Conf. Liv. XXII, 18, et Polyb. III, 94. — *gressus preme-*

Ad patrios veneranda Deos : tum, versus ad Urbem,
Adloquitur juvenem, cui mos tramittere signa
Et belli summam primasque jubebat habenas,
Atque his præformat dictis, fingitque monendo :
« Si factis nondum, Minuci, te cauta probare
Erudiit Fortuna meis; nec ducere verba
Ad verum decus, ac pravis arcere valebunt.
Vidisti clausum Hannibalem : nil miles et alæ
Juvere, aut densis legio conferta maniplis.
Testor te, solus clausi; nec deinde morabor.
Dîs sine me libare dapem et solennia ferre :
Hunc iterum atque iterum vinctum vel montibus altis,
Amnibus aut rapidis (modo pugna absistite) tradam.

382. *celebranda* et *versus adultum* maluerit N. Heins. — 383. *tramittere*, non *transmittere*, scripti; conf. ad IV, 487. — 386. *Minuci*, non *Minuti*, in scriptis omnibusque illius gentis nummis; etsi in priscis marmor. utrumque reperitur : Μινούκιος dicitur Polyb. III, 87, Appian. Hannib. c 12 seqq. Plut. vit. Fabii et aliis. — 391. Versus hic spurios putidosque videbatur N. Heins. et, qui uncinis eum inclusit, Drakenborchio; quod contra putat Lefeb. qui cum verbis *nec deinde morabor* comparat Liviana XXII, 25, *propediem effecturum*, ut *sciant homines*, etc. Minus forte displicebit omniaque melius procedent, si v. 393, *Tunc* (quod tacite a Lefeb. quem Ernesti secutus est, nunc editum video), scil. quum rediero, ut v. 391, *deinde* refinxeris. Pro vulg. *Nunc* ex Col. *Hunc* (ut v. 401) recepi : sed illud præstat. Tum sententia v. 393 hæc est : *Interea*, quamdiu absens fuero, saluti erit ægræ reip. cum hoste non conflixisse. Sed vide notas.

ret, pressisset; quod fecit, donec in Larinate agro castra communiret. — *sacra* gentis Fabiæ, in colle Quirinali obeunda, quæ ne in bello quidem intermitti fas erat. Vid. Val. Max. I, 1, 11, et Liv. V, 46 et 52. An publica sacra sunt intelligenda, quum Fabius b. Punico II, non modo quinquies consul, sed etiam pontifex, et XLII, vel LXII annos augur fuerit? vid. Liv. XXX, 26; Val. Max. VIII, XIII, 3; Plin. VII, 48.

383, 384. Intell. magistrum equitum, *cui tramittere signa* h. e. summum imperium tradere, absente dictatore, *mos jubebat*; quod Barthium et Cell. non vidisse mireris. Ille monet, *jubere rem alicui* dici pro, imperare ei, ut ap. Claud. laud. Stilic III, 85 : hic jungit *jubebat habenas*, scilicet capere, ut *regem jussit*, scilicet creari apud Liv. I, 22. — 385. *præformat*, h. e. antea format, et *fingit monendo*. Conf. ad I, 441.

386. *cauta*, consilia, *probare*, et *pravis*, temerariis audacibusque præferre. — 387. *verba*, monita mea. — 392. *solennia* sacra, *solenne ac statum sacrificium*, ap. Cic. Tusc. I, 41. — 393 sq. *vinctum tradam*,

Interea (crede experto, non fallimus) ægris
Nil movisse salus rebus : sit gloria multis,
Et placeat, quippe egregium, prosternere ferro
Hostem; sed Fabio sit vos servasse triumphus.
Plena tibi castra atque intactus vulnere miles
Creditur : hos nobis (erit hæc tibi gloria) redde.
Jam cernes Libycum hunc vallo adsultare leonem,
Jam prædas obferre tibi, jam vertere terga,
Respectantem adeo, atque iras cum fraude coquentem.
Claude, oro, castra, et cunctas spes eripe pugnæ.
Hæc monuisse satis : sed si compescere corda
Non datur oranti, magno te jure pioque
Dictator capere arma veto. » Sic castra relinquens
Vallarat monitis, ac se referebat ad Urbem.
Ecce autem flatu classis Phœnissa secundo

395. Parenthesin addidit N. Heins. *fallimus*, non *fallimur* Colon. — 396. Vulgo comma post *rebus*, et punctum post *placeat* ponitur, quod mutavit Burmann. — 398. *sic vos servasse* Colon. et Oxon. quod recepit Drak. Vulgo *sit vos servar.* Tò *sit* cum Lef. retinui, suadente Burm. *Sat Fabio cives servasse triumphi est*, vel *Stet F. cives s. triumphus* suspic. N. Heins. coll. v. 224: *sic*, h. e. nil movendo, cunctando, restituit Lenz, pro *sit*. — 400. *has nobis erit hæc tibi gloria reddi* conj. N. Heins., et aliud præterea mendum latere putabat, quum τὸ *gloria* jam præcesserit : *vobis* Colon. et *se* pro *tibi*, ut *sed* in R. 2, unde *sat* refinxit Lefeb. Mihi in mentem venit legere *hos nobis*, *erit hæc si gloria redde*, etsi vulgata quoque ferri potest. — 401. *hunc*, non *huic*, scripti. — 408. *monitus* ed. Dausq.

includam. — 395. Summa ἀντίθεσις in his vss. — *Interea*, ut alibi *interim*, pro *interdum*, h. l. (et ap. Sen. Cons. ad Marc. c. 2; Quinctil. Inst. Or. II, 3, aliisque locis, a Gron. ad Sen. de Ben. V, 42, et Pric. ad Appol. Met. IX, p. 532, excitatis) positum non male putabat Drak. quia Silius expresserit Liv. XXII, 18, extr. « Medicos quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficere. » Cf. V. L. — *crede experto*, ut ap. Virg. Æn. XI, 283, et Ov. A. Amat. III, 511; Drak. — 396. Comparant Fabii verba ap. Liv. XXII, 25.

397. *quippe*, v. ad V, 117. — 401. *leonem*, ut ap. Hor. Od. III, 11, 11; cf. Hom. Iliad. ϵ, 592, 630; ϖ, 41, et sup. I, 569. — 403. *iras coquentem*, vid. ad II, 327; onde *recocti* adpellantur homines subdoli, quinque premere, quod sentiunt, ad maturam occasionem possunt. Ern. — 406. *jure pio*, quo in salutem patriæ utor, vel potius jure æquo, potestate justa, ut *pium bellum* XV, 162; *justum piumque bellum*, Liv. XXXIX, 36; XLII, 23; *jusque piumque*, Ovid. Art. I, 200, et Her. VIII, 4. — *jure pio*, sancto summi magistratus; Lenz. — 408. *Vallarat*, tuta fecerat.

Litora Caietæ, Læstrygoniosque recessus
Sulcabat rostris, portusque intrarat apertos,
Ac totus multo spumabat remige pontus;
Quum trepidæ fremitu vitreis e sedibus antri
Æquoreæ pelago simul emersere sorores,
Ac possessa vident infestis litora proris.
Tum magno perculsa metu Nereia turba,
Adtonitæ propere refluunt ad limina nota,
Teleboum medio surgunt qua regna profundo,

vitiose. — 411. *intrarat* scripti et R. 2. Vulgatum *intrabat* servavit Lefeb. qui v. 412, *tortus* tacite reposuit ex ingeniosa et admodum probabili emend. N. Heins. quem vid. ad Val. Fl. IV, 657, et ad Catull. LXV, 13. Possis et *motus* scribere. — 413. *vitrei se sedibus antri... emersere* conj. N. Heins. quem cf. ad Ovid. Fast. III, 367. Id recepit Cell. et prob. Draken. Conf. sup. ad v. 355. — 415. *At* Put. unde *Ut* suspic. N. Heins. — 416. *perculsa* e scriptis et R. 2, recepi, non inprob. Drak. Vulgata lectio *percussa* præferenda videbatur N. Heins. Sed vid. ad II, 213. — 417. *properæque fluunt* volebat N. Heins. coll. III, 412; *limina*, h. e. antrum Protei, non *litora*, quæ vox modo præcesserat, omnes scripti. — 418. *Teleboum*

409. Hæc classis Punica videtur eadem esse, quæ primo in Sardiniam, et deinde Pisas in Italia, ubi, qui in ea erant, Hannibali se conjungi posse speraverant, adpulit, sed classe Cn. Servilii conspecta, cursum repetiit, teste Polyb. III, 96. — 410. Vid. ad v. 276.

413. Pulcherrimum ornatissimumque episodium, cui magnam poeta suavitatem adfudit imitatione, Virg. Ge. IV, 387... 529. Forte etiam ante oculos habuit, Hom. Odyss. δ, 384 sq. Sed quorsum illud inseruerit, vix adsequaris, nisi forte eo efficere voluit, ut lectores tum docerentur, cur Venus tantopere Romanorum partibus faveat perpetuoque rebus ab illis gerendis intersit, tum ad summam quidem, huic populo imminentem cladem, sed finem quoque malorum et splendidas, tunc a Scipione Africano, patriæ vindice, agendas, partes præpararentur; unde iterum in subsidium adhibet vaticinium, ut I, 125 (ubi vid. not.), et III, 570 sq.; ubi eadem arte legentium animos sensusque ad Scipionem juvenem inclinaverat, v. 590 sq., ut ad Fabium VI, 613 sq. Poeta tamen melius forte carminis dignitati prospexisset, si narrationi cladis Cannensis hoc episodium subjunxisset, et tum animos lectorum, inpr. Romanorum, magna exspectatione suspensos et adflictos, brevi rerum futurarum indicio recreasset: nisi potius omnino ejusmodi vaticiniis animi adtentio magis infringitur, quam excitatur. — *vitreis sedibus antri*, vid. ad IV, 344, in V. L. et Heyne ad Virg. Ge. IV, 363.

416. *Nereia turba* Νηρηΐδες, de quibus, vid. Apollod. I, II, 7, et ad eum Heyne, p. 27 sq. — 418. *Teleboum regna*, ut ap. Virg. Æneid.

Pumiceæque procul sedes : immanis in antro
Conditur abrupto Proteus, ac spumea late
Cautibus objectis rejectat cærula vates.
Is postquam (sat gnarus enim rerumque metusque)
Per varias lusit formas, et terruit atri
Serpentis squamis, horrendaque sibila torsit,
Aut fremuit torvo mutatus membra leone,
« Dicite, ait, quæ causa viæ? quisve ora repente
Pervasit pallor? cur scire futura libido? »
Ad quæ Cymodoce, Nympharum maxima natu
Italidum : « Nosti nostros, præsage, timores.
Quid Tyriæ classes ereptaque litora nobis
Portendunt? num migrantur Rhœteia regna

regna ex emendat. N. Heins. recepi cum Lefeb. vid. not. *Teleboa* Oxon. Vulgo *Teleboi*, quod ex *Telebou* ortum videtur. *Telebois* non male corrig. Dansq. et sic tacite edidit Cell. — 421. *despectat* emend. N. Heins. prob. Drakenb. Vulgatam scripturam Lefeb. defendit his verbis : « Inepte Heins. *despectat*. Non capit. *Rejectat* verbum grave pro rejicit, repellit, objiciendo cautes. Fucum sibi facit Drak. qui hanc emend. probat, et absurde citat Stat. Th. II, 35, nam illi *stat sublimis* recte præcedit *despicit* : at in Silio quomodo *despectabit*, qui *conditur in imo antro* »? Inconcinna certe verba *objectis rejectat*, et incondito ad aurem sono. Forte leg. *receptat*, vel *reflectit*; nisi malis *Cautibus obversis*. *Cautes* vero *objectæ* sunt forsan utrimque sibi oppositæ et procurrentes, ut ap. Virg. Æn. I, 160 sq. et III, 534. Ceterum Silius h. l. expressit Virgil. Ge. IV, 422. — 425. *At* primus dedit Nicander : *Et* vero Wolf. in Basil. — 428. *Cymothoe* ex c. Tell. et R. 2, recepit Lefeb. Conf. III, 58. — 430. *obsessaque* Put. unde *obsessaque l. nautis* conj. N. Heins. et v. 434, *Calpes antra*, h. e. antrum Phorcydis et Gorgonum ad Calpen : quod probat Drak. et recepit Lefeb. Conf. ad II, 59. Sed vulgata lectio doctior,

VII, 735. Capreæ ins. (hod. *Capri*) ad sinum Neapolit. et Sirenum scopulos, ex adverso Surrenti, cujus incolæ Teleboæ et rex Theron. Cf. VIII, 541; XIV, 443; Strab. V, p. 171; Sueton. Tiber. c. 40, 43; Tac. Ann. IV, 67; Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 733 sq., p. 140, et ad Apollod. II, iv, 5, p. 312; Cluver. Ital. ant. IV, p. 1168. Ibi antrum *pumiceum*, *sedes* Protei, quæ etiam in Pharo, Ægypti ins. et in Pallene Thessaliæ ei adsignatur; vid. Burm. ad Val. Fl. II, 318; Heyne ad Virg. Ge. IV, 387; Æn. XI, 262, et ad Apollod. p. 385.

419 sq. *antro abrupto*, doctius *pendentia pumice tecta*, ap. Virg. Ge. IV, 374; conf. ibid. v. 418.

422 sq. Cf. Virg. Ge. IV, 396... 414, 440 seq., et ibid. Heyne ad v. 387; it. Clariss. Hermann Myth. Hom. et Hesiod. p. 411, 412.

424. *sibila torsit*, ut IX, 443, et ap. Val. Fl. VII, 525, et Prop. IV, viii, 8; cf. ad IV, 278. — 428. Cf. Virg. Ge. IV, 338; Æn. V, 826, inpr. X, 225. — 431. *num regna*

In Libyam Superis? aut hos Sarranus habebit
Navita jam portus? patria num sede fugatæ
Atlantem et Calpen extrema habitabimus antra? »
Tum sic involvens repetita exordia retro
Incipit ambiguus vates, reseratque futura :
« Laomedonteus Phrygia quum sedit in Ida
Pastor, et, errantes dumosa per avia tauros

et per adpositionem explicanda videtor. *Pœnis* pro *nobis* malebat Withof. — 435. *evolvens*, h. e. expooeos, corrig. N. Heius. coll. v. 494, suffrag. Drak. quum *involvere futura* significet, verbis obscuris et intricatis ambagibus ea prædicere, et Proteus noa obscure h. l., sed clare, ut semper, vaticinetur. Male, judice Lefeb. cujus hæc nota est : « Ineptissime *evolvens* Heinsius; non capit. Dic, connectens præterita et futora, iocipit a præteritis, et tandem reserat futora. » — 437. *Ide* rescripsit Lefeb. ex auctoritate codicis, aescio cujus, unde et v. 465, *Iden* edidit.

Rhœteia, h. e. Romana (vid. ad. I, 115). — *Superis migrantur*, h. e. a diis transferuntur? Nam *migro* active est migrare facio, transfero, ut ap. Liv. X, 34, extr.; Gell. II, 29, et, quem Draken. laudat, Cic. Off. I, 10, ubi vid. Intpp. — 432. *Sarranus*, vid. ad I, 72. — 434. *antra*, judice Dausq., in Libyæ insula, quam Triton amnis circumdat. Cf. Diodor. III, 69. Sed vid. V. L.

436. *ambiguus vates* potest esse *obscuris vera involvens*, ut utar verbis Virgil. Æn. VI, 100. Sed quia clare loquitur Proteus, varias potius, quas induit, formas innui censet Drak. ut ap. Ovid. Met. II, 9; ἀλλοφάνια εἴδως, Hom. Odyss. δ, 460; cf. Burm. ad Val. Fl. II, 318, et ad Ovid. Amor. III, xII, 28. Schmidio videtur ut epitheton vatis solenne adcipiendum, quod non semper aptam suo loco vim habeat, qualia multa sint apud poetas. — *reserare*, ut *recludere* I, 19.

437. Fabula de judicio Paridis, quam in posterioris ævi commentis numerat Hemsterh. ad Lucian. T. I, p. 253, a. (ubi versus Hom. Iliad. ω, 28... 30, pro panno, a mala manu adsuto, habet, refrag. Scalig. Poetic. V, 3, extr.), vel tironibus nota est; vid. Hygin. f. 92; Lycophr. v. 90 sq.; Eurip. Troad. v. 925 sq., et Lucian. Dial. Deor. 16 et 20. — *Laomed.* Trojanus, ut VIII, 172. — *sedit*, ut ap. Sen. Agam. 730, et Stat. Silv. I, II, 44; nam proprium est judicum; Drak. Cf. Intpp. ad Phædr. I, x, 6, et Ernesti Clav. Cic. Ex marm. et nummo Paridem coram deabus sedentem nobis exhibuit Drak.; vid. ad v. 447, in V. L. Cf. etiam Beger. Th. Br. T. I, p. 43, et Moutf. Antiq. expl. T. I, p. 1, pl. 108. — *in Ida*, et quidem in ejus cacumine, Gargaro, teste Luciano. Locum ipsum Καλλικολώνην dictum tradit Schol. ad Hom. Iliad. υ, 3, et Ἀλεξάνδρειαν, Steph. Byz. h. v. — 438. *Pastor*, Paris, quem olim expositum pastores in Ida educasse dicuntur. — *errantes*, pascentes, ut ap. Virg. Ecl. I, 9; Æn. I, 185, et Hor. Epod.

Arguta revocans ad roscida pascua canna,
Audivit sacræ lentus certamina formæ:
Tum matris currus niveos agitabat olores,
Tempora sollicitus litis servasse, Cupido.
Parvulus ex humero corytos, et aureus arcus
Fulgebat, nutuque vetans trepidare parentem,
Monstrabat gravidam telis se ferre pharetram.
Ast alius nivea comebat fronte capillos,
Purpureos alius vestis religabat amictus,

441. *curru* et mox *liti* emend. N. Heins. Sed *recte olores currus* jungit Drakenb. et *servasse* pro observasse positum adcipit, vid. ad III, 380. — 443. *corytos*, non *coritus*, Oxon. et Put. cum priscis edd. *coritos* R. 1, et Med. — 447. Vulgo post *Purpureos* distinguunt, et tum *capilli purpurei* sunt pulchri, ut πορφύρεαι χαῖται ap. Anacr. XXVIII, 11 et al. vid. sup. not. ad v. 195. Sed *purpureos amictus* jungebat N. Heins. et ingeniose conj. *cesto*, vel *cesti* pro *vestis*, probb. Drak. qui maxime in hoc judicio Venerem cesto opus habuisse putabat, ut nempe magicis ejus illecebris animum Paridis in suas partes pelliceret. Notus est κεστὸς Veneris, cingulum, ex locis class. Hom. Il. ξ, 214 sqq. et Claud. de nupt. II, 12. — 439. *Arguta canna*, canoro calamo.

440. *lentus*, vid. ad II, 489. — *sacræ*, divinæ, ut v. 463, 469; ἱερὸν αἷμα, ap. Bion. Id. I, 22. — 441. *olores*, vid. a Drak. laud. Barth. ad Stat. Silv. I, II, 142, et cf. *Pitture d'Ercol.* T. I, *tav.* 10. Passeres quoque (vid. Ill. Harles. Anthol. Gr. poet. p. 203), vel columbas in numm. antt. nonnunquam et leones (v. c. ap. Beger. Thes. Brand. T. I, p. 170) ejus currui junctos videmus. — 442. Sollicite observabat tempus illud, ne, si Venus serior venisset, crederetur male de forma sua præsumsisse, aut aliis victoriam cessisse; Drak.

443 sq. Ἔρως ap. Mosch. Id. I, 18 sq.: τόξον ἔχει μάλα βαιὸν, τυτθὸν τὸ βέλεμνον, καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον. — 445. *Monstrabat*, etc. quo innuit, se facile Paridem amore inflammare animumque ejus matri conciliare posse. — *gravidam telis pharetram*, ut ap. Hor. Od. I, XXII, 3; cf. Heins. ad Ovid. Met. I, 443.

446. De Veneris in ornanda coma studio docte et copiose disputat Spanh. ad Callim. H. in Pall. v. 17, 21, 22 et 31. — 446. *alius... alius*, ut ap. Bion. Id. I, 80 sq., nam ὀπαδοὶ Ἀφροδίτης sunt multi Ἔρωτες, Νυμφῶν παῖδες, τυτθοὶ omnes; unde *agmen Amorum* ap. Stat. Silv. I, II, 54; *turba Veneris* inf. XI, 397; *exercitus* Cupidinum, ibid. v. 413, et ap. Val. Flacc. VI, 457, ubi v. Burm. Ab his diversi Veneris *nati*, v. 449, et XI, 390. Ἔρως et Ἀντέρως, vel Ἔρως et Ἵμερος, quibus Pausan. Att. 43, Πόθον addit. Vid. Cic. N. D. c. 23, et Jani ad Hor. Od. I, II, 34; XIX, 1. Ceterum eandem operam, quam Cupidines h. l. præstant, Nymphis tribuit Claud. loco insigni Nupt. Hon. et Mariæ, v. 49 sq.

447. *Purpureos alius*, πορφύρεον

Quum sic suspirans roseo Venus ore decoros
Adloquitur natos : « Testis certissima vestræ
« Ecce dies pietatis adest : quis credere salvis
« Hoc ausit vobis? de forma atque ore (quid ultra
« Jam superest rerum?) certat Venus : omnia parvis
« Si mea tela dedi blando medicata veneno,

Hon. et Mar. 124 sq. Conf. Heins. ad Claud. nupt. Pall. et Celer. v. 6; Broukh. ad Tibull. I, IX, 5; Rigalt. ad Onosandr. p. 25; Alberti ad Hesych. T. II, p. 239, et Winckelm. *Gesch. der Kunst* P. I, pag. 198. Sed ex vulgata scriptura eadem, puto, sententia exoritur; vid. not. et Virg. Æn. I, 404; ubi conf. Heyne. In alia omnia discedit Lefeb. qui hæc adnotavit : « Nil intellectum hic Heinsio et Draken. 1° Referunt *purpureos* ad *amictus*; sed *p. crines* sunt *croceæ comæ* in Ovid. A. A. I, 530; citante Cl. Ruhnken. ad hymn. Pseudhomer, v. 177, ubi χαίτας ἀρόχνια ἄνθει ὁμοίας. 2° Legendum erat *vestis amictum*, pleonast. ut *tegmine vestis* I, 673, pro veste. 3° *Religabat* valet hic *solvebat*, vel ut in Ovid. A. A. I, 529, *recingebat*, laxabat. Hoc sensu diserte occurrit in Catull. LXII, 84; (ubi v. 76, voce *resolvens* explicatur) ej. Argonaut. v. 174; Horat. Od. II, II, 24; coll. Virg. Æn. I, 320, 323. 4° Frustra vult Heinsius *cesti*. Sat intelligitur jam poeta verbo *religare*. 5° Incaute Drak. vult, ut Venus cingatur suo cestu. Nam traditio mythica nos docet, Deas tres ipsas Pastori omnino nudas patuisse. Nec aliud dicit Prop. II, II, 14. Jam vero quare zona sine tunica? Nec aliud exhibet numisma in Drak. ære incisum. Alia plura adferre possem e sola historia Augusta Itali Angeloni, in qua Venus victrix nuda sine zona occurrit, licet semel cum tunica, et cincta, manu pomum gerens, ut amictum subtilem induta, sed sine zona, in magno marmore, quod Draken. incidi curavit; sed hoc pudoris ergo factum a sculptore. « Vid. nummum ap. Morell. specim. rei numar. tab. XI, et marmor ap. Beger. Spicileg. Antiq. p. 135. Nodæ etiam, Gratiarum instar, sunt Deæ in lapide Maffei *Gemme antiche*, T. IV, t. 2, et apud quosdam poetas, quos Spanh. ad Callim. H. in Pall. v. 53, laudavit; sed, teste eodem, amictæ, seu stolatæ in aliquot monumm. antt. Vid. v. e. Begeri Thes. Brandenb. T. I, p. 43, et Montfauc. *Antiq expliq*. T. I, P. I, pl. 108. Id quoque a poetis tradi solet, et Palladis certe verecundiæ magis convenit. Præterea verbum *religare* sensu solvendi non nisi ap. Catull. reperitur, et vulgaris ejus vis huic loco satis apta est. Plura ad observatt Lefeb. respondere, nec vacat, nec opus est. Ceterum *vesti* conj. Schmid. — 451. φᾶρος Bion. Id. I, 3. — *vestis religabat amictus*, h. e. vestem ligabat sc. cesto. Drak. monet, *amictum vestis* etiam capi posse id, quod vesti superinjiciatur, quum *vestes* sint interiora corporis tegumenta, *amictus* vero superiora, de quo vid. Brouk. ad Tibull. I, IX (al. 8.), 13. Similiter Venerem exornant Gratiæ, ejus ministræ, venustatisque conciliatrices, apud Hom. H. in Vener. v. 61 sqq., et Claudian. de Nupt. Honor. et Mar. Carm. X, vers. 100 seq. De Venere autem, fingendis disponendisque crinibus operam dante, locus class. est Apollon. III, 45 sqq. — 448. *roseo ore*, ut *purpureo* ap. Hor. Od. III, III, 12 : ῥοδίνα παρειὰ, Παφία ῥοδέα, vel ῥοδόχρους Ἀφροδίτα ap. Anacr. XXIX, 18, et LIII, 22, ubi vid. Cl. Fischer. Cf. sup. ad I, 577, et Kœppen ad Hom. Iliad. Θ, 1.

453. *medicare*, inficere, obline-

« Si vester, cælo ac terris qui fœdera sancit,
» Stat supplex, quum vultis, avus; victoria nostra
« Cypron Idumæas referat de Pallade palmas,
» De Junone Paphos centum mihi fumet in aris. »
Dumque hic aligeris instat Cytherea, sonabat
Omne nemus gradiente Dea; jam bellica virgo,
Ægide deposita, atque adsuetum casside crinem

Si modo maluerit N. Heins. et v. 455, *victoria nostram Cypron*. — 457. *De*, non *Et*, Col. — 458. *hic* R. 1, 3, Parm. Med. non improb. N. Heins. unde id recepit Drak. Ille tamen conj. *hoc*, hac oratione; hic vero *his*, quod et nobis in mentem venit. Possis et *Dumque his aligeros instat*. Vulgo *hæc*; quod Dausq. exponit τάδε, coll. Virg. Æn. VIII, 433. Marsus Cupidinibus instando hæc dicit.

re, ut XIII, 197. Cf. Heyne ad Virg. Ge. I, 193; IV, 65. — *blando*, μειλίχῳ, *veneno* et *telis*, eo unctis, comparantur vis amoris, et, quæ eum excitant, oscula, etc. quod multis exemplis docuit *Dorville* ad Chariton. T. II, p. 203: τὸ φίλημα καθάπερ ἰὸς εἰς τὰ σπλάγχνα κατεδύετο, ibid. T. I, p. 24; τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί, Mosch. Id. I, 27, ubi vid. Ill. Harles. in Anthol. Gr. p. 129. Ἀκίδας ἔβαπτε Κύπρις, Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα. Ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν, Anacr. XLV, 5 sq., ubi vid. Fischer V. C. cf. sup. ad V, 19, et Cl. Barth. ad Prop. II, XII, 13... 19.

454. Ornate pro, si ipse Jupiter *supplex stat*, se victum vobis tradit, a vobis vinci potest; facite, ut victoriam de Pallade et Junone reportem. Ἔρως κρατεῖ πάντων τῶν θεῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διός Chariton. VI, 3; Ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης, Ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει, Anacr. LVIII, 4, ubi vid. Fischer. Cf. et Hom. H. in Ven. v. 34 sq., et alia loca ap. Rittershus. ad Oppiani Cyn. 410. — *fœdera*, leges, ut ap. Virg. Ge. I, 60, et Æn. I, 62. — 456. *Idumæas referat palmas*, ut ap. Virg. Ge. III, 12, ubi vid. Heyne. Cf. ad III, 600. — *Cyprus* ins. ejosque urbs *Paphos* sacra Veneri, quæ inde Κύπρις, Κυπρογένεια, Παφίη, *Cypria*, *Paphia*, dicitur; vid. Hesiod. Theog. v. 199; Spanh. ad Callim. H. in Del. v. 21; Jani ad Hor. Od. I, III, 1; XXX, 1.

457. Præivit iterum Virg. Æn. I, 415 sq., ubi vid. Heyne.

458. Egregii versus ob dilectum verborum, et singulæ deæ suis veluti notis insignitæ repræsentationem. — *instat*, precibus eos fatigat. — *aligeri*, ὑπόπτεροι Ἔρωτες, de quo vid. pulcherr. loca Bion. Id. IX, 6, 7 (ubi vid. Schwebel.); Mosch. I, 16, et Longi Pastor. II, p. 33 sq., ubi cf. Moll. p. 40 sq. — *sonabat*, etc. Cf. ad IV, 442 sq.

459 sq. Alia species Palladis, ad terrorem incutiendum adcommodata, adumbratur IX, 442 sq., 461 sq., et Hom. Iliad. 1, 733 sq. Eam in ipso Paridis judicio retinuit, testibus, a Drak. jam laudatis, Appul. Met. X, p. 233, et Callim. H. in Pall. v. 18 sq., ubi Spanhem. monet, tres deas minus sapienter comtas exhiberi ab Eurip. Helen. 682 sq., et Androm. 283; it. in An-

Involvi tum comta tamen, pacemque serenis
Condiscens oculis, ibat, lucoque ferebat
Prædicto sacræ vestigia concita plantæ.
Parte alia intrabat jussis Saturnia silvis,
Judicium Phrygis et fastus pastoris et Iden
Post fratris latura toros : postrema nitenti
Adfulsit vultu ridens Venus : omnia circa
Et nemora et penitus frondosis rupibus antra
Spirantem sacro traxerunt vertice odorem.

461. *Involvit* quotquot noti sunt libri, *Involvi* est ex emendat. Gronov. Obss. I, 17, et N. Heins. qui tamen *comta manu* maluerit, *tamen* Oxon. et omnes editi, præter Basil. Colin. et Dausq. qui *comam* habent, *non comta tamen* conj. Barth. Adv. I, 13. — 462. *Connivens* retinuit Nicander, et v. 464, *jussas silvas*, de quo vid. ad VI, 498. — 465. *Idem*, non *Idam*, scripsi, unde *Iden* reposui, suadente N. Heins. quod et tacitus fecit Lefeb.

thol. IV, 19, epigr. 37. — 461. *pacem*, mansuetudinem et hilaritatem, (conf. ad VI, 168) *serenis*, placidis, (ut XIV, 81). — 462. *oculis Condiscens*, adsumens, (ut, monente Drak. *discere consortia*, ap. Claud. R. P. II, 368, ubi vid. Heins.) præclare, si severitatem torvamque bellicæ deæ faciem cogitaveris. Ipsa autem verba, quod Gron. Obss. I, 17, docet, ab histrionibus petita, qui gestus discunt et meditantur, quos deinde in scena agunt.

465. Judicium superbi pastoris in Ida post Jovis conjugium perlatura; ei se submissura, quamvis connubio digna adeoque pulcherrima ab ipso Jove judicata esset, et sic summum formæ præmium tulisset. Cellar. exponit : judicium Paridis propter conjugium Jovis contemnens. Sic quoque Ernesti; quia Junonis perpetuus character sit, majestate sua commovere. Enimvero eam non sprevisse judicis sententiam, sed hanc potius causam fuisse excidii Trojani et omnium malorum bellorumque, quibus postea tam Trojani, quam ab his oriundi Romani ira Junonis et Palladis adflicti sint, intelligitur ex v. 472 sq., et Virgiliana expositione, Æneid. I, 26. Ed.

466. Dulcissimi versus! *nitenti vultu ridens*, ut *dulce adridens* XI, 392 : Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη, Hom. Il. γ, 424; δ, 10, al.; *ἡδὺ γελοιήσασα*, et *ἐφ' ἱμερτῷ δὲ προσώπῳ αἰεὶ μειδιάει*, Hom. H. in Ven. I, 49; III, 2; *μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ* Sapph. II, 14; cf. Hesiod. Theog. 205, et Heins. ad Ovid. Met. X, 558. — 467. *Adfulsit*, præclare pro adparuit, quoniam et dii insolito aliquo splendore in conspectum veniunt, et Venus dearum pulcherrima est; vid. Jani ad Hor. Od. IV, v, 6, 7.

468 sq. Ornatius extulit Maroniana Æn. I, 402 sq., ubi vid. Heyne et in Exc. XIII. Virgilio forte præivit Hesiod. Scut. H. v. 7, 8: Τῆς (Alcmenæ) *καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων Τοῖον ἄηθ', οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης*. Theogn.,

Nec judex sedisse valet, fessique nitoris
Luce cadunt oculi, ac metuit dubitasse videri.
Sed victæ fera bella Deæ vexere per æquor,
Atque excisa suo pariter cum judice Troja.
Tum pius Æneas, terris jactatus et undis,
Dardanios Itala posuit tellure Penates.
Dum cete ponto innabunt, dum sidera cælo
Lucebunt, dum sol Indo se litore tollet,
Hic regna, et nullæ regnis per secula metæ.
At vos, o natæ, currit dum inmobile filum,
Hadriaci fugite infaustas Sasonis arenas.
Sanguineis tumidus ponto miscebitur undis
Aufidus, et rubros inpellet in æquora fluctus;

473. Vulgg. *Troja est*. Sed secutus sum cod. Col. et Ox. qui verbum substantivum omittunt. — 474. *unda* antt. edd. — 476. *ponto innabunt*, non *innabunt ponto*, Colon. *ponto vivent* R. 1, Med. et al. — 477. *limine* conj. Burm. ad Ovid. Am. II, VI, 1, notante Cl. Ernesti. — 480. *Sasonis*, non *Sassonis*, Col. ut etiam IX, 469, et ap. Plin. III, extr. Mel. II, 7; Lucan. II, 627; V, 650; Æthic. et in Tab. Peuting. Σάσων dicitur Polib. V, 110, et Strab. VI, p. 194; Σασὼν Scylaci p. 10 et 22; Σασὼ Ptol. III, 13.

v. 8 sq., de Apolline, Πᾶσα μὲν ἐκλάσθη Δῆλος ἀπειρεσίη Ὀδμῆς ἀμβροσίης· ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη, Γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

470, 471. Conf. Hom. Iliad. γ, 396 sq., et H. in Ven. v. 182 seq. — *oculi fessi*, quorum aciem nitor deæ hebetaverat. Cf. ad III, 538. Non diu ferre poterant adspectum pulchræ deæ, nimia luce coruscantis, ut ex Argonautis οὐδέ τις ἔτλη Ἀντίον αὐγάσσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο, h. e. Apollinis, ap. Apollon. II, 683. — *metuit dubitasse videri*. Ne dubitasse videretur, confestim Venerem formosissimam judicavit, eique aureum malum dedit; Drak.

472. *bella vexere*, Græcos adduxere Trojam.

474, 475. Vid. Heyne, Exc. XII, ad Virg. Æn. I, 378, et Exc. IX, ad Æn. II, 293; cf. sup. ad I, 43. — *terris jactatus et undis*, ex Virg. Æn. I, 3. — 476, 477. Orationis color similis Maronianæ, Ecl. V, 76 sq., et Æn. I, 607 sq., ubi vid. Cerda. — *Indo litore*, cf. Tibull. II, III, 56, et IV, II. 20. — 478. Hæc sumsit a Virg. Æn. I, 278, 279.

479. Descriptio pugnæ Cannensis. Cf. ad I, 50 sq. — *natæ* Nerei. — *currit inmobile filum* Parcarum, fatum inmutabile. Cf. ad v. 307. Quamdiu adversa Romanorum fata durant. — 480. Conf. IX, 469. — *Sason* parva ins. maris Ionii, seu *Hadriatici*, in quod Aufidus, Cannensi clade nobilitatus, finit. Cf. I, 52 sq. Sason inter Epirum et Brundusium, *humilis vadis*, unde *æquore perfunditur*, teste Lucano; vid. V. L. et Palmer. Antiq. Græc. I, 33.

Damnatoque Deûm quondam per carmina campo
Ætolæ rursus Teucris pugnabitis umbræ.
Punica Romuleos quatient mox spicula muros,
Multaque Hasdrubalis fulgebit strage Metaurus.
Hinc ille. e furto genitus, patruique piabit
Idem ultor patrisque necem : tum litus Elissæ
Inplebit flammis, avelletque Itala Pœnum
Viscera torrentem, et propriis superabit in oris.
Huic Carthago armis, huic Africa nomine cedet.

486. *Multaque*, non *Multa quoque*, Col. et Ox. *lugebit*, vel potius *turgebit* (ut *tumidus* v. 481) emend. N. Heins. Sed vid. not. *Mataurus* Col. ut et VIII, 449; XV, 559, et, quos N. Heins. laudat, Mel. II, 4, in MSS., Stephan. Μάταυρος πόλις Σικελίας, Gruter. p. CLXI, et Antonin. in Itiner. *Mataurum flmen.* Sed Μέταυρος dicitor Strab. VI. p. 177; Livio, Plinio, Horat. Claud. Lucano et aliis. Conf. ad IV, 187. — 487. *in furto* Col. quod recepit Lefeb. *Hinc Jovis e furto*, vel *Ille Jovis furto hinc y.* suspic. N. Heins. et v. 490, *torquentem*.

— 483. *carmina* Marciana vulgo intelligunt propter locum Livii XXV, 12; sed Sibyllina Drak. coll. IX, 57 sq. — 484. *umbræ Ætolæ*, Diomedis, vid. ad I, 125. — *rursus Teucris pugnabitis*, quoniam Romani, a Trojanis oriundi, in campo Diomedis pugnabunt. Animo poetæ insidebat locus Virg. Æn. X, 26 et sqq.

485. Conf. XII, 507 sq. — 486. Conf. XV; 558 sq.; Liv. XXVII, 43 sq.; Flor. II, 6, et Hor. Od. IV, IV, 37 sq., ubi vid. Jani. — *Metaurus*, Umbriæ fl. (nunc *Metro*, seu *Metaro*) non confundendus cum Metauro in Bruttiis, quem errorem notavit quidem Hummel, sed nihilo secius per eum lapsus est, *Handbuch d. alten Erdbeschr.* T. I, P. II, p. 456 et 508. — *fulgebit*, clarus erit, vel potius, ut *flagrare sanguine* I, 126.

487. Hæc ad Scipionem Afric. spectant. — e *furto* Jovis *genitus*, σκότιος Hom. Iliad. ζ, 24, vid. ad IV, 476. *Furtum*, quidquid furtim, vel clam fit, hinc clandestini amores, furtivus concubitus. Sic φώριος εὐνὴ, ὑποκλέπτεσθαι εὐνὴν, σκοτίσσαν ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτην, D. Heins. — *patruique*, Cn. Corn. Scipionis Calvi, *patrisque*, P. Corn. Scipionis, *necem piabit*, ut XV, 10. Cf. XIII, 382 sq., 671 sq. — 488. *litus Elissæ*, Carthaginiense, Africanum; vid. ad I, 81. — 489. *avelletque*, etc. Cf. III, 590 sq. — 490. *Viscera*, ut *medullæ* et *venæ*, (quæ verba jungit Cic. Phil. I, 15, et Catil. I, 13) partes intimæ. Conf. Intpp. ad Virg. Æn. VI, 834. — *torrentem*, ferro ignique vastantem, Drak. ad h. l. et ad VIII, 272. Sic *urere*, *exurere*, φλέγειν, φλέγεσθαι, vel πόλεμος ἄστυ ἀμφιδέδηε ap. Hom. Iliad. ζ, 329; μ, 35; ν, 736. Conf. Ind. et Gron. ad Sen. Phœniss. 560; Cl. Ernesti Glossar. Liv. voc. *urere*. — *propriis*, Libycis.

491. *huic Africa nomine cedet*, δεινῶς pro, Africani cognomen ad-

Hic dabit ex sese, qui tertia bella fatiget,
Et cinerem Libyæ ferat in Capitolia victor. »
  Quæ dum arcana Deûm vates evolvit in antro,
Jam monita et Fabium bellique equitumque magister
Exuerat mentem, ac præceps tendebat in hostem.
Pascere nec Pœnus pravum ac nutrire furorem
Deerat, et, ut parvo majora ad prælia damno
Eliceret, dabat interdum simulantia terga.
Non aliter, quam qui sparsa per stagna profundi
Evocat e liquidis piscem penetralibus esca,
Quumque levem summa vidit jam nare sub unda,
Ducit sinuato captivum ad litora lino.

496. *mente* pro *mentem* conj. Cell. et ex ed. Gryph. recepere Drakenb. et Lefeb. auctore N. Heins. Imo *κατὰ mentem:* quod certe minus durum est, quam si copulam *et* suppleas cum Cell. — 497. *nec Pœno deerat* ex Colon. recepit Drakenb. et impense arridebat N. Heins. qui male comparabat Valer. Flacc. lib. II, vers. 314. Equidem explicarem: *nec pascere Pœno deerat*, scilicet facultas, de quo vid. ad VI, 10. Sed aptior hoc loco vulgata lectio, quam reduxi cum Lefeb. *Nec deerat pascere*, vel *quin*, vel *quo minus pasceret;* nil intermisit, quo pasceret, nutriret, aleret perversam pugnandi cupiditatem, qua Minucius flagrabat. Locutio passim obvia, v. c. XI, 50; apud Prop. I, XVI, 7; Liv. XXVIII, 8, pr. Tac. Hist. IV, 11 (*nec deerat ipse complecti* in vulgg. edd.) et Ann. XIV, 39; *Pœnos* Oxon. *Pœnum* Put. *furorem*, scilicet bellandi. Col. R. 2; Benes. Conf. not. ad I, 32. Vulgo *favorem*, scilicet militum et vulgi, quem Minucius sibi conciliaverat, de quo vid. Liv. XXII, 25, extr. 27, pr. Polyb. III, 103. Sed alterum præstat. — 503. *sinuato captivum* omnes scripti, *sinnato* c. R. 2, *summato* c. Med. *Ducens summato* c. R. 1, *Ducens hamato c. ad l. ferro* Parm. et Benes. Vulgata scripcipiet. Cf. Liv. XXX, 45. — 492. Hujus Africani majoris filius, P. Corn. Scipio, adoptavit L. Æmilii Pauli filium, P. Corn. Scipionem Africanum minorem Æmilianum, qui b. Punicum III, finiet, Carthaginemque exscindet. — *dabit ex sese*, ut III, 625. — *fatiget*, vid. ad I, 63; II, 75. — 493. *cinerem Libyæ*, παθητικῶς, ut apud Virgilium, Æn. V, 787.

494. Retexitur filum narrationis, inde a v. 409, abruptum. — 495. Cf. Liv. XXII, 23 sq., et Polyb. III, 101, 102. — *monita* Fabii, vid. v. 385 sqq. — 496. *Exuere* aliquem *κατὰ mentem*, oblivisci, vel repudiare, ut *ἐκδύεσθαι τινά*, c. *magistrum* Tac. Ann. XIV, 52, extr. ubi vid. Ern. Contra *induere patrem* dixit Claud. Cons. Hon. III, 157. — 497. Cf. V. L. — 499. *dabat simulantia terga*, fugam simulabat. — 500 sq. Cf. V, 47 sq. — *stagna profundi*, vid. ad v. 282. — 502. *levem*, velociter natantem. Cf. ad III, 394. — 503. *sinuato*, ob motum et formam, epith. orn. — 504 sq., cf. Liv. XXII, 24, 25, et Polyb. III, 103

Fama furit, versos hostes, Pœnumque salutem
Invenisse fuga : liceat si vincere, finem
Promitti cladum : sed enim ditione carere
Virtutem, et pœnas vincentibus esse repostas;
Clausurum jam castra ducem, rursusque referri
Vaginæ jussurum enses, reddatur in armis
Ut ratio, et purget miles, cur vicerit hostem.
Hæc vulgus : nec non Patrum Saturnia mentes
Invidiæ stimulo fodit et popularibus auris.
Tunc indigna fide censent optandaque Pœno,
Quæ mox haud parvo luerent damnata periclo.
Dividitur miles; Fabioque equitumque magistro
Imperia æquantur penitus : cernebat, et expers
Irarum senior, magnas ne penderet alti
Erroris pœnas patria inconsulta, timebat.
Ac tum, multa putans secum, ut remeavit ab Urbe,
Partitus socias vires, vicina propinquis

tura *Ducit captivum sinuato*, cujus auctor metro haud dubie metuebat. Sed vid. ad III, 495; vel potius ad VI, 226; et X, 182, ubi eadem iterantur. Ed. — 509. *Vagina insuetos enses* Ox. et Put. — 510. *et* exstat in scriptis, R. 1, Parm. Med. Vulgo omittitur, prob. Lefeb. — 513. *Tum* opinor; vid. VI, 299. — 514. *luerint* malebat N. Heins. — 516. Ita distinxi cum Drak. suadente Burm. Vulgo *æquantur, penitus cernebat*, etc. *Spernebat* emend. N. Heins. Non male. Sed *Cedebat* verbis *expers irarum* aptius videtur. Pro *cernebat*, Withof. conj. *cedebat*, vel *temnebat*. Nec tamen plane respuebat vulg. lect. coll. sup. v. 268 sq.

504. *Fama furit*, ut *bacchatur* ap. Virg. Æn. IV, 666. — 505. Singula invidiose dicta in Fabium. — 506. *ditione*, vi ac potestate. Cf. Metilii et Fabii verba ap. Liv. XXII, 25. — 507. *Virtutem*, Minucium, virum fortem. — 510. *purget* se, rationem reddat. — 512. *stimulo fodit*, vid. ad I, 113, et sup. ad v. 271. — *aura popularis*, levis favor plebis; vid. Ern. Clav. Cic. at Jani ad Hor. Od. III, 11, 20.

513. Cf. Liv. XXII, 25... 27, et Polyb. III, 103.

516 sq. Non tam patienter eandem rem tulit L. Papirius Cursor, de quo vid. Liv. VIII, 30... 35. — *cernebat*, Cell. exponit, prævidit periculum; et Lefeb. « senex, expers irarum, quid agebat inconsulta patria, cernebat, et timebat, ne ipsa penderet, etc. » — 518. Cf. Liv. XXII, 36, extr. — *patria inconsulta*, cui male consultum erat, *unberathen*, *übelberathen*; Lenz. Immo temeraria : illa certe notio vocis hujus nullo, opinor, exemplo firmari potest. Vid. ad VIII, 217, sententiam virorum doctorum. Ed. — 519. *multa putans*, se-

Signa jugis locat, et specula sublimis ab alta
Non Romana minus servat, quam Punica castra.
Nec mora : disjecto Minuci vecordia vallo,
Perdendi simul et pereundi ardebat amore.
  Quem postquam rapidum vidit procedere castris
Hinc Libys, hinc Fabius, simul adcendere sagaces
In subitum curas : propere capere arma maniplis
Edicit, vallique tenet munimine turmas
Ausonius : torquet totas in prælia vires
Pœnorum ductor, propellitque agmina voce :
« Dum dictator abest, rape, miles, tempora pugnæ.
Non sperata diu plano certamina campo
Obfert ecce Deus : quoniam data copia, longum
Detergete situm ferro, multoque cruore
Exsatiate, viri, plenos rubiginis enses. »
  Atque ea Cunctator pensabat ab aggere valli,
Perlustrans campos oculis, tantoque periclo

523. *Minuci* (nam *Minici* N. Heins. mendose scripsisse suspicor) Colon. ut semper. Vulgg. *Minuti*, vid. ad vers. 386. — 528. *vallique* Colon. et Tell. Vulgg. *nulloque*, ut *Ausonius* sit Minucius, non Fabius. Male! — 531. *tempora*, non *tempore*, Colon. — 532. *Non sperata tibi*, vel *Nunc sperata diu*, maluerit N. Heins. *Tam* pro *non* legendum recte, opinor, putabat Withof. — 533. *quando* ex R. 2, recepit Lefeb. — 534. *Detergere* ed. Drak. vitiose.

cum, ut ap. Virg. Æneid. VI, 332.

522. *servat*, vid. ad III, 380.

523. *Minuci vecordia*, ut *virtus Catonis* et *sapientia Læli* ap. Horat. Cf. ad IV, 959.

525. Cf. Liv. XXII, 28, et Polyb. III, 104, 105. Sensum h. l. qui cuivis facile in oculos incurrit, Drak. ita exposuit : Quum Minucium castris procedere videret hinc Fabius, inde Hannibal; ille, ut milites arma caperent, edixit, quos tamen intra castra continebat ad subita rerum paratos : hic autem suos in aciem eduxit, ut absente Dictatore cum magistro equitum manum consereret. — 527. *In subitum*, ut *subitum*, *de subito*, *subito*, *per subitum*, *per longum*, *per tacitum*, quæ vid. in Ind. et ap. Drak. et N. Heins. ad XV, 145; Cf. Heyne ad Virg. Æn. IX, 31. — *curæ sagaces in subitum*, scil. periculum, seu consilium capiendum, h. e. cautio et prudentia, quæ in quovis repentino casu consilia habet parata et in promptu ; Lens.

529. *Ausonius*, Romanus, Rom. dux, Fabius, ut *Pœnus* dicitur Hannibal. — *torquet vires*, ut IV, 640. — 531. *rape tempora*, vid. ad I, 569. — 534. Cf. sup. v. 343, 344. — 535. *Exsatiate enses*, vid. ad V, 274.

Discere, quinam esset Fabius, te, Roma, dolebat.
Cui natus, juncta arma ferens, « Dabit inprobus, inquit,
Quas dignum, pœnas; qui per suffragia cæca
Invasit nostros hæc ad discrimina fasces.
Insanæ spectate tribus! pro lubrica rostra,
Et vanis fora læta viris! nunc munera Martis
Æquent imperio, et solem concedere nocti
Sciscant inbelles! magna mercede piabunt
Erroris rabiem, et nostrum violasse parentem. »
Tum senior, quatiens hastam, lacrimisque coortis:
« Sanguine Pœnorum, juvenis, tam tristia dicta
Sunt abolenda tibi : patiarne ante ora manusque
Civem deleri nostras? aut vincere Pœnum,
Me spectante, sinam? nos æquavisse minori,

538. *quinam*, non *quisnam*, Col. et Ox. Cf. ad II, 645; *dolebit*, vel *docebat* conj. Dausq. invita Minerva. — 540. *Quas dignum* est scripti. Vulgo *Quas dignum*. Sed *Quas dignus*, scil. dare, ὡς ἄξιος δοῦναι, ex R. 1, recepit Lef. Non male! — 542. *Libyca rostra* R. 1. — 545. *Discant* R. 1 et 3, Parm. Med. Sed vid. not. In vulgg. edd. ante Drak. distinguitur *Sciscant*, *imbelles magna*, etc. — 549. *obolenda* Col. — 551. *non* Col. et R. 2; *minorem* scripti. Mox *si sunt* iidem et priscæ edd. ut I, 602, 647; X, 270, al. Hæc omnia in contextum recepit Lefeb. suadente N. Heins. qui tamen frustra *nonne* emendabat : nam *non* centies interrogative pro *nonne* oc-

539. Hæc de suo addidit poeta. Cf. ad v. 567 sq. — *natus*, Q. Fabius, de quo vid. Liv. XXIV, 9, 12, 43... 46. Ejus verba h. l. summum indignationis adfectum spirant. — 540. *suffragia cæca*, ut VIII, 255; possunt esse, seu plebis cæcæ et ignobilis (vid. ad V, 2), vel incerta ac vana, ut *suffragia ventosæ plebis* dixit Hor. Epist. I, xix, 37. Sed præstat explicare inconsulta, vel plebis cæco impetu, studio et favore in Minucium inclinantis. — 541. *Invasit*, ut II, 292, at IV, 712, ad se rapuit, vi nobis extorsit.

542. *rostra lubrica*, periculosa; vel fallacia, ut ap. Virg. Æn. XI, 716; vel denique levia, mobilia, (ut *mobiles Quirites* ap. Hor. Od. I, 1, 7) fluctuantia, inconstantia, ut *lubricus adsensus* ap. Cic., Acad. IV, 108. — 544. *solem concedere nocti*, αὐτὸς pro, Fabium, tantum ducem, cedere Minucio. Cf. Hor. Sat. I, vii, 24, et Cic. N. D. II, 5. — 545. *Sciscere* voc. propr. de legibus jubendis, et quidem plebeiis, quæ inde *scita plebis*, vel *plebiscita* dicuntur; Drak. — *inbelles*, h. l. non timidi et ignavi esse videntur, sed ad bellum inepti, rectæ belli gerendi rationis ignari. Ita adversariis idem probrum, quo Fabium lacerabant, etsi alio sensu ingeritur.

548. *tristia dicta*, vid. ad I, 147. — 549. *abolenda*, expianda. Conf.

Solvetur culpa, si sunt mihi talia corda.
Jamque hoc (ne dubites) longævi, nate, parentis
Adcipe, et æterno fixum sub pectore serva :
Succensere nefas patriæ, nec fœdior ulla
Culpa sub extremas fertur mortalibus umbras.
Sic docuere senes. Quantus qualisque fuisti,
Quum pulsus lare et extorris Capitolia curru
Intrares exsul! tibi corpora cæsa, Camille,
Damnata quot sunt dextra! pacata fuissent
Ni consulta viro, mensque inpenetrabilis iræ,
Mutassentque solum sceptris Æneia regna,
Nullaque nunc stares terrarum vertice, Roma.
Pone iras, o nate, meas : socia arma feramus.

currit. Tum sensus est : Nonne plebs in eo, quod minorem mihi æqoavit, haud peccasse videbitur, sed ego potius hac ignominia dignus ero, si talis mihi mens est? *minore* antt. edd. Secutus sum Drak. qui vulgatam lect. servavit, nisi quod *sunt* reposuit, et post *minori*, non post *æquavisse* distinxit. Idem tamen probat lectionem MSS. quia Romani non majorem minori, sed minorem majori, Minucium Fabio, æquaverint. Hæc nimis subtiliter dicta agnoscit Ernesti, et monet, verba nostra in universum de potestate imperatoria æquis inter utrumque partibus divisa intelligi posse, coll. v. 515, et interrogationem illam frigere. Ceterum omissio subjecti h. l. dura est. Forte leg. *plebs æquavisse... corda*. — 558. *curru Intrares? exin tibi*, etc. volebat Dausq. Sed *exsul* h. l. *duvãς* dicitur Camillus, qui post exsilium triumphavit. — 562. *Mutassent solium* conj. N. Heins. quam ineptam esse conject. monet Withof. et duplex *que* eleganter poni, exemplo Virgil. Æn. II, 56.

ad I, 61. — 554. *æterno*, æternum, semper. Conf. ad II, 235, in V. L. — 556. *fertur mortalibus*, eos prosequitur.

557. Præclare Fabius filio ad imitandum proponit exemplum M. Furii Camilli, qui damnatus in exsilium abiit Ardeam, sed mox ibi, injuriarum oblitus et publica, quam sua, fortuna mæstior, Gallos in castris trucidavit, precibusque ingratæ civitatis cedens in patriam rediit, ubi Dictator dictus Gallis internecione occisis triumphavit, et, post incensam a Senonibus urbem, solus Romanos a consilio Veios migrandi revocavit; quæ nota sunt ex Liv. V, 32, 43...55. — 558. *curru*, triumphali; vid. ad VI, 546. De hac Camilli victoria et triompho prorsus tacet Polybius, unde utrumque ab historicis Rom. confictum putant. Cf. Duker. ad Flor. I, 13, 17, p. 117. Sed vid. sup. commentat. Argumento lib. VI subjuncta.

559 sq. *tibi Damnata dextra*, a te damnato. — 561. *inpenetrabilis iræ*, ut VI, 413. — 563. Hæc Silii magis, quam Fabii temporibus conveniunt. — 564. *iras meas*, quæ potius me decent, qui, dimidia imperii parte ademta, læsus sum; Mars.

Adceleremus opem. » Jamque intermixta sonabant
Classica, procursusque viros conliserat acer.
Primus claustra manu portæ dictator et altos
Disjecit postes, rupitque in prælia cursum.
Non graviore movent venti certamina mole,
Odrysius Boreas, et Syrtim tollere pollens
Africus : obnixi quum bella furentia torquent,
Distraxere fretum, ac diversa ad litora volvunt
Æquor quisque suum; sequitur stridente procella
Nunc huc, nunc illuc, raptum mare, et intonat undis.

564. *feramus*, *Ae celcremus opem* tseite rescripsit Lefeb. — 565. *Jamjamque immixta* suspic. Scalig. et sic Puteol. eum edd. Marsi et Cell. — 566. *concursus* primum edidit Nicander. Sed nostram lect. magno eruditionis adparatu et exemplorum numero stabiliunt N. Heins. et Drak. — 571. Post *Africus* comma, et post *torquent* colon posuit Lefeb. — 574. *raptum*, non *raptim*, scripti et R. 1 et Barth. Adv. I, 13. Male Dausq.

quibus hunuri meo consultum is, vel iu quas imperium meum est.

· 567 sq. Si Liv. XXII, 29; Pulyb. III. 105; ceterisque historicis fides habenda, Fabius Hannibalem repulit tantum et cedere cuegit, non justa acie cum eo couflixit, qua vinci eum pusse primus apud Nulam docuit M. Marcellus; vid. Liv. XXIII, 16, et Val. Max. IV, 1, 7. Silius vero brevem pugnæ Fabianæ mentiunem, quam illi injiciunt, in Dictaturis laudem amplificavit, ut euutra tui alia prælia, a Liviu memorata, sileutio fere prætermittit, quia ad lectoris delectationem reique summam minus momenti habent. Quid euim ad rerum magnitudinem, quæ animum admiratiune percutit, ad uarratiunis spleudorem, et ad popularium inpr. mentes teneudas, majorem vim habere puterat, quam imago magni viri, qui adhuc singulari prudentia certamen fugit, summaque constantia in consilio, nihil temere audendi, mansit, nunc autem, salute patriæ et re ipsa ita postulante, Hannibali uun magis virtute, quam rei militaris peritia cedit? Hinc etiam filius tanti viri, qui militiam auspicatur, v. 713 sqq., inter ceteros virtute eminet : de quo iu historicis nihil reperias. Cf. ad IV, 417.

568. *rupit cursum*, vid. ad I, 54.

569. Spleudida cumparatiu militum, qui magnu strepitu ex tenturiis castrisque undique effusi in hostes ruuut et inter se cuuliduntur, cum ventis inter se pugnantibus. Aliquantum congruit locus Virg. Æn. X, 356 sq. — 570. *Odrysius Boreas*, vid. ad I, 587, et IV, 431. — 571. *obnixi*, ut ap. Virg. l. c. ubi dubia est lectio. — *bella torquent*, vid. ad IV, 431.

572 sq. *volvunt quisque*, cunf. Heins. ad Ovid. Met. I, 59, et Stroth. ad Liv. I, 59. — *stridente procella*, ut ap. Virg. Æn. I, 102; *ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι* Hom. Iliad. ν, 334; *λιγυρῇσι πνοιῇσι* Iliad. ε, 526; *λιγυπνείοντας ἀνέμους*

Digitized by Google

Haud prorsus daret ullus honos, tellusque subacta
Phœnicum, et Carthago ruens, injuria quantum
Orta ex invidia decoris tulit : omnia namque
Dura simul devicta viro, metus, Hannibal, iræ,
Invidia, atque una Fama et Fortuna subactæ.
Pœnus ab excelso rapidos decurrere vallo
Ut vidit, tremuere iræ, ceciditque repente
Cum gemitu spes haud dubiæ præsumta ruinæ :
Quippe aciem denso circumvallaverat orbe,
Hausurus clausos conjectis undique telis.
Atque hic Dardanius pravo certamine ductor
Jam Styga et æternas intrarat mente tenebras.
Nam Fabium auxiliumque viri sperare pudebat;
Quum senior, gemino complexus prælia cornu,
Ulteriore ligat Pœnorum terga corona,
Et modo claudentes aciem, nunc extima cingens,

a m. sec. — 575. *tantum* pro *prorsus* refinxit Nicander. Sed *præstat τὸ prorsus*, quod etiam ex VIII, 328; XI, 153, 237, et XIV, 511, defendit N. Heins. qui v. 579, *uni* maluerit. — 584 *Hausurus*, non *Hausturus*, Col. et Put. *Ausurus* Ox. sine adspiratione; conf. ad XVI, 11, et Intpp. Virg. Æn. IV, 383. — 585. *parvo* c. Put. R. 1, 3, Parm. Med. Hinc *parvo discrimine* emend. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Metam. VII, 416. — 586. *pæne* pro *mente* conj. idem. Sed potior est vulgata. — 590. Vulgo post *aciem* et *extima* distinguunt, quod mutavi, quia mentem poetæ hanc puto esse : Pœnos, modo claudentes aciem Minucii, nunc clau-

Odyss. δ, 567. — 575. Hæc prorsus divina, sententiarum verborumque gravitate! — 576... 579. *injuria quantum*, etc., quum omnibus persuaderet, quanta injuria adfecissent eum, qui solus rectam belli gerendi rationem teneret patriamque ab interitu retraxisset.

580. *excelso vallo*, colle, seu tumulo, in quo Fabius castra ponere solebat. Conf. v. 731. — 581. *tremuere iræ*, tremuit Hannibal, qui ante iratus et ferox erat. — 583. Aciem Minucii corona militum circumdederat. — 584. *Hausurus*, vid. ad I, 392.

585. Minucius, dux pravus, metu prope jam exanimatus erat.

586. *mente intrarat*, se intraturum putabat; Drak. coll. II, 352; Stat. Th. X, 556, et inpr. Homer. Iliad. ε, 251 : Καὶ δὴ ἐγώγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι. Add. Hor. Od. II, XIII, 21, 22, et inf. v. 741, ubi se jam vidisse *umbras æternas* Minucius memorat. — 588. *gemino complexus*, suo et Minucii. Cf. Liv. c. 29; Polyb. c. 105. — 589. *Ulteriore*, exteriore.

590. Lenz. comparat Cic. Somn. Scip. IV, 9, *orbium unus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes com-*

Clausos ipse tenet : majorem surgere in arma,
Majoremque dedit cerni Tirynthius : altæ
Scintillant cristæ, et (mirum) velocibus ingens
Per subitum membris venit vigor : ingerit hastas,
Aversumque premit telorum nubibus hostem.
Qualis post juvenem, nondum subeunte senecta,
Rector erat Pylius bellis ætate secunda.
Inde ruens, Thurin, et Buten, et Narin, et Arsen
Dat leto, fisumque manus conferre Mahalcen,
Cui decus insigne, et quæsitum cuspide nomen.
Tum Garadum, largumque comæ prosternit Adherben,
Et geminas acies superantem vertice Thulim,
Qui summas alto prensabat in aggere pinnas.
Eminus hos : gladio Sapharum, gladioque Monæsum,
Et Morinum pugnas æris stridore cientem,
Dexteriore gena sedit cui letifer ictus,
Perque tubam fixæ decurrens vulnere malæ,

sos ipse teoet, *extima* h. e. extremos hostes, vel a tergo cingens. Ego vero vulgatam distinctiooem restitui, et jure, opinor. Ed. — 595. *Aversumque*, non *Adversumque*, scripti. Recte : nam a tergo hostem adoriebantur. — 596. *juvenum* Colin. D. Heins. et Dausq. — 597. *bellans* opioabatur N. Heins. — 598. *Thurin*, non *Turin*, Col. R. 1, Med. *Beucen* Col. *Narin*, non *Marin*, Col. Put. R. 1, 3, Parm. Med. onde recepi. — 599. *nisumque* conj. N. Heins. *Mahalcem* Colon. Vulgo *Maleon*. — 601. *consternit* Marsus et post eum alii. — 602. *Thulim* e scriptis recepi; *Tylin* et *Thylin* io editis. — 604. *Monesum* alii. — 606. *consedit letifer* i. ex Colon. reposuit Lefeb. qoi vulgatam frigere putat. Sed vid. ad I, 540. Poeta forte scripserat *cui sedit*, et hioc librariorum pars *consedit*, alii *sedit cui*.

plectitur. — 591. *surgere in arma*, cf. ad IV, 619. Conf. Virg. Æn. I, 589, ubi vid. Heyne. Conf. etiam Kœppen ad Hom. Iliad. δ, 439; ι, 1 sq., et quæ disputavi in *Magazin für Philologen*, T. I, p. 205 sq., 233 sq. — 592. *Tirynthius*, generis auctor; vid. ad II, 3. — 594. *Per subitum*, cf. ad v. 527.

595. *telorum nubibus*, vid. ad I, 311. — 596. *juvenem*, juventutem. — 597. *Rector Pylius*, Nestor. — *ætate secunda*, media. Cf. Hom. α, 260 sq., ubi ipse de suis laudibus rebusque gestis prædicat. Sic nostras J. B. Rousseau,

Au midi de mes années,
Je touchais à mon couchant. Ed.

601. *largum comæ*, εὔπλοκαμον. — 603. *aggere*, vallo, vel muro. Cf. I, 265. Res in miraculum aucta. — 605. *pugnas æris stridore cientem*, ut *adcendere ære* VIII, 488; utrumque ex Virg. Æn. VI, 165; Drakenb. Add. Val. Fl. VI, 92. — 607 sq. Cf. IV, 169 sq.

Extremo fluxit propulsus murmure sanguis.
Proximus huic jaculo Nasamonius occidit Idmon.
Namque super tepido lapsantem sanguine, et ægra
Lubrica nitentem nequidquam evadere planta,
Inpacto prosternit equo, trepideque levantem
Membra adflicta solo, pressa violentius hasta,
Inplicuit terræ, telumque in cæde reliquit.
Hæret humi cornus motu tremefacta jacentis,
Et campis servat mandatum adfixa cadaver.
Nec non exemplo laudis furiata juventus,
Syllæque, Crassique simul, junctusque Metello
Furnius, ac melior dextræ Torquatus, inibant
Prælia, et unanimi vel morte emisse volebant
Spectari Fabio : miser hinc vestigia retro
Dum rapit, et molem subducto corpore vitat

612. *trepidoque solo* Colon. non inprob. N. Heins. ut *solum* pro planta pedis positum sit. — 616. *campo* Colon. quod recepit Lefeb. — 618. *juventus Syllæque C.* jungit idem. Sed plures potius horum nominum juvenes, quam omnes, quibus Sylla et Crassus præerant, milites intelligendi videntur, quoniam non nisi clarissima nomina memorantur. *Syllæque Crassique* quatuor scripsi, R. 1, 2, 3, Parm. Med. Volgata lectio *Sylla ruunt Crassusque* redolet interpolatiooem ejus, qui ignorabat, syllabam finalem, per se brevem, sequentibus duabus, vel tribus consonis, modo corripi, modo produci; conf. ad XVII, 547, et Draken. ad IX, 575, ubi laudat Gifan. Ind. Lucret. v. *E longum ob Cr.* Barth. ad Claud. bell. Gildon. v. 136, ad Calpurn. Ecl. II, 32, ad Stat. Silv. I, VI, 10, et Advers. XXIII, 4; Intpp. Virg. Æn. XI, 309, et Culic. v. 193; Voss. Gramm. II, 15, et Zinzerl. diatr. promulsidi crit. subjunctam. Adde *Dorville* ad Chariton. p. 184. Idem quoque oonnunquam fit, etsi plures consonæ non sequuntur, ob cæsuram. Conf. simil. vers. Virg. Æn. XII, 363. — 619. *Furnius*, non *Fannius*, scripsi. Notus est *Furnius* ex Horat. Sat. I, x, 86, et alius ex Cic. ad Div. X, 1 et 6. Clara vero et gens *Fannia* fuit. — 620. *fovebant* conj. N. Heins. — 621. *Spectari* Col. Vulgo *inibant Spectati Fabio*, omisso v. 620, quem ex e. Col. revocavit Modius.

610. *lapsantem sanguine*, ut Æn. II, 551. — 611. *Lubrica evadere*, ex lubrico loco emergere. — 612. *Inpacto equo*, vid. ad IV, 370. — 613. *adflicta solo*, vid. ad I, 674, in V. L. — *pressa violentius hasta*, ut ap. Virg. Æn. X, 347. Conf. ad I, 383. — 614. *Inplicuit*, adfixit. — *telum in cæde*, vulnere *reliquit*, ut ap. Virg. Æn. XI, 637. — 615 sq. Luxuriantis ingenii versus.

617. *furiata*, ἐναγῶς pro excitata, ut XIV, 281; XVII, 298; conf. ad I, 32. — 620. *emisse*, vid. ad IV, 754. — 621. *Spectari Fabio*, h. e. ejus plausum et favorem. Bibulus retro cedens labitur super cadaver, ex quo telum exstat, quod

Intorti Bibulus saxi, atque in terga refertur;
Strage super lapsus socium, qua fibula morsus
Loricæ crebro laxata resolverat ictu,
Adcepit lateri, penitusque in viscera adegit,
Exstabat fixo quod forte cadavere, ferrum.
Heu sortem necis! evasit Garamantica tela
Marmaridumque manus, ut inerti cuspide fusus
Occideret, telo non in sua vulnera misso.
Volvitur exanimis, turpatque decora juventa
Ora novus pallor; membris dimissa solutis
Arma fluunt, erratque niger per lumina somnus.
Venerat ad bellum Tyria Sidone, nepotum
Excitus prece, et auxilio socia arma ferebat,
Eoa tumidus pharetrati militis ala,
Gens Cadmi, Cleadas; fulva cui plurima passim
Casside, et aurato fulgebat gemma monili.
Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda

631. *decora juventæ*, ut ap. Virg. Æn. IV, 559, putabat N. Heins.

in latus adcipit. — 623. *in terga refertur*, id. q. *vestigia retro rapit*, vid. ad IV, 315. — 624. *qua fibula*, etc., imitat. Virg. Æn. XII, 273, 274, ubi vid. Heyne, et ad Æn. I, 169; XII, 782. — *morsus*, ut ap. Ovid. Met. VIII, 318; Claud. Cons. Olyb. et Prob.; 88 Drak.

629. *iners cuspis*, a nullo conjecta, et sine vi, ut i. *ignis* V, 572, et fere κωφὸν βέλος Hom. Iliad. λ, 390, vel *telum sine ictu* Virg. Æn. II, 544. — *fusus*, vid. ad II, 113.

630. *telo non in sua vulnera misso*, ut *alieno vulnere* dixit Virgil. Æn. X, 781. — 632. *membris solutis*, ut λύθη ψυχὴ Iliad. ε, 296; λῦσε γυῖα Iliad. δ, 469; λύντο γυῖα Iliad. η, 16; ο, 435. — 633. *Arma fluunt*, χαμαὶ πέσον. Cf. ad II, 131. — *erratque niger per lumina somnus*, ut σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε, vel στυγερὸς μιν σκότος εἷλε, et ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε, Hom. Iliad. δ, 461; ε, 47, 310. — *niger somnus*, ut *mors atra*, μέλας et πορφύρεος θάνατος, vel μέλαινα κὴρ Iliad. β, 834; ε, 22, 83; cf. ad II, 574. Hinc et fuscæ alæ, quibus nos Somnus, etiam æternus ille, obumbrare dicitur; vid. ad X, 345.

634 sq. Episodium multis verborum ambagibus ornatum. — *nepotum*, Pœnorum, cf. ad I, 6. — 636. *Eoa ala*, ut ap. Virg. Æn. I, 489. — 637. *Gens Cadmi*, vid. ad I, 6, et II, 185. — Miles orientis auro superbit, genio terræ materiam suppeditante; Dausq. — *fulva*, aurea.

639. Imitat. Virg. Æn. VIII, 589 sq., ubi Heyne recte monet, non

Laudatur Veneri, et certat majoribus astris.
Ostro ipse, ac sonipes ostro, totumque per agmen
Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis.
Hic, avidum pugnæ, et tam clarum exscindere nomen
Brutum exoptantem, varie nunc lævus in orbem,
Nunc dexter levibus flexo per devia gyris
Ludificatus equo, volucrem post terga sagittam

642. *aenis*, non *ahenis*, Col. et Ox. vid. ad V, 606. — 643. *exscidere* ex scriptis, auctore N. Heins. recepit Drak. quod tamen recte repudiavit, et ex comp. script. *exscidere* ortum putat Lef. Veteres dixerunt, vel *exscindere*, vel *excidere* (quod e s præp. *ex*, et verbo *cædere* compositum est) non *exscidere*: unde enim tum litera *s*? Neque huic verbo respondet τὸ *abscidere*, de quo vid. ad III, 552. — 645. *brevibus gyris* emend. Gronov. gustu ad Stat. p. 374. Non male; cf. Broukh. et Heyne Obss. ad Tibull. IV, I, 93, 94, et loca, a Drakenb. adscripta, inf. XVI, 489; Senec. Hippol. v. 313, et Thyest. v. 841; Ovid. Met. II, 517; Lucan. III, 554; Add. Cic. Or. III, 19; Colum. X, 226, et Stat. Silv. IV, VII, 3. Sed vid. not. — 646.

satis commode comparari Hom. Iliad. ι, 5 sq. Magis huc spectant loca Iliad. χ, 317 sq., et Apollon. II, 40 sq.; quos imitati sunt, a Drak. laudati, Ovid. ex P. II, v, 49, et Sen. Hippol. 749 seq. — *renovatus* exponit D. Heinsius, ex Hespero Lucifer factus; sed est modo ortus, unde *Lucifer* hic positus erit pro Hespero; *Hesperus* enim idem astrum vocatur, quum oritur, *Lucifer* vero, quum occidit; Drak. Veteres autem, Stoici in primis, putabant, sidera, cursu suo fatigata, terræ humoribus vaporibusque maris ali, pasci, refici, renovari ac recreari, ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεσθαι, Plut. Plac. Phil. I, 3; Πίνει Θάλασσα δ' Αὔρας· Ὁ δ' Ἥλιος Θάλασσαν· Τὸν δ' Ἥλιον Σελήνη Anacr. XIX, 3 sq.; ubi vid. Clar. Fischer. Cf. loc. simil. inf. XII, 248; Burm. ad Val. Fl. II, 62 et 441; Heyne, Cerda et Burm. ad Virg. Æn. I, 608; Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 141; Jablonsk. Panth. Æg. P. II, p. 103, et, quos Drak. laudat, Gron. Diatr. Stat. pag. 234; Lambin. ad Lucret. I, 232; Lips. Physiol. Stoic. II, 14, et Livinei. ad Eumen. paneg. Constant. Aug. c. 7.

640. *Laudatur*, placet, *Veneri*, cujus stella est; vid. Guell. ad Virg. Æn. VIII, 590; Cic. N. D. II, 20; Somn. Scip. 4 et 5. — *saturata*, tincta, ut ap. Ovid. Met. XI, 166; Martial. VIII, 48, et *satur* ap. Virg. Ge. IV, 335, ubi vid. Heyne. — *Agenoreis* Tyriis (vid. ad I, 15) *ahenis*, ut ap. Stat. Silv. I, II, 151, et Sen. Herc. OEt. 663. Conf. inf. XVI, 177.

644. *lævus in orbem*, ut ap. Virg. Æn. X, 885. Cf. sup. IV, 317 seq. — 645. *levibus gyris*, ut ap. Iscan. b. Troj. VI, 10, forte pro parvis, ut X, 592: Drak. vel ut *levibus frenis*, *levis equitatus*, *faciles gyri* N. Heins. — 646. *post terga*, retro, more Parthorum, ut ap. Lucan. I, 230. Conf. intpp. ad Virg. Ge. III, 31; Jani ad Hor. Od. I, XIX, 11, et II, XIII, 17, et inf. X, 12, ubi Drak. laudat Barth. ad Stat. Silv. I, IV,

Digitized by Google

Fundit, Achæmenio detrectans prælia ritu.
Nec damnata manus, medio sed (flebile) mento
Armigeri Cascæ penetrabilis hæsit arundo,
Obliquumque secans subrecta cuspide vulnus
Uventi ferrum admovit tepefacta palato.
At Brutus, diro casu turbatus amici,
Ausum multa virum, et spargentem in vulnera sævos
Fraude fugæ calamos, jam nullis cursibus instat
Prendere cornipedis, sed totam pectoris iram
Mandat atrox hastæ, telumque volatile nodo
Excutit, ac summum, qua laxa monilia crebro
Nudabant versu, tramittit cuspide pectus.
Labitur intento cornu transfossus, et una
Arcum læva cadens, dimisit dextra sagittam.
At non tam tristi sortitus prælia Marte
Phœbei Soractis honor Carmelus agebat:

post, non *per*, Col. Tell. R. 2, Benes. — 650. *subjecta* priscæ edd. Male! — 651. *Umenti* Col. unde *Humenti* tacite rescripsit Lefeb. etsi forte rectius, vid. ad II, 469, et III, 522; *Viventi* in aliis. — 658. *versu*, *tramittit*, non *cursu transmittit*, Col. — 659. *transfossus*, non *transfixus*, Col. — 662. *Carmelus*, non *Charmelus*, 78, et ad Claud. laud. Stil. I, 68.

647. *Achæmenio*, Persico, seu Parthico, ut passim, a primo Persarum rege, cujus posteri inde Achæmenidæ dicebantur; vid. Herodot. VII, 11; Ammian. XIX, 4, et Hor. Od. II, XII, 21, ubi cf. Jani.

648. *Nec damnata manus*, non irritus, vanus fuit ictus; ὁ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἧκεν, Ἀλλὰ, etc. Iliad. ε, 575. — 649. *penetrabilis*, active, penetrans, ut XII, 240; Virg. Ge. I, 93; Æn. X, 481. — 650. *subrecta*, sursum erecta, ut X, 253, ubi Drak. laudat Virg. Æn. IV, 183; Liv. VII, 10; Gron. ad Liv. VIII, 8, ad Sen. Herc. F. 790; Acidal. ad Curt. IX, 5, et alibi. — 651. *Uventi palato*, epith. orn. ut *udum* ap. Virg. Ge. III, 388.

653. *sævos*, exitiosiores et periculosiores, *fraude fugæ*, fuga simulata, quoniam post tergum conjiciuntur, adeoque minus tibi ab iis cavere possis. — 658. *versus*, στίχος, ordo, ut passim, h. l. catenulæ, quod quoque versum inflecti possunt, N. Heins. et Drak. qui citarunt Virg. Ge. IV, 144; Æn. V, 119; Colum. R. R. II, 11; Plin. XV, 29; XVII, 12; XVIII, 19; Grat. Cyn. 144, et alibi. — *Nudabant*, nudam præbebant summam pectoris partem, quia catenularum ordines laxe juncti erant. — 659. Cf. II, 127 sq., ubi similiter Dorylas occiditur. Ed. — *intento cornu*, arcu, ut II, 109; Cf. Burm. ad Val. Fl. III, 591.

662. *Phœbei Soractis*, cf. ad V, 175. — *honor*, decus patriæ.

Sanguine quippe suo jam Bagrada tinxerat ensem,
Dux rectorque Nubæ populi; jam fusus eidem
Zeusis, Amyclæi stirps inpacata Phalanti,
Quem tulerat mater claro Phœnissa Laconi.
Talia dum metuit, nec pugnæ fisus in hoste
Tam rapido, nec deinde fugæ, suadente pavore,
Per dumos miser in vicina cacumina quercus
Repserat, atque alta sese occultabat in umbra
Hampsicus, insistens tremulis sub pondere ramis.
Hunc longa, multa orantem, Carmelus, et altos
Mutantem saltu ramos, transverberat hasta;
Ut, qui viscatos populatur arundine lucos,
Dum nemoris celsi procera cacumina sensim

scripti et priscæ edd. — 663. *Bagrada*, non *Bragada*, scripti, ut I, 407, et VI, 141. Mox iidem *Nubæ*, non *Jubæ*, ut III, 269. — 668. *fugæ* Col. et Tell. *fuga*, Ox. Put. et R. 2. Vulgo *fugam suadente*, etc. — 669. *in* et mox *occultabat*, non *et... occultarat*, scripti et priscæ edd. — 671. *Hampsicus* Col. Vulgo *Nampsicus*, vel *Napsicus*, *Amsychus* conj. N. Heins. — 674. *viscata* emend. jam Barth. Adv. I, 13, quod N. Heins. et Drak. probarunt, et recepit quoque Lefeb. Sic *viscata virga* dicitur Ovid. Met. XV, 474, et Varr. R. R. III, 7; *pinguis virga* Martial. IX, 54; *viscati viminibus* Petron. c. CIX. Sed vulgata lectio forte non mutanda, quia doctior est, et poetæ epitheta verbis, ad quæ propr. non spectant, jungere

665. *Amyclæi*, Spartani, *Phalanti*, quo duce Partheniæ Tarentum, a Tarante conditum, occuparunt. Cf. XI, 16; Heyne ad Virg. Ge. IV, 125, et Exc. XIV ad Æn. III, 551; Jani ad Hor. Od. I, XXVIII, 29; II, VI, 11. — *stirps inpacata*, propter odium Spartanorum in Romanos, quod a Xanthippi bellique Punici I temporibus resederat. — 666. *claro Laconi*, Spartano cuidam, qui a claro illo Phalanto originem ducebat. Ejusmodi originem ducis Pœnorum, vel propterea fingere poterat poeta, quod Spartani, duce Xanthippo, in Africam venerant.

667. *Talia*, talem necem, qualem Carmelus Zeusi adtulerat, *metuit Hampsicus*. — 669. sqq. Cf. V, 469 sqq. — 672. *multa orantem*; Maronianum illud, Æneid. XII, 294. Ed.

673. *Mutantem saltu ramos*, modo in hunc, modo in illum ramum insilientem. Lepida profecto imago: credas Hampsicum sciuros venari; Ernesti.

674. Similis locus Val. Fl. VI, 260 sq.; vid. ibi Intpp. et ad h. l. Drak. qui laudat Salmas. ad Solin. p. 83 et 765 (1087); Gron. Obss. III, 18, et ad Auctor. Octaviæ v. 412; Intpp. ad Petron. c. XL et CIX; Broukh. ad Prop. II, XV, al. XIX, 24; Rader. et Grut. App. notar. ad Martial. IX, 54, et XIV, 218, et gemma ap. Gorlæum Dactyl. T. II, num. 480, ed. Gronov. Cf. etiam Oppian. III, 486 sq.

Substructa certat tacitus contingere meta,
Sublimem calamo sequitur crescente volucrem.
Effudit vitam, atque alte manante cruore
Membra pependerunt curvato exsanguia ramo.
  Jamque in palantes ac versos terga feroces
Pugnabant Itali, subitus quum mole pavenda
Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis.
Nigra viro membra, et furvi juga celsa trahebant
Cornipedes, totusque novæ formidinis arte
Concolor æquabat liventia currus equorum
Terga, nec erectis similes inponere cristis
Cessarat pennas, aterque tegebat amictus.
Ceu quondam æternæ regnator noctis, ad imos
Quum fugeret thalamos, Hennæa virgine rapta,
Egit nigrantem Stygia caligine currum.
  At Cato, tum prima sparsus lanugine malas,

solent. — 676. *Substructa*, Colon. *Substracta*, Tell. et R. 2. Vulgo *Subtracta*. — 682. Hæc est lectio c. Colon. quam etiam confirmant reliqui scripti et R. 2, nisi quod pro *Tunger* in Put. *nigris*, in ceteris *niger* exstat. Vulgo *Terrificus nigris p. Maurus*. — 683. *furvi* pro *fulvi* cum Cell. Draken. et Lefeb. reposui ex emendat. Dausq. et N. Heins. quem vid. ad Ovid. Met. III, 273; conf. sup. ad V, 220. — 686. *arrectis* conj. N. Heins. Sed vid. ad II, 668. — 689. *Hennæa*, non *Ætnæa*, scripti. Conf. ad I, 93.

676. N. Heins. hæc notat: « *Substructa meta*, ut mox et ap. Martial. XIV, 218. — *calamo crescente*, vel *calamo structo* Prop. II, xv, (19) 24; (ubi vid. Broukh. et Vulp.) *textis arundinibus* Petron. 109; *crescente arundine* Martial. IX, 54, et Gr. *συνθέτους καὶ πηκτοὺς καλάμους*. Dum enim viscatæ arundini aliæ ex aliis arundines, atque illæ crassiores crassioresque *substruebantur* et infigebantur, formam *metæ* reddebant ac pyramidis: extremæ autem arundinum crescentium compagi frondentem ramum, visco inlitum, inserebant, cui dum insidebant aves, (cantu inprimis adlectæ) glutine adstringebantur. » *Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων*, Bion. Id. II, 5; Drak. Inf. XIV, 309, *crescentia tecta* h. e. turris pluribus contignationibus, seu tabulatis, quorum superiora inferioribus minora sunt, alte educta. — *Meta*, conus, et quæcumque res ex orbiculari et lata basi in acutum fastigium surgit.

683. *furvi Cornipedes*, cf. Burm. ad Val. Fl. I, 149. — 684. *arte formidinis novæ*, novam terroris insolitamque speciem excogitandi.

688 sq. Cf. XIV, 240 sq. — *Hennæa virgine*, vid. ad I, 93.

691. *prima sparsus lanugine ma-*

Quod peperere decus Circæo Tuscula dorso
Mœnia, Laertæ quondam regnata nepoti,
Quamquam tardatos turbata fronte Latinos
Conlegisse gradum videt, inperterritus ipse
Ferrata calce, atque effusa largus habena
Cunctantem inpellebat equum : negat obvius ire,
Et trepidat cassa sonipes exterritus umbra.
Tum, celer in pugnam dorso delatus ab alto
Alipedem planta currum premit, atque volanti
Adsilit a tergo : cecidere et lora repente
Et stimuli; ferrumque super cervice tremiscens

696. *Ferrata calce*, h. e. calcaribus, non *Ferrato c.*, scripti, ut etiam XIII, 169, et XVII, 5. Conf. Ernesti Clav. Cic. Intpp. Virg. Æneid. XI, 714, et, quos Draken. laudat, Nonius h. v. Voss. art. Gramm. III, 34, et Davis. ad Cic. Tusc. Qu. I, 8. Mox forte leg. *effusæ largus habenæ*, vel *effusam l. habenam*. Conf. Intpp. ad Lucan. VII, 225. — 698. *cassa* scripti, R. 1, 2, 3, Med. Mars. Benes. conf. Heins. ad Ovid. Fast. VI, 406, *grandi* Junt. Ald. Gryph. Nut. *crassa* Mart. Herbip. Basil. et al.

las, ἐπὶ χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλων Apollon. II, 93; πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον Pind. Ol. α, 109; Cf. Virg. Æn. VIII, 160; X, 324, et sup. ad I, 61; III, 84. — 692, 693. M. Porcius Cato, qui Sapiens, Major, seu Priscus et Censorius dicebatur. Romæ *decus*, ortus Tusculo; vid. Corn. Nep. c. 1; Cic. Mur. 8. Primum quidem stipendium in pugna Cannensi meruit, (inf. X, 13 sq.) vel demum post eam, Q. Fabio Max. tertium consule; vid. Corn. Nep. c. 1; Cic. de Sen. c. 4, et Pighii Ann. ad a. 549, p. 219. Sed poeta non ad tam subtilem et accuratam temporum rationem exigendus est. — *Tusculum*, Latii municipium, ubi Ciceronis, Tiberii aliorumque prædia erant et nunc *Frascati* est, non longe a Roma, conditum a Telegono, Circes et Ulyssis f. Laertis nepote, (unde *Circæo decus* et *Laertæ quondam regnata nepoti*) in colle, ἐπ' ὀρεινῇ Strab. V, p. 165 (al. 239), quare h. l. — *dorso Circæo*, ut ap. Horat. *superni Tusculi Circæa mœnia* Epod. I, 29, vel *juga Telegoni* Od. III, xxix, 8, ubi vid. Jani; Cf. inf. XII, 535; Cluver. Ital. ant. III, 4, p. 942, et Intpp. ad Prop. II, xxxii, 4.

695. *Conlegisse gradum*, ut VI, 399. — 696. *effusa habena*, ut XIII, 172, et Virg. Æn. XII, 499, *irarumque omnes effundit habenas*. Ed. — *largus*, doctius pro, large, multum *effusa habena*. Conf. V. L.

698. *cassa umbra*, ut *vana* Virg. Æn. X, 593, Drak. Cf. V. L.

699. Cato ab equi dorso desilit, et saltu conscendit currum Tunگri, quem a tergo adoritur.

700. *premit*, persequitur. — 701. Cf. Virg. Æn. IX, 475, 476, ubi vid. Cerda et Heyne. — 702. *stimulus*, κέντρον, μάστιξ, Iliad. ψ, 383,

Digitized by Google

Palluit infelix subducto sanguine Maurus.
Ora rapit gladio, præfixaque cuspide portat.
At sævo Mavorte ferox perrumpit anhelum
Dictator cum cæde globum : miserabile visu,
Vulneribus fessum ac multo labente cruore,
Ductorem cernit suprema ac fœda precantem.
Manavere genis lacrimæ, clipeoque paventem
Protegit, et natum stimulans, « Fortissime, labem
Hanc pellamus, ait; Pœnoque ob mitia facta,
Quod nullos nostris ignes disperserit arvis,
Dignum expendamus pretium. » Tunc, arte paterna
Ac stimulis gaudens, juvenis circumdata Pœnum
Agmina deturbat gladio, campumque relaxat,
Donec Sidonius decederet æquore ductor.
Ceu, stimulante fame, rapuit quum Martius agnum
Averso pastore lupus, fetumque trementem
Ore tenet presso; tum, si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obvia pastor,
Jam sibimet metuens, spirantem dentibus imis

705. *Ac* scripti. — 707. *multum labente* mavolt N. Heins. et v. 710, *instimulans*. — 712. *arvis* scripti et R. 2, unde reposui pro volg. *agris*. — 713. *Tum* leg. videtur; vid. ad VI, 299; *Marte paterno* conj. N. Heins. et v. 719, *cursim*, et v. 722, *ejectat* coll. Virg. Æneid. V, 470. Vulgata lectio *arte paterna* etiam Withofio non displicebat coll. VIII, 12; Hor. Od. I, XII, 9; aliisque simillimis locis, quæ laudavit in Spec. ad Guntheri Ligurin. p. 17.

387, 390; unde κυτρανεχὶς ἵπποι Iliad. ι, 752; cf. ad I, 113.

703. *subducto sanguine*, metu exsanguis. Cf. Virg. Æn. III, 259. Cato *ora rapit*, (ut XV, 810, et *diripere* XV, 730) cum impetu et ardore amputat.

705 sq. Poeta exornavit Liviana XXII, 29. — *globum anhelum*, qui angitur, laborat, in angustiis versatur; Lenz. — 708. *Ductorem*, Minucium. — *suprema ac fœda*, mortem turpem. — 709. Aptissime ingenio Fabii patris. Cf. v. 547 sq. — 710. *natum*, vid. ad vers. 539.

711, 712. Conf. v. 260 sq. Sarcasmi vim facile senties.

717 sq. Pulcherrima comparatio et præclare verbis expressa, a qua non multum differt Maroniana Æn. XI, 809 sq. Cf. Claud. in Rufin. II, 252 sq. — *Martius lupus*, ut Virg. Æn. IX, 566 (ubi vid. Heyne), et *Martia tigris*, ap. Val. Fl. III. 635.

719. *cursu*, cursim, festinanter, ut XI, 137; XVI, 7, et *certamine* pro certatim X, 536; XII, 268; Drak. — 721. *spirantem*, *ἀσπαίροντα*.

Rejectat prædam, et vacuo fugit æger hiatu.
Tum demum terris, quas circumfuderat atra
Tempestas, Stygiæ tandem fugere tenebræ.
Torpebant dextræ, et sese meruisse negabant
Servari, subitisque bonis mens ægra natabat.
Ut, qui conlapsa pressi jacuere ruina,
Eruta quum subito membra, et nox atra recessit,
Connivent, solemque pavent agnoscere visu.
Quîs actis, senior, numerato milite lætus,
Collis et tuto repetebat in aggere castra.
Ecce autem e media jam morte renata juventus,
Clamorem tollens ad sidera, et ordine longo
Ibat ovans, Fabiumque decus, Fabiumque salutem

723. *Tyriis* pro *terris* Ox. et Put. *turmis* ingeniose emend. N. Heins. quod recepit Lefeb. Sed prætuleris, opinor: *Tum demum tetræ,.... Stygiæ tandem f. t.* ut gradatio sit, vel τὸ *Stygiæ* interpretam. τοῦ *tetræ*. Alioquin verba *demum* et *tandem* minus apta esse et languere videntur. — 729. *cognoscere* ex c. Tell. et R. 2, reposuit Lefeb. Sed nihil interest. — 731. *Colles* Col. et Put. *Collis* ἀρχαϊκῶς scripsi, unde vulgata lectio *Collibus* orta videtur.

722. *vacuo hiatu*, ut ap. Claudian. l. c. Cf. Burm. ad Val. Fl. III, 589, et ad Ovid. Met. VII, 786. — *æger*, iratus et tristis, propter prædæ jacturam.

723, 724. Ornate pro, tum demum, hostis impetu rejecto, mortis metus, quem Romanis præsentissimum incusserat periculum, et quo occæcabantur eorum oculi, depulsus est. Cf. V. L. et v. 586.

726. *mens natabat*, fluctuabat, dubia et incerta erat, quum nimia et inopinata felicitas ipsis somnio similis videretur. Cf. Hor. Sat. II, VII, 7; Sen. Ep. 35, extr. Manil. IV, 256, et sup. ad II, 122.

727. Præclara comparatio, quam nescio an ulli debeat poeta. Videtur tamen ante oculos habuisse Virg. Æn. IV, 688... 692. — 729. *Connivent*, claudunt sc. oculos.

730. Cf. Liv. XXII, XXIX, 30, et Polyb. III, 105, ut indolem et δεινότητα poeticæ rei tractationis perspicias, quo, præter majorem adfectus gravitatem, etiam hoc spectat, quod non a solo Minucio, sed a toto exercitu is, cui omnes immeritum vitæ servatæ beneficium debebant, laudibus celebratur, et in Fabii honorem aræ exstruuntur vinumque ac dapes ei, tanquam Deo, libantur. Ceterum iidem historici tradunt, Fabium *parentem* esse vocatum ob servatum exercitum, de quo vid. Drak. ad VIII, 2, ubi citat IX, 565. Claud. laud. Stil. III, 51; Liv. V, 49, et Juven. VIII, 243. — *numerato milite lætus*, quod pauci militum, quibus ipse (non quibus Minucius, de quo vid. Liv. XXII, 29) præfuerat, perierant; Lenz. Cf. sup. v. 396... 400

Certatim, et magna memorabant voce Parentem.
Tum, qui partitis dissederat ante maniplis,
« Sancte, ait, o genitor, revocato ad lucis honorem
Si fas vera queri, cur nobis castra virosque
Dividere est licitum? patiens cur arma dedisti,
Quæ solus rexisse vales? hoc munere lapsi
Æternas multo cum sanguine vidimus umbras.
Ocius huc aquilas servataque signa referte.
Hic patria est : murique Urbis stant pectore in uno.
Tuque dolos, Pœne, atque astus tandem exue notos :
Cum solo tibi jam Fabio sunt bella gerenda. »

735. *memorabant*, non *memorabat*, Col. et Oxon. — 736. *dissederat* Col. h. e. diversis locis sederat, separatus fuerat; *discederat* Put. *dissiderat* malit Lefeb. ut *insiderat* V, 3. Vulgo *discesserat*. — 737. *revocato*, non *revocati*, Col. — 741. *Tænarias* olim conj. N. Heins. et postea *Pæne atras... umbras*, ut apud Hor. Od. II, XIII, 21. Utrumque nimis abit a vulg. scriptura, quæ etiam non minus venusta est. Cf. sup. v. 586 et 688. Sic et *perpetuæ u.*, *perpetua*, *æterna*, *longa nox*; vid. Drak. et Ind.

735. *memorabant voce Parentem*. Quintil. Declam. IX, « Fabio Maximo immortalem adtulit laudem ereptus ex hostium manibus Minucius. » Notandum est, viros tam bello strenuos in castris, quam togæ muniis in urbe felices, *Patrum* nomine a veteribus adpellatos. Juvenal. sat. VIII, v. 243, *Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit*. Liv. lib. V, cap. XLIX, « Dictator (Camillus) recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem redit : interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, *Romulus* ac parens patriæ, conditorque urbis haud vanis laudibus adpellatur. » Insigne decus et dulce in primis merito civi! quod autem apud posteros, infami sæpius pretio prostitutum, vix unus et alter jure adepti reperiantur : rarus enim rex populi dictus pater ; rari duces, ut Turennius! Ed. — 736. *dissiderat; Dissidere* hic est diversis locis sedere, separatum esse. Sic Senec. Thyest. vers. 124, « Isthmi si quis amat regna Corinthii, Et portus geminos, et mare dissidens. » Ed.

737. *Sancte*, venerande, ut ap. Val. Fl. I, 11. — 740. *hoc munere lapsi*, perperam usi, vel infelices, in perniciem ruentes. — 741. Cf. supra v. 586, et congestis ibi exemplis adde Senec. in Phœniss. vers. 233, « ... cur caput tenebris grave Non mitto ad umbras Ditis æternas? » in Hippolyt. v. 835, « Tandem profugi noctis æternæ plagam; « *perpetuam noctem*, ibid. v. 221, « Adiit silentem nocte perpetua domum. » Vide Horat. lib. II, Od. 13. Ed.

742. *huc*, ante tribunal; Lefeb. col. Liv. XXII, 30. — 743. *murique*, etc., vid. ad v. 8. — *stant*, cf. ad III, 173.

Hæc ubi dicta dedit, mille hinc (venerabile visu)
Cespite de viridi surgunt properantius aræ.
Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyæi
Fas cuiquam tetigisse fuit, quam multa precatus
In mensam Fabio sacrum libavit honorem.

747. *properantibus* conj. Livineii, a Cortio et Ernesti notata.

746 sq. « Tum dextræ interjunctæ, militesque, concione dimissa, a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati; lætusque dies ex admodum tristi paulo ante ac prope exsecrabili factus: Romæ... pro se quisque Maximum laudibus ad cælum ferre; » Liv. XXII, 30. Vid. vol. IV, ed. nostr., p. 199. Ed.

747. Vid. ad IV, 701. — 748. *munera Lyæi*, ut δῶρα Διονύσου, Ἀφροδίτης, Δήμητρος. Cf. sup. v. 183, 194. Hesiod. Scut. II. 47; Stat. Silv. IV, 6; Hor. Od. IV, xv, 26; Heyne ad Virg. Æn. I, 636, 734; IV, 33; Kœppen ad Hom. Iliad. γ, 54. — 750. Cf. Virg. Æn. I, 736; III, 177, 354. Fabio, ut Deo, vinum libant; et revera θεὸς ἀπὸ μηχανῆς fuerat. Cf. XI, 302. — *honorem*, vid. ad III, 218. Hæc apte finxit poeta. Similiter Cimbris ad internecionem cæsis atque deletis, neminem fere Romæ fuisse, qui non lautas in honorem Marii instruxerit cœnas, eique ut Deo libaverit, memorant Plutarch. in vita Marii (Opp. T. I, p. 421, ed. Frft.) et Valer. Max. VIII, xv, 7. Augusto etiam libationes tam publicæ, quam privatæ a. U. C. DCCXXIV et DCCXXV decretæ; de quo vid. Dio. Cass. LI, 19 et 20; Hor. Od. IV, v, 31 sqq., ibique Jani. Marum ipsi hastæ libavisse vidimus sup. VI, 138.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Fabium, qui posse vinci hostem, Romanis persuaserat, pro se quisque laudibus ad cælum fert: Hannibal contra, jam summum militiæ jus dictatori redditum, eoque vivente omnem sibi non victoriæ tantum, sed prælii quoque spem præcisam esse, magnopere et dolet et indignatur; 1—11. Quin etiam inopia cunctarum rerum in dies ingravescit, et milites, ex conluvione omnium gentium mixti, Galli in primis, animo semper fluctuantes et prædæ sanguinisque cupidi, pugnam stipendiumque debitum exposcunt, et jam consilia, vel transitionis, vel reditus in patriam agitant; Hannon autem, qui ducem Pœnorum internecivo capitalique odio prosequitur, quantum potest et valet, inpedit, quo minus, vel supplementum copiis ejus scribi, vel frumentum et pecuniam mitti senatus censeat; 11—24. Has curas, quibus Hannibal conficitur, lenit Juno, quæ Annam, Didonis sororem et Numicii fl. Nympham, blande adpellat, ut eum de prosperis, quæ instent, fatis, de fine dictaturæ, comitiis consulum, temeritate Varronis, quem, sui generis hominem, vulgus ad consulatum extrahere nitatur, et de pugnæ Cannensis eventu, certiorem faciat; 25—38. Nympha, communis a Belo ductæ originis, amoris patriæ et mandatorum sororis memor, negotium sibi demandatum non recusat, quanquam divino in Italia honore colatur; 39—49. Quem, unde, et quando consecuta sit, ipsa hoc modo memorat: Post Didonis mortem Iarbas, Gætulorum rex, Carthagine rerum potitur, et Anna primum quidem ad Battum, Cyrenes regem, confugit; sed biennio post, bello propterea hospiti suo a Pygmalione indicto, navem con-

Digitized by Google

scendit, quæ vi tempestatis in litus Italiæ ejicitur; 49—68. Ibi in terra prorsus sibi ignota oberrans obviam venit Æneæ, a quo benigne hospitio excepta Didonem, dolore confectam, in ardentem rogum adscendisse refert; 69—159. Sed a sorore in somnis admonita, ut insidias vitaret, quas Lavinia strueret, intempesta nocte fuga sibi consulit, ipsaque se in Numicium præcipitat, quo facto inter Deas indigetes Latii relata colitur; 160—201. His ordine expositis, Anna, Junonis voluntati morem gerens, ejus verbis optatissimum de subita, quæ inpendeat, rerum mutatione, nuntium Hannibali adfert; 202—224. Is animum revocat, et e Campania, monitu deæ, in Apuliam castra movet; 225—241. Interea Romæ comitiis consulum indictis, C. Terentius Varro, homo non humili solum, sed sordido etiam loco ortus, haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia principumque insectatione petit, et suffragiis turbæ forensis, quæ æternam fastis labem adspergunt, consul creatur; 242—257. Is, qui melior lingua quam dextra erat, et qui nec castra, nec hostem unquam viderat, extemplo ab urbe signa movere statuit; concionesque multas ac feroces habet, denunciantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet; se, quo die hostem vidisset, Pœnorum bello æque ac inpotenti Patrum dominationi finem adlaturum, et Hannibalem mox, Fabio spectante, in triumpho ducturum; 258—277. Collega ejus, L. Æmilius Paulus, qui cum L. Livio olim consul fuerat, et ab iis, qui gloriam perfecti belli Illyrici ipsi invidebant, adcusatus damnatione collegæ, et sua prope, ambustus evaserat, etsi perniciem patriæ imminentem animo præsagit, et tam nobilitate, quam virtute excellit, nihil tamen inclementer in Varronem dicere conatur; 278—279. Eum proficiscentem hortatur Fabius, ut, quum non minus ipsi certaminis cum Varrone, quam cum Hannibale futurum sit, nec alia ratione saluti reipublicæ, quæ tota ab ipso pendeat, consuli possit, utrisque ducibus unus fortiter resistat, sibique persuadeat, Pœnum imperatorem, qui in aliena, in hostili terra, inter omnia inimica infestaque, procul ab domo, procul ab patria sit, summaque commeatus et pecuniæ inopia laboret, superari posse ab eo, quem ratio agentem ducat, non fortuna, quique nec occasioni suæ desit, nec suam occasionem hosti det; 298—326. Ad ea paucis verbis mæstoque vultu respondet consul, se quidem, quam possit, solertissime omnia e republ. fide sua facturum, et, quæ una

salutis sit via, eadem ratione bellum adversus Hannibalem gesturum, qua Fabius gesserit; sed, quum irati dii alterum quasi consulem Romanis, alterum Pœnis dederint, et ne ipse quidem Carthaginiensium senatus, vel magis sibi discordem collegam adjungere, vel infestiorem reipubl. Rom. pestem inmittere potuerit, consilia amici magis sana et salubria, quam explicatu facilia esse, et, si vana idcirco præcepta surdis caneret auribus, atque adversi quid adcideret, hostium se telis potius, quam iterum suffragiis iratorum civium, caput objecturum; 327—348. Non ita multo post consules ad nobilitandas clade Romana Cannas, Apuliæ vicum, cui Hannibal castra jam admoverat, proficiscuntur, et in unum locum cogunt exercitum numero amplissimum (349), et ex Latinis (356), Sabinis (412), Picentibus (424), Umbris (446), Etruscis (468), Marsis (495), Pelignis (510) Campanis, Marrucinis, Frentanis, Vestinis (512) Samnitibus (562) Bruttiis, Lucanis, Hirpinis, Calabris, Salentinis, Picentinis (568), Gallis Cisalpinis, Boiis, Anamanis, Cenomanis, Venetis, Lingonibus, Liguribus, Morinis, Euganeis, Carnis, Vagennis (588), Siculis et Ilvæ ins. incolis (613) conscriptum, quorum populorum urbes una cum ducibus, Scauro, 370, Scævola, 384, Sulla, 393, Tullio, 404, Nerone, 413, Curione, 425, Pisone, 463, Galba, 469, Scipione, 546, Cethego, 575, et Bruto, 607, recensentur; 356—621. Castris autem vix ad Cannas locatis, varia deorum iram declarant prodigia; (622—655). Unde milites, vultu sensibusque adtoniti, et omnia truci clamore complentes, cladem Romanis inminentem, Pauli Serviliique mortem, fugam Varronis, et tot equitum peditumque stragem ominantur; 656—676.

PRIMUS Agenoridum cedentia terga videre
Æneadis dederat Fabius: Romana parentem
Solum castra vocant; solum vocat Hannibal hostem,
Inpatiensque moræ fremit: ut sit copia Martis,

4. *Ut si c. M. E. v. fato* Oxon. prob. Barth. Adv. IV, 22; *belli* pro *Martis* Tell.

1. Fabius nempe Hannibalem primus repulit et retro cedere coegit; at prælio primus eum superavit Marcellus; Drak. Conf. tamen v. 15, et ad VII, 567. — 2. *parentem*, cfr VII, 735. — 3. *solum vocat Hannibal hostem*, cf. Liv. XXII, 30, extr. — 4. De pugnæ copia

Exspectanda viri fata, optandumque sub armis
Parcarum auxilium : namque, hac spirante senecta,
Nequidquam sese Latium sperare cruorem.
Jam vero concors miles, signisque relatis
Indivisus honos, iterumque et rursus eidem
Soli obluctandum Fabio, majoribus ægrum
Angebant curis. Lentando fervida bella
Dictator, quum multa adeo, tum miles egenus
Cunctarum ut rerum Tyrius foret, arte sedendi
Egerat, et, quanquam finis pugnaque manuque
Haud dum partus erat, jam bello vicerat hostem.
Quin etiam ingenio fluxi, sed prima feroces,
Vaniloquum, Celtæ, genus ac mutabile mentis,
Respectare domos : mærebant, cæde sine ulla
(Insolitum sibi) bella geri, siccasque cruore
Inter tela siti Mavortis hebescere dextras.

et R. 2. Post *fremit* comma ponunt Dausq. Cell. et alii, prob. Ernesti. Idem monet v. 9, *Indivisus honos rerum, quin rursus*, etc. conjecisse Markland. epist. crit. p. 33. — 11. *Angebant*, non *Angebat*, omnes scripti et R. 2; *Urgebant* Tell. a m. sec. — 12. *Dictator quum multa adeo, tum, miles*, etc. interpungebat Withof. — *cruori* Ox. *cruoris* emend. N. Heins. ad h. l. et ad Claud. laud. Stilic. II, 16, coll. VII, 213, idque recepere Cell. et Lefeb. — 20. *Inter tela sati* Med. et sic conj. Dausq. coll. I, 341, cui loco Drak. addit verba Liv. X, 16, *Galli inter ferrum et arma nati*. Idem mihi quoque in mentem venit, nec video, quid causæ sit, cur pessime ita legi censuerint N. Heins. et Drak. Nam τὸ *sati* pendet a *mærebant*; vel quod minus durum, *satis* refingendum; *situ* corrig. D. Heins. probb. filio ejus et Drak. qui parum commode comparat VII, 534 et Stat. Th. III, 583. Equidem *situm* explicarem inertiam, segnitiem, ut ap. Ovid. Trist. V, XII, 2, et Quintil. I, 2, vel quo sensu Apuleius Flor. 3, p. 351, 352, ed. Elmenh. dixit, *gladius usu splendescit, situ rubiginat*. Minus placet conject. N. Heins. ad Claud.

desperandum ante Fabii mortem.

5. *Expectanda*, cf. ad V, 207. — 6. *hac spirante senecta*, vivente hoc sene.

11. Cf. Liv. XXII, 32, et inpr. 43; quem locum miror fugisse diligentiam memoriamque Ill. Ernesti, qui non modo ea, quæ de Hannonis odio, sed etiam quæ de Celtis, defectionem molientibus, mox dicentur, fictioni poeticæ tribuenda putat. — *Lentando*, prolatando, trahendo, vel lente gerendo, *bella fervida*, quæ Minucius majore fervore, quam consilio aut prudentia, administrabat; Drak.

13. *arte sedendi*, vid. ad III, 142. — 14. *Egerat*, effecerat.

16, 17. Cf. ad IV, 50 et 311. — *prima*, τὰ πρῶτα, primum, initio. — 20. *siti*, collocati ac undique hostium pilis septi; Mars. et Barth.

His super, internæ labes, et civica vulnus
Invidia augebant: lævus conatibus Hannon
Ductoris, non ulla domo submittere Patres
Auxilia, aut ullis opibus juvisse sinebat.
Quîs lacerum curis, et rerum extrema paventem
Ad spes armorum, et furialia vota reducit
Præscia Cannarum Juno, atque elata futuris.
Namque hac adcitam stagnis Laurentibus Annam

l. e. *sui Mavortis*, quam recepit Cell. et ceteris longe præstare putabat Drak. ut Gallorum Mars Romanorum Marti obponatur, quod mihi non persuaserunt verba Flori II, 4, *Mox, Astrionico duce*, Galli *vovere de nostrorum militum præda Marti suo torquem*. Magis ad rem facit locus Virg. Æn. XII, 187, ubi vid. Heyne. Mars enim est illorum, quibus favet. Confer. not. ad I, 118. Sed non adsequor, cur displiceat vulgatum *siti*, quod Dausq. jam recte exposuit, ardenti desiderio belli, prob. Lefeb. qui lepidam hanc rationem adfert: maximam debilitatem sequi nimiam sitim, ipse non semel expertus sum in itineribus. *Horrescere* priscæ edd. Withof. *situ* quidem potabat legendum, sed verba sic construenda esse: *tela hebescere situ, inter dextras cruore siccas Mavortis*. — 21. *tabes* maluerit et multis exemplis illustravit N. Heins. ad h. l. et ad Claud. bell. Getic. v. 50. Id probavit Drak. et recepit Cell. Sed vulgata quoque satis apta est. — 22. *augebant* et mox *Hannon*, non *angebant* et *Anno*, Col. — 28. *Jamque* conj. Dausq. prob. N. Heins.

Adv. IV, 22. Cf. V. L. — 21. *labes*, ut *pestis* et *lues*, pernicies, ruina, et omne malum, quod interitum minatur, ut passim ap. Cic. v. c. Dom. I; Div. I, 43; Verr. I, 1; Harusp. 22; conf. Ern. ad Tac. Ann. II, 47; Intpp. ad Val. Fl. II, 239; V, 237, et ad h. l. Drak. recte intelligit vitium et malum, quod remp. Carthag. adfligebat, et quo latius serpente ruinam minitabatur; invidiam nempe popularium, et factionem Hannonis Barcinæ factioni adversam, quæ Hannibali necessaria submitti prohibebat.

22. *lævus*, adversus, vid. ad III, 94; Virg. G. IV, 7; Æn. II, 693. Ed.

25. Cura *lacerat*, τείρει θυμὸν, φθείρει, φθινύθει κῆρ. Cf. ad VII, 271. — *rerum extrema*, pro vulg. *extremas res*, ut ap. Cæs. B. C. II, 25; *extrema*, sup. VII, 320. Sic *extrema tempora*, *fortuna*, *casus*, *extrema pati*, *ad extrema ventum est*, et similia passim obvia. — 26. *furialia vota*, furiosam, h. e. acerrimam pugnandi cupiditatem, vid. ad I, 32, *bellandi furore*.

28. Episodium nimis forte longum, quod tamen magni poetæ ingenium doctrinamque arguit. Nam Annæ memoria in Carthaginis et Romæ etiam historiis, mythis atque originibus non erat obscura. Præterea hoc episodio, ad quod viam sibi munivit Silius, v. 8 sqq., rerum varietati consuluit cavitque, ne lectorum voluptas perpetua præliorum descriptione interciperetur; sed potius eorum, qui antiquæ historiæ, Virgilii aliorumque poetarum lectione imbuti essent, Romanorum in primis, animi magnarum rerum ex-

Adfatur voce, et blandis hortatibus inplet:
« Sanguine cognato juvenis tibi, Diva, laborat
Hannibal, a vestro nomen memorabile Belo.
Perge, age, et insanos curarum comprime fluctus.
Excute sollicito Fabium : sola illa Latinos
Sub juga mittendi mora : jam discingitur armis.
Cum Varrone manus, et cum Varrone serenda
Prælia : ne desit fatis ad signa movenda.
Ipsa adero : tendat jam dudum in Iapyga campum.

qui et *excitam* volebat, refrag. Draken. vid. Ind. — 31. *vestro*, non *nostro*, Col. Oxon. Parm. Obofer. v. 222. — 33. *sola ille... mora* non male emend. N. Heins. quod recepit Lefeb. multisque exemplis adstruxit Drak. v. c. Virg. Æn. X, 428; Liv. XXIII, 9; Lucan. I, 100; Senec. in Agam. 211, in Troad. 124, in Phœniss. 458; in Herc. fur. 1215, ubi vid. Gronov. et ad Senec. de Ben. V, 12; conf. not. ad I, 479; V, 319; XVI, 504. — 36. *nec* scripsi. *ad signa movendum* frustra conj. N. Heins. Conf. tamen XI, 562, 563; XV, 105; (ubi *bona censendum* verbis græcis οὐ νομιστέον ἀγαθὰ εἶναι respondere, notavit Schmid.) Colum. VII, 5 (*ulcera medicamentis curandum*) Lucret. I, 112, II, 1127; Inpp. Virg. Æn. XI, 230, et quos Drak. iuff. ad XV, 105, laudat, Gifan. Ind. Lucret. voc. *Gerundia in dum*; Gronov. Obss. I, 7; Marcil. ad Tertull. Pall. p. 60; Zinzerl. Promuls. crit. c. 3

spectatione suspensi tenerentur, et ad pugnam Cannensem præpararentur. Cum *Anna*, Didonis sorore, filia *Beli* (vid. ad I, 73 87, et Heyne Exc. XXIII, ad Virg. Æn. I), exemplo poetarum Rom. confunditur Anna Perenna, quæ facta inde Nympha Numicii fl., quum potius dea esset ex indigetum numero, et fausta anni initia designaret; quod monet Heyne, Exc. III et IV, ad Virg. Æn. VII, p. 112 et 121, ed. prior. Annæ fata et fabulam non minus copiose persequitur Ovid. Fast. III, 523... 696; quem Silius ante oculos habuit, sed sermonis poetici nitore multum antecellit. Utrumque poetam comparasse, non pœnitebit humanitatis studiosos. — *stagnis*, aquis (vid. ad VII, 282), fluvio, *Laurentibus*, Numicio, seu Numico, qui in Latio inter Laurentum ac Lavinium in finibus Rutulorum defluit; vid. Heyne, Exc. III, ad Virg. Æn. VII, 150 sq., et Cluver. Ital. ant. III, 3, p. 893.

31. *a vestro nomen memorabile Belo*, ut v. 439. — 32. *fluctus curarum*, ut ap. Lucret. VI, 33, et Catull. LXV, 62, 97. Sic et *fluctus concionum*, Cic. Mil. 2, et Fl. 24; *fluctus belli*, Lucret. V, 1289, et inf. IX, 527 : κῦμα μέθου in Epigr. κῦμα κατακλυσμὸν φέρον νόσων, Plat. Leg. V. Conf. Cerda ad Virg. Æn. VIII, 19; XII, 831. — *insanos*, vid. ad I, 251.

33. *Excute Fabium*, eripe ei metum Fabii. — 34. *jam discingitur armis*, ἀποζώννυται, jam in eo est, ut arma imperiumque deponat. Cf. Liv. XXII. 31. — 35. Varronis nomen repetit contemtus causa; Cell. — 37. *jam dudum*, ut ap. Virg. Æn. II, 103, ubi Vid. Heyne

Huc Trebiæ rursum et Trasymeni fata sequentur. »
  Tum Diva, Indigetis castis contermina lucis,
« Haud, inquit, tua jus nobis præcepta morari:
Sit fas, sit tantum, quæso, retinere favorem
Antiquæ patriæ, mandataque magna sororis,
Quanquam inter Latios Annæ stet numen honores.
Multa retro rerum jacet, atque ambagibus ævi
Obtegitur densa caligine mersa vetustas,
Cur Sarrana dicent Œnotri numina templo,
Regnisque Æneadum germana colatur Elissæ.
Sed pressis stringam revocatam ab origine famam

et 32; Barth. Adv. XXV, 3, et Perizon. ad Sanctii Minerv. I, 15. — 41. *Sit fas, sit tantum* non male Colon. teste N. Heins. nam *cautum* in eo invenit et *tantum* pro eo scribendum esse notavit Modius. *Sic fas sit t.* Oxon. prob. Barth. Adv. I, 5. *Sed fas sit t.* Put. R. 1, Parm. Med. si fides habenda, N. Heins. et Drak. *Sed fas sit cautum* primum edidisse Marsum et post eum alios, testatur Drak. *Si fas*, si fieri potest, (εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί) *sit cautum, quæso, retinere favorem... sororis. Quamquam... honores, Multa*, etc. refinxit Lefeb. qui τὸ *Si* in c. Put. et τὸ *cautum* in tribus antiquis, nescio quibus, inveniri, et verba *sit cautum* triplici sensu accipi posse monet, respectu, vel Junonis, quam offendere nolit, vel sui, quam Romani colant, vel sororis, eujus mandatis obtemperare fas sit; *tantum quæ detinuisse favorem* Col. unde *quin detinuisse* conj. N. Heins. Forte leg. *quæso, tenuisse*. — 47. *Regnis Æ.* Colon. in quo versus præc. male omittitur. — 48. *pressa* R. 2.

et Burm. — *Iapyga campum*, vid. ad I, 51.

39. *Indigetis* dei, ἐγχωρίου, Æneæ, *lucis*, cum templo, vid. Liv. I, 2; Dionys. Hal. I, p. 52; Ovid. Met. XIV, 598 sq.; Tibull. II, v, 43, 44, ubi vid. Heyne. *Lucum Jovis Indigetis* memorat Plin. III, 5, ubi Dalec. monet, nemus illud hodie dici *Campo Selva* prope Albam Longam (*Savello*) et Aritiæ (*la Riccia*) ruinas. — 40. Cf. Virg. Æn. I, 76, 77.

41. Fas sit, amorem in Carthaginem, patriam meam, retinuisse, et mandatorum Didonis, quæ ad æternum in Æneam Romanosque odium spectabant, (vid. Virg. Æn. IV, 622 sq.) memorem esse, etsi Anna (ego) stet, sit, *inter Latios honores*, h. e. numina, quæ a Romanis coluntur. — 46. Cur Romani templum mihi dicaverint. — *Sarrana*, vid. ad I, 72. — *Œnotri*, ut v. 220; IX, 473; XIII, 51; quibus locis vulgo *Œnotrii* legitur, quod recte emendarunt N. Heins. et Drak. Gr. Οἰνώτροι, seu Οἴνωτροι, et Οἰνωτρία, secunda producta, ut in *Œnotria* I, 2, et ap. Virg. Æn. VII, 85. Cf. Burm. et Pier. ad Virg. Æn. I, 532; III, 166, et sup. ad I, 2.

48, 49. Hæc luxuriosius dicta, pro leviter et paucis adtingam hanc *famam*. Formæ loquendi a Circo desumtæ, ubi brevissimus cursus est ejus, qui metam stringit

Narrandi metis, breviterque antiqua revolvam.
Iliaco postquam deserta est hospite Dido,
Et spes abrupta e medio, in penetralibus atram
Festinat furibunda pyram : tum corripit ensem
Certa necis, profugi donum exitiale mariti.
Despectus tædæ regnis se inponit Iarbas,
Et tepido fugit Anna rogo. Quis rebus egenis
Ferret opem, Nomadum late terrente tyranno?
Battus Cyrenen molli tum forte fovebat
Imperio, mitis Battus, lacrimasque dedisse
Casibus humanis facilis; qui, supplice visa,
Intremuit regum eventus, dextramque tetendit.
Atque ea, dum flavas bis tondet messor aristas,
Servata interea sedes : nec longius uti

51. *spes abruptæ medio*, in medio spei deserta, corrig. Barth. Adv. IV, 22. Melius *Et spes abruptæ; mediis penetralibus* N. Heins. quod recepit Lefeb. qui τὸ *in* non invenit in c. Tell. Possis etiam *spes abruptæ mediæ*, *in*, etc. — 54. De voc. *Iarbas* vid. ad I, 417. — 55. *Et tepido fugit Anna rogo* Colon. Tell. et R. 1, in marg. *Et tepido fugit arma rogo* R. 2, 3, et c. Puteol. in marg. nam in contextu est *templo* pro *tepido*. *Et trepido fugit arma rogo* R. 1, Parm. Med. *Et trepido figit arma rogo* ed. Marsi a. 1492, et Mart. Herbip. *Et tepido figit arma r.* ed. ant. Marsi. Quod quum metri legibus repugnaret, Nicander refingebat *Et tepido arma rogo figit*, quæ vulgata lectio probavit se Dausq. *Et tepido Anna rogo fugit* emend. Barth. Adv. IV, 22. — 57. *Cinerem* quidam. — 60. *Ingemuit rerum eventus*, vel *rerumque vices* maluerit N. Heins. Sed in vulgata major vis inest. — 62. *sede est* conj. Dausq. Male.

et premit. *Metam stringere*, ut V, 24, ubi vid. not. — *pressis*, artatis; propr. ut *premere litus*, *latus*, etc. ap. Hor. Od. II, x, 3; Ovid. Trist. III, xi, 14, al. — *famam*, cf. simil. loc. Virg. Ge. IV, 286.

50. Conf. Virg. Æn. IV, 494 sq., 504 sq., 641 sq. — 51. *spes* nuptiarum. — *atram* infaustam.

52. *Festinare*, ut *properare*, festinanter, properanter facere; Drak.

54 seq. Conf. Virg. Æn. IV, 36, 196 sq., et sup. ad I, 417. — 55. *tepido rogo*, tepente adhuc Didonis rogo, h. e. ea modo interfecta; non tertio demum anno, ut ap. Ovid. Fast. III, 551 sq. Drak. — 56. *Nomadum terrente*, ut ap. Virg. Æn. IV, 320.

57 sq. Conf. ad III, 253, in V. L. — 60. *Intremuit*, ut θάμβειν, ταρβεῖν; Lefeb. — *regum*, regiæ familiæ, *eventus*, tristia fata. — *tetendit* supplici, ἱκέτιδι, *dextram*, pignus amicitiæ et hospitii. — 61. Color orationis satis notus apud poetas. Confer Intpp. ad Petron. c. 89, ad Virg. Æn. I, 265, 756; Ecl. I, 70, et quos Drak. laudat, Ovid. Fast. III, 557; Sen. OEd. 783, et Troad. 73 sq.; Claud. b. Get. 147, 166, et inf. XIII, 672.

His opibus Battoque fuit : nam ferre per æquor
Exitium miseræ jam Pygmaliona docebat.
Ergo agitur pelago, Divis inimica sibique,
Quod se non dederit comitem in suprema sorori :
Donec jactatam laceris (miserabile) velis
Fatalis turbo in Laurentes expulit oras.
Non cæli, non illa soli, non gnara colentum,
Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.
 Ecce autem Æneas, sacro comitatus Iulo,
Jam regni compos, noto sese ore ferebat.
Qui terræ defixam oculos et multa timentem,
Ac deinde adlapsam genibus lacrimantis Iuli
Adtollit, mitique manu intra limina ducit.
Atque ubi jam casus adversorumque pavorem
Hospitii lenivit honos, tum discere mæsta
Exposcit cura letum infelicis Elissæ.
Cui sic, verba trahens largis cum fletibus, Anna
Incipit, et blandas addit pro tempore voces :
« Nate Dea, solus regni lucisque fuisti
Germanæ tu causa meæ : mors testis, et ille
(Heu! cur non idem mihi tum?) rogus. Ora videre

66. *feroci* pro *sorori* R. pr. — 71. *caro Iulo* volebat N. Heins. citra necessitatem. — 73. *oculos*, non *oculis*, scripsi, ut apud Virg. Æn. I, 561; XI, 480; Ovid. Epist. VI, 26, et Amor. II, VII, 11, quibus locis, a Drak. laudatis, *demissus*, *dejectus* et *fixus oculos* dicitur. — 83. *tum*, non *tunc*, scripsi et R. 2.

63. *fuit*, vid. ad I, 163. — 64. Cf. Virg. Æn. I, 346 sq.

71. *Iulo*, sed Achate ap. Ovid. Fast. III, 603. — *sacro*, venerabili, ex cujus stirpe Julius Cæsar, in Deorum numerum relatus; Cell. Conf. ad VII, 9. — 72. *Jam regni compos*, post mortem Latini, soceri sui. — *sese ferebat*, vid. ad IV, 261.

79. *verba trahens*, ut ap. Virg. Æn. I, 371; vel longo sermone qui *tractus* dicitur, Val. Fl. II, 665.

80. En consilium, quod in tota narratione sequitur poeta. — *pro tempore*, pro misera conditione sua, quæ odium Æneæ subprimere cogebat, ut fere ap. Virg. Ecl. VII, 35. — 81. *regni lucisque*, proprie malorum et mortis causa fuerat.

83 sq. Poeta variavit, nec tamen adsequutus est gravitatem et vim narrationis Maronianæ, Æn. IV, 586 sq.; (vid. ad v. 126) quam ut carmini suo intexeret, v. 78, maculis adspersit characterem Æneæ, quem multo veriorem et amabilio-

Postquam est ereptum miseræ tua, litore sedit
Interdum, stetit interdum, ventosque secuta
Infelix oculis magno clamore vocabat
Ænean, comitemque tuæ se inponere solam
Orabat paterere rati: mox turbida anhelum
Retulit in thalamos cursum, subitoque tremore
Substitit, et sacrum timuit tetigisse cubile.
Inde amens, nunc sideream fulgentis Iuli
Effigiem fovet amplexu; nunc tota repente
Ad vultus conversa tuos, ab imagine pendet,
Conqueriturque tibi, et sperat responsa remitti.
Non unquam spem ponit amor: jam tecta domumque
Deserit, et rursus portus furibunda revisit,
Si qui te referant converso flamine venti.
Ad magicas etiam fallax atque inproba gentis
Massylæ levitas descendere conpulit artes.
Heu sacri vatum errores! dum numina noctis

85. *navesque secuta I. oculis* conj. Withof. coll. Stat. Silv. V, 2, 5, et Ovid. Ep. Her. V, 55. Durior certe dictio *ventos sequi oculis*. *Oculis* autem *sequi*, ut apud Virg. Æn. VIII, 592; Ovid. Met. XIII, 259, et Ep. Her. XII, 55; XIII, 18. At lenior forte medicina *vectosque*, vel *nautasque secuta*. — 91. Ita Colon. non, ut vulgo, *sidereum Julique tuamque Effigiem*, quod præfert. Dausq. qui nugatur, judice N. Heins. *Iuli* nomen tribus syllabis enuntiari solet, et de Æneæ effigie v. 92, 93, agitur: præterea τὸ *nunc* repetitur. — 95. *Non unquam* Oxon. R. 1, Parm. Med. Vulgo *Nonnunquam*.

rem ab Ovid. Fast. III, 619, proditum jam notavit Ernesti. — 91. *sideream*, splendidam, divinam, pulchram, ut *siderea ora* et *juventa*; vid. Heins. et Burm. ad Val. Fl. IV, 190; V, 467, et VIII, 26. Sic et *fulgentis Iuli* pro pulchri juvenis: nam juventuti proprie tribuitur *nitor* et *lumen purpureum*. Cf. ad VII, 195; *κάλλεϊ καὶ χάρισι στίλβων*, Homer. Odyss. ζ. 237. — 92. *Effigiem*, cf. Virg. Æn. IV, 508. — 93. *pendet*, vid. ad VI, 565.

98. Conf. Virg. Æn. IV, 480 sq. — 99. *Massylæ*, vid. ad I, 101. — *compulit* invitam, Æn. IV, 493; Drak. qui et contra Barth. monet, non inopportune mores Pœnos in persona Annæ *fallaces* vocari, sed recte Didonem reprehendi, quod, quum Tyro oriunda sit, ad hanc levitatem prolapsa fuerit. — 100. Cf. Virg. Æn. IV, 65 sq., ubi vid. Heyne. — *sacri*, ut *ἱεροί*, magni; D. Heins. et Dausq. Conf. ad VII, 9. Horrendos, exsecrabiles, nefandos, exponunt Drak. et Barth. Adv. IV, 22, Coll. Catull. carm. XIV; (ubi vid. Moret.) Stat. Th. II, 298; Virg. Æn. III, 57; Ge. III, 566. Possis

Eliciunt, spondentque novis medicamina curis,
Quod vidi decepta nefas! congessit in atram
Cuncta tuî monimenta pyram, et non prospera dona. »
Tum sic Æneas dulci repetitus amore :
« Tellurem hanc juro, vota inter nostra frequenter
Auditam vobis, juro caput, Anna, tibique,
Germanæque tuæ dilectum mitis Iuli,
Respiciens, ægerque animi tum regna reliqui

101. Post *curis* tacite interpunxit Lef. — 104. *irretitus* audacter corrigebat N. Heins. ad h. l. et ad Sabini Epist. III, 91. Lenior forte medicina : *resecutus*, scilicet ejus his dictis respondet, ut ap. Ovid. Met. VI, 36; VIII, 863; XIII, 749. Sed vid. not. — 107. *dilectum mitis* Col. Tell. a m. sec. et R. 2, quod recepi, præeunte Lefeb. Hinc reliquæ lectt. ortæ; *dilecti, invitus, Iuli* R. 1, 2, Parm. Med. et al. quod recepit Drak. suadente N. Heins. qui *Respiciensque* malebat, et τὸ *invitus* ex Virg. Æn. VI, 460; vindicabat. Sed vid. not. ad v. 108. *dilecti vultus* Ox. Put. et Tell. a m. pr. *dilecti, mitis Iuli* vulgg. edd. *dilecti ceu mihi* (æque se

etiam felices, sive præclaros errores (vid. ad VII, 9) per ironiam intelligere; vel, quod cæteris præstiterit, sacrorum vatum errores.

101... 103. Conf. Virg. Æn. IV, 487... 511. — *non prospera dona*, inprim. ensem, quo se ipsa transfixit.

104. *repetitus amore*, iterum sagittis ab Amore petitus, transfixus: nam ducta in matrimonium Lavinia, primi amoris memoria Æneæ exciderat, quem Annæ sermo ipsi revocabat; *petere* autem sagittariorum vox est, unde ad Amorem transfertur, qui sagittis petit; Drak. Sic et *repeti* dicuntur gladiatores, si vulneratis nova plaga infligitur; vid. Lips. Saturn. II, 20. Possis tamen etiam simpl. explicare, iterum captus, vel ita : *repetitus*, h. e. iterum (ut ap. Virg. Ge. I, 39; Ovid. Met. V, 473; Martial. XII, XVIII, 7) *dulci amore* adfatus est, ut ap. Virg. Æn. VI, 455.

105 Conf. Virg. Æn. VI, 458 sq. *Tellurem*, etc. Imitat. Ovid. Fast. III, 613 sq. — *juro Tellurem*, h. e. per tellurem, ut ap. Catull. LXVII, 40; Cic. ad Div. VII, 12; Prop. I, XV, 35; Claud. b. Gild. I, 81; ὄμνυμι τοὺς θεοὺς Herodian. II, 10, et Theocrit. XXX, 22 sq. Drak. Cf. Broukh. et Heyne ad Tibull. IV, XIII, 15. — *frequenter Auditam*, cf. v. c. Virg. Æn. I, 530, 553; III, 94; IV, 345, 361; et alibi.

106 sq. *juro caput Iuli*, ut ap. Virg. Æn. IX, 300, Drak. — *Mitis*, vox fructibus propria, qui vel maturitate, vel requie, postquam decerpti sunt, molles, dulces suavesque fiunt; hinc placidus, dulcis, jucundus, ἤπιος, cui venustas et gratia, χάρις καὶ ἵμερος, inest, adeoque pulcher, ut Gr. ὡραῖος. Sic *mitis Venus*, Tibull. II, III, 72; *mites Horæ*, Ovid. Fast. I, 1, 125; πολυγηθέες Ὧραι, Hom. Iliad. φ, 450. Pulchritudo autem Iuli nota est ex Virg. Æn. V, 570; VII, 107; IX, 293; X, 132 sq. — 108. *Respiciens, ægerque animi*, ut *non sponte* et *invitus* ap. Virg. Æn. IV, 361; VI,

Vestra, nec abscessem thalamo, ni magna minatus,
Meque sua ratibus dextra inposuisset, et alto
Egisset rapidis classem Cyllenius Euris.
Sed cur, (heu seri monitus!) cur tempore tali
Incustodito sævire dedistis amori? »
Contra sic infit, volvens vix murmur anhelum
Inter singultus, labrisque trementibus Anna:
« Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant,
Atque atri sociæ thalami nova sacra parabam,
Queîs ægram mentem et trepidantia corda levaret
Infelix germana tori, furvasque trahebam
Ipsa manu, properans ad visa pianda, bidentes.
Namque asper somno dirus me inpleverat horror,

mihi), vel *si mihi* conj. Barth. Adv. IV, 22. — 113. *servire* Put. et R. 2. — 114. *vix*, non *sic*, Colon. ex quo etiam *labrisque* pro *labiisque* recepi, præeunte Lefeb. — 121. *summo* Oxon. Put. R. 1, Med. *Nam somno aspersam* ex ingeniosa emend. N. Heins. reposuit Lefeb. non inprob. Drak. qui monet, sic *quietem irrorare*, dici X, 357; *q. irrigare* Virg. Æn. I, 692, ubi vid. Intpp. *perfundi somno*

460. Cf. et Æn. V, 3; inf. XII, 729, et XVII, 214, ubi Drak. confert Quintil. Decl. X, p. 174; Ovid. Her. XVIII, 118; Scalig. ad Virg. Cir. 469, et Gebhard. ad Prop. II, VII, 10.

109 sq. Cf. Virg. Æn. IV, 222 sq., 356 sq.; VI, 461. — *magna minatus*, ut ap. Val. Fl. VIII, 460. Sic et *magna promittere*, inf. v. 240, vel *magna loqui*, *μεγάλα εἰπεῖν*, *ἔπος μέγα ἐξειπεῖν*, *μέγα πνεῖν*, *φρονεῖν*, etc., vid. Vulp. ad Prop. II, XV, 53; Burm. ad Val. Fl. I, 262, et ad Phædr. IV, 22, extr. — 110. Qui plane prospero eventu utitur, manu deorum levari dicitur; Barth. Adv. IV, 22. Imo sensus est: nisi Mercurius me invitum vi et minis ad navigandum impulisset.

112. *tempore tali*, tam importuno, vid. ad VII, 227. Nam Dido, etsi Iarbæ desponsata erat, *incustoditum*, h. e. incautum, vel potius non celatum, non furtivum *amorem*, (ut ap. Tac. Ann. XII, 4) sed palam exercebat. Conf. Virg. Æn. IV, 169 sq. — 113. *dedistis*, permisistis, concessistis. — *sævire*, cf. Virg. Æn. IV, 300 sq., et 532.

114, 115. Ornate et summo Annæ mærori apte. — 116. Imitat. Virg. Æn. IV, 634 sq. — *Nigro Jovi*, vid. ad II, 674. — *tertia regna*, ut XIII, 437. — *laborant*, serviunt, parent, adeoque imperio subjecta sunt. — 117. *sociæ thalami*, Proserpinæ. — 119. *furvas*, vid. ad I, 119, et V, 220, in V. L. — 120. *visa pianda*, expianda, avertenda, quod proprie *procurare somnia* dicebant; Drak. qui laudat Broukh. ad Tibull. I, v, 13, et Intpp. ad Petron. c. 104.

121. Recte comparant Virg. Æn. IV, 460 sq., et Ovid. Her. Ep. VII,

Terque suam Dido, ter cum clamore vocarat,
Et læta exsultans ostenderat ora Sychæus.
Quæ dum abigo menti, et, sub lucem ut visa secundent,
Oro cælicolas, ac vivo purgor in amni;

Val. Fl. VIII, 81, ubi vid. Heins. *infusus sopor* Appul. Met. III, p. 56, ed. Pric. et *somno sese exsiccare*, de experrectis ex eo, Ennio p. 142, ubi vid. Columnam Conf. Virg. Æn. III, 511; Kœppen ad Hom. Iliad. β, 19; Burm. ad Val. Fl. IV, 16. Quum vero hæc nimis a vulgata lectione abeant, et vox *me* omnino, nisi me omnia fallunt, importuna sit, (nam ipsa Dido, non Anna, somnio territa, vocem Sychæi audierat) præstiterit, opinor, *Namque asper somno diffusam i. h. Asper* est dirus, vel simpl. magnus, de quo vid. not. ad I, 2; *diffusam*, perfusam; vel, quod malim, circumfusam, circumdatam alis, vel fusco amictu, quo Somnus ἀμφιχυθεὶς obumbrat. Conf. X, 345, Kœppen l. c. Heyne Obss. ad Tibull. II, 1, 89, et III, IV, 55; Cuper. Apoth. Homer. p. 178, et Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 234; *Nam me asper somno dirusque impleverat horror* conj. Ernesti. Conjectura mea non displicuit viro docto in *Allg. litt. Zeit.* a. 1796, N. 139; cui tamen Heinsii emendatio probabilior videtur, donec exemplis evincatur, *diffusam* pro *circumfusam* dici posse. Nonne vero similiter *umbras diffusas* dixit Martial. de Spect. II, 9; *platanus diffuderat umbras*, et *diffusa ramis*, Petron. 131; *rami late diffunduntur*, Cæs. Bell. Gall. VI, 25; et similia alii? Quæ exempla si non satis firma ad illud probandum censueris, *diffusam* accipe pro *perfusam* eo sensu, quo somno *perfundi*, *adspergi*, *irrigari* dicimur. — 122. *Terque suum*, *ter Dido suum* c. v. conj. Dausq. ut sensus sit : Dido suum Æneam vocarat, qui nullus aderat; sed pro eo ora ostendebat Sychæus. Male ! — 124. Vulgo distinguunt, *et sub lucem*, *ut v. secundent*, *Ora* c. prob. D. Heins. qui interpretatur : ore vultuque ad lucem solemque surgentem converso, more expiandi, ut ap. Sophocl. Electr. 425, ἡλίῳ Δείκνυσι' ὄναρ, et inf. XIII, 406. Sed ibi diis inferis *sub lucem*, h. e. instante luce sacra fiunt, non superis, ut h. l., quibus orto sole sacrificabant, quod jam observavit Drak. — 125. *amni* ex Colon. bene restituit Modius coll. Virgil. Æn. II, 719; IV, 635. Vulgg. *antro*, probb. Dausq. et Barth. ut intelligatur antrum, in quo sit fons isti expiationi; *amne* etiam conj. Dempst. ad Rosini antiq. Rom. II, 2; *amni* vero ἀρχαϊκῶς scribitur, ut *sorti* VII, 368, ubi Drak. laudat I, 99 sq. — 122. *Dido*, Διδία, contr. Διδώ, ut v. 233. — *suam Dido*, non solum uxorem suam dum viveret, sed cui mortuo etiam voverat, se reliquum vitæ tempus viduam fore; cui se totam dicarat; Drak. qui hanc emphasin vocc. *meus*, *tuus*, *suus* illustrari monet a Broukh. ad Prop. IV, III, 1, et Heins. ad Ovid. Rem. Am. 492. Cf. Virg. Æn. IV, 15 sq. et 552. — 123. *exsultans*, quod votam tumulo suo pudicitiam, neque servatam, mox ipsa sui cæde ultura, atque ad ipsum ventura esset; Barth. Adv. IV, 22.

124, 125. Conf. Virg. Æn. IV, 635 sq. Oro deos, ut *visa sub lucem*, h. e. somnia horrenda, instante luce, nocte in diem vergente, (quo tempore veriora credebantur, de quo vid. ad III, 200) mihi immissa, prospera facere velint; Drak. coll. IX, 90, et XIII, 406. Add. Virg. Æn. VI, 225, et alia loca, ubi τὸ *sub*, cum quarto casu junctum, rem imminentem innuit, ap. Gron. ad Liv. II, 55. — *visus secundent*, ut ap. Virg. Æn. III, 36, et Lucan. I, 635;

Illa, cito passu pervecta ad litora, mutæ
Oscula, qua steteras, bis terque infixit arenæ.
Deinde amplexa sinu late vestigia fovit,
Ceu cinerem orbatæ pressant ad pectora matres. »
Tum rapido præceps cursu, resolutaque crinem,
Evasit propere in celsam, quam struxerat ante
Magna mole, pyram : cujus de sede dabatur
Cernere cuncta freta et totam Carthaginis urbem.
Hic Phrygiam vestem et baccatum induta monile,
Postquam illum infelix hausit, quo munera primum
Sunt conspecta, diem, et convivia mente reduxit,
Festasque adventu mensas, teque ordine Trojæ
Narrantem longos se pervigilante labores,
In portus amens rorantia lumina flexit.

115; VII, 358; Gifan. Ind. Lucret. voc. *colli*; Gron. ad Liv. XXIX, 20; Heins. ad Claud. in Rufin. I, 9, ad Ovid. Epist IV, 31, ad Vellei. II; Bentl. ad Hor. Serm. I, v, 72. — 126. *prævecta* conj. N. Heins. ut IV, 51. — 133. *juncta*, h. e. propinqua, vicina *freta* malebat idem, quod prob. Drak. et recepit Lefeb. Sed *cuncta freta*, h. e. cunctum fretum, totum mare, prætulerim, quoniam cum *tota urbe* jungitur. — 134. *bacatum* scribendum videbatur N. Heins. vid. ad III, 596. — 139. Drak. — 126. Conf. Virg. Æn. IV, 642... 692. — *mutæ*, vitæ, sensus ac rationis experti, ut passim. Dido iterum ad litus tendit, in quo jam sup. v. 84 sq., modo sedisse, modo stetisse fingitur, et arenam, qua Æneas steterat, exosculatur, quæ molli potius amoris adfectui consentanea sunt, quam animi motibus, quos desperatio nunc concitare debebat, quosque bene expressit Virg. Æn. IV, 586 sq, ubi Dido non domo se proripit ad litus, sed ex edita ædium parte Ænean vela in altum dantem prospicit, et confestim æstuat dirasque perfido inprecatur. Conf. ad v. 80. — 128. *vestigia*, arenam, in qua vestigia tua erant. — 129. Ut ap. Ovid. Met. VIII, 538, al.

134 sq. Cf. Virg. Æn. I, 647 sq., 654, 711; IV, 648, 649. — 135. *hausit* sc. animo, (ut Æn. XII, 26) in intimam mentem demisit, memoriam diei penitus animo infixit. Cf. ad I, 345. Similiter fere oculis, vel auribus *haurire, bibere, trahere*, pro intentissime videre, et cupidissime audire, metaph. a bibendi aviditate petita. Cf. XI, 284; Jani ad Hor. Od. II, xiii, 32; Burm. ad Val. Fl. I, 263; III, 609; Barth. Adv. III, 21. — 136. *convivia... mensas*, cf. Virg. Æn. I, 699 seq. Sed cur harum nunc rerum et singulatim memor est? et cur vestem Æneæ induit? Apud Virg. Æn. IV, 648, *vestem notumque cubile conspicit, paulum lacrimis et mente morata*. — 138. *Narrantem*, Æn. II et III. — *se pervigilante*, cf. Virg. Æn. I, 748 sq.

« Dî longæ noctis, quorum jam numina nobis
Mors instans majora facit, precor, inquit, adeste,
Et placidi victos ardore admittite manes.
Æneæ conjux, Veneris nurus, ulta maritum,
Vidi constructas nostræ Carthaginis arces.
Nunc ad vos magni descendet corporis umbra.
Me quoque fors dulci quondam vir notus amore
Exspectat, curas cupiens æquare priores. »
Hæc dicens ensem media in præcordia adegit,
Ensem Dardanii quæsitum in pignus amoris.
Viderunt comites, tristique per atria planctu
Concurrunt : magnis resonant ululatibus ædes.

Hunc versum in recentt. libris sequitur alius, a Nicandro procusus, et e vers. 130, judice Lefeb. confictus, *Atque hæc sparsa comam Divis in morte profudit*, quem Drakenborch uncis inclusit, et nos cum Lefeb. prorsus hinc ablegare non dubitavimus, etsi pro eo stet Dausq. Certe *comam vicina morte p.* legendum monebat N. Heins. — 145, 225. Hi versus, qui primum leguntur in Aldi et Andreæ Asulani ed. Lugd. 1523, an Silii essent, multum ambigebat N. Heins. eosque depromtos suspicabatur ex Collectan. crit. Jac. Constantii, editis Fani a. 1508, qui eos ad Baptistam Guarinum e Galliis fuisse missos adfirmat c. 92. Contra Lefeb. non dubitat, quin genuini sint, et vacuum a Benessa in ed. sua locum propterea relictum censet, quod Marsus notaverit, plurimos hic fuisse versos omissos ab eo, qui Silium e codice, in monasterio S. Galli invento, exscripserit. Omnino facile quidem intelligitur, iis extrusis orationis seriem non cohærere. Sed quæritur, num monachos, an ipse poeta lacunam h. l. ita expleverit. Prius fere suspicari possis, quum nonnulla in iis sint, quæ ineptum versificatorem sapiant, et imitatio Maronis Ovidiique nimis videatur servilis. Sed illud librariorum quoque et interpolatorum culpa contingere potuit, et hoc forte excusabis si reputaveris, quam misera sit poetæ conditio, qui fabulam repetit notissimam, et ab aliis quoque summo jam ornatu tractatam. — 145. *magni nominis umbra* conj. N. Heins. cui vulgatum nimis frigidum videbatur.

141. Imitat. Virg. Æn. IV, 651 sq.; cujus loci præstantiam irrito quidem, sed laudabili conatu adsequi studuit. Apud Virg. l. c. v. 660 sq. odium Æneæ in ipso necis momento exprimitur. Sed h. l. v. 146, 147, Dido cum dulci spe reditus ad Sychæum animam efflat. Cf. ad v. 80. — *majora*, venerabiliora. — 142. *ardore*, gravius quam amore. — 143. *ulta maritum*, vid. Æn. I, 360 sq.; IV, 656. Ed.

145, 146. Verba Virg. Æn. IV, 654, 655. — *magni corporis umbra*, ut ap. Virg. *magna mei imago*, vel umbra. Cf. V, 421, et X, 289, ubi Drak. conf. XI, 348; Lucan. IX, 2, et Sen. Troad. 181: vid. sup. ad I, 97. *Corpus*, ut σῶμα, etiam homo, ejusque manes, ut ap. Virg. Æn. VI, 303, 306, al. — 149. Æn. IV, 647. — 150 seq. Æn. IV, 646 sq. et Ovid. Epist. VII, 195. — 151. Æneid. lib. IV, 663 sq. Ed.

Adcepi infelix, dirisque exterrita fatis,
Ora manu lacerans, lymphato regia cursu
Tecta peto, celsosque gradus evadere nitor.
Ter diro fueram conata incumbere ferro,
Ter cecidi exanimæ membris revoluta sororis.
Jamque ferebatur vicina per oppida rumor.
Tum Cyrenæam fatis agitantibus urbem
Devenio; hinc vestris pelagi vis adpulit oris. »
  Motus erat, placidumque animum mentemque quietam
Troius in miseram rector susceperat Annam.
Jamque omnes luctus, omnesque e pectore curas
Dispulerat, Phrygiis nec jam amplius advena tectis
Illa videbatur. Tacito nox atra sopore
Cuncta per et terras et lati stagna profundi
Condiderat, tristi quum Dido ægerrima vultu
Has visa in somnis germanæ effundere voces :
« His, soror, in tectis longæ indulgere quieti,
Heu! nimium secura, potes? nec, quæ tibi fraudes
Tendantur, quæ circumstent discrimina, cernis?
Ac nondum nostro infaustos generique soloque
Laomedonteæ noscis telluris alumnos?
Dum cælum rapida stellas vertigine volvet,
Lunaque fraterno lustrabit lumine terras;

155. *Ter Phrygio rueram* emend. N. Heins. quoniam *diris fatis* modo præcessit. — 157. *screbatur* maluerit N. Heins. et Drak. ut *spargitur, dilitur fama*. Non male, sed non necesse. — 171. *At* Ald. et Constant. quod recepit Lef. *An*, vel *Ah* suspic. N. Heins. Non male. Sic *heu* ap. Virg. Æn. IV, 541. — 172. *sentis* conj. Livineius, notante Ernesti. *nescis* Asulan. et Gryph. forte ex Virg. l. c.

153 sq. Æn. IV, 672 sq. et 685. — *lymphato cursu*, vid. ad I, 459.

155, 156. Variavit Maroniana Æn. IV, 690, 691. Cf. ad IV, 457.

158, 159. Cellarius, nisi quædam desint, nimis arte hæc dici putat, sed omnino ei excidit, ipsum etiam Silium ea jam plenius descripsisse sup. v. 54 sq. Drak.

160. Vellem minus hæc languerent. — 165. Ita ad verbum sup. VII, 282; Drak. — 171, 172. Imitat. Virg. Æn. IV, 541, 542.

73. Conf. Æn. IV, 622... 629. Color orationis, ut sup. VII, 476, ubi vid. not. — *cælum stellas vertigine volvet*, ut ap. Ovid. Met. II, 70. Proprie stellæ in cælo se circumvolvunt, de quo vid. Heyne Exc. II, ad Virg. Æn. II. — 174.

Pax nulla Æneadas inter Tyriosque manebit.
Surge, age; jam tacitas suspecta Lavinia fraudes
Molitur, dirumque nefas sub corde volutat.
Præterea (ne falsa putes hæc fingere somnum)
Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus
Labitur, et leni per valles volvitur amne.
Huc rapies, germana, viam, tutosque receptus.
Te sacra excipient hilares in flumina Nymphæ,
Æternumque Italis numen celebrabere in oris. »
Sic fata in tenuem Phœnissa evanuit auram.
  Anna novis somno excutitur perterrita visis,
Itque timor totos gelido sudore per artus.
Tunc, ut erat tenui corpus velamine tecta,
Prosiluit stratis, humilique egressa fenestra
Per patulos currit plantis pernicibus agros;
Donec arenoso (sic fama) Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.
  Orta dies totum radiis impleverat orbem,
Quum nullam Æneadæ thalamis Sidonida nacti,
Et Rutulum magno errantes clamore per agrum,
Vicini ad ripas fluvii manifesta sequuntur
Signa pedum; dumque inter se mirantur, ab alto

178. *Prævenias*, aut tale quid Silio dignius arbitrabatur Barth. Adv. III, 21. — 188. *elapsa*, vel quid simile pro *egressa* dicendum fuisse monebat N. Heins. cui verba Ovidii Fast. VI, 577, *intrare parva fenestra* obponit Lefeb. Majori forsan jure v. 190 verba *sic fama* carpi poterant, quoniam ipsa iis Anna utitur. — 193. *Sidonida*, non *Sidonia*, Ald. quod et conj. Dausq. probb. N. Heins. et Drak. — 194. Hic versus adulterinus est, judice Barth. Adv. III, 21. Effictus certe videtur ex Ovid. Fast. III, 649. *En* tacite reposuit Lefeb. ut passim.

fraterno lumine, ut fere IV, 481; quod a sole mutuatur, quo ipsa caret. — 176. Cf. Ovid. Fast. III, 633 sq. — 178. Verba Maroniana Æn. VIII, 42. — 180. *leni amne*, cf. Heins. ad Ovid. Fast. III, 647 et 652. — 181. *rapies viam*, vid. ad I, 569. — 184. Cf. Virg. Æn. IV, 278.

186. Cf. ad IV, 205. Ad sqq. cf. Ovid. l. c. v. 643 sq. — 191. *vitreis*, vid. ad IV, 344, in V. L. et ad VII, 413. — 193. *nacti*, invenientes, καταλαβόντες, ut ap. Liv. V, 45; Cic. Orat. 9, extr. et al.

196. *ab alto*, a mari Infero, seu Tyrrheno, in quod influit, aquæ cursum revocat. *Sustinuit tacitas*

Amnis aquas cursumque rapit : tum sedibus imis
Inter cæruleas visa est residere sorores
Sidonis, et placido Teucros adfarier ore.
Ex illo primis anni celebrata diebus
Per totam Ausoniam venerando numine culta est.
 Hanc postquam in tristes Italum Saturnia pugnas
Hortata est, celeri superum petit æthera curru,
Optatum Latii tandem potura cruorem.
Diva Deæ parere parat, magnumque Libyssæ
Ductorem gentis nulli conspecta petebat.
Ille, virûm cœtu tum forte remotus ab omni,
Incertos rerum eventus bellique volutans,
Anxia ducebat vigili suspiria voce.
Cui Dea sic dictis curas solatur amicis :
« Quid tantum ulterius, rex o fortissime gentis
Sidoniæ, ducis cura ægrescente dolorem?

197. *sursumque* conj. Barth., ad fontem revocat. Male! — 201. Hæc vellem minus languerent. — 204. *Latiis* Constantii ed. *potitura* emend. Barth. loco citato, quem ineptire loco Stat. Thebaid. lib. XII, vers. 719, citato mihi non persuasit Lefeb. Sed vulgatam lect. ab ira Junonis erga Romanos, adeoque ab ejus majestate, non alienam esse, et secundam syll. in *potitur*, non vero in *potitus* aut *potiturus*, corripi, Cell. et N. Heins. jam notasse video. — 209. *vigili nocte* ex probabili emend. N. Heins. recepit Lefeb. non repugn. Draken.

conscius amnis aquas, Ovid. Fast. III, 652. Ill. Ernesti interpretatur: aquis utrimque reductis fundum alvei apertum ostendebat, ut Anna a Trojanis conspici posset inter Nymphas residens : quod miraculum fundi amnis aperti putat nos debere ingenio Silii, ad *παράδοξα* hujus generis inprimis proni.

199. Ovid. l. c. pergit : *Ipsa loqui visa est : Placidi sum Nympha Numici.*—200. *primis anni* veteris *diebus*, Idibus scil. Martiis; quippe a mense Martio annum redintegrabant antiqui. Vid. Ovid. l. c. v. 523 et 675 sq.; Macrob. Sat. I, 12; Rosin. Antiq. Rom. IV, 7, et Struv. Synt. Antiq. Rom. cap. 1, pag. 178, et cap. 9, pag. 434.

202 sqq. Tandem poeta redit in viam, de qua inde a v. 38 deflexerat. — 203. *superum æthera*, ut ap. Ovid. Met. II, 437, ubi vid. Heins. — 207. *νόσφι λιασθεὶς*, etc. Hom. Iliad. α, 349; λ, 80; D. Heins. — 208. Ut ap. Virg. Æn. VI, 157.

211. *tantum ulterius*, *τόσον περαιτέρω*, Lefeb. — *ulterius ducis*, producis, continuas, ut *ducere bellum*, et *tempus*, vel *trahere verba*, sup. v. 79; nisi *ducere dolorem* dicitur, ut *ducere suspiria*, seu *spiritum*, *ἀνάγεσθαι πνεῦμα διὰ στηθέων*, ap. Callim. Epigr. 45.

Omnis jam placata tibi manet ira Deorum,
Omnis Agenoridis rediit favor. Eia, age, segnes
Rumpe moras, rape Marmaricas in prælia vires.
Mutati fasces : jam bellum atque arma Senatus
Ex inconsulto posuit Tirynthius heros,
Cumque alio tibi Flaminio sunt bella gerenda.
Me tibi, ne dubites, summi matrona Tonantis
Misit; ego OEnotris æternum numen in oris
Concelebror, vestri generata e sanguine Beli.
Haud mora sit; rapido belli rape fulmina cursu,
Celsus Iapygios qua se Garganus in agros

213. *namque* pro *manet* conj. N. Heins. — 216, 217. *Senatus En ex consulto* (hoc est Senatusconsulto), vel *Ecce e consulto* corrig. N. Heins. *Mutati fasces jam; bellum a. a. Senatus Exin consulto* refinxit Lef. addita hac nota : « Hic solus versus probaret, fragmentum esse Silii. Nil intellexit hic Drak. nec duces ejus Barth. et Heynsius. Transponitur *exin*, ut XV, 327. Vox *senatusconsulto* dividitur more Lucilii, de quo vid. Scalig. Lectt. Auson. II, 14. » *Senatu Ex inconsulto* conj. Livineius, notante Cortio, et ex eo Ernesti. — 220. *OEnotris*, non *OEnotriis*, Ald. vid. not. ad v. 46. — 222. *flumina* (Aufidum) conj. Dausq. Male! Verba *rapido rape cursu*, quæ judice N. Heins. ineptissima sunt, Drak. vindicat ex VII, 116, ex quo loco, et v. 215, totum potius versum conflatum arbitratur Lefeb. qui eum, commate post *Explicat* et *tellus* posito, prorsus resecuit, vel pro *rapido* certe *volucri*, aut *rabidus rape belli fulmina*, *currum* coll. Horat. Od. I, xv, 12, legendum suspicatur. Lenior medicina foret : *trepido cursu*, h. e. celeri, ut XIII, 146; Virgil. Æn. IV, 672; VII, 638; IX, 233 al. Sed versus manum et acumen versificatoris potius, quam poetæ, redolet. *rapido belli pete culmina cursu* conj. Withof. — 223. *ubi se* Constant.

213. Cf. v. 234, 235. Virg. Æn. VIII, 40, et ad II, 365. — *placata manet*, πραΰνθεῖσα διατελεῖ, Lefeb.

214. *Eia, age, segnes Rumpe moras*, ut ap. Virg. Æn. IV, 569, et Ge. III, 42. — 216. *Senatus ex inconsulto*, ex SC. sed inconsulto et temerario, Cell. Barth. et Drak., ut *inconsultum* substantive sit inconsulta ratio, temeritas. — 217. *Tirynthius heros*; vid. ad II, 3.

218. *alio Flaminio*, C. Terentio Varrone. Nam Silius, ut fere Polyb. III, 106, silentio prætermittit biennem consulatum Atilii et Gemini Servilii, qui Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt, teste Liv. XXII, xxxii, 34; ut tot alia, quæ non satis poetice tractari possunt, quibusque rerum status non mutatur, tacitus præterit, aliisque gravioris momenti rebus diutius inmoratur.

220. *OEnotris*, vid. ad I, 2. — 222. *fulmina belli* possint esse τεύχεα μαρμαίροντα, παμφανόωντα· sed præstat, cum Drak. adcipere de militibus Punicis, quibus Hannibal omnia tanquam fulmine prosternit; vid. ad I, 421. — 223 sq. Livius XXII, 43, Hannibalem, frumenti inopia commotum, in cali-

Explicat : haud longe tellus ; huc dirige signa. »
Dixit, et in nubes humentia sustulit ora.
Cui dux, promissæ revirescens pignore laudis :
« Nympha, decus generis, quo non sacratius ullum
Numen, ait, nobis, felix oblata secundes.
Ast ego te, compos pugnæ, Carthaginis arce
Marmoreis sistam templis, juxtaque dicabo
Æquatam gemino simulacri munere Dido. »
Hæc fatus socios stimulat tumefactus ovantes :
« Pone graves curas tormentaque lenta sedendi,

224. Post hunc versum vulgo alius inseritur, *Hæc, ut Roma cadat, sol erit victoria Pœnis*, quem scripti et priscæ edd. ante Aldin. non agnoscunt, et Lefeb., quem secutus sum, sustulit, quod etiam suaserant N. Heins. et Drakenborch, qui eum ex VII, 233, effictum esse, jam recte, puto, monuit. — 225. *amentia* Colon. vitiose pro *umentia*; vid. ad II, 125. *uventia* Gryph. prob. N. Heins. Confer. ad II, 469, et III, 522; *viventia*, Oxon. Puteol. et priscæ edd. *evanida* Wolf. Colin. D. Heins. Dausq. et Cell. — 228. *Numen, ave, nobis* conj. Barth. Adv. III, 1, Male! *secundes* pro *secundis* recte reposuerunt Drakeo. et Lefeb. ex emendat. N. Heins. et Burm. qui posterior etiam *optata* malebat. — 230. *Marmoream* rescripsit Lefeb. Conf. Virgil. Ecl. VII, 35, et Hor. Od. IV, 1, 20. Sed vulgata quoque bene habet. *statuam templis* conj. N. Heins. prob. Drak. — 231. *Æquantem* Put. et R. 3. *Æquante* Parm. ac Mediol. *Æquam te* R. pr. *Æquatam te* Mars. Mox *munere* R. 1, 3; Med. probb. N. Heins. et Drak. Vulgatum *numine* servavit Lefeb. — 232. *tum factus* Col. Ox. R. 2, unde *tumefactus*, scilicet augurio, recte emend. Barth. Adv. III, 1, et N. Heins. *tum fatus* Put. *tunc fatus* R. 1, et Med. Vulgo *tum festus*, festa facie, non inprob. Barth. si *fatur, socios* refingatur. *stimulat festinus ovansque*, vel *ovatque*, vel *stimulatum it festus*

diora, atque eo maturiora messibus Apuliæ loca movisse tradit. Plures causas adfert Polyb. III, 107. — 224. Cf. ad I, 51, et IV, 561. — 225. *humentia sustulit ora*, ut Nympha fluvii.

226. *revirescens*, vigorem, vires et animum recipiens, ut XV, 134, ubi Drak. cf. Ovid. Met. VII, 305; Val. Max. IV, 8, extr. 4, et Cic. Phil. VII, 1, ubi vid. Intpp.

227. *generis*, Beli. Conf. v. 31 et 221. — 228. *Felix*, qui facit felices, propitius; vid. Intpp. ad Virg. Ecl. V, 65, et Æn. I, 330. — *secundes*, ut sup. v. 124. Lefeb. male capit de *secundo*, vel altero omine, quod antiqui rogaverint deos ad prius omen confirmandum. — *oblata* bona, spem, promissa. — 229. *compos pugnæ*, quam opto, et cujus committendæ facultate mihi data certam victoriæ spem habeo. — 230. *Marmoreis templis*, ut ap. Virg. Ge. III, 13, et Æn. VI, 69. — *sistere*, ut *ponere*, et τιθέναι, *aliquem*, h. e. imaginem ejus. — 231. Simulacrum Didonis juxta tuum ponam.

233. *tormenta lenta sedendi*, gravem dolorem ex segni et ignava belli gerendi ratione, quæ nos

Fatalis Latio miles : placavimus iras
Cælicolum; redeunt Divi : finita maligno
Hinc Fabio imperia et mutatos consule fasces
Nuntio : nunc dextras mihi quisque, atque illa referto
Quæ Marte exclusus promittere magna solebas.
En, numen patrium spondet majora peractis.
Vellantur signa, ac Diva ducente petamus
Infaustum Phrygibus Diomedis nomine campum. »
  Dumque Arpos tendunt instincti pectora Pœni,
Subnixus rapto plebeii muneris ostro,
Sævit jam rostris Varro, ingentique ruinæ

ovantes tentabat Dausq. *ovansque* ed. Ven. — 234. *omnes* pro *iras* Colon. unde *omen* conj. N. Heins. Sed τὸ *omnes* ex marginali potius nota glossatoris, ad vers. 213 respicientis, in textum inrepsisse, non male suspicabatur Draken. — 236. *mutato consule* malebat N. Heins. — 238. *clusus* Colon. unde *Quæ Marti clusus promittere* optimo se sensu edidisse putat Lefeb. respiciens forte ad Callieulam montem, ubi Fabius Pœnum clauserat. Sed vid. not. — 241. *Phrygibus*, ut v. 359, non *Phrygiis*, scripti. Conf. Pier. et Burm. ad Virg. Æn. II, 191. — 242. *instincti* Colon. quod exemplis firmant N. Heins. et Drak. Conf. Burm. ad Ovid. Fast. VI, 597, et Gronov. Diatr. Stat. c. 54. Vulgo *instructi pectora*, prob. Barth. Adv. III, 1, quum Hannibal omnia astu et prudentia, Varro contra impetu et audacia gesserit. — 244. *Sævit jam*, non *Sævitiam*, Colon. Conf. Gronov. l. c. *Serviciam* Ox.

lente sensimque conficit. Conf. ad III, 142. — 234. *Fatalis*, quem fata in Latii exitium miserunt. Ed.

235. *redeunt Divi*; vid. ad II, 365. — 237. *dextras*, quæ olim data dextra promisit, *referto*, renovato, iterum promittito. An *referre* est perficere, ut ap. Liv. III, 45, extr. et alibi? — 238. *Marte*, pugnandi occasione; cujus spe destituti Pœni, et inpr. Galli, fremebant. Cf. v. 16 sq. — *promittere magna*; vid. ad v. 109. — 241. Apuliam petamus. Cf. ad v. 223, et ad I, 125.

242. *Arpos*; vid. ad IV, 554. — 243 sq. Cf. Liv. XXII, 34 et 38. — *Subnixus*, h. l. non tam fretus, vel, ut Schmid. putat, adjutus, quam audax et superbus, ut ap. Liv. XXVI, 13; XLI, 19, et Cic. Or. I, 58. Cf. Gell. XVII, 2; Gron. Distr. Stat. c. 54, et Intpp. ad Tac. Hist. I, 73. — *ostro*, purpura consulari, *muneris plebeii*, quam aura favoris popularis, et insectatione Patrum consecutus fuerat, vel potius *rapuerat*; ut *invadere* VII, 541.

244. *Sævit rostris*; cf. Liv. XXII, 38; ferocibus turbulentisque concionibus criminatur Patres. — *ruinæ* est vel interitus, vel, ut mox *fata*, calamitates et clades, quæ fixæ gravi fato atque fundatæ tenebantur. — *ruinam* et *fata admovet*, ut *ruinam ducit*, apud Hor. Od. II, xvii, 9, ubi vid. Jani. 246 seqq. Summo verborum ornatu et pondere expressit Liv. XXII, xxv, 26. Cf. Val. Max. III, iv, 4.

Festinans aperire locum, fata admovet Urbi.
Atque illi sine luce genus, surdumque parentum
Nomen, et inmodice vibrabat in ore canoro
Lingua procax: hinc auctus opes, largusque rapinæ
Infima dum vulgi fovet, oblatratque Senatum;
Tantum in quassata bellis caput extulit urbe,
Momentum ut rerum, et fati foret arbiter unus,
Quo conservari Latium victore puderet.
Hunc Fabios inter, sacrataque nomina Marti
Scipiadas, interque Jovi spolia alta ferentem
Marcellum, fastis labem suffragia cæca
Addiderant, Cannasque malum exitiale fovebat

unde *Servitium* conj. Barth. Adv. III, 1, ἀπροσδιονύσως. — 247. at rectè, opinor, refinxit Lefeb. *vibrarat* Ox. Tell. R. 1, 3. *sonoro* Ald. — 248. *opum* alii. — 249. *Infima* pro *Intima* est ex emendat. Barth. l. c. et N. Heins. *oblatratque Senatu* pro *Senatui* conj. Voss. ad marg. ed. Junt. ut ap. Sen. de Ira III, 43. Sed vid. Bentl. ad Hor. Sat. II, 1, 85. — 256. *Cannasque malum* e. scripti et priscæ edd. ut *Cannas tumulum Hesperiæ* I, 50. *Cannisque* Wolf. Colin. D. Heins. Dausq. et Cell.

246. *genus sine luce*, splendore, dignitate, claritate, ut ap. Stat. Silv. V, III, 117. *Lux* et *lumen* dicitur, quidquid præstans, pulchrum et clarum est. De Varronis genere vid. Liv. l. c. — *surdum*; cf. ad VI, 75. — 247 sq. *Lingua vibrabat*; vid. ad I, 539, et II, 587. Non vero innuitur *oratio vibrans*, h. e. vehemens, incitata et gravis, ut ap. Cic. Orat. 95, et Quintil. X, 1, 60; XII, 9; sed linguæ verborumque volubilitas. Varro similis Dranci, de quo vid. Virg. Æn. XI, 338 sq. — *inmodice vibrabat lingua procax in ore canoro*, arguto, stridulo, ut Thersites ap. Homer. Iliad. β, 212, ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη, et v. 222, Ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνείδεα. Lenz. — 249. *oblatrat Senatum*; vid. ad v. 290. — 250. *caput extulit*, ut I, 29. — 251. Summa δεινότης horum versuum! — *Momentum rerum*, ut ap. Liv. III, 12; XXVII, 9; Lucan. III, 338; IV, 819. *Momentum* propr. pondus, quo libræ lanx deprimitur.

253. *sacrata nomina Marti*, ἀρήϊοι, ἀρηΐφιλοι. Cf. ad IV, 729.

254 sqq. *Scipiadas*; vid. ad VII, 106. — *Jovi spolia alta ferentem Marcellum*; vid. ad I, 133. — *labem addere*, ut l. adspergere, maculam notasque inurere. — *suffragia cæca*, ut VII, 540. — *Suffragia cæca*, temeraria plebis, *hunc* Varronem consulem *addiderant*, inscripserant, *fastis labem*, tanquam dedecus eorum, *inter* viros et consules, qui bello Punico II inclaruerant; et v. 257 (ubi poeta verbis ludit) campus Martius *funestior* Cannensi, quoniam clades Cannensis non illata fuisset Romanis, nisi Varro consul creatus

Ambitus, et Graio funestior æquore campus.
Idem, ut turbarum sator, atque adcendere sollers
Invidiam, pravusque togæ, sic debilis arte
Belligera, Martemque rudis versare, nec ullo
Spectatus ferro, lingua sperabat adire
Ad dextræ decus, atque e rostris bella ciebat.
Ergo alacer, Fabiumque moræ increpitare professus,
Ad vulgum in Patres et ovantia verba ferebat:
« Vos, quorum imperium est, consul præcepta modumque
Bellandi posco: sedeone, an montibus erro,

260. *ulli* maluerit N. Heins. Sed forte *ullo ferro* est, ullo armorum genere. — 264. ut *ovatia* Oxon. *ovantia* sine copula et Tell. R. 1, 2. *ad ovantia* Put. unde *adovantia* edidit Lefeb. qui nove id dictum putat, ut *aderrat*, *adverberat*, *advelat* ap. Stat. Th. IX, 78 (in ed. pr.), 686; Virg. Æn. V, 246. *resonantia* emend. Dausq. ut *ore canoro* v. 247; *petulantia* (h. e. contumeliosa, legibusque vetita) *verba serebat* conj. et multis exemplis, quibus Drak. plura adjecit, illustravit N. Heins. qui *verba ovantia* nihil esse, et τὸ et manifeste redundare putabat. Sed versus sententiam ita forte expedias: Ad plebem contra Patres (non contumeliosa tantum, ut antea, sed) *et*, etiam, adeo, *ovantia verba ferebat*, exsultans et ovans quasi parta jam et explorata victoria. Conf. mox v. 273, 277, et Liv. XXII, 38. Verbum certe *serere* sermonibus potius et colloquiis, quam adclamationi, lætitiæ et orationi, ad populum habitæ, convenit, et multo aptius h. l. est τὸ *ferre*, ut aliis locis, quibus τὸ *serere* inculcabat Heins. Conf. ad I, 394; Burm. ad Val. Fl. IV, 330, 547; Cerda ad Virgil. Æn. VIII, 60. Vulgo non post *professus*, sed post *vulgum* distinguunt, prob. Cell. ut sensus sit: ut antea ad populum, ita nunc ad Patres quoque elata verba jactitabat. Sed e rostris, non in curia loquebatur. Withof. emend. *in Patres violentia verba ferebat.* — 266. *ac* pro *an* scribendum esset; Lenz. — 257. *Ambitus*, quo viam sibi ad consulatum Varro muniverat, *Cannas fovebat*, Romanis cladem Caunensem inportabat. Cf. V. L. — *campus* Martius propter comitia *funestior* Romanis *æquore Graio*, campo Diomedis, seu Caunensi; vid. ad I, 125.

258. *sator*, auctor, *turbarum*, ut *sator litis*, Liv. XXI, 6; *sator scelerum*, Plaut. Capt. III, v, 3. Cf. ad I, 394, in V. L. — 259. *pravus togæ*, domi, seu pacis tempore malis artibus utens. — 261. *Spectatus ferro*; vid. ad I, 77, et observa h. l. verborum ambages. — 262. *dextræ decus*, virtutis gloriam, quæ manu, non lingua, paratur. — *e rostris bella ciebat*; cf. verba Livii, inf. ad v. 311, adscripta. — 263. Præclare exornavit verba Liv. XXII, 38: «Concinnes, priusquam ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denunciantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet; se, quo die hostem vidisset, perfecturum.» — 265. *Vos*, populum adloquitur. A vobis belli gerendi rationem quæro, jubeatisne, more

Dum mecum Garamas et adustus corpora Maurus
Dividit Italiam? an ferro, quo cingitis, utor?
Exaudi, bone Dictator, quid Martia plebes
Inperitet : pelli Libyas, Romamque levari
Hoste jubet. Num festinant, quos plurima passos
Tertius exurit lacrimosis casibus annus?
Ite igitur, capite arma, viri : mora sola triumpho
Parvum iter est. Quæ prima dies ostenderit hostem,
Et Patrum regna et Pœnorum bella resolvet.
Ite alacres, Latia devinctum colla catena
Hannibalem Fabio ducam spectante per Urbem. »
  Hæc postquam increpuit, portis arma incitus effert,
Inpellitque moras; veluti quum carcere rupto
Auriga indocilis totas effundit habenas,
Et præceps trepida pendens in verbera planta

esse, recte, opinor, monuit N. Heins. Withof. emend. *Sedeone in montibus ergo.* — 267. *corpora*, non *corpore*, scripsi cum R. 3, Parm. Mediol. — 269. *pubes* Parm. et al. edd. *Plebes* pro *plebs* centies apud Livium aliosque occurrit, nec opus erat exemplis, quæ adtulit Draken. — 270. *pelli* Col. *pello* Oxon. *Libyas* in iisdem et aliis libb. antt. Pro vulg. lect. *bello Libyes* perperam stat Dausq. — 271. *jubent* Oxon. et R. 2. — 272. *exhaurit*, et mox *Ite*, *agite*, *arripite arma* conj. N. Heins. qui tamen nec vulgatum spernebat. Si quid mutandum, *rapite arma* scriberem, quod efficacius est. Conf. ad IV, 98. — 276. *devictum* Col. et Tell. unde *destrictum* in mentem veniebat N. Heins. — 280. *effudit* Col.

Fabii, *sedere* (vid. ad III, 142), et in locis altis munitisque castra ponere, an cum hoste confligere?

267. *adustus corpora Maurus;* cf. XVII, 633.

269. *bone Dictator*, ut ap. Virg. Æn. XI, 344; Cic. Rosc. Am. 2, et Verr. V, 6. — 272. *exurit;* vid. ad VII, 490. — 273. *mora sola*, etc., mora facilem, adeoque ignobilem triumphum parit : nam virtute opus non est, ubi hostem sedendo et cunctando adteris; Ernesti. Imo sensus verborum est : parvum iter ad hostem sola res est, quæ victoriam et triumphum nostrum moratur. Conf. sqq. — 275. *Patrum regna*, plena invidiæ verba, quibus senatum regnare, et plebem obprimere innuit; Cell. — *regna*, tyrannidem. — 276, 277. Cf. IX, 634 sq.; XI, 118 sq. — *ducam* in triumpho, sive in et per triumphum ante currum, ut *agere* XI, 120, et *ducet agens* XVI, 275. — *Fabio spectante;* sarcasmi vim facile percipis.

278. Conf. Virg. Ge. I, 512 sq.; III, 103 sq.; Æn. V, 144 sq.; inf. XVI, 339 ssq., 496 seq.; sup. IV, 713 sq. — 279. *Carcere rupto*, ut *carceribus reseratis* XVI, 316.

281. *pendens in verbera*, ut ap. Virg. Æn. V, 147, et X, 586; Drak. Cf. et XVI, 387, et Georg. III, 107.

Inpar fertur equis; fumat male concitus axis,
Ac frena incerto fluitant discordia curru.
Cernebat Paullus (namque huic communia Campus
Jura atque arma tulit) labi, mergente sinistro
Consule, res, pessumque dari: sed mobilis ira
Turbati vulgi, signataque mente cicátrix
Undantes ægro frenabat corde dolores.
Nam quum perdomita est armis juvenilibus olim

282. *titubat*, vel *nútat* conj. N. Heins. ut IV, 816. Sed cave quidquam mutes. — 286. *ira est* Colon. Pm. Tell. R. 2. — 289. *juvenalibus* scribendum crediderim, vid. ad II, 312.

Idem potest esse *præceps*, ut etiam XVI, 325. Sed minus forte languet, si junxeris *præceps fertur*, h. e. celeriter, raptim. — *trepida planta*, calcaribus; Cell. Imo, pede trepido, tremulo, quoniam propendet, et pronus dat lora. — 282. *Inpar equis*, vi equorum, quos flectere non potest, et regere. — *fumat;* vid. ad II, 81. — 283. *frena fluitant*, ut ap. Ovid. A. A. II, 433; *undantia lora*, Virg. Æn. V, 146; XII, 471. — *discordia*, confusa.

284. L. Æmilius *Paulus* comitiis, in *campo* Martio habitis, Varroni collega datus; vid. Liv. XXII. 35. — 285. *mergente* se, h. e. pereunte; Schmid. Sed voc. *res* tam ad *labi*, quam ad *mergente* spectat. Cf. Virg. Æn. VI, 512; Juven. X, 56; XIII, 8; unde *res mersæ* apud Ovid. Met. I, 380. — 286 sq. Conf. Plut. vit. Fab. « Æmilius, qui cum M. Livio consul fuerat, et damnatione collegæ, et sua prope, ambustus (de cujus voc. vi vid. Gron. Diatr. Stat. c. 30, et Ern. Clav. Cic.) evaserat, » Liv. XXII, 35; ibid. c. 40, pr. Æmilius ipse dicit, *se populare incendium* (h. e. judicium capitis, vitæque periculum, ut *incendio Plætoriano adustus est* ap. Cic. Att. V, 20) *priore consulatu semiustum effugisse*. Cf. inf. IX, 25 sq. — *mobilis*, quæ facile movetur. — *mobilis ira Turbati vulgi* spectat ad inconstantiam favoris ac odii plebis, ut ap. Horat. Od. I, 1, 7; Lenz. Idem et mihi olim in mentem venit, sed h. l. non satis placuit. Cf. ad VII, 512. — *Turbati*, vid. ad I, 477. — *cicatrix*, memoria *vulneris*, h. e. injuriæ et ægritudinis, qua olim adficiebatur. — 288. *Undantes dolores*, ut *u. iræ* Claud. in Ruf. I, 76; *undare curis*, Val. Fl. V, 304, ubi vid. Intpp.; *irarum*, *vel curarum fluctuare æstu*, Virg. Æn. IV, 532, 564, et VIII, 19.

289. Æmilius in priore consulatu, universo Illyrico, cujus rex, Demetrius Pharius, a Romanis defecerat, in potestatem redacto, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὴν εἴσοδον ἐποιήσατο μετὰ θριάμβου καὶ τῆς ἁπάσης εὐδοξίας· ἐδόκει γὰρ οὐ μόνον ἐπιδεξίως, ὅτι δὲ μᾶλλον ἀνδρωδῶς κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασιν· Polyb. III, 16, 18 et 19. Conf. inf. v. 507, 508, et Appian. B. Hannib. c. 17, et B. Illyr. c. 8. Æmilium de crimine

Illyris ora viri, nigro adlatraverat ore
Victorem Invidia, et ventis jactarat iniquis.
Hinc inerat metus et duræ reverentia plebis.
Sed genus admotum Superis, summumque per altos
Adtingebat avos cælum: numerare parentem
Assaracum retro præstabat Amulius auctor,
Assaracusque Jovem: nec, qui spectasset in armis,
Abnueret genus. Huic Fabius jam castra petenti:
« Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
Ductore, iuvitus vocem hanc e pectore rumpam;
Frustraris, Paulle, Ausoniam: te prælia dira,
Teque hostis castris gravior manet; aut ego multo

290. Ita Col. et Oxon. Vulgo *ora*, *nigro tunc a. o.* — 291. *Invidia* scripsi, majore litera initiali, ut persona sit. *vetarat* Puteol. *agitarat*, ut XI, 547, R. 1, 3; Parm. Mediol. e glossa. *vexarat* suspic. N. Heins. qui tamen vulgatam non damnat.

capitali accusatum vix evasisse, haud scio, an quisquam historicorum præter Livium memoriæ prodiderit. — 290. *adlatrare*, famam alicujus falsis conviciis proscindere; unde Hecuba in canem versa fingebatur (vid. Plaut. Menæchm. V, 1, 16), et *verba canina* pro conviciis ap. Ovid. in Ibid. v. 14. Drak. *Latrat et in toto verba canina foro*, Ovid. l. c. v. 232; *canina eloquentia*, Quintil. XII, 9. Conf. sup. v. 249, et inpr. Bentl. ad Hor. Sat. II, 1, 85. — *nigro ore*, ut nigra pectora, tecta, dentes Invidiæ. Vid. præclara ejus pictura ap. Ov. Met. II, 760... 808; Lefeb. cf. Hor. Sat. I, IV, 85. — 291. *ventis*, ut *aura*, vel *ventus popularis*, et *venti*, h. e. rumores, *concionum*, Cic. Cluent. c. 28 et 47. — *jactarat ventis*, ut *jactari rumoribus* et *dictis petulantibus*, Gell. I, et VI, 11; *clamore convicioque*, Cic. ad Div. I, 5; *ventum in aliquem excitare*, Cic. Sull. 14. Hæc jam monuere N. Heins. et Drak. Conf. Ernesti Clav. Cic.

293...297. Originem gentis Æmiliæ Silius ad Amulium, qui Assaracum, et per hunc ipsum Jovem inter proavos numeravit, refert; sed, teste Festo, alii ad Ascanium, qui duos habuerit filios, Iulum et Æmilon; alii vero, quibus Plut. vit. Numæ, p. 65, et Pauli, p. 256, suffragatur, ad Mamercum, Pythagoræ f. cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos. Hæc jam docuit Drak. qui addit, nomen hujus gentis etiam deductum videri posse ab Æmilia, Æneæ et Laviniæ filia, ap. Plut. vit. Romuli, p. 80. Cf. inf. v. 341, 347. — *admotum Superis*, ut *avos cælo*, Ovid. Her. XI, 17, Drak.

298. Comparetur Plut. in Fabio, et inprimis, quem Silius expressit, Liv. XXII, 399. — 299. *rumpam*: vid. ad lib. I, 95.

Nequidquam didici casus prænoscere Marte.
Spondentem audivi (piget, heu! tædetque senectæ,
Si, quas prospicio, restat passura ruinas!)
Cum duce tam fausti Martis, qua viderit hora,
Sumturum pugnam. Quantum nunc, Paulle, supremo
Absumus exitio, vocem hanc si consulis ardens
Audivit Pœnus! jam latis obvia, credo,
Stat campis acies, exspectaturque sub ictu
Alter Flaminius. Quantos, insane, ciebis
Varro, viros! tu, (pro Superi!) tu protinus arma?
Tu campum noscas ante, exploresque trahendo,
Qui ritus hostis: tu non, quæ copia rerum,

302. *prænoscere*, non *pernoscere*, scripti cum R. 1, 3; Parm. Mediol. — 308. *Audierit* putabat N. Heins. — 311. *tu, pro Superi, tum* (*tū*, non *tu*, ut a librariis scriptum) *protinus arva* (scilicet castris adcommoda, ut ap. Stat. Th. VII, 442), *Tum campum* (ad certamen parandum, ut ap. Virgil. Æn. XII, 116) *noscas ante, e. t. Ritus hostis; tum vero* (*tu no*, pro qua male *tu nō* in antt.) *quæ c. r., Quæ natura locis* (ut *campis* IV, 91), *quod sit r. s. A. genus; et... adspicies. Fer*, etc. emend. et edidit Lefeb. adjecta hac nota: « Alludit ad verba Liv. XXII, 38, *mirari*, etc. Tandem tenebras erumpit, ducibus antiquis, locus insignis frustra huc usque tentatus. *Tum* ter iteratur exemplo Cic. qui quater iterat in eadem sententia. Patet jam, quam cæcus Drak. in his vss. » Equidem, quæ mei animi cæcitas est! id non video: sed non vacat, singula excutere. *tam pronus in arma* conj. N. Heins. Withof. conj. *tu* (*pro superi*) *tu protinus arma, Tu campum poscas*, (h. e. pugnare velis, ut apud Ovid. Met. XIII, 219, et Amor. I, vii, 10), *non exploresque trahendo, quantum hosti victus?* — 313. *Quam ritus hostis, tu non* Colon. *Quantum rictus hostis, tu non* Oxon. et Put. *Quantum ictus hostis valeat* R. 1, 3; Parm. Med. Vulgo *Quantum hostis ritus valeat*, quod primus dedit Marsus. *Quantum hostis visus valeat* conj. Barth. Adv. III, 1. *Quantum hosti victus: tu non* corrig. N. Heins. qui ad Claud. in Rufin. I, 217, tentaverat, *Quantum hostis victu*

303. *Spondentem*, etc. Conf. ad vers. 263 seq. — 309. *subi ictu*, ab hoste, ad ictum parato. Sed vid. ad IV, vers. 42. — 310. *Alter Flaminius*, ut sup. vers. 218; VII, 34, 229, Drak.

311. tu *protinus*, confestim, *arma*, scil. ciebis, movebis? Quæ abrupta oratio adfectui congruit. Ap. Liv. XXII, 38, Æmilius dicit: « Mirari se, quomodo quis dux, priusquam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, jam nunc locatus in urbe sciret, quæ sibi agenda armato forent. » Et Fabius c. 39, « Varro, *inquit*, priusquam castra videat, aut hostem, insanit, et jam nunc procellas, prælia atque acies jactando inter togatos ciet. »

313. *Qui ritus hostis*, mos et ratio belli gerendi. Lefeb. bene cf. VII, 28 et 292. Fabius ap. Liv. l. c. ita pergit: *aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut*, etc. *copia rerum*, commeatus,

Quæ natura loci, quod sit, rimabere sollers,
Armorum genus? et stantem super omnia tela
Fortunam adspicies? Fer, Paulle, in devia recti
Pectora : cur, uni patriam si adfligere fas est,
Uni sit servare nefas? Eget inprobus arto
Jam victu Libys, et, belli fervore retuso,
Laxa fides sociûm est : non hic domus hospita tecto
Invitat patrio, non fidæ mœnibus urbes

vakat. Hoc receipit Cell., illud vero Drak. adpositis, consilio Heins. interrogandi notis, quas servavi, etsi non magnopere repugnarem, si quis eas iterum ejiciendas censeret, ut Fabius contemtim de Varrone loquatur : *tu non*, tu vero, qua stultitia et temeritate es, nihil eorum curabis, io quæ dux inquirere solet. *Quantum hosti victus, tum, quæ sit c. r.* legendum videbatur Burm. *Victum* quidem pro cibo, commeatu, et castrensi alimento poni, non erat quod tot exemplis evincerent Heins. et Drak. Sed ita locus admodum languet, quoniam mox *copiæ rerum*, et v. 319 sqq. *victus* mentio sit. Præterea Marsus primum metri causa voces *ritus* et *hostis* transposuisse videtur, et *ritus* huic loco longe aptior est quam *victus*; vid. *not.* Denique tutissimum est, codici Agripp., a quo reliqui libri antt. non multum abhorrent, quam proxime accedere. Ejus itaque scripturam revocavi, nisi quod *Qui* pro *Quam* reposui : nam, nisi me omnia fallunt, scriptum fuerat a festinante librarii manu *qm*, quod vel *quam*, vel *quantum* significat, et lectionis varietatem peperit. Possis etiam castigare : *Quæ vires hostis*, vel *Quem vides, hostem.* Sed ita magis a membrr. vestigiis, et a veritate deflectes. — 316. *indevia*, h. e. non devia, Tell. R. 2; Mars. Benes. Ald. quod Lefeb. in contextum admisit. *adspice : te fer, Paulle, in devia recti Pectora* conj. Barth. adv. III, 1, ut sensus sit : te contrarium infer, obpone Varronis conatibus. *fer Paullum in devia recti Pectora*, hoc est, toto Paullo, atque omni tua prudentia incumbe eo, ut obnitaris inconsultis cœptis temerarii Varronis, corrig. N. Heins. coll. vers. 328, prob. Drakenborch; confer ad lib. I, vers. 345. Uterque sensum nexumque h. l. perspexit, sed his emendatt. non opus esse, et ipse dudum putavi, et nunc monuisse video Ill. Ernesti, qui verba, *fer, Paulle, pectora in* (adversus pectora Varronis) *devia recti*, explicat : obpone te, resiste huic tantæ audaciæ et temeritati. Conf. not. — 317. *par est* R. 1, 3; Med. quod placebat N. Heins. — 319. *retuso* Col. Conf. not. ad I, 34; Heins. ad Claud. Cons. Hon. IV, 627, VI; 302, et Jani ad Hor. Od. III, vi, 10. Vulgg. *recluso*, quod Cell. interpretatur : fervore Romanorum, mea expeditione renovato, socii, qui ad Hannibalem defecerant, nunc Romanos respiciunt. — 320. *Fluxa*, vel *Lapsa fides* conj. N. Heins. *Lassa*

victus. — 315. *Armorum genus*, ut *belli genus*, apud Liv. l. c. — *stantem*, quæ est. Cf. ad II, 639, in V. L. Tu nullam rationem habes fortunæ, quæ plus valet quam virtus, et quæ nunc hostium cœptis adspirat? — 316. « Duobus ducibus unus resistas oportet : resistes autem, si te neque collegæ vana gloria, » etc. Liv. XXII, 39. Conf. V. L. — 318 sq. Cf. Liv. XXII, 39, 40, extr. et 43, pr. — 320. *Laxa fides*, minus firma et constans, quæ jam titubare ac fluitare incipit, quemadmodum temeritas, ira aliaque *laxari* dicuntur, quum remittunt, vel languescunt; Drak. qui laudat Burm. ad Petron. c. 82.

Excipiunt, renovatque pari se pube juventus.
Tertia vix superest, crudo quæ venit Ibero,
Turba virûm. Persta, et cauti meditamina belli
Lentus ama : si qua interea invitaverit aura,
Adnueritque Deus, velox adcede secundis. »
  Cui breviter mæsto consul sic ore vicissim :
« Mecum erit hæc prorsus pietas, mentemque feremus
In Pœnos, invicte, tuam : nec me unica fallit
Cunctandi ratio, qua te grassante senescens
Hannibal obpressum vidit considere bellum.
Sed quænam ira Deûm? consul datus alter, opinor,
Ausoniæ est, alter Pœnis : trahit omnia secum,
Et metuit demens, alio ne consule Roma
Concidat : e Tyrio consortem adcite Senatu;
Non tam sæva volet : nullus, qui portet in hostem,

ex R. 2 recepit Lefeb. Omnibus his non opus. — 322. *revcatque* Put. unde *recreatque* suspic. N. Heins. — 323. Præstat forte distinguere *superest crudo*, h. e. crudeli, vel forti Pœno. — 324. *meditamina belli* (ut ap. Tac. Hist. IV, 26) est ex emend. N. Heins. qui præterea ad Claud. B. Get. v. 138, refingebat *lenti m. b. Cautus ama*, quod recepere Cell. Drak. et Lefeb. Vulgo *medicamina*. — 325. *irritaverit* scripti et R. 2. *tibi faverit* corrig. N. Heins. Possis et *adspiraverit*. Sed vulgata bene habet. — 329. *nec* scripti. Vulgo *non*. — 335. *accite* Col. Parm. Med. Mox *Non tam sæva* Colon. R. 1, Med. *Non jam sæva* Ox. Put. R. 3, Parm. Vulgo *e Tyrio e. accire S. Non jam sera volet* probb. Dausq. et Barth. Sed non perspexere sensum h. l. qui tamen satis obvius est, et a Draken. his verbis exponitur : Temerarius ille et inconsultus Varro omnia secum in exitium rapit, et metuit, ne Roma alio, quam se consule, concidisse dicatur : quin tanta ejus est temeritas, ut, si ducem nobis ex Senatu Carthaginiensi adciremus, non tam perniciosa velle pos-

Proprie *laxa* sunt frena, funes, arcus. — 325. *invitaverit aura*, αὖρα, ventus, h. e. occasio rei bene gerendæ. Conf. Liv. XXII, 39, extr. Formula loquendi petita est a vento secundo, qui ad navigandum invitat, et navis cursui *adspirat*, unde *aura honoris*, *voluntatis*, *favoris*, etc. (vid. Ern. Clav. Cic.), vel *adspirat fortuna labori*, ap. Virgil. Æn. II, 385, al. — 326. *adcede secundis*, adripe ea, utere occasione, tibi oblata.

327. Cf. Liv. XXII, 40, qui brevior est. — 328. *Mecum erit hæc prorsus pietas*; cf. Heyne ad Virg. Æn. I, 675, et IV, 115. — *pietas* in patriam, sensus animi, qui amoris in patriam plenus, et officiorum, quæ ei debet, memor est. — *mentemque feremus*, etc., ut VI, 585. — 330. *senescens*, vid. ad II, 457; Liv. XXII, 39. « Dubitas, quin sedendo superaturi simus eum, qui senescat in dies? » etc. — 336 sq. Observa sarcasmum et vim verbo-

Subficit insano sonipes : incedere noctis,
Quæ tardent cursum, tenebras dolet, itque superbus
Tantum non strictis mucronibus, ulla retardet
Ne pugnas mora, dum vagina ducitur ensis.
Tarpeiæ rupes, cognataque sanguine nobis
Tecta Jovis, quæque arce sua nunc stantia linquo
Mœnia felicis patriæ, quocumque vocabit
Summa salus, testor, spreto discrimine iturum.
Sed si surda mihi pugnabunt castra monenti,
Haud ego vos ultra, nati, dulcemque morabor
Assaraci de gente domum, similemve videbit
Varroni Paullum redeuntem saucia Roma. »
Sic tum diversa turbati mente petebant
Castra duces : at prædictis jam sederat arvis

set, quam noster Varro. — 337. *incendere noctis* Oxon unde *intendere nocti* jam ad Val. Fl. VII, 114, conjecerat N. Heins. qui tamen in nota ad h. l. *nec cedere noctis* verius esse putabat. *intendere* (se cælo) *noctis... tenebras* suspic. Drak. qui laudat Gronov. ad Liv. I, 57, ubi tamen ipse pro vulg. lectione adserenda luctatur, et recte quidem, vid. not. *Insidere* (*noctis Quæ t. e. tenebræ*) *dolet* infeliciter, ut sæpe, relinxit Lefeb. adscripta hac nota : « Locus adhuc impervius editoribus. *Insidere* est stare in castris. Deinde parenthetice lege, cujus exempla dabunt Virg. Æ. IX, 210; Val. Fl. III, 206, et Stat. Achill. I, 229. Hunc modum loquendi nemo perspexit; hinc itaque tot turbæ, tot vana commenta in loco clarissimo. Nec Modius aliis felicior. Sine ullo sensu ed. Drak. *incedere noctis. Quæ*, etc. Sed det exemplum *noctis* pro *nocte :* aliter enim non intelligetur; si tamen ita intelligetur poeta. » *incedere noctu*, *Quod tardent cursum tenebræ*, *dolet* conj. Ernesti. *noctes* Put. — 338. *Quæ*, non *Quod*, scripti; *tenebræ* iidem cum R. 3, ac Parm. *itque*, non *idque*, Col. — 341. *Tarpeia* ed. Dausq. et Gryph. ad cujus marg. *Tarpeias* emend. Casaub. — 345. *moventi* Oxon. Put. R. 2. — 349. Ita Colon. ut jam olim conjecerat Barth. Adv. III, 1. Conf. ad I, 264. Vulgo *tumidi*, *versa turbati mente*, ut *tumidi* ad Varronem, et *turbati* ad Paullum spectet, monente Cell. — 350. *at*, non *ac*, Col.

rum. — 337 sq. *incedere tenebras noctis*, h. e. oriri, ingruere, ut Tac. Ann. XV, 37, ubi vid. Ernesti. Cf. idem ib. ad III, 26 et 36, pr. Gronov. ad Liv. XXIX, 24, et Drak. ad Liv. I, 57. — 340. *ducitur*, pro educitur, ut IX, 314; vid. Heins. ad Val. Fl. I, 122.

341. *Tarpeiæ rupes*; cf. I, 541. — *cognataque Tecta Jovis*, etc. vid. sup. ad v. 293.—342. *arce*, septem arcibus, h. e. collibus. — 345. Cf. Liv. XXII, 40. — *surda*, dicto non audientia. — 346. *morabor*, curabo, de vobis sollicitus ero : vel spem reditus mei, quæ vobis est, morabor, differam; quoniam ad vos numquam revertar, et mori tum apud animum statui. — 347. *Assaraci domum*, cf. v. 295.

350. Cf. v. 240 sq. — *prædictis* ab Anna, vel supra dictis. Conf.

Ætolos Pœnus servans ad prælia campos.
Non alias majore virum, majore sub armis
Agmine cornipedum concussa est Itala tellus.
Quippe extrema simul gentique Urbique timebant,
Nec spes certandi plus uno Marte dabatur.
Faunigenæ socio bella invasere Sicano

v. 222 sq. — 351. *Ætolos campos*, ut I, 125. — *servans*, vid. ad III, 380. — 352, 353. Drak. conf. Liv. XXII, 36, et Plut. vit. Fabii, p. 182, qui contrarium ipse tradit vit. Marcelli, p. 299, ut, quem Lefeb. citat, Leonard. Aretin. de b. Gall., pag. 79. Verba itaque *non majore agmine* ad summam subtilitatem haud exigenda sunt.

356 sq. Recensio copiarum, et summorum ejus ætatis virorum, a quibus tam magnæ res gestæ sunt, peropportune descriptioni summæ, quam Romani umquam adceperunt, cladis præmittitur. Aciem Pœnorum silentio prætermittit Silius, quia eam jam sup. III, 222 sq. exposuerat. Præterea Romanis scribebat poeta, quorum magis intererat, suas, quam hostium, copias cognoscere. Eosdem vero illarum enumeratio magis delectare debuit, quam nudum numeri indicium, quod Livius XXII, 36, aliique historici adferunt. Huc accedit, quod tantum consules nunc conscripserant exercitum, quantus nullo umquam bello antea sub armis fuerat, unde commoda Silio obferebatur occasio ad singulas, si non urbes, certe gentes Italiæ memorandas, et sic universam fere imperii Romani imaginem, simulque cladis magnitudinem lectorum oculis animisque subjiciendam. In qua quidem re iterum ei præivit Virg. Æn. VII, 647 sq. (ubi vid. Heyne), et X, 163 sq., in cujus tamen verbis tantum figurisque variandis non turpiter ingenii vires adtrivit: sed novo rerum ornatu, novis fabulis, et accuratiore sæpius, pluriumque urbium populorumque descriptione ita cum eo certavit, ut locus hic dignus sit, qui in perfectissimis Siliani carminis partibus, et præstantissimis antiquitatis monimentis adnumeretur. Ceterum nos summas tantum res adtingemus, quia otium nobis fecere Hummel. (*Handbuch d. alt. Erdbeschr.*) Cellar. Geogr. ant., Cluver. in Ital. ant., Vulpius in Vet. Lat. et Heyne in not. et Exc. ad Virg. Æn. VII, ad quos lectores remittimus. In memoria autem nostra penitus id insideat, nos in poeta legendo versari, qui neque ordine, neque subtilitate geographorum in regionum, vel certe locorum urbiumque situ definiendo se adstringi patitur. — Descriptio Latii, tam veteris, quam novi, vel adjecti, quod Æquos, Auruncos, Volscos, Hernicos, Rutulos aliosque populos, finibus ad Lirim fluv. promotis, continebat. Latii incolæ antiquissimi, præter Umbros, fuere *Siculi*, et post hos *Aborigines*, quorum rex *Faunus* fuisse dicitur, unde *Faunigenæ* sunt Latini; vid. Cluver., p. 787 et 790, inpr. vero Heyne, Exc. IV, V et VIII, ad Virg. Æn. VII, 37 sq., 45 sq. et 795, it. not. et Exc. II, ad Æn. VIII, 314 sq., ubi etiam

Sacra manus Rutuli, servant qui Daunia regna,
Laurentique domo gaudent, et fonte Numici:
Quos Castrum, Phrygibusque gravis quondam Ardea misit,
Quos celso devexa jugo Junonia sedes
Lanuvium, atque altrix casti Collatia Bruti;
Quique inmite nemus Triviæ, quique ostia Tusci

359... 361. Hi versus absunt ab edd. R. pr. Mediol. Marsi et Martini Herbip. — 361. *Lanuvium* Colon. Tell. et R. 2; *Lavinium* Oxon. et Puteol. Vulgo *Lavinum*; vid. not. *atque*, non *ac*, scripti. — 363. *trepido* Put. et Dausq. et al.

monuit, *Siculos*, inter Tiberim et Lirim quondam habitantes, a Silio Rutulis socios, adjici nec satis adcurate *Sicanos* adpellari, sed exemplo Maronis Æn. VII, 795, et VIII, 328. — 357. *Sacra manus*, vid. ad VII, 9. Sed conf. Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, extr. — *Rutuli, servant qui Daunia regna*; vid. ad I, 291 sq. — 358. *Laurenti*, conf. ad I, 110. — *Numici*; vid. sup. ad v. 28.

359. *Castrum* Inui, in Rutulis, inter Ardeam et Antium. Cf. Ovid. Met. XV, 727; Martial. IV, 60; Heyne ad Virg. Æn. VI, 776, et Cluver., p. 978. Ab eo diversa sunt *Castrum novum* Etruriæ, *Castrum* Prætutiorum, Herculis, Minervæ, etc. — *Ardea gravis quondam Phrygibus*, Trojanis, regnante Turno, et postea Romanis, propter opes et divitias. Confer I, 292; Liv. I, 57 sqq.; IV, 1, 7... 11. Nunc est viculus, propter grave cælum fere desertus. — 360. 361. *Lanuvium*, municipium Latii, celebre cultu *Junonis Sispitæ*, vel *Sospitæ*, et *Conservatricis*. Cf. XIII, 364; Liv. VIII, 14 (ubi vid. Sigon.); XXI, 62; XXII, 1; XXIII, 31; XXIX, 14; XXXI, 12; XL, 19; Plin. XXXV, 3; Æliani H. Anim. II, 16; Cluver., p. 935 sq., Spanh. de U. et P. N. II, p. m. 82, 83; Sigon. ad Liv. VIII, 13; Broukh. ad Prop. IV, VIII, 3; Heins. ad Ovid. Fast. VI, 60. — *Collatia*, urbs in finibus Latii, Sabinis a Tarquinio adempta; vid. Liv. I, 38, et Heyne ad Virg. Æn. VI, 774. — *altrix*, ut ap. Virg. Æn. III, 273. Cf. ad I, 218. L. Junius *Brutus castus*, et castitatis vindex; *ultor* ap. Virg. Æn. VI, 819.

362 sq. *inmite nemus Triviæ*, Aricia, vid. ad IV, 367 sq. — *Tusci Amnis*, Tiberis fl. qui ex Apennino oritur in *Tuscia*, seu Hetruria, quam dextra ripa tangit, et a Latio, Umbria, Sabinorumque agro separat. Infra Romam Tyrrheno mari infunditur duobus *ostiis*, quorum sinistro adjacebat *Ostia*, prima Rom. colonia, ab Anco rege deducta, quæ h. l. innuitur, et adhuc quidem salinas habet, atque episcopum, sed paucos incolas propter aerem pestilentem; vid. Cluver. p. 870. — *Almo*, seu *Almon* (vid. Heins. ad Ovid. Fast. II, 601) rivus, non longe a Roma in Tiberim præcipitans, in quo simulacrum Cybeles VI. Cal. April. ablui solebat, unde *sacer gurges* XVI, 680. Cf. Ovid. Fast. IV, 337 sq.; Spanh. ad Callim. H. in Pall. pr. Barth. ad Claud. b. Gild. v. 119, et Intpp. ad Val. Fl. VIII, 239.

Amnis amant, tepidoque fovent Almone Cybeben.
Hinc Tibur, Catille, tuum, sacrisque dicatum
Fortunæ Præneste jugis, Antemnaque prisco
Crustumio prior, atque habiles ad aratra Labici.

quo sensu forte *lubricus Almon* dicitur Ovid. Fast. IV, 337, judice Lefeb. qui perperam addit : « in c. Tell. legitur *Albone*. Equidem *Almon* fuit civitas in Thessalia, a Scythis condita : sed etiam fuerunt *Albones* in Illyria, quæ gens Slavica, a Scythis quoque oriunda ; ut Phryges, qui hoc nomen in Italiam cum Cybeles cultu transtulisse dicuntur. Adjiciam, Germanis quoque sollemne fuisse Deam Hertam (Terram), immo currum ejus, vestes fluvio quotannis lavare : Terra autem eadem ac Cybele. At Germani a Sarmatis, et hi a Scythis oriundi. Hinc videre est, quam ab origine primævæ gentes inter se conveniant. » Vulgg. *Cybelen*, Κυβέλην, vel *Cybellen*. Sed *Cybeben*, Κυβήβην, scripsi, quod etiam suasisse video Drak. ad h. l. ad IX, 293, et inpr. ad XVII, 8, ubi Heins. ad Prudent. περὶ στεφ. X, 196; Spanhem. ad Callim. H. in lavacr. Pall. pr. et Broukh. ad Prop. III, xv, 35, suffragatur, etsi *Cybelen* scribendum statuerint Stephan. Schediasm. de delectu in lection. Virg. pag. 57, et Barnes. ad Eurip. Bacch. v. 79, quorum ille monet, vocem esse Græcam, ut *Philomelam* et alias, præcipue a μέλος deductas, hic vero, secundam syllabam nunc longam, nunc brevem esse, ut in *Sydonius*, et ut prima in *Eos*, quia Græci Κυβήλη et Κυβέλη, Σιδώνιος et Σιδόνιος, Ἠώς et Ἑώς dixerint. Sed vid. præter laudatos VV. DD., Heins. et Heyne ad Virg. Æn. III, 111, et X, 220. Gudius et Burm. ad Phædr. III, xvii, 4, xx, 4; Græv. ad Lucian. T. II, p. 895, et Berkel. ad Steph. Byz. v. Κυβέλεια.

364. Vid. ad IV, 187, in V. L. — 365. *Præneste*, Latii urbs, haud procul Roma, in monte amœno sita, teste Strab. V, p. 365 (unde h. l. *jugis*, et *altum* Virg. Æn. VII, 682; *frigidum* Hor. Od. III, iv, 22); hod. *Palestrina*, in vallem deducta. Celebris fuit *Fortunæ* templo et oraculo, sortibus Prænestinis ; vid. Strab. l. c. Cic. Div. II, 41 et 42; Sueton. Tiber. 63; Prop. II, 32; Cluver. p. 950, et Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 783 sq. — *Antemna*, Ἄντεμνα Dionys. L. II, vel *Antemnæ*, Ἀντέμναι Strab. V, pag. 159; Plin. III, 5; Virg. Æn. VII, 631; urbs Sabinorum, sed a Romulo capta (Liv. I, 9...11), et Romæ proxima, cis Anienem (*ante amnem*, unde nomen ei datum tradunt Varro L. L. IV, 5, et Serv. ad Virg. l. c.), non longe ab ejus et Tiberis confluente ; vid. Cluver., p. 663. — 366. *prior*, antiquior. — *Crustumium* (*Crustumerium* Liv. I, 38, et Plin. III, 5. *Crustumeria* Liv. II, 19; III, 42 : Κρουστομέρεια, οὐ πρόσω τῆς Ῥώμης Dionys. XI, p. 705; unde incolæ urbis *Crustumeri* Virg. Æn. VII, 631; sed *Crustumini* Liv. I, 11, dicuntur) Sabinorum opp. de quo vid. Liv. I, 11 et 38, et Cluver., p. 657. — *Labicum* (ut XII, 534, et παλαιὸν Λαβικὸν Strab. V, p. 164), vel *Labici* et *Lavici* (Liv. II, 39; IV, 47; Cic. Agrar. II, 35) Latii opp. unde *via Lavicana*, ap. Liv. IV, 41; XV, M. P. a Roma. Cf. Liv. IV, 45, 46; V, 16; VI, 21. *Labici* h. l. et ap. Virg. Æn. VII, 796, vel Labicani, vel urbs ipsa, de cujus situ vid. Cluver., p. 947; Liv. XXVI, 9; Heyne ad Virg. Æn. VII, Exc. VIII, extr., et Franc. Ant.

Nec non sceptriferi qui potant Thybridis undam,
Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruvio, rastrisque domant Æquicula rura.
His Scaurus monitor, tenero tunc Scaurus in ævo;
Sed jam signa dabat nascens in secula virtus.
Non illis solitum crispare hastilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram inplevisse sagittis;
Pila volunt, brevibusque habiles mucronibus enses:

367. Vulgg. *Tibridis*. Sed est Θύμβρις. V. Intpp. ad Virg. Æ. III, 500, et VIII, 330 sq. — 369. *Simbruvio* Col. R. 3, et Parm. prob. N. Heins. qui *Simbruvina stagna, colles* et *aquas*, non *Simbruina*, vel cum Lipsio *Imbrivina* ap. Tac. Ann. XI, 13; XIV, 22, et Cels. IV, 5, scribendum putabat. *Simbrunio* Ox. *Symbruvio* R. pr. et Med. *Imbruvio* Marsi ed. Ven. *Imbrivio* Lips. ad Tac. Ann. XI, 13. Vulgo *Simbrivio*. — 374.

Vitale Diss. de oppido Labici, qua origo etiam, atque compendiosa historia oppidi Montis Compitis in Latio describitur, Rom. 1778, in-4°, ubi ex inscripp. probatur, posterius oppidum hodie *la Colonna* dici, non *Labicum*, quod Holsten. putabat.

367. *sceptriferi Thybridis*, Θύμβρις ἐΰῤῥείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων Dionys. laud. a Dausq. qui etiam ad majestatem imperii Romani (quod probat Ernesti, coll. Ovid. Met. II, 259), vel ad submersionem sceptriferi Tiberini epitheton referri posse monet. — *qui patant Thybridis undam*, ut qui *Thybrim potant*, ap. Virg. Æn. VII, 715; vid. Heins. ad Ovid. Her. VII, 145. — 368. *habent*, habitant, ut ap. Virg. Æn. VII, 696, et ἔχειν, ap. Hom. Iliad. ε, 18; Drak. qui laudat Pricæum ad Appul. Apol., p. 58. Cf. Heins. ad Ovid. Met. IV, 773. — *rigantur*, ut ap. Tibull. IV, 1, 60 et 146, ubi vid. Heyne.

369. *Simbruvio* in Æquis. « Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo (hod. *Subiaco*), defert in Tiberim, » Plin. III, 12. Hæc sunt *Simbruina*, vel *Simbruvina stagna*, de quibus vid. Ern. ad Tac. Ann. XI, 13; XIV, 22, et Cluver., p. 713. — *rastris damant*, ut ap. Virg. Æn. IX, 608. — *Æquicula rura*; vid. Heyne not. et Exc. VIII ad Virg. Æn. VII, 746 sq., et Cluver., p. 773.

370. *Scaurus* cognomen gentis Aureliæ et Æmiliæ: ex illa notissimi M. Aurelius orator et consul a. U. 656, et C. Aurelius prætor, Liv. XXXIX, VI, 8; ex hac vero, in cujus gratiam poeta hæc inprimis finxisse videtur, M. Æmilius Scaurus, consul a. U. 638; princeps Senatus, orator, censor et iterum consul; ejusque filius, Sullæ privignus, qui P. Lentuli magnificentiam ædilitatis imitabatur; vid. Ern. Clav. Cic. — *manitor*, rector, dux. — 371. *nascens in secula virtus*; cf. ad II, 511. — 372. *crispare hastilia*, ut ap. Virg. Æn. I, 313.

373. *pennigeris sagittis*, ut al. *alatis*, πτερόεντες ὀϊστοί, vel τὰ πτερόεντα, Hom. Iliad. ε, 171; υ, 68, et *pennæ* inf. XV, 633. Cf. Burm. ad Val. Fl. VI, 421. — 374. Cf.

Ære caput tecti surgunt super agmina cristis.
At quos ipsius mensis seposta Lyæi
Setia, et incelebri miserunt valle Velitræ,
Quos Cora, quos spumans inmiti Signia musto,
Et quos pestifera Pomptini uligine campi,

volant conj. N. Heins. quod tamen *ensibus* non convenit. Præstiterit *colunt*, h. e. amant, præferunt, vel poliunt, ut ap. Tibull. I, VIII, 9, et Ov. Art. III, 107. — 376. *dapsilibus mensis* in mentem veniebat N. Heins. — 377. *Phetia* Col. *Rhecia* Ox. et R. 3; *Rhetia* Put. quas lectt. ex Virg. Ge. II, 96, ortas esse, non male suspicatur N. Heins. et *e celebri* corrig. idem cum patre suo, quia Veliternus ager minime ignobilis fuerit, si vetustatem oppidi ipsius, et frequentiam civium spectes, unde et Cæsar Augustus duxerit originem, sive ubertatem agri, et vini in eo præstantissimi proventum. Hinc Lefeb. eam emendat. recepit. *in celebri*, scilicet *ὄρεσι*, conj. Dausq. — 378. *inmiti*, non *inimico*, Col. — 379. *Pomptini* Col. prob. N. Heins. et al. ob

Virg. Æn. VII, 664 (ubi vid. Heyne), et Liv. XXII, 46, med. — *habiles*; vid. ad IV, 433. *Mucronem teretem* dixit Virg. l. c. — 375. *Ære*, casside ærea.

376 sq. Poeta de Volseis, maximo novi totiusque Latii populo, agit, inserta tamen Hernicorum mentione v. 391... 394. — *mensis seposta Lyæi Setia*, cujus vinum seponitur, reservatur ipsius Bacchi mensæ, h. e. ad dignum, adeoque præstantissimum est; ut *sepositus grex*, Martial. II, XLIII, 4, et *vestis*, Tibull. II, V, 8. — *Setia* (hod. *Sezze*) colonia Rom. (Liv. VI, 30; VII, 42, al.) et Valerii Flacci patria, non longe a paludibus Pomtinis; vid. Cluver., p. 1021, et S. V. *Adlers Nachr. von den Pomtinischen Sümpfen*, p. 28 sq. De vino Setino conf. X, 33; Strab. V, p. 229; Martial. VI, 86; IX, 3; X, 74; XIII, 109 et 112; Juvenal. V, 34; X, 27, et Plin. XIV, 6, qui, « Divus Augustus, *inquit*, Setinum prætulit cunctis, et fere secuti principes, confessa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis ab ea saliva: » unde nec Horatium, nec Catonem, Colum. et Varronem (nec Maronem quoque) ejus meminisse, merito miratur N. Heins. — *Velitræ* (nunc *Velletri*) colonia Rom. (Liv. II, 31, 34; VI, 13, 21 sq., 36 sq., al.) vini proventu (Plin. XIV, 6), et gente Octavia (Sueton. Octav. 1 et 94) nobilis. Cf. Borgia de Cruce Velitrina, Rom. 1780. — *incelebri* olim, et Punici belli temporibus, postea celebriore, Mars. Vid. V. L.

378. *Cora*; vid. ad IV, 220. — *Signia* (hod. *Segni*) colonia Rom. (Liv. I, 56; II, 21; VIII, 3, al.) nota opere Signino (Plin. XXXV, 12; Colum. I, VI, 12), piris (Plin. XV, 15; Juven. XI, 73) et vino *inmiti*, h. e. austero (vid. ad VII, 211), quod ventri sistendo adstringendoque adhibebatur; conf. Plin. XIV, 6; Strab. V, p. 229; Martial. XIII, 113, al., 116; Cels. IV, 5 et 19; Cluv. Ital. Ant. III, 8.

379. Campi et paludes *Pomtinæ* (hod. *Paludi Pontine*) inter Nymphæum et *Ufentem*, ab Astura ad Terracinam, quæ ab agro Pometino, vel Suessa Pometia (vid. ad v. 398), vicino Vulscorum opp,

Qua Saturæ nebulosa palus restagnat, et atro
Liventes cœno per squalida turbidus arva
Cogit aquas Ufens, atque inficit æquora limo,
Ducit avis pollens, nec dextra indignus avorum
Scævola, cui diræ cælatur laudis honora
Effigie clipeus: flagrant altaribus ignes.
Tyrrhenum valli medio stat Mucius ira
In semet versa, sævitque in imagine virtus.
Tunc ictus specie pavitare hoc bella magistro

euphoniam. *Promptini* Oxon. Vulgo *Pomtini*, vel *Pontini*, ut ap. Fest. in *Pontina tribu*, quam æque ac paludem Pontinam a Pontia urbe dictam tradit, et ap. Dion. Cass. XLIV, pag. 242; XLV, p. 274, τὰ Πόντινα ἕλη. — 382. Malim fere *æthera* pro *æquora*, h. e. campos, etsi hoc quoque ferri potest; vid. not. — 386. *Tyrrheni in valli medio* opinabatur N. Heins. — 388. Locus fœde interpolatus, in quo majore cum fiducia destruas aliena, quam moliaris et struas tua. *Tunc ictæ species iniere ac bella magistro* Col. *Tunc icte species nuere ac b. mgro* Oxon. *Tunc ictæ*

(Gr. Πωμέντια, unde τὸ Πωμέντιον, seu Πωμεντίνον πεδίον, Strab. V, p. 159, 161; Dionys. VI, p. 364, al.) nomen adcepisse putantur (conf. V. L.), et olim locum XXIII urbium obtinuere (Plin. III, 5), sed postea creverunt in dies ex aquis, quæ ex montibus in planitiem confluunt, aeremque *pestiferis* vaporibus, qui vel Romæ sentiuntur, *inficiunt*. Ingentes sumtus, a Corn. Cethego Cos. a. U. 590 (Liv. Epit. XLVI), a Jul. Cæsare (Sueton. c. 44), Augusto (Horat. A. P. 65), Trajano (teste Xiphilino ap. Dionem), Theodorico (Cassiod. Var. Epist. II, 32 et 33), nostroque ævo a Papis Sixto V (ducta fossa, *fiume Sixto*) et Pio VI, in paludes siccandas inpensi, nondum operi perficiendo suffecerunt; vid. S. V. Adleri libell. ad v. 377, laud.

380. Conf. Virg. Æn. VII, 801, 802. — *Saturæ palus*, vel ipsa Pomtina palus, quod Cluver. p. 1003, putabat, vel ejus pars. — 382. *Ufens* fl. (*Oufens*) in Inscrr. et Festo (hod. *il Portatore*), Terracinæ proximus, per paludes Pomtinas in mare Inferum fluit.

383. *avis pollens*, ut *avis potens* et *dives* ap. Virg. Æn. VII, 56, et X, 201, ubi vid. Heyne in not. et V. L. Cf. inf. v. 524. — *dextra*, virtute, vel propter eam, *non indignus avorum*, ut ap. Virg. Æn. XII, 649. *Dignus*, ut ἄξιος, passim cum secundo casu jungitur; vid. Heins. ad Ovid. Trist. IV, III, 57, et Drak. inf. ad XII, 81. — 384. C. Mucii *Scævolæ* historia, quam h. l. unus ex ejus posteris clipeo expressam habet (de quo vid. ad IV, 153), vel tironibus nota ex Liv. II, 12, 13, et Flor. I, 10. Gemmas vid. ap. Drak. et de Muciis Ern. Clav. Cic. et Rupert. ad Pompon. O. J. III, 7, §. 39, 41. Scævolæ mors memoratur inf. IX, 370; X, 404. — *diræ*, magnæ, admirabilis; vid. ad IV, 260; quo sensu ap. Maronem, *relligio dira*, Æn. VIII, 350. Ed.

Cernitur, effugiens ardentem Porsena dextram.

species numere ac belli Put. *Tunc ictæ s. ruere acri bella m.* R. 1, 3, Parm. Med. Vulgatam lectionem, *Tunc icti specie ruere acri in b. m.* cujus difficultates plerique intpp. vel non senserunt, vel callide dissimularunt, et quam Draken. quia de loco hoc conclamato constituere non audebat, asterisco adjecto, servavit, verbis *acri in b. m.* parenthesi inclusis, adjuvari posse putabat Barth. Adv. III, 1, ut *species* sit exemplum, quod acre sane magisterium in bello sit, et virtute inaudita percellat mentes paventium, nec minus percusserit Porsenam, quam ferrum militiæ magistrum. Idem conj. *Tunc icto spes conciderant*, vel *corruerant, ac bella magistro*, scilicet militiæ Tyrrhenæ, quem Mucius occiderat. Sed magis sententia ejus eo inclinabat, ut totum versum vel spurium, vel certe sequenti postponendum censeret. Posterius placebat etiam N. Heins. qui tamen tentabat (*Acti his auspiciis inire hoc bella m.*), ut *auspicium* sit omen infaustum (ut ap. Senec. Troad. 608), et eo *agi*, ut ap. Virg. Æn. III, 5. *Tunc icti specie furere in fera bella ministri Cernitur*, etc. emend. Burm. hoc sensu, Porsenam specie purpurati, seu scribæ vulnerati in furorem actum esse, *Tunc icti specie finire hoc b. m. Cernitur*, etc. refinxit Lefeb. qui, ut solet, non minus barbare, quam confidenter, præter alia, hæc disputat: « Locum editoribus nimia præcipitantia impervium facile erat restituere. Dic, Porsena tunc effugiens feliciter ardentem dextram Mucii cernitur *specie icti* (*à la vue de ce coup*, ut *species* in Virg. Æn. II, 407, et *icti* in secundo casu, ut in Gell. IX, 13, extr.) finire bella, (quomodo in clipeo id cerni potest?) *hoc magistro*, Mucio docente, quid timendum a Romanis conjuratis habebat. Si Burm. scripsisset: *Tunc icti specie finire hæc bella ministri*, ne minimum ab historia recessisset. Placet mihi admodum hic versus, sed nimium differt *ministri* a *magistro*. Saltem fuisset *ministro*, vel in uno antiquo, et in textum vocassem. » Omnibus his conjecturis longe, puto, præstat ingeniosa illa, quam adtulit Ill. Ernesti, qui arbitratur omnino transponendum esse versum, et sic legendum: *Hac acti specie ruere acri in bella magistro*, hac effigie clipei, in quo tantum facinus expressum admirabundi spectabant milites, *acti*, inflammati, ruebant in bella duce tam acri et forti. Vellem tamen, hæc emendatio minus a lectione MSS. abhorreret, et sine versus transpositione carminis nitori atque dignitati consuli posset. Post tot itaque VV. DD. conatus meum judicium non nisi timide interposuisse videri velim, nec tantum mihi sumsisse, ut meliora me dedisse, vel adeo rem acu tetigisse mihi persuadeam. Quum vero scabies mera et rubigo sit lectio, quæ in omnibus libris circumfertur, veniam dabit L. B. quod aliam in ejus locum substituerim, quam, simul ac meliora edoctus fuero, ipse primus damnabo. Olim conjiciebam: *Triginta decies iniere hoc b. m.*, vel *Ter centum auspiciis iniere*, actus pro conatu, vel *sitiere ea*, sive *hæc bella magistri*, h. e. ducis, cujus prima sors exierat; sed nunc reposui: *Tunc ictus specie*, adspectu, viso, ut ap. Virg. Æn. II, 407; Cic. Tusc. II, 23; IV, 14, al. (nisi malis *species* sive *speciem*, quoad habitum oris, τὸ εἶδος) *pavitare hoc bella magistro* (bella et pericula sibi imminentia tali duce) *Cernitur*, etc. Possis etiam suspicari: *Tunc ictus specie minitantis bella* (sive *tela*, etsi præstiterit *magna*, sive *vana*, certe *multa*) *magistri*, (ducis conjuratorum, cujus prima sors exciderat)... vel *Tunc ictus specie* (sive *species*, sive *speciem*) *minitans ac multa magistro Cernitur, effugiens* (postquam effugerat), etc. ut apud Liv. II, 12, *Quum rex, simul ira infensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet*, etc. et ap. Virg. Æn. VIII, 649, *Illum indignanti similem, similemque minanti Aspiceres*, etc. *Ictus specie*, ut *prope adtonitus miraculo rex* ap. Liv. l. c. Similiter *ictus* (gall. *frappé*) *re nova*, *metu*, *conscientia*, etc. ap. Liv. I, 16; XXVII, 9; XXXIII, 28; πληγείς, vel ἐκπληγεὶς ἦτορ Homer. Iliad. γ, 31; ε, 225; Aristoph. Plut. 673; λόγοις Pythag. carm. aur. 22; ἔρωτι Eurip. Med. v. 8.

Digitized by Google

Quîs Circæa juga, et scopulosi verticis Anxur,
Hernicaque inpresso raduntur vomere saxa,
Quîs putri pinguis sulcaris Anagnia gleba,
Sulla Ferentinis Privernatumque maniplis
Ducebat simul excitis; Soræque juventus
Addita fulgebat telis: hic Scaptia pubes,
Hic Fabrateriæ vulgus; nec monte nivoso
Descendens Atina aberat, detritaque bellis

Eadem metaphora, a telo desumta, dicitur *percussus* (vid. ad II, 113) et *perfixus desiderio* ac *telis pavoris* Lucret. II, 360, III, 306. Withof. putabat, vulgatam sic commode lectionem explicari posse: *Tunc acri magistro in bella*, Mucio Scævolæ, cernitur arte cælaturæ *sub specie icti ruere Porsena effugiens*, etc. vel legendum esse, *tunc his auspiciis ruere acri in bella magistro C.*, vel potius, *Dum victi specie tremere, ac palles ere monstro* (h. e. insolito facinore) *Cernitur*, etc ut Porsena visus sit ipse trepidare, quasi propria manus arserit; de quo vide Florum, et, qui ab ejus interpr. laudantur, Senecam ac Sidonium. Vir doctus in *Allg. Litt. Zeit. a.* 1796, N. 139, emendat, *Tanta ictus specie finire hoc bella magistro Cernitur*, ut sensus sit: ab hoc viro edoctus, quanta sibi pericula obeunda sint, bellum finire constituit. Sed quomodo et talis sententia his verbis exprimi, et aliquis *bellum finire* in cælatura *cerni* possit, equidem non adsequor. Withofius autem non librariorum errores, sed ipsius poetæ orationem correxisse videtur. — 390. *Axur* Col. quod tacite recepit Lefeb. et præter Scalig. ad Festum defendit N. Heins. ad h. l. et ad Virg. Æn. VII, 799, ubi eum refellit Heyne. Conf. ad IV, 532. — 393, 394 Ita scripsi. Vulgo *Ferentinos Privernat. maniplos D. s. excitos.* Verbum *ducebat* fraudi fuit librariis, qui non viderunt, illud ad præcedd. spectare. Nec tamen *simul* h. l. pro *cum* positum esse, Drak. mihi persuasit. Sulla ducebat eos, qui arant Circæa juga, etc. excitis simul Ferentinis P. m.

390. *Circæa juga*, ut ap. Virg. Æn. VII, 799, promont. in orientali fine Latii, quod Circe olim insedisse ferebatur, cujusque urbs *Circeii* colonia Rom. fuit, in hod. *Monte Circello*; vid. Heyne Exc. I, ad Virg. Æn. VII. — *Anxur;* vid. ad IV, 532. — 391. Cf. ad v. 376. — *Hernica saxa;* vid. ad IV, 226. — 392. De *Anagnia* vid. ad V, 543. — *putri pinguis gleba*, fertilis. Cf. Virg. Ge. II, 203, 204, et Æn. VII, 684, ubi vid. Heyne.

393. *Ferentinum* (hod. *Ferentino*), æque ac Anagnia, urbs Latii in Hernicis et colonia Rom. ex Livio nota. Aliud Ferentinum in Etruria ap. Plin. III, 5; Suet. Oth. 1, et Horat. Epist. I, XVII, 8. — *Privernum;* vid. ad VI, 43.

394. *Sora*, colonia Rom. (Liv. X, 1) quæ adhuc nomen retinuit. — 395. *Scaptia*, prope Pedum, quod Cellar. in Geogr. ant. ex Festo colligit; clara olim Latii urbs, teste Plin. III, 5. De Scaptia tribu, vid. Liv. VIII, 17, et Suet. Aug. 40; Σκαπτῖνοι Dionys. V, p. 326. — 396. *Fabrateria*, ad Trerum fl. (Strab. V, p. 164) colonia Rom. (Vellei. I, 15) et quidem duplex forte, quia Plinius III, 5, Fabraternos veteres a novis distinguit. — 397. *Atina*, quæ etiam

Suessa, atque a duro Frusino haud inbellis aratro.
At, qui Fibreno miscentem flumina Lirim
Sulfureum, tacitisque vadis ad litora lapsum
Adcolit, Arpinas, adcita pube Venafro
Ac Larinatum dextris, socia hispidus arma

398. *Sessa* Col. — 402. *Lirinatum* emend. Cellar. Geogr. ant. II, 9, p. 822, 823, ed. Lips. a. 1701, ut sint Interamnates, quos Succasinos et Lirinates cognominabant (vid. Plin. III, 5, et Grut. Inscr. p. 431), et qui inter Arpinum et Aquinum sub Casilino monte, et ad Lirim fl. sedes habebant; vid Liv. XXVI, 9. Possis etiam intelligere incolas Liris opp., quod memoratur Melæ II, 4, nisi malis legere *Cassinatum*. Casinates, vel Cassinates (apud Cicer. Phil. II, 40 al.) dicti a *Casino* nunc nomen servavit, colonia Rom. Cf. Frontin. de colon. pr. et Cic. pro Plancio c. 8; *potens* dicitur Virg. Æn. VII, 630. — 398. *Suessa Pometia*, quæ Volscorum *μητρόπολις*, Strab. V, p. 159, et *ἡγεμὼν τοῦ ἔθνους*, Dionys. VI, p. 364, passimque vel *Pometia* tantum, vel *Suessa*, *Σουέσσα*, Strab. l. c. dicitur; *detrita b.* a Romanis sæpius vi victa. Vid. Liv. I, 53; II, 16, 17, 22, 25; IV, 25. Errorem Cell. et Cluver. Ital. ant. p. 1181, qui *Suessam Auruncam* (hod. *Sessa*) Atinæ quidem propiorem, sed Campaniæ urbem, innui putabant, jam notavit Drak. Neque audacior hic saltus poetæ est, quod censet ill. Ernesti: nam inde a v. 376... 403 de Volscis agitur, cujus gentis caput a Silio silentio prætermissum esse quis sibi persuadeat? ut taceam hanc, non alteram *Suessam* bellis detritam esse. Conf. ad v. 379. — *Frusino*, nunc *Frosinone*, ad Cosam fluv. cis Lirim. — *a duro haud inbellis aratro*; v. ad I, 614; et cf. inf. XII, 532; Liv. X, 1. — 399. Cf. ad IV, 348 sq. Proprie Liri flumen miscet Fibrenus. — 400. *Sulfureum*, quod in eo tractu Campaniæ sulfur nascitur, auctore Plin. XXXV, 15, sed in collibus præcipue Leucogæis: unde ad colorem aquæ fortasse rectius epitheton referas, quo sensu et lutei sæpe fluvii poetis dicuntur; Ernesti V. Cl. Sed candida ejus aqua laudatur sup. IV, 350, quam sulfuri forte debet. Sic *Sulfurea Nar albus aqua* Virg. Æn. VII, 517. — 401. *Arpinum* (hod. *Arpino*) C. Marii et Ciceronis patria. — *Venafrum*, nunc *Venafro*, extremum Campaniæ versus septemtr. oppidum, ad Vulturnum, et optimi olei proventu nobile. Non satis commode poeta hujus urbis meminit in descriptione Latii, a cujus tamen finibus non longe abest. — 402. *Larinum*, hod. *Larino*, in Frentanis, ad dextram Tiferni ripam, haud procul a mari supero situm (vid. XV, 568.), municipium (Cic. Cluent. c. 5.), sed nimis remotum a Latii finibus, quos poeta h. l. describit: unde Mursus Larinates hic putabat esse antiquos Latii incolas, quorum nulla nunc exstet memoria. Præter illud Larinum aliud certe alicubi fuisse, non inprobabili judicio ex verbis Plin. III, 11, extr. *Larinates*, *cognomine Frentani*, colligas. Plinius paulo ante in eod.

Conmovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.
  Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto.
Indole pro! quanta juvenis, quantumque daturus
Ausoniæ populis ventura in secula civem!
Ille, super Gangen, super exauditus et Indos,
Inplebit terras voce, et furialia bella
Fulmine compescet linguæ, nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam sperare nepotum.
  Ecce inter primos Therapnæo a sanguine Clausi

opp. vel *Cassino* (Cicer. Phil. II, 4), de quo vid. ad IV, 227. — 403. Abest hic versus a R. 2. — 411. *eloquium* Put. *eloquii* e Patm. recepit Draken. auctore N. Heins. — 412. *Therapnæo* scripti. Vulgo *Theramnæo*, vel *Theramneo*; vid. ad

cap. Frentanum agrum brevioribus terminis, ad Tifernum, non ad Frentonem fl. productis, definit, et hinc exemplo Melæ II, 4, Larinum Daunis Apulis adtribuit. Cf. V. L. — 403. *Aquinum* (nunc *Aquino*) *ingens*, Volscorum πόλις μεγάλη, Strab. V, p. 164; *frequens municipium*, Cic. Phil. II, 41.

404. Splendidum M. Tullii Ciceronis elogium, in quod facile poeta incidere poterat, quum Arpinum, ejus patriam, memoraret. Ut itaque memoriam ejus viri, quem non minus fere, quam Maronem, ad imitandum sibi proposuerat, hoc quasi monimento consecraret; unum a majoribus ipsius Arpinatibus aliisque Volscis præfuisse fingit. Comparant Plin. VII, 30; Senec. Suasor. VI et VII.; Catull. Carm. L. — *æratas turmas*, ut æratas acies dixit Virg. Æn. VII, 703; IX, 463. Ἀχαιοὶ χαλκοχίτωνες, Hom. — *raptabat*; vid. ad IV, 218.

405. *sanguis*; cf. ad I, 671.— *ab alto*, antiquo, ut v. 439, et Virg. Æn. VI, 500; vel magno, excelso, ut apud Hor. Od. III, IV, 37; ubi vid. Jani. Cf. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 305, et Broukh. ad Prop. II, I, 26. — *Tullo* Attio, Volscorum rege (vid. Liv. II, 35... 39), quem *suum gentilem* adpellat Cic. Tusc. I, 16. Cf. inf. XII, 175. De hac regia Ciceronis origine, quam in dubiam vocavit Corrad. in Quæstura, p. 33, vid. quos Dausq. et N. Heins. jam excitarunt, testes, Plut. vit. Cic. (ubi male Τούλλιος Ἄππιος legitur) Euseb. in Chronico, Dionys. Hal. et Aurel. Vict. de Vir. ill. c. 81.

408. Imitat. Virg. Æn. VI, 795. *super*, ultra. — *exauditus*, notus.

409. *voce*, eloquentia, ejusque fama. — *furialia bella* Catilinæ et M. Antonii. — 410. *Fulmine linguæ*; cf. ad I, 421.

412. In hac Sabinorum descriptione poetæ præivit Virg. Æn. VII, 706... 717. Quæ ibi Heyne in not. et Exc. VIII, de plerisque oppidis h. l. memoratis disputavit, omittimus. — *Therapnæo*, Spartano, *a sanguine Clausi*; conf. XIII, 466; XV, 547; XVII, 33, et vid. ad II,

Exsultat rapidis Nero non imitabilis ausis.
Hunc Amiterna cohors, et Bactris nomina ducens
Casperia, hunc Foruli, magnæque Reate dicatum
Cælicolum Matri, nec non habitata pruinis
Nursia, et a Tetrica comitantur rupe cohortes.
Cunctis hasta decus, clipeusque refertur in orbem,

VI, 303; *Theraneo* Parm. — 415. *Casperia* Col. vid. Intpp. ad Virgil. Æn. VII, 714. Vulgo *Casperula*.—418. Forte leg. *refectus*, h. e. factus. Dura certe videtur

8; VI, 303; Heyne, l. c. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 305, et Lips. ad Tac. Ann. XII, 25, extr. De C. Claudii Neronis virtute, v. XV, 544 seq., coll. Liv. XXVII, 41... 51, et Hor. Od. IV, IV, 37 seq., ubi vid. Jani. — 413. *Exsultare*, γαυριᾷν, vel ut ap. Virg. Æn. X, 550. — 414. *Amiternum* (hod. *S. Vittorio*, seu *Vittore*) extremum Sabinorum opp. quod Ptol. Vestinis, quorum finibus etiam adjacet, sed Strabo V, p. 157; Plin. III, 12, et Liv. X, 39; XXVIII, 45, Sabinis adtribuunt. *Amiterna*, ut ap. Virg. l. c., et Martial. XIII, 20. Plinio et Livio incolæ *Amiternini* dicuntur, et urbs Ἀμιτερνὸς Dionys. I, p. 12.

415. Verbis *Casperia* a *Bactris nomina ducens*, poeta, qui ob nominis similitudinem passim miram urbium originem fingit, respicere videtur *Caspiram* (nunc f. *Cashmir*), urbem et regionem Indicam, in qua Cossæi velocitate cursus excellebant, teste Dionys. cujus versus excitat Steph. Byz. Κασπειρία Indica regio circa montem Vindium intra Gangem, ap. Ptolem. Conf. *d'Anville*, *Antiq. géogr. de l'Inde*, p. 40 sq. Marsus et Cell. adludi putabant ad nomen Caspiorum, ultra quos Bactriani, Caspium mare ab ortu contingentes. Cf. Cluver. Ital. ant., p. 644 et 676. — De *Forulis*, vid. Heyne l. c.—*Reate*, hod. *Rieti*, vetus opp. præfectura (Cic. Cat. III, 2) et municipium (Suet. Vesp. 1), ad lacum Velinum, nunc *Lago di Rieti* dictum. In agro Reatino *rosea rura Velini*, Virg. Æn. VII, 712; vel *tempe Reatina*, Cic. ad Att. IV, 15; Plin. II, 103; Varr. R. R. II, 1, 14. — *magnæ dicatum C. Matri*, Cybelæ sacrum. Conf. Heyne Exc. VIII, ad Æneid. VII, extr., p. 142; ed. prior. — 417. *Nursia*, hod. *Norcia*, ad radices Apennini, unde *habitata pruinis*, ut *frigida* ap. Virg. Æn. VII, 716. *Tetricus*, vel *Tetrica* Holstenio est montis jugum, quod inter montem Sibyllæ et Asculum super cetera Apennini juga eminet; conf. Heins. et Heyne ad Virg. Æn. VII, 713. De his omnibus vide nost. edit. T. III, p. 336 sqq., 386 sqq. Ed.

418. Omnem hunc locum ad imitat. Virg. Æn. VII, 685... 690 effictum putat Ernesti: sed multum differt inter utrumque. — *hasta* Sabinis propria, et *quiris*, vel potius *curis*, κύρις, dicta; vid. Ovid. Fast. II, 477; (ubi conf. Heins.) Macrob. I, 9; Dionys. II, p. 81, et Fest. voc. *quiris*. Non desunt, qui inde Sabinos quoque, et ab his Romanos *Quirites* adpellatos statuant: sed vid. Liv. I, 13, et Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 710.

Conique inplumes, ac lævo tegmina crure.
Ibant, et læti pars Sancum voce canebant,
Auctorem gentis; pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.
 Quid, qui Picenæ stimulat telluris alumnos,
Horridus et squamis et equina Curio crista?

Schmidii explicatio : clipeus fertur rotundus. — 419. *Conique i.* Col. et R. 3, *Denique et i.* Ox. R. pr. Parm. Med. Mars. et Martin. Herbip. *lævo tegmina crure* scripti, R. 1, Med. *at lævi tegmine cruris* Mars. et Mart. Herb. Vulgata lectio *Vertice et implumes, ac lævi tegmine cruris Ibant* debetur Nicandro. — 420. *Sangum* ed. Marsi Ven. Vulgo *Sanctum*. Sed *Sancum* emend. Cell. et N. Heins. vid. not. — 421. *ferebat* scripti. — 422. *proprio*, non *patrio*, scripti. — 423. *Rexisti magna ditione* corrig. N. Heins. quod placere potest coll. Virg. Æneid. X, 53. Sed abhorret a verbis *de proprio* c. et minus durum videtur, jungere *populos magna ditione*, h. e. potentissimos, qui in *magno imperio erant*, ut utar verbis Cic. Mur. 11, ut *magna* sit pro *magnos*, vel *magnu in ditione*, nisi alterutrum potius reponere malis. — 424. *Quid, qui* (quod, Barthio monente, admirationem commode

419 *Coni inplumes*, galeæ sine cristis. — *lævo tegmina crure;* cf. III, 279; Livius, IX, 40, et inpr. Heyne Exc. VIII ad Virg. Æn. VII, 689, p. 135, ed. prior.

420. Imitat. Virg. Æn. VII, 698, ubi vid. not. Heynii. Cf. sup. III, 346. — *Sancum*, Semonem Sancum, Deum Fidium, Sabinorum *δαίμονα ἐπὶ χώραν*, et Curium conditorem, cujus filius *Sabus*, vel Sabinus; quæ tradunt Cato in Origg. (ubi Sabus divi Sagni gentilis filius dicitur) et ex eo Dionys. Hal. II, 49, ubi vid. Hudson. T. II, p. 335; cf. etiam Mureti Epist. 81 et 82; Heins. et Burm. ad Ovid. Fast. VI, 213, et Broukh. ad Prop. IV, IX, 74. — 422. *Sabus* dicitur *pater Sabinus* Virg. Æneid. VII, 178, ubi vid. Heyne Exc. IV, p. 118. Alii, v. c. Plin. III, 12, et Varro ap. Festum, *Sabinos ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι*, quod præcipue Deos coluerint, dictos putabant. — *proprio, ἰδίῳ*, tuo, ut XII, 717.

424. *Picentes*, a Marone silentio prætermissos, et a Sabinis voto vere sacro ortos (vid. Strab. V, p. 228, et Plin. III, 13) commodo loco post hos describit poeta, ut Plinius l. c. — *Picenum*, vel *ager picenus* (hod. Abrutium ulterius cum parte Marchiæ Anconitanæ) ad mare superum, cujus incolæ dicuntur *Picentes*, a quibus deducti *Picentini* ad mare inferum in veterem Campaniam, quam Silarus amnis (nunc *Selo*) a Lucanis dividebat, ubi Salernum (*Salerno*) Picentiam (inf. v. 578, memoratam) et Marcinam condidere; vid. Strab. V, extr. Plin. III, 5; pr. et fere extr. — 425. *Curio*, quo cognomine inclaruere C. Scribonius avus, pater et filius; vid. Ern. Clav. Cic., et de morte Curionis inf. X, 209, 403. — *Horridus;* cf. ad I, 423. — *squamis*, θώραξ φολιδωτός. — *crista equina*, κόρυς ἵππουρις, vel ἱπποδασεῖα, ut ap. Virg. Æn. X, 869, ubi vid. Cerda.

Pars belli quam magna venit! non æquore verso
Tam creber fractis albescit fluctus in undis;
Nec cœtu leviore, ubi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur Martia peltis,
Perstrepit et tellus et Amazonius Thermodon.
Hic et, quos pascunt scopulosæ rura Numanæ,
Et quîs litoreæ fumant altaria Cupræ,
Quique Truentinas servant cum flumine turres,
Cernere erat: clipeata procul sub sole corusco

infert) scripti et priscæ edd. ante Juni. in qua Nicander *Et qui* dedit. — 426. *æquore verno* conj. N. Heins. et v. 429, *aciem minitatur*, vel *molitur*, vel, quod ceteris præferebat, *meditatur*, Barth. Adv. 1, 5, suspicatur *acies iniit Mavurtia*; sed recte monet, h. l. forsan de exercitatione, non de prælio Amazonum agi. Cf. a Lefeb. laud. Senec. Med. 214, *acies imitatur*, ut *belli simulacra ciere* dixit Virg. Æn. V, 585, 674. — 431. *scruposæ* opinabatur N. Heins. Conf. ad VII, 274.

426. *Pars belli magna*, ingens ejus momentum, vir fortissimus, ut apud Virgilii Æneid. X, 427; cf. supra ad librum V, 329. — Egregiæ comparationes, quibus et multitudo et inprimis agilitas Picentum adumbratur. Priorem magis exornaverat poeta I, 468 seq. ubi vid not. — *æquore verso*, non remis, ut ap. Virg. Æn. V, 141, et X, 208, sed ventis; vide Burm. ad Val. Fl. IV, 725. — 427. *fractis*, non vi remorum, quod putabat Burm. ad Val. Fl. I, 363, sed χέρσῳ ῥηγνυμένοις, ut ap. Hom. Iliad. Δ, 425. — *albescit* spuma, ut ap. Virg. Ge. III, 237, ubi vid. Cerda et Heyne. 428. sq. Imitat. Virg. Æn. XI, 659 sq. ubi vid. Heyne; cf. sup. II, 73 seq. — *leviore*; vid. ad III, 394. — *virgo Martia*, Penthesilea, *acies imitatur*; conf. V. L. — 430. *Perstrepit*, ut ap. Virg. Æn. VI, 709.

431. *Numana*, hod. *Humana*, a Siculis condita, teste Plin. III, 13; municipium Rom. Vid. Gruter. p. 446. — 432. *Cupra litorea*, ad mare Adriat. sita, ut *maritima* ap. Gruter., p. 108, n. 7; diversa a *Cupra montana*, in interiori Piceno, prope *Ripam Transonam*, teste Ptolem. III, 1, et D. Azolino, hujus loci episcopo, ap. Holsten. in Ital. p. 137, unde *Cuprenses*, cognomine *Montani*, ap. Plin. III, 13. Condita est ab Etruscis, et ab Etrusco nomine Junonis, cujus templum (h. l. *altaria*) in edito loco versus mare positum Hadrianus restituit, (vid. Gruter. p. 1016, n. 2.) Κύπρα dicta, si fides habenda Strab. V, p. 166. Sed a Siculis potius Junonis sacra e Græcia advecta, templumque exstructum esse, docet Jos. *Colucci* in Cupra maritima, *antica città Picena*, illustrata, Maceræ 1779, 4, qui etiam in situ urbis definiendo discrepat a Cluver. p. 734. — 433. *Truentum*, seu *castellum* et *castrum Truentinum* (Mel. II, 4; Cic. ad Att. VIII, 12 et 18) opp. natura munitum, ad ostium *Truenti* fl. (hod. *Tronto*) in ora maris; Plin.

Agmina sanguinea vibrant in nubila luce.
Stat fucare colos nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco; statque humectata Vomano
Hadria, et inclemens hirsuti signifer Ascli.
Hoc Picus, quondam nomen memorabile ab alto

435. *vibrant in lumina* Oxon. *vibrant rutilantia* conj. N. Heins. *sanguineam vibrant in nubila lucem* Drakenborch. cui tamen id non necesse videtur. — 438. *Hadria* pro *Adria* scripsit Drakenborch. suadente N. Heins. vid. ad I, 54. — 439. *Hoc Picus* ex emendat. N. Heins. recepi cum Draken. et Lefeb. Sed illi recte

III, 13, 15. — 435; cf. Virg. Æn. VII, 526, 7. — *vibrant;* vid. ad I, 539. — *sanguinea luce*, rutili aeris. Cf. supra II, 586; IV, 517; Virg. Æn. II, 207.

436. *Stat*, adstat, adest. — *Ancon*, 'Αγκὼν (quia *in angusto duorum promontt. montt. ex diverso coeuntium inflexu cubiti imagine sedet*, teste Mela II, 4, vel, *quia adposita est prom. Cumero* (hod. *il Monte Guasco*) *in ipso flectentis se oræ cubito*, ut utar verbis Plin. III, 13, vulgo, ut etiam nunc, *Ancona* dicta urbs (vid. Oudendorp. ad Cæs. B. C. I, 12), in ora maris, a Syracusanis, Dionysii tyrannidem fugientibus, si Straboni V, p. 166, 241, vel si Plinio l. c. et Solino c. 12, fides habenda, a Siculis condita, ubi templum Veneris (Catull. carm. 36), et portus, a Trajano refectus, in cujus honorem arcus triumphalis e pulchro marmore positus est, qui a temporis injuria integer fere mansit. Anconam vini et tritici feracem dicit esse Strabo; sed non alius, quod sciam, præter Silium, a lanæ infectura eam laudat, nisi auctore Dausq. ap. Martial. XIII, 125. *Ancon* pro *Aulon* refingatur. Sed vid. Hor. Od. II, vi, 18, at ibi Jani. Purpura *Sidonia*, vel Tyria satis nota: de *múrice Libyco*, cf. ad XVI, 177, et 355. — 432. *Hadria*, nunc *Altri*, Hadriani patria et colonia, quam ab oriente Matrinus, (Strab. l. c.) ab occid. *Vomanus*, qui hod. *Vomano* dicitur, *humectat*, h. e. præterfluit (Plin. III, 13); diversa et, ut Cluver. p. 646 suspicatur, deducta ab ejusdem nominis urbe in Venetis ad Tartarum fl. inter Padum et Athesim. Mare Hadriaticum alii ab hoc, alii ab illo opp. quod tamen VII M. P. ab eo abest, dictum putant. — *Asculum*, Ἄσκλον, nunc *Ascoli*, colonia Piceni nobilissima (Plin. III, 13; Gruter. p. 465), caput gentis (Flor. I, 19.) et municipium (Cic. pro Sulla 8), natura munitum, et muro, montibusque silvestribus, vix ulli exercitui perviis (vid. Strab. V, p. 166, al. 369), inclusum, unde hoc loco *inclemens* forte, et *hirsutum*, h. e. durum et asperum, quale montanum ac silvestre hominum genus esse solet, dicitur. Marsus voce *hirsuti* ad pennas Pici, qui et *inclemens* fuerit, quum amorem Circes sperneret, adludi putabat. Cave tamen hoc oppidum confundas cum Asculo Apulo, ubi Pyrrhus cum Fabricio Curioque Coss. adverso prælio conflixit. Vid. Plut. in Pyrrho et Flor. I, 18, 439.

439 sq. Cf. V. L. et Virg. Æn. VII, 48 sq. 187 sq. ubi vid. Hey-

Saturno, statuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formæ volitare per æthera jussit,
Et sparsit plumis croceum fugientis honorem.
Ante, ut fama docet, tellus possessa Pelasgis,
Quîs Æsis regnator erat, fluvioque reliquit
Nomen, et a sese populos tum dixit Asilos.
Sed non ruricolæ firmarunt robore castra

jungebant *Hoc*, scilicet Asculum *Picus statuit*, h. e. condidit (vid. ad I, 24); hic vero *Hoc nomen*, scilicet Piceni, ni fallor: nam ipsi non placuit, nos docere, quod nomen intellexerit. Id quidem adridere potest, quoniam v. 443 totius telluris mentio fit, et nomen Piceni vulgo deducitur a *pico*, cujus avis ductu Sabinos (cf. not. ad v. 424) in has oras venisse memorant Strabo V, p. 166, al. 368, et Festus voc. *Picena regio*: quamvis alii a *pice* agrum Picenum (quasi *piceum*) putant dictum. Sed illa ellipsis dura est, et quo tum verba *memorabile ab a. S.* referenda? Forte post v. 442 excidit alius, quo totam regionem a Pico, Asculi conditore, nomen adcepisse poeta declaravit. *Vopicus* scripti. *Vos Picus* corrig. Barth. Adv. I, 5. *Ut Picus* Rom. 1, 3, Med. Vulgo *Vepicus*, quod exponunt, parvus Picus, ut *Vejovis*, *vegrandis*, etc. quia ex homine avis factus sit; prob. Dausq. qui non minus inepte pro *statuit* emend. *Fauni*, vel potius *Fatui* (quod nomen alii Fauno dant, teste Festo voc. *Picus*) *genitor* (vid. Virg. Æn. VII, 48), quod recepit Cell. Sic et Livineium conjecisse, et in ed. Basil. Henr. Petri editum esse, notavit ad marg. Silii sui Cortius, et ex eo Ernesti. — 441. *Exemtum* Rom. 1, 3, Parm. Med. — 442. *croceum plumis* Col. — 445. *Asisos* ex emendat. Scalig. recepere Cell. et Lefeb. quia *Asilorum* nemo mentionem facit. Recte, opinor; etsi *Asisium* (Ptol. Ἀσίσιον, hod. *Assisi*), Umbriæ opp. est in monte trans Clasium fl. Francisci monachi patria, cujus incolæ *Asisinates* apud Gruter. p. 21, n. 11, et Plin. III, 14 (ubi tamen omnes MSS. *Asirinates* exhibent) dicuntur, et Ἀσίσινοι Procop. b. Goth. III, 12. Nam ab *Æsis* nomine *Asili* vocari ac formari non possunt, et Picenum, Umbriæ vicinum, ab qua Æsi fl. dividitur, olim forte latius patuit, vel poeta, nominum similitudine inductus, fines imperii, quod Æsis tenii not. et Exc. V, in quo de Pico et hujus mythi origine disputat. — *genitor*, ut *parens* II, 654. — *nomen memorabile ab alto Saturno*, prorsus ut sup. v. 31. Cf. ad v. 405, et IV, 729. — 442. *Sparsit*, adspersit, *plumis honorem*, doctius pro, *sparsit plumas honore* (ut *sparsit coloribus alas*, dixit Virg. Æn. VII, 191), et hoc pro, dedit ei pennas crocei, vel pulchri coloris. Cf. ad IV, 755, et VII, 447, in V. L.

443. Cf. quæ de variis modis, quibus veteres scriptores priscam de Pelasgorum in Italiam adventu famam tradiderint, disputat Heyne in Exc. III, ad Virg. Æneid. lib. VIII, Tom. III, pag. 482, nostræ editionis, ubi præter alia docet, teste Hellanico apud Dionysium Halic. I, 28, Pelasgos in sinum Hadriat. adpulsos in interiora Italiæ inmigrasse. — 444. *Æsis* fl. (hod. *Gesano*) urbem Umbriæ ejusdem nominis, quæ nunc *Iesi* dicitur, præterfluit, et Picenum ab Umbria dirimit, unde v. 448, iterum memoratur. — 445, cf. V. L.

446. Apte nunc recensentur fluvii et urbes *Umbriæ*, Piceno vici-

Deteriore, cavis venientes montibus, Umbri.
Hos Æsis Sapisque lavant, rapidasque sonanti
Vertice contorquens undas per saxa Metaurus,
Et lavat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum, Narque albescentibus undis
In Thybrim properans, Tiniæque inglorius humor;
Et Clanis, et Rubico, et Senonum de nomine Sena.
Sed pater ingenti medios inlabitur amne

noisse fingitur, nimis dilatavit. — 448. *lavans* Oxon. Pro *lavant*, quod etiam N. Heinsium offendisse video, quia mox *lavat* sequitur, forte *juvant*, vel potius *rigant* legendum. — 449. *Mataurus* Col. vid. ad VII, 486. — 452. *Tuniæque* scripti. Sed *Tinia* dicitur Plin. III, 5; Τινίας Strab. V, p. 227, unde Casaub. *Teneæque* h. l. scribendum censebat, quod jam notavit Draken. — 453. *Clanis*, seu *Glanis* (hod. *la Chiana*) cum Tinia etiam jungitur a Plin. III, 5, ubi *Tiberis*, inquit, *navigabilis, sicuti Tinia et Glanis influentes in eum*. Sed quoniam fluvius Etruriæ est, in cujus finibus ex Clusina palude trans Tiberim oritur, recte, opinor, *Clasis* reposuit Lefeb. suadente Cluver. Ital. ant. p. 701, ut intelligatur *Clasius*, qui per Umbriam lapsus Tiniæ et sic Tiberi miscetur. *Sena*, non *Senæ*, Colon.

næ; quæ nunc *Urbino* et *Spoleto* dicitur. Virgilius etiam hanc regionem silentio præteriit. De *Æsi*, v. ad v. 444. — 448. *Sapis* fl. hod. *Savio*, cujus pars superior fines Umbriæ circa Sarsinam perstringit (unde *tribus Sapinia* ap. Liv. XXXI, 2), inferior per extremam Galliæ Cispad. partem fluit. Conf. Intpp. ad Plin. III, 15, pr. et Lucan. II, 406. — *Hos lavant*, ut *rigat*, vel *irrigat* ap. Tibull. IV, 1, 60, et 146. — 449. De *Metauro*, vid. ad VII, 486. — *Vertice*; conf. ad III, 475. — 451. De *Clitumno*; vid. ad IV, 544 sq. — *Nar* (hod. *Nera*) *albescentibus undis*; cf. Virg. Æn. VII, 517, ubi vid. Intpp.

452. *Tinia*, nunc *Topino*, parvus fl. (unde *inglorius humor*) qui cum reliquis, h. l. memoratis, Tiberi miscetur. — *Tiniæ humor*; cf. ad IV, 699, et V. L. — 453. *Clanis* a Dausq. male confunditur cum *Clanio*, seu Liri, de quo vid. v. 335; cf. V. L. — *Rubico*, qui Italiam prop. a Gallia Cisalpina sejungit, vel tironibus notus ex Sueton. Cæs. c. 31, et Lucan., I, 185, 213 sq. Hodie dicitur vel *Rugo*, seu *Rigo*, judice Cluver. p. 296, vel *Luso*, vel denique *Pisciatello*, seu *Pisatello*. Hoc plurimis etiam Volckmanno V. C. probabilius videtur. Cf. Cl. Oberlin ad Vib. Sequest. p. 176 sq. et Intpp. ad Plin. III, 15, pr. — *Sena*, ut XV, 556, et Lucan. II, 407, Cluverio, p. 610, est fluvius, qui nunc *Cesano* vocatur, IV millibus ante Senogalliam, vel Senam (hod. *Senigaglia*), a Senonibus Gallis, Alpes transgressis, conditam.

454. *pater*; vid. ad I, 606. — *medios* populos Latinos, Ernesti. Forte minus durum erit, si retuleris ad fluvios modo memoratos, etsi proprie isti ab utraque parte in Tiberim, qui Umbriam ab Etruria dirimit, inlabuntur. Cf. ad v. 399.

Albula, et admota perstringit mœnia ripa.
His urbes Arna, et lætis Mevania pratis,
Hispellum, et duro monti per saxa recumbens
Narnia, et infestum nebulis humentibus olim
Iguvium, patuloque jacens sine mœnibus arvo
Fulginia : his populi fortes, Amerinus, et armis
Vel rastris laudande Camers, his Sassina dives
Lactis, et haud parci Martem coluisse Tudertes.
Ductor Piso viros spernaces mortis agebat

455. *admota*, non *immota*, Col. *præstringit* tacite rescripsit Lef. et frustra. — 456. *Arma* scripti, R. 1, et Med. *lætis*, non *latis*, scripti et R. 2, vid. ad VI, 645. — 457. *Hisbellum* Col. *Hispellum*, et *dumosa jugi p. s. r. N.* malebat N. Heins. propter verba Martial. lib. VII, *ancipiti vix adeunda jugo Narnia*. — 458. *viventibus* Oxon. unde *uventibus* corrig. Barth. Adv. I, 5, et N. Heins. Conf. ad III, 522. — 459. *Ingenium* Put. R. 1, 3, Med. *Igninum* Oxon. *Inginium* Parm. *Inginum* Marn. et recentt. edd. *Ignuvium* Col. proxime verum, vid. Manut. ad Cic. Ep. ad Att. VII, 13, Oudend. ad Cæs. B. C. I, 12, et, quos N. Heins. laudavit, Plin. XXIII, 4, extr. (ubi idem nomen in vulgg. edd. mendosum circumfertur) Gruter. p. 347, et Cluver. p. 624, qui plures inscriptt. adfert. *in mœnibus* conj. N. Heins. — 461. *Camars* Col. et Put. ut ap. Liv. X, 25, *Clusium, quod Camars olim appellabant.* Καμάρινον Strab. et Ptol. Conf. Gœsii Ind. geogr. in Scr. R. A. et Cluver. p. 613. *Sassina* Col. et Oxon. prob. N. Heins. ut ap. Gruter. p. 120, 297, 322, 474, 522, 923; Martial. III, 58; IX, 59, Reines. Class. VII, Inscr. 20. Vulgo *Sarsina*, Σαρσίνα Strab. V, p. 157, Σαρσινάτοι Polyb. II, 24. *Sarsinates* ap. Gruter. p. 1095, et Plin. III, 14. *Saxina* Put. *ditis* Tell.

455. *Albula*, cf. ad VI, 391. — *mœnia* Romæ. — *perstringit*, cf. ad IV, 350. — 456. *Arna*, Ἄρνα, Ptol. III, 1, nunc *Civitella d'Arno*, trans Tiberim, ex adverso Perusiæ, unde *Arnates*, ap. Plin. III, 14. — *lætis Mevania pratis*, cf. IV, 544; VI, 645 seq. — 457. *Hispellum*, Ἵσπελλον, Ptol. Εἰσπίλλον, Strab. *Colonia Julia*, (Grut. p. 351.) postea Flavia Constans a Flavio Constantino Cæsare dicta, hod. *Spello*. — *duro monti per saxa recumbens*, cf. Claud. Cons. Hon. VI, 515, et Martial. VII, 92. — 458. *Narnia*, olim *Nequinum*, sed colonia eo adversus Umbros missa, a Nare fl. *Narnia*, nunc *Narni*, adpellata. Conf. Liv. X, 10, et Plin. III, 14. — 459. *Iguvium*, hod. *Gubbio* seu *Ugubio*, sed rectius *Eugubio*. Cf. V. L.

460. De *Fulginia*, vid. ad IV, 545. — *Ameria*, nunc *Amelia*, municipium notum ex Cic. pro Rosc. Am. c. 6, 7. Cf. Plin. III, 14, extr.

461. De *Camerte*, vid. V. L. et ad IV, 157. — *Sassina*, hod. *Sarsina*, Plauti patria, in sinistra Sapis ripa, *dives lactis*, h. e. pecoris. Cf. V. L. et Martial. I, 43. (ubi cod. Thuan. *Sasina* pro *fiscina* et fuscina exhibet, monente N. Heins.) et III, 58. — 462. *haud parci Martem coluisse Tudertes*, cf. ad IV, 222, et Cluver. II, 7, 633.

463. De *Pisonis* morte, vid. X,

Ora puer, pulcherque habitum; sed corde sagaci
Æquabat senium, atque astu superaverat annos.
Is primam ante aciem pictis radiabat in armis,
Arsacidum ut fulvo micat ignea gemma monili.
Jamque per Etruscos legio completa maniplos
Rectorem magno spectabat nomine Galbam.
Huic genus orditur Minos, inlusaque tauro

464. *Ora*, Colon. et Oxon. *pulcherque habitum*, Colon. *pulcherque habitu*, R. 2; *puerque habitu*, Oxon. et Puteol. Vulgo *Ore puer*, *puerique habitu*, probb. Dausq. et Barth. *Ora puer; puerumque*, vel *puerosque habitu*, *sed corde sagaci Æquabat s.* maluerit Burmann. non inprob. Drakenborch. et Lefeb. ut sub molli habitu virilis animus et prudentia latuerit. Conf. ipse Burmann. ad Val. Fl. V, 593. — 466. *primum* Colin. et Dausq. *raptis superabat in armis* R. 1, 3, Med. culpa male festinantis librarii, ex præc. versu, ut passim alibi (vid. Drak.), vocem repetentis; unde conjecturæ N. Heins. hinc ortæ, *pictis rutilabat*, et *rutilis vibrabat in armis* parum solido nituntur fundamento. Conf. a Draken. laud. Prop. IV, i, 27, *Nec rudis infestis miles radiabat in armis*. Vulgg. *in armis Arsacidum*, *et fulvo*, etc. in *armis: Arsacidum ut fulvo* Col. probb. N. Heins. Drak. et Lefeb. — 470. *genus orditor* Col. prob. Modió, nec inprob. Lefeb. quum sit elegantia

251, 404. — 464 sq. Cf. IV, 426, et VI, 20. Plura exempla desideranti suppeditabunt Drak. et quos laudat. — 466. De *pictis armis*, vid. Heyne ad Virg. Æneid. VIII, 588; XII, 281, et Barth. V. C. ad Propert. IV, iv, 20; x, 21. — 467. Imitationem Virg. Æn. X, 134, notat Drak. et *Arsacidum monile* cum dilectu positum monet, tum quod gemmæ in Perside reperiantur, tum quod eas vestibus addere solerent, de quo vid. Barth. ad Claud. Cons. Hon. III, 203. — *Arsacidæ*, successores primi Parthorum regis, h. l. Persæ, ut apud Lucani Pharsal. X, 51.

468. Describitur *Etruria*, (hod. Magnus Ducatus Tusciæ seu Florentinus) quam XII primum populi tenuere, ab oppidis nominati, quæ Cluver. et Holsten. ita recensent: Clusium, Perusia, Cortona, Vetulonium, Volaterra, Arretium, Tarquinii, Rusellæ, Falerii, Cære, Veii, Volsinii. De his aliisque oppidis, a Silio memoratis, vid. Heynii not. et Exc. III ad Virg. Æneid. VIII, 478 sq., et Exc. I ad Æn. X, 166 sq., quæ loca, a poeta nostro expressa, omnino comparari cupio. — 469. Silius, quod jam alii viderunt, respexit Galbam Imperatorem, qui « in atrio stemma proposuit, quo paternam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphaen, Minois uxorem, referret, » teste Sueton. Galb. 2. Fabula de Pasiphae vel tironibus nota; sed de ejus sensu et origine consulant Heyn. ad Virg. Æn. VI, 24 sqq. — 470. Verba *tauro inlusa*, Lefeb. accipit, quo sensu *corrupta* dicitur, Prop. II, xxxii, 58; *ludificatus virginem*, Terent. Eun. IV, iii, 3. *subposta*, et sic inclusa, Virg. l. c. *Inludere* verbum esse obscenæ significationis, observat N. Heins. coll. Sueton. Tib. 45. Tacit. Ann. XIII, 17; XVII, 72; Apul. Met.

Pasiphae, clarique dehinc stant ordine patres.
Lectos Cære viros, lectos Cortona superbi
Tarcontis domus, et veteres misere Graviscæ.
Nec non Argolico dilectum litus Haleso
Alsium, et obsessæ campo squalente Fregenæ.

Græca, et veteres *orditus* pro *orsus* dixerint, quod ignoraverit N. Heins. qui tum *orsor* dicendum censuerit. — *Inlusaque* e Colon. recepi cum Lefeb. et Ernesti. Idem adridebat N. Heins. a quo merito reprehenditur Modius, qui in eodem cod. *inclusaque*, quod Cell. recepit, scriptum monet et probat, quum tamen vaccæ, non tauro, inclusa fuerit Pasiphae. Idem Heins. *commissaque tauro* (ut *Venus commissa* ap. Prop. IV, VII, 19, et *hora nos commisit in unum* ap. Ovid. Epist. XI, 21) vel *incestaque* t. tentat; sed vulgatam lectionem *invisaque tauro*, quam Barthius male interpretetur infamem tauri amoribus, (quum verisimile non sit, Silium genti Sulpiciæ voluisse exprobrare dedecus amati a Pasiphae tauri) defendi posse putat ex Virgil. Ecl. VI, Ovid. A. A. I, 289 sq. et inpr. Prop. III, XVII, (al. 19) 11: *Testis* (Pasiphae) *Cretæi fastus quæ passa juvenci*; ex quibus locis pateat, eam a tauro repudiatam, adeoque ei invisam fuisse; *inmissa*. vel *inmixta* corrig. Beroald. Withof. conj. *insessaque tauro* P. coll. Stat. Silv. I, 1, 58; Ovid. Art. Am. I, 293, et Ep. Her. IV, 57; vel, si non verius, certe decentius, *furiosaque tauro*. — 472. *Cære*, Καῖρη, vel Καίρη, non *Cere*, Col. *Corona* Oxon. Put. R. 3. — 473. *Tarconis*, ut Τάρκωνα ap. Strab. scribendum puto, et sine adspirat. etsi Τάρκων Steph. Bys. dicitur. Conf. Pier. Heins. et Heyne ad Virgil. Æn. VIII, 506, 603; XI, 727. *Grabiscæ* Col. solenni librarr. errore v. e. inf. v. 505, 543, 606; X, 460; Draken. qui præterea laudat Reines. comment. ad Inscr. Class. I, 10. Conf. not. ad I, 236. *Graniscæ* R. 1, et Med. — 474. *Haleso*, non *Aleso*, Col. et R. 2. — 475. *Usium* scripti, R. 1, 3, Med. Mox *Fregenæ* ex ed. Marsi recepi, quod

1, et Lactant. Inst. VI, 23. Sic et *ludere ludum*, dixit Terent., Eun. III, v, 39, et *ludus ætatis* (ἐρωτικὴ παιδιά) Liv. XXVI, 50. — 471. *stant*, sunt, (vid. ad II, 639 in V. L.) vel poeta potius imagines in atrio ordine positas innuit. — 472. *Cære* hod. *Cerveteri*, cujus priscum nomen *Agillæ*, vid. Virg. Æn. VII, 652, et VIII, 478. Urbs ipsa et formula loquendi, *in Cærites*, vel *Cæritum tabulas referri*, notissima ex Liv. V, 40, 50; VII, 20, et Gell. XVI, 13, ubi vid. Intpp. — *Cortona*, quæ nomen hodieque servat, Κυρτώνιον, dicitur Polyb. III, 82; sed Κόρτωνα, Ptol. et aliis. Vid. ad IV, 719. — *Tarcon*, Telephi f. qui cum Tyrrheno fratre in Italiam venisse, et Tarquinios, Etruriæ urbem, condidisse dicitur. Vid. Steph. Byz. Vid. Ταρχώνιον, Strabon. V, p. 152, al. 191 et 336. A. Justin. I, 20. Hinc post *Cortona* distinguendum crediderim, ut *superbi Tarcontis domus* sint Tarquinii, quod certe oppidum a poeta silentio prætermissum esse mireris. Cf. tamen omnino Heyn. Exc. III ad Virg. Æn. VIII, extr. unde disces, ab aliis alias Etruriæ urbes, ab eodem conditas, memorari. — 473. *Graviscæ*, cf. Virg. Æn. X, 184, et ibi Heyn. Exc. I, p. 416. — 474. *Argolico Haleso*, ut *Agamemnio Haleso*, ap. Virg. Æn. VII, 723, ubi v. Heyne Exc. VIII, p. 139. Cf. et Heins. ad Æn. X, 352. — 475. *Alsium*, Ἄλ-

Digitized by Google

Adfuit et sacris interpres fulminis alis
Fæsula, et antiquus Romanis mœnibus horror
Clusinum vulgus, quum, Porsena magne, jubebas
Nequidquam, pulsos Romæ inperitare Superbos.
Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,

et tacite fecit Lefeb. Ita pro *Fregellæ*, quæ Volscorum urbs est, (vid. ad V, 542) legendum esse, post Cellar. Geogr. II, 9, et Cluver. p. 498, jam monuere N. Heins. et Drak. Conjicerem *Rusellæ* (quæ una ex XII oppidis veterum Tuscorum et prisca colonia fuit, cujus clara restant vestigia); nisi *Fregenæ* propius ad vulgatam lect. accederet, et prior syll. voc. *Rusellæ* longa forte esset. Ῥουσίλλαι certe Ptolem. dicitur. — 477. *Fæsula*, non *Fesula*, Col. ut ap. Græcos (vid. not.) et Gruter. p. 533, n. 5. *Fesula* soli Plin. III, 5, dicitur.

σιον, Strab. V, p. 225, et Ptol. colonia (Vellei. I, 14.) ad oram marit. sita, hod. forsan *Palo*, castrum gentis Ursinæ et Farnesianæ in ducatu Braciani, XVIII. M. P. a Roma, quod putabant Cluver. p. 497, et Hard. ad Plin. III, 5 seu 8. — *Fregenæ*, IX M. P. ab Alsio, (vid. Antonin.) nunc *la Macarese*, villa Ducis Matheii, non longe ab ostiis Tiberinis. In maritimis coloniis numeratur a Liv. XXXVI, 3, et cum Alsio jungitur a Plin. l. c. et Strab. V, p. 156. al. 225. Γραουίσκιον, καὶ Πύργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγηνία. *squalente campo* sterili. Cf. Virg. Ge. I, 507, et sup. ad I, 211.

476. Verba *sacris interpres fulminis alis*, ad haruspicinam spectant, quam Romanos ab Etruscis adscivisse nota res est. — *fulminis alis*, ut ap. Virg. Æn. V, 319. Val. Fl. II, 97; VI, 56, ad quæ loca vid. Intpp. — *sacris alis*, ut *divinis flammis* III, 344. — 477. *Fæsula*, Φαισόλαν passim adpellat Polyb. sed τὰ Φαίσολα, II, 25. Φαισοῦλαι, Ptol. et Appian. b. Civ. II, 2. *Fæsulæ*, Sallust. Cat. 24 et 27. Cic. Cat. II, 9, nunc *Fiesole*, III, M. P. supra Florentiam, ad Apennini radices. — Hæc vel tironibus nota ex Liv. II, 9 sq. — 478. *Clusium*, hod. *Chiusi*, *Porsenæ* olim regia, ad Clanem fluvium sita, quæ tridui spatio ab Roma aberat, teste Polybio, lib. II, 25.

480. sqq. *Luna*, in cujus ruinis alia ejusdem nominis urbs condita est, trans *Macram* fl. (*Magra*) qui Etruriam a Liguria dirimit, et Lunam ejusque portum, litori Ligustico adjacentem, interfluit. Portus Lunensis, seu verius sinus, (unde et *sinus Erycis* ap. Ptolem. et nunc *Golfo della Spezia* seu *Spezza*) λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὑτῷ περιέχων πλείους λιμένας ἀγχιβαθεῖς πάντας, οἷον ἂν γένοιτο ὁρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνθρώπων τοσαύτης μὲν θαλάττης τοσοῦτον δὲ χρόνον. Περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς, (unde h. l. *claudere pontum*) ἀφ' ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύεται, καὶ ἡ Σαρδὼν, καὶ τῆς ἠϊόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος, teste Strab. V, p. 153, al. 222, al. 339. Marmore totum quidem litus Ligusticum, omnisque Alpium maritimarum tractus abundabat; præcipuæ tamen lapicidinæ in portu seu sinu Lunensi fuere, unde h. l. *niveis metallis*, h. e. candido marmore, ut ap. Stat. Silv. I, v, 36, (ubi vid. Barth.) III, 1, 5;

Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, et claudere pontum,
Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis.
Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces,
Et junxit totidem tacito terrore secures:
Hæc altas eboris decoravit honore curules,
Et princeps Tyrio vestem prætexuit ostro:
Hæc eadem pugnas adcendere protulit ære.
His mixti Nepesina cohors, Æquique Falisci,

484. *procedere* Ox. non inprob. N. Heins. coll. VI, 444. Sed ibi de solenni consulum processione, die initi muneris agi, monet Drak. — 485. *vinxit* R. 1, et Med. vulgari errore, de quo vid. Draken. — 489. Vulg. *Hos juxta*. Sed *His mixti* Col. *His mixta* Put. et R. 2. *His juxta* Oxon.

impr. IV, m, 99. Commentarii instar iterum sint verba Strab. l. c. ab aliis jam adscripta: Μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος, τοσαῦτ' ἐστὶ καὶ τηλικαῦτα μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας καὶ στήλας, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ἐκπρεπῶν ἔργων, τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, ἐντεῦθεν ἔχειν τὴν χορηγίαν. Plura de marmore Lunensi, vid. ap. Plin. XXXVI, 6 et 18. Intpp. ad Suet. Ner. 50, et Gronov. Diatr. Stat. c. 10. Lunensem caseum laudant, Plin. XI, 42 (ubi etiam ex Etruriæ vinis Lunensi palmam dat), et Martial. XIII, 30.—*exegit*, in bellum misit.

483. *Mæoniæ*, Etruriæ. Vid. ad IV, 721. *Vetulonia*, ap. Plin. II, 103. *Vetulonii*, cujus opp. rudera, *Vetuglia*, ut putant, non longe a mari et *Massa di Maremma*, etiamnum visuntur.

484 sq. Lictores aliaque regum consulumque Rom. insignia, vel Romuli, vel Tarquinii demum Prisci temporibus, a Tarquiniis potius Romam translata fuisse testatur Strab. V, p. 152, al. 336, sed ab Etruscis generatim ea sumta tradunt Dionys. Halic. III, 61 et 84, Liv. I, 8; Flor. I, 5; Sallust. Cat. 51, et Plin. VIII, 48; IX, 39.

485. *tacito terrore*, conf. ad VI, 169 in V. L. — 486. *curules* sellas.

487. *Tyrio* ornat. — *vestem prætexuit ostro*, pro, ostrum prætexuit vesti, unde *toga prætexta* scil. purpura, limbo purpureo, nomen adcepit. — 488. *pugnas adcendere*, cf. ad VII, 605. — *ære*, tuba. vid. ad II, 19, et V, 12. — *protulit*, invenit. — 489. *Nepesina cohors* ut *ager Nepesinus*, Liv. V, 19; XXVI, 34, et *municipes Nepesini* ap. Gruter. p. 441, n. 7, quorum urbs *Nepet* dicitur Plin. III, 5 seu 8, et ex emendat. Sigonii (nam vulgo *Nepete* legitur), Liv. VI, 9; XXVII, 9. *Nepe* in Tabula et Vellei. I, 14. Νέπιτα, Ptol. III, 1, hod. *Nepi*, prope amnem *Pozzolo*, inter Romam et Viterbium. — *mixti cohors*, cf. ad V, 495. — Imitat. Virg. Æn. VII, 695 seq. De *Æquis Faliscis*, (hodie *Falari*, vel potius *Civita Castellana*, de qua vid. Fontanin. antiq. Hortæ colon. Etrusc. p. 80.)

Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, et sacrum Phœbo Soracte frequentant.
Spicula bina gerunt; capiti cudone ferino
Sat cautum : Lycios damnant hastilibus arcus.
  Hæ bellare acies norant : at Marsica pubes
Et bellare manu, et chelydris cantare soporem,

493, 494. Ita in Colon. *capiti* etiam in Oxon. R. 1, Med. *capidi* Puteol. Vulgo *caput his capiti ferino Stat cautum.* — 495. *At*, non *ac*, Colon. — 496. *atque*

vid. Heyne ad Virg. l. c. Cf. sup. ad IV, 223. — 490. *Flavina* seu *Flavinium*, unde *Flavinia arva* ap. Virg. l. l. dubii situs est. — *Sabatia stagna*, lacus Etruriæ, nunc forte *Lago di Bracciano*, et *lacus Sabatinus* ap. Frontin. aquæduct. 71, et Colum. VIII, 16, ubi *Sabata* opp. in Tabula, et ap. Fest. unde *Sabatina tribus* ap. Liv. VI, 5. Cum eo cave confundas *Sabata*, urbem Liguriæ, (hod. *Savona* in republ. Genuensi) Σαβάτα, Strab. V, p. 157, et Ptol. vicinumque huic opp. *Sabatia vada*, Σαββάτων Οὔαδα, Strab. V, p. 139, vel simpl. *Vada*, Cic. ad Div. XI, 10, 13, ut nunc *Vadi*. — 491. *Cimini lacum*, ut ap. Virg. l. c., ubi vid. Heyne. Κιμινία λίμνη, Strab. V, p. 157. — *Sutrium* (*Sutri* ad *Pozzolo* fl.) colonia, Romanisque claustra Etruriæ. Vid. Liv. IX, 32; Vellei. I, 14. Gruter. p. 302, n. 1. — 492. *sacrum Phœbo Soracte*, conf. ad V, 175 sq. — 493. Imitat. Virg. Æn. VII, 687... 9. — *Spicula bina gerunt*, more barbarorum et heroum. Vid. Intpp. ad Virg. Æneid. I, 313; V, 557; VII, 687; VIII, 661; XII, 165, 488. Veget. I, 20; II, 15 et 16. — *Cudo*, ut XVI, 59, galea e crudis ferarum pellibus. Cf. Hom. Iliad. κ, 257, 258, 261 seq. 335, et sup. ad II, 156. Lips. Mil. Rom. III, 1. Lefeb. vocab. orientale esse putat, ut jam ante eum alii, literarum similitudine inducti. Sed hæc ratio semper lubrica est, et hebr. כידון, *hastile* potius seu *lanceam* designare videtur. Vid. Bochart. Hier. P. I. p. 135 sq. et Bernard. ad Joseph. p. 338. — 494. *damnant hastilibus arcus*, hastilibus utentes non curant, spernunt arcus, sagittandi artem usui hastarum postponunt. Sic *Eoas jaculo damnare sagittas*, dixit Stat. Silv. III, II, 126, et *flava quercum damnavit arista*, Val. Fl. I, 70, ubi vid. Burm. Cf. sup. ad III, 331. — *Lycii*, ut alibi *Cretici*, *Ityræi*, vel *Cydonii arcus*, *pharetra*, *cornu*, *sagittæ*. Cf. ad I, 421; II, 90, 109, 689.

495. De *Marsis* agitur, qui circa et ad Lacum Fucinum (*Lago Fucino*, vel *di Celano*) hodie *provinciam Aquilam* seu *Abruzzo ultra* (h. e. ultra Pescaram fl.) obtinebant, et a quibus Italicum seu sociale bellum *Marsicum* dicebatur, de quo vid. Flor. III, 18, et Appian. b. civ. I, 39... 53. Vel hoc ob bellum merito h. l. dicitur, *bellare manu norant*. — 496. Imitat. Virg. Æn. VII, 753. Cf. ad loc. si-

Vipereumque herbis hebetare et carmine dentem.
Æetæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena,
Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes
Frenantem, ac silvis montes nudasse vocatis.
Sed populis nomen posuit metuentior hospes,

hydris emend. N. Heins. quia penultima in *chelydris* præter exemplum corripitur. — 498. *Angitiam* e Col. recepere Drak. Lefeb. et Ernesti. *Agnitiam* R. 1, et Med. Ego reduxi vulgatam lect. ut ab *anguibus* carmine ciendis *Anguitia*, non ab iis *angendis Angitia* sit dicta. Conf. Heins. et Heyne ad Virgil. Æn. VII, 759, et quos Drak. laudat, Salmas. Exerc. Plin. p. 60, et Delr. ad Sen. Med. v. 1024.

mil. I, 411, 2. De Marsorum autem veneficiis et artibus magicis res nota; unde *Marsa nenia*, *voces*, *augur*, ap. Horat. Epod. V, 76; XVII, 29. Cic. de Div. I, 58; II, 33, et Ovid. A. A. II, 102, ubi vid. Heins. Cf. Gell. XVI, 11, et Heyne not. et Exc. VIII, ad Virg. l. c. p. 141, et Cluver. II, 15, 759.

497. *herbis*, φάρμακσις. *carmine*, magica formula. — 498. *Anguitia proles*, filiu *Æetæ*, regis Colchici. Solinus c. 8, C. Cœlii auctoritate tradit, « Æetæ tres filias, Angitiam, Medeam et Circen fuisse: Circen Circæos insedisse montes...... Angitiam vicina Fucino occupavisse, ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, deam habitam. » Cf. V. L. — *mala gramina*, magica et veneficiis idonea, ut τὸ κακὸν et τὰ κακὰ φάρμακα, apud Theocrit. Id. II, 39, 58, 161. D. Heins. propr. noxia et venenata. Conf. Virg. Ecl. VII, 28; Æn. II, 471, ubi vide Cerda; Heyne et Broukh. ad Tibull. I, II, 51; III, 5, 20, et quos Draken. laudat, Gebhard. ad Prop. II, 1, 53; et Intpp. ad Petron. c. 63. — 499. *venena*, serpentes venenatas, ut *stabula* III, 383. — *tactu domare*, cf. ad I, 412. — 500 sq. *lunam excussisse*, h. e. excutere, et hoc gravius pro vulgari *deducere*, κατάγειν, *polo*, cælo. De hac magicæ artis vi vid. Vulp. et Broukh. ad Tibull. I, II, 43, et I, 8, (al. 9,) 19 seq. Cerda et Heyne ad Virg. Ecl. VIII, 69; Burm. ad Ovid. Met. III, 552, Intpp. ad Prop. I, 1, 19; II, XXVIII, 37, et ad Theocr. Pharmaceutr. — *stridoribus... vocatis*, cf. Virg. Æn. VI, 489 sq. et Tibull. I, II, 44, ubi vid. Heyn. Obss. — *Frenantem amnes*, cursus aquarum, ut ap. Virg. Ge. IV, 136. *stridoribus*, ut *magico stridore*, murmure, ap. Tibull. I, II, 47, ubi vid. Broukh. De *silvis vocatis*, cf. ad I, 96.

502. Marsorum originem ac nomen quidam a Celtico voc. *mar* h. e. colle seu loco superiore, sed Romani scriptores more suo a Græca fabula deducunt, et Silius quidem a *Marsya*, Satyro vel tibicine Phrygio, alii vero (Gell. XVI, 11; Solin. c. 2, al. 8, et Plin. VII, 2,) a Marso, Circes, et Ulyssis filio. Vid. Heyne Exc. VIII ad Virg. Æn. VII, 750, p. 141. Marsos Sabinorum potius posteros et colonos esse, suspicatur Ill. Gatterer. (*Einleit. in die synchronist. Universalhist.* T. II, p. 543,) — *nomen posuit*, conf. Heins. ad Ovid.

Quum fugeret Phrygias trans æquora Marsya Crenas,
Mygdoniam Phœbi superatus pectine loton.

503. *Marsua* Col. unde *Marsya* restituit N. Heins. *Marsia* R. 1, Parm. Med. Cell. *Martia* edd. recentt. etiam Lefeb. *Phrygias... Crenas* ex emend. ingeniosa Salmas. ad Solin. p. m. 586 (al. 834, 5), recepi cum Lefeb. et Ernesti. Silium ita scripsisse, pro certo quidem adfirmare nolim: sed lectiones codd. scr. et edd. minus satisfaciunt, et stupore librarr. natæ videntur. Vulgo *Phrygios Crenos;* et *frenos* scripti, R. 1, 3, Med. h. e. imperium, (vid. ad I, 144) prob. N. Heins. ut conveniat verbis Ovid. Met. XV, 60, *fugerat una Et Samon et dominos*, etc. Idem olim conj. *Phrygios threnos*, non improb. Drak. quum in Phrygia, præter *Aulocrenen* fontem, etiam *Aulothrenis* (Αὐλοθρηνὶς) vallis fuerit, si antiquis codd. Plin. V, 29, quos Salmas. consuluerit, fides habenda. Quod etsi dubium est, (repugnat certe Harduino.) conjectura tamen quodammodo firmari potest ex Ovid. Met. VI, 392 sq. An legendum *Phrygius Marsya Crenen*, vel *Phrygiam Crenen*, seu *Crenam*, Fast. V, 73. — 503. Quum omnes mythologi memorent, Marsyan cantu citharæ superatum, detracta cute ab Apolline interemtum esse, (vid. Munker. ad Hygin. f. 165. Burm. ad Ovid. Met. VI, 400, et Heyne ad Apoll. I, IV, 2,) patet, Silium alios auctores secutum esse, quorum auctoritate tradat, Marsyan post Apollinis victoriam in Italiam abiisse, Drak. Sed forte hoc commentum ex solo poetæ ingenio profectum est. — *Phrygias Crenas:* nam teste Plinio V, 29 seu 29. « Apamia (ubi palus quædam, quæ calamos gignit, tibiæ sonum reddentes; unde fabulam de Marsya ortam putabat Strab. XII, p. 578) sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus. Marsyas ibi redditur, (emergit) ortus, ac paulo mox conditus, ubi certavit (Marsyas) tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: (Αὐλοῦ κρήναις) ita vocatur convallis decem M. P. ab Apamia, Phrygiam petentibus. » Cf. Plin. l. c. sect. 31, et XVI, 44 seu 89; Marcian. VI, p. 221, et Solin. c. 40, quibus tamen locis hæc regio *Aulocrene* dicitur, ut adeo pluralis h. l. poetice pro singul. positus videri possit: quod tamen, sententia Drak. et Lefeb. non opus est, si *crenas*, κρήνας, intellexeris de multis fontibus fluviorum, qui Mæandro miscentur, ad quas Mæandri crenas Marsyas olim ante victoriam Apollinis tanta cum laude canere consuevit, quasque deinde fugit, ne quotidiano illius loci aspectu dedecoris sui memoriam renovaret. — 504. *Mygdoniam*, vel Lydiam, vel, ut h. l. Phrygiam: nam Mygdones, Lydi et Phryges, populi vicini, passim inter se confunduntur, et Mygdones, teste Strab. VII, p. 295, et XII, p. 575, vetus fuere Thraciæ gens, quæ Europa derelicta, Phrygiæ partem occupavit. — *Mygdonia lotos*, h. e. tibia, (quæ ex loto vel buxo fingebatur, de quo vid. Theoph. IV, 3 et 4; Plin. XIII, 17; XVI, 36, et Heins. ad Ovid. Met. IV, 759) ut *Phrygia lotos*, XI, 432. Μυγδόνιος αὐλός, et λώτινοι αὐλοί, ap. Athen. IV, p. 182, al. Nam tibia vel modus certe Phrygius numeratur in inventis Phrygum, vel ipsius Marsyæ, Phrygis, cui tribuitur a Dio-

Digitized by Google

Marruvium, veteris celebratum nomine Marri,
Urbibus est illis caput, interiorque per udos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.
Cetera in obscuro famæ, et sine nomine, vulgi
Sed numero castella valent: conjungitur acer
Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.
  Nec cedit studio Sidicinus sanguine miles,
Quem genuere Cales. Non parvus conditor urbi

quia *Aulocrene* *αὐλοῦ κρήνη*, vulgo in singul. dicitur? Sed vid. not. — 511. *cedit studii* emend. N. Heins. quum *studio* et *sanguine* parum concinne concurrant. *Siricinus* Col. unde *Sidicinus* recte jam correxit N. Heins. ut intelligatur *Teanum Sidicinum*, quod opp. Calibus etiam conjunxerint Silius XII, 524; Virg. Æn. VII, 727, et Liv. XXVI, 9. Vulgg. *vicinus*, quod e glossa forte irrepsit, quoniam urbes illæ sunt vicinæ. — 512. *parvus* scripti et editi ante Nicandrum, qui primus

dor. III, 59; Pausan. Phoc. c. 30, p. 668, et Plin. VII, 56. De tibia Phrygia, vid. Heyne ad Tibull. II, 1, 86; Heins. ad Ovid. Met. XII, 158, et Jani ad Hor. Od. III, xix, 18, ubi *Berecyntia* dicitur, ut IV, xv, 30. *Lyda tibia*. — *pectine*, cithara, qua Apollo canebat, ut Marsyas tibia.

505. *Marruvium*, sive Marrubium, Μαρρούιον, Strab. V, p. 167, al. 241, ad ripam orient. lacus Fucini, (ubi nunc Morrea, vel S. Benedicti pagus) unde *Maruvii*, Plin. III, 12. *Splendidissima civitas*, dicitur in Reines. Inscr. Class. VI, 114. Cf. Heyn. ad Virg. Æn. VII, 750, et Exc. VIII, p. 141. — 507. *Alba*, quæ nomen servavit, in septentr. latere Fucini lacus sita, *Alba Fucentia* seu *Fucentis*, Anton. et Gruter. p. 404, colonia, Liv. X, 1; Vellei. I, 14) unde *Albenses*. Plin. III, 12. Ἀλβήσεις, Appian. b. Hannib. c. 39, ut *Albani* ab *Alba Longa*, et *Albenses Pompeiani* ab *Alba Pompeia* in Liguria, vocabantur. — *sedet*, cf. ad VI, 647. — *pomisque rependit aristas*, abundantia pomorum compensat, resarcit inopiam frumenti. — 508. *sine nomine*, ut ἀνώνυμον γῆρας, dixit Pind. Ol. I, 132. Cf. inf. X, 28, 214, et Virg. Æn. IX, 343, ubi vid. Heyne. — 510. *Peligni*, ab Illyriis forte oriundi, (vid. Gatterer V. C. *in d. Einleit. zur synchron. Universalhist.* T. II, p. 544) communi portu Aternensi cum Vestinis et Marrucinis utebantur, et Sagrus fl. a Frentanis eos dirimebat. — *Sulmo*, (*Sulmona* in *Abruzzo citra*) de quo Ovid. Trist. IV, x, 3. « Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab Urbe decem. » Cf. ejusd. Fast. IV, 79 sq. et Amor. II, vi, 1 seq.; III, xv, 11, et inf. IX, 70 seqq. *rapit*, ut IV, 218.

511 sqq. *Teanum Sidicinum* et *Cales*, Campaniæ oppida, inter quæ Silius quoque XII, 524, ea retulit, perperam h. l. memorantur, ut contra *Corfinium*, altera urbs et caput Pelignorum, inf. v. 520, et *Allisæ*, Samnii opp. v. 535, in Campaniæ descriptione. — *Sidicinus miles*, cf. ad V, 551. — *Quem*

(Ut fama est) Calais, Boreæ quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.
Haud ullo levior bellis Vestina juventus
Agmina densavit, venatu dura ferarum:
Quæ, Fiscelle, tuas arces, Pinnamque virentem,
Pascuaque haud tarde redeuntia tondet Aveiæ.

parvæ dedit. Urbes Campaniæ Strab. V, p. 248; πολίχνια, oppidula, dici, exceptis Capua et Teano, monet N. Heins. Sed idem Strabo V, p. 164, Cales πόλιν ἀξιόλογον vocat. Conf. not. *urbi*, non *urbis*, scripti, R. 3, et Parm. sed, teste Lefeb. non nisi duo scripti et R. 1. — 515. *ullo*, non *illo*, scripti et R. 2, *levior belli* maluerit N. Heins. Conf. ad IV, 542. Idem conj. v. 516, *venatu induta* h. e. pellibus et exuviis ferarum, coll. v. 523, 570, 571, et Suid. Βεστῖνοι ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ θηριῶδες τὸν τρόπον. Id magnopere adridet Drak. qui locis Gell. IX, 4; Plin. VII, 2, X, 5, et Ammian. Marcell. XXIII, 6, probat, *venatum* etiam dici, quidquid venatione capiatur. — 518. *Avellæ* in omnibus libris circumfertur, quæ tamen non Campaniæ modo urbs et soli sterilis est, sed etiam vers. 543, memoratur. Hinc *Aveiæ*, emend. N. Heins. quod in textum recepi, prob. Drak. *Aviæ*, quod idem

genuere Cales, h. e. Teanum Calibus originem debet; quod nescio an alius tradat. An sensus est, non cedit... miles ei, quem g. Cales?— *Cales*, hod. *Calvi*, antiqua Ausonum, et deinde Campanorum urbs, colonia, (Liv. VIII, 16; Vellei. I, 14) et municipium, (Cic. Agrar. II, 31) cujus vinum laudat Hor. Od. I, xx, 9; xxxi, 9. *Cale* in singul. num. et *Threicia* dicitur XII, 525, ob Græcam originem, quam poeta more suo comminiscitur. Nam *Calais*, Zetæ frater, Boreæ *Thracii* (vid. ad I, 587,) filius ex *Orithyia*, a patre *rapta*. Vid. Heyne ad Apollod. III, xv, 2; Vulp. ad Prop. I, xx, 25 seq.; II, 26, 51, et Burm. Catal. Argonaut. vid. *Calais*.

515. *Vestini*, a Sabinis oriundi, inter Picentes et Marrucinos, a fontibus Vomani, Matrini et Aterni, (hod. Pescara) in ripis horum fluminum, (in *Abruzzo citra* et *ultra* scil. Pescaram fl. et in *Teramo*, provinc. Neapol. (usque ad mare habitabant. — *Haud levior bellis*, haud minus bellicosa, ut *levis bello*, inbellis, XIII, 214. — *dura* moribus ac ingenio; vel obdurata. Cf. ad I, 558, et VI, 308. — 517. *Fiscellus*, ut *Tetricus* (sup. v. 417.) et *Severus* citerior Apennini pars, in finibus Sabinorum, non procul ab agro Vestinorum, nunc quoque *Monte Fiscello*, in confinio Aprutii ulterioris: in quo monte Nar fl. oritur. Plin. III, 12, Var. R. R. II, II, 1; §. 5; II, 3. — *arces*, cf. ad I, 7. — *Pinna*, hod. *Civita* seu *Citta di Penna*, Πιννά, Ptol. III, 1; Vitruv. VIII, 3; prope mare Venutom, unde *Pinnenses*, Plin. l. c. Πινναται, Diodor. Exc. p. 398.

518. *Pascua haud tarde redeuntia*, conf. Virg. Ge. II, 201, 2. — *Aveia*, XX M. P. ab Alba, (et quidem, judice Cluverio, lib. II, cap. 12, pag. 750; ab Alba Fucentis, sup. v. 507,) in Tabula Itineraria, *Avia*, Ἀουΐα, Ptol. III, 1. *Aviensis civitas prope Aquilam in Vestinis* in Martyrol. Rom. a. d. XIII. Kal. Nov. Cf. V. L.

Marrucina simul Frentanis æmula pubes
Corfini populos, magnumque Teate trahebat.
Omnibus in pugna fertur sparus, omnibus alto
Adsuetæ volucrem cælo demittere fundæ.
Pectora pellis obit cæsi venatibus ursi.
  Jam vero, quos dives opum, quos dives avorum
E toto dabat ad bellum Campania tractu,
Ductorum adventu vicinis sedibus Osci

est, edidit Lefeb. auctore Cluver. Ital. ant. p. 750. Conjicerem *Aterni*, (quod teste Strab. ἐπίνειον, navale, Marrucinis, Pelignis et Vestinis commune fuit) nisi a literarum ductu id nimis recederet. An olim in Vestinis quoque *Avella*, vel *Ajella* urbs fuit, quæ nunc *Ajello* dicitur? — 519. *Marrutioque simul* Col. — 520. *Teate* Col. R. 1, Med. *Reate* (Sabinorum opp.) Os. Vulgo *Rheate*. — 521. *in pugna affertur* Oxon. *in pugna offertur* Colon. et Put. teste N. Heins. qui tamen nil mutandum censet, nisi quod *in pugnam* maluerit. Conf. ad v. 316, et VII, 67, *in pugnam offertur* dedit Lefeb. qui hæc notavit: « Ita recte scripti omnes et R. 2, ut Scipio *obtulit*, vel *addidit* pila suis cohortibus v. 548 », *alta* Col. 522. *demittere*, non *dimittere*, Put. probb. N. Heins. et Drak. Conf. ad II, 96. — 523. *venantibus* malebat N. Heins. quia *venatu* (sed interjectis sex versibus) præcessit; et v. 524, *agrorum*. Sed vid. not. — 525. *E*, non *Et*, Col. — 526. *adventu*, non *ad-*

519. *Marrucini*, quos ab Illyriis originem duxisse, sed cum Sabinis in unius populi corpus coaluisse suspicatur Ill. Gatterer, (*Einleit. in d. synchron. Universalhist.* T. II, p. 544.) ad mare Hadriat. et Aternum fl. in confiniis Vestinorum, Frentanorum et Pelignorum colebant. — *Frentani*, Σαυνιτικὸν ἔθνος, Strab. V, p. 166, oram maris superi, ab Aterno fere ad Frentonem fl. a quo nomen adceperunt, obtinebant. — 520. *Corfinium*, hodie forte *Popolo*, vel *S. Pelino*, ἡ τῶν Πελιγνῶν μητρόπολις, et in bello Marsico κοινὴ ἅπασιν τοῖς Ἰταλιώταις πόλις ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσα Ἰταλικὴ, teste Strab. V, p. 167, al. 369. Cf. Cæs. B. C. I, 16; Lucan. II, 478; Plin. V, 12, et sup. ad v. 511. — *Teate*, (*Civita di Chieti* seu *Teti*, caput Abrutii citerioris, vel provinciæ Chieti) ἡ τῶν Μαρρουκίνων μητρόπολις, Strab. l. c. Τεατέα Μαῤῥουκινῶν μεσόγειος, Ptolem. III, 1, ad Aternum fl. in regione montana. Cf. XVII, 454. — 521 sq. Imitat. Virg. Æn. XI, 679 sq. — *sparus*, ut III, 388.

522. Cf. ad II, 96. Proprie ipsi sunt *adsueti*, adeoque periti hujus rei. 525. Cf. Virg. Æn. VIII, 553, et sup. ad II, 156.

524. Agitur de *Campania*; hod. *Terra di Lavoro*, quæ regni Neapol. pars est. — *dives avorum*, ut *Mantua dives avis* ap. Virg. Æn. X, 201, ubi vid. Heyne in V. L. et not. Hæc verba ad priscam Campanorum potentiam, ut τὸ *dives opum* ad eorum divitias terræque fertilitatem spectat. — 526. Recensentur urbes *Oscorum* et Auruncorum seu Ausonum, qui extremam olim Latii partem, ad mare inferum, obtinebant, et priscis jam tempori-

Servabant; Sinuessa tepens, fluctuque sonorum
Vulturnum, quasque evertere silentia, Amyclæ,
Fundique, et regnata Lamo Caieta, domusque
Antiphatæ compressa freto, stagnisque palustre
Liternum, et quondam fatorum conscia Cyme.

ventum, scripsi. — 531. *Liternum*, non *Linternum*, Colon. vid. ad VI, 654; *Cyme* scripsi et R. 2; *Κύμη* Steph. Byz. et Strab. Cf. IX, 57; XI, 290; XIII, 400, 494, 498; Heins. et Pier. ad Virg. Æn. VI, 2 et 98. Inpp. ad Val. Fl. I, 5; *Cume* R.

bus oppida et cis Lirim, qui Latium a Campania dirimit, (unde *vicinis* Campaniæ *sedibus*) et trans fluvium istum, in ipsa Campania, condiderant; quæ propterea modo Latio novo seu adjecto, quo nomine Strabo oram maritimam ab Ostia ad Sinuessam comprehendit, modo Campaniæ adjudicantur, v. c. Sinuessa Latio a Plin. III, 5, et Campaniæ ab eodem XXXI, 2. Cf. omnino Heyne ad Virg. Æn. X, 564, et Exc. VIII, ad Æn. VII, p. 139 sq. — 527. *Sinuessa* in finibus Latii adjecti et Campaniæ, trans Lirim, ad mare, *Sinope* quondam a Græcis, et Sinuessa deinde ab colonis Rom. adpellata, (Liv. X, 21; Plin. III, 5 seu 9) cujus rudera prope castellum *Rocca di Mondragone* supersunt. — *tepens*, dicitur non a tepida tantum aeris temperatione in Campania, sed inpr. quoque a thermis salubribus, *aquis Sinuessanis*, de quibus vid. Strab. V, p. 162, al. 371. (*πλησίον αὐτῆς ἐστὶ θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα ποιοῦντα πρὸς νόσους ἐνίας*) Plin. XXXI, 2; Tac. Ann. XII, 66, et ej. Hist. I, 72; Martial. XI, VIII, 11, et LXXII, 1; Liv. XXII, 13. Vinum Sinuessanum laudant Martial. XIII, 111; Horat. Epist. I, V, 5 et alii. — 528. *Vulturnum*, urbs et castellum, (hod. *Castello di Volturno*) ad ostium maximi Campaniæ fluvii, qui olim *Vulturnus* dicebatur, nunc *Volturno*. Cf. XII, 521; Liv. XXV, 20; XXXIV, 45, et Heyn. Exc. VIII, ad Virg. Æneid. VII, 729. — *Amyclæ, quas evertere silentia*, cf. omnino Heyn. not. et Exc. II, ad Virg. X, 564. — 529. *Fundi*, hod. *Fondi*, inter Formias et Tarracinam, ad mare, unde *Fundani municipes*, Liv. XXXVIII, 36. *F. lacus*, Plin. III, 5. *F. vinum*, ib. XIV, 6. — *regnata Lamo... freto*, cf. ad VII, 276, et Ovid. Met. XIV, 233 sq. — *domus Antiphatæ*, Formiæ, *compressa*, pressa, *freto*, mari vicino, quod eam premit h. e. contingit, perstringit, adluit; (ut Hor. Od. II, X, 3, al.) vel premit, vexat; vel *arva premit pelago*, ut ap. Virg. Æn. I, 246. — 530. *stagnis palustre Liternum*, cf. ad VI, 654. — 531. *Cyme*, forma græca pro *Cumæ*. Urbs, a. 1207, diruta, *Χαλκιδέων* (incolarum Chalcidis, capitis Eubœæ) *καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα*, testibus, Strab. V, p. 168, al. 243, al. 372; Plin. III, 5 seu 9; Vellei. Pat. I, 4, et Liv. VIII, 22, unde *aquæ Cumanæ*, Liv. XLI, 16, et inpr. *Sibylla Cumana*, a qua hod. *Grotta di Sibylla Cumana* nomen accepit, et urbs h. l. dicitur *fatorum conscia*. Conf. V. L. et ad III, 399, et vid. Heyne ad Virgil.

Illic Nuceria et Gaurus: navalibus acta
Prole Dicarchea, multo cum milite Graia

1, Med. Cell. *Crinæ* Ox. Vulgo *Cumæ; Κύμαι* Ptolem. — 532. Vulgo *Gaurus navalibus apta, Prole Dicarchenia*, vel *Dicharchæa*, prob. Marso, cui *Gaurus* est oppidum, cujus tamen nemo geographorum mentionem facit. *Dicarcheia* Put. R. 1, Parm. Med. *Gaurus navalibus acta, Prole Dicarchea; multo*, etc. ex Colon. recepere Draken. et Ernesti, suadente N. Heins. qui tamen scribendum putat, *Illic Nuceria: et Gauri n. acta P. Dicharchea, multo cum milite, Graia Illic P.* quia Gaurus a Nuceria satis remotus: quasi poeta ordine geograph. procedat. Pro *acta* Lefeb. reposuit *aptus* ex emendat. Cellar. Geogr. T. I, p. 671, edit. a. 1731, et Loyd. in Lex. vid. *Nuceria*, qui posterior refingit, *Illic Nuceria*, et *G. n. aptus P. Dicharchea: multo c. m. Graio Illic P.* ut Nuceria, vel incolæ Gauri ejusdem sint originis ac Puteoli. Sed Lefeb. punctum post *aptus* ponit, et verba seqq. ita explicat: illic fuit Graia Parthenope ex eadem prole, hoc est ejusdem originis, (vid. ad I, 221) ac Dicarchæa, multo cum milite; nam etsi a Samiis deducantur Puteoli, tamen hoc oppidum, quia, Strab. teste, navale fuerit Cumanorum, ab his conditum videri posse. Veram loci lectionem nondum constituam putat Ernesti, qui inprimis dubitat, an Silius Gauri mentionem ideo fecerit, ut populos ex eo monte adcitos significaret: sed vocem *acta* salvam esse, eidem persuasit Strabo V, p. 376; ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταί, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις, etc. Meo qualicumque judicio lectio c. Colon. aptissimum præbet sensum, modo distinctio ea, qua feci, ratione mutetur: et interpretes, ut in vitio detegendo sagaces, ita in medicina adferenda parum felices fuere, dum veteres Gaurum nobis oppidum obtrudunt, recentiores vero non Puteolana, sed Gauri *navalia* intelligunt, quia hic mons in imis vitifer, et, si non aliis locis, certe in summitate, pinifer fuerit, adeoque ligna navalibus apta suppeditaverit. Sed hoc ipsum ne satis quidem con-

Æn. VI, 2, ibique Exc. II et III.

532. *Nuceria* Alfaterna, Liv. IX, 41; Diodor. XIX, 65. Nunc *Noçera* prope Sarnum fl. in Picentinorum finibus, de qua vid. Liv. IX, 38; XXVII, 3. Ab ea diversæ *Nuceria* Camellaria, (*Nocero*) Umbriæ opp. et *Nuceria* (*Luzara*) in Gallia Cispad. ad Padum. — *Gaurus* mons, (hod. *Monte Barbaro*) inter Puteolos et Avernum Lucrinumque lacum, vinetis consitus. Conf. XII, 160; Lucan. II, 667, 8; Plin. XIV, 3, 6; Stat. Silv. III, 1, 147; v, 99; IV, III, 65. — *navalibus acta Prole Dicarchea*, h. e. postquam Puteolani urbem suam cum portu reliquerant, ut ad bellum proficiscerentur, (conf. v. 480.) illic etiam adfuit Neapolis, h. e. eos sequebantur Neapolitani cum multo milite Graio. — 533. *Dicarchea*, contr. pro *Dicæarchea*, ut XII, 107; et ap. Stat. Silv. II, II, 3, et 96. Δικαιαρχία, vel Δικαιάρχεια Græcum et antiquius nomen urbis, quæ postea *Puteoli* (hod. *Puzzuoli* seu *Puzzuolo*) vel a *putore* aquarum, vel a *puteorum* minorum multitudine adpellata dicitur. Vid. Plin. III, 5 seu 9, Festus voc. *minorem*, Epit. Stephani, Varro L. L. IV, 7, et loc. class. Strab. V, p. 169, al. 245, al. 376. *Dicarchi mœnia*, dixit Stat. l. c. Plura de hac urbe vid. ap. Liv. XXIV, 12, 13; XXXIV, 45; Tac. XIV, 27. Verba *navalibus acta* spectant ad egregium, quo urbs etiam nunc utitur, portum, ad sinum Baianum. Δικαιαρχία,

Illic Parthenope, ac Pœno non pervia Nola,
Allifæ, et Clanio contemtæ semper Acerræ:

stat, et Gaurus Juven. IX, 57, *inanis* (arboribus, putat) dicitur, vid. not. — 535. *Allifæ* Col. ut ap. Liv. VIII, 25; IX, 38, 42; XXII, 13, 17, 18; XXVI, 9; Gruter. p. 407, 417, 460, Ἀλλίφας Diodor. XXII, 35. Sed Ἀλιφας Strab. V, p. 238 al. 364. *Allife* Cell. et alii, ut apud Frontin. de Colon. p. 83. *Alliphe* plerique libri.

ἐπίνειον Κυμαίων, καὶ ἐμπορεῖον (*emporium Puteolanorum*, Cic. ad Att. V, 2.) γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους, Strab. l. c. Cf. et Sueton. Aug. 98, et Stat. l. l. *Antichita di Pozzuoli* edidere Loffredi Capaccio, Mazzello et optime omnium Paul. Ant. Paoli, Napoli 1768. — 534. *Parthenope*, vetus nomen *Neapolis*, (*Napoli*) ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης, Strabon. V, p. 170, al. 246, al. 377. Cf. idem I, p. 23, et 26, inf. XII, 33 sq. Plin. III, 5 seu 9; Solin. c. 2. Martian. de conditor. urb. L. VI, p. 206, et Steph. Byz. Λευκοσία, Λίγεια, Παρθενόπη, Sirenum nomina ap. Tzetz. Chil. VI, 719. *Graia*, quoniam non modo a Cumanis (Vellei. I, 4; Liv. VIII, 22; Martial. V, LXXIX, 14. Martian. Heracleota in Periplo, p. 11) vel a Chalcidensibus, Cumarum conditoribus, (Plin. III, 5 seu 9,) ædificata traditur; sed etiam Græcorum ritus religiose servavit, eorumque exemplo gymnasia, agones, theatra habuit, unde et *Græca urbs* vocatur Tacit. Ann. XV, 33. Cf. inf. XII, 27, 31; Liv. XXXV, 16. — *Nola*, quæ nomen, non pristinum splendorem, retinuit, a Chalcidensibus, (conf. XII, 161; Justin. ex Trogo XX, 1,) vel Tyriis, (Solin. c. 8) vel Tuscis (Vellei. I, 7) condita, et bello Samnitico a Romanis capta. Liv. IX, 28. — *Pœno non pervia*, non expugnabilis: nam ibi primum Hannibalis impetus a Marcello repulsus. Cf. XII, 161 sq. et Liv. XXIII, 14... 16.

535. *Allifæ*, bodie *Alife*, opp. Samnii, inter Venafrum et Sabati confluentem, supra lævam ripam Vulturni, qui Campaniam a Samnio dirimit. Cf. ad vers. 511, et V. L. Vinum Allifanum laudatur XII, 526, et Horat. Sat. II, VIII, 39. — *Clanio contemtæ semper Acerræ*; imitat. Virg. Ge. II, 225, ubi vid. Intpp. — *contemtæ*, infestatæ, quoniam crebræ Clanii exundationes non facile aggeribus cohiberi possunt. *Clanius*, nunc *L'Agno*, Campaniæ fl. qui etiam Liternus dicitur, et inter Capuam Cumasque in mare fluit. Cf. ad VI, 654. Diversus ab eo *Clanis*, Etruriæ fl. (vid. 454) quod nomen etiam Liri tribuitur. — *Acerræ*, hod. *Acerra*, Ἀχέρας, Strab. Cf. XII, 422; Liv. VIII, 17; XXIII, 17; XXVII, 3; Appian. b. Pun. c. 63, (ubi vid. Schweigh.) et b. Civ. I, 42, 45, quibus locis Ἀχέῤῥας invenies. Colonos ab Augusto eo missos tradit Frontin. de colon. pr. *Acerras* Insubrium, in Gallia Transpad. ad Serii et Adduæ confluentes, (vide Plin III, 14, et inpr. Polyb. II, 34.) Dausq. ad h. l. German. ad Virg. et Pintian. ad Plin. et Hummel (*Handb. d. alten Erdbeschr.* p. 421) cum hoc Campaniæ opp. confuderunt.

536 sq. Cf. Virg. Æn. VII, 738, ubi vid. Heyn. Exc. VIII, p. 140.

Sarrastis etiam populos totasque videres
Sarni mitis opes: illic, quos sulfure pingues
Phlegræi legere sinus, Misenus, et ardens
Ore giganteo sedes Ithacesia Baii.
Non Prochyte, non ardentem sortita Typhœa

Ἄλιφα Ptol. *contentæ* ed. Dausq. culpa librarr. nam in comment. τὸ *contemtæ* explicat, unde inmerito in reprehensionem N. Heins. incurrit. — 536. *Sarrastes* alii, ut X, 316, inprob. N. Heins. ad h. l. et ad Virg. Æn. VII, 738. — 537. *ditis opes* conj. D. Heins. — 539. *Bæi* e. Col. auctoritate, vel *Baii* ex emend. N. Heins. scribendum videtur; vid. not. Vulgo *Bai*, et *Bacchi* Put. — 540. Voc. *ar-*

536. *Sarrastes* adcolæ *Sarni* fl. (nunc *Sarno* seu *Scafati*) qui Pompeios præterfluit. Strab. V, p. 171, al. 247; Plin. III, 5. — 537. *mitis*, conf. ad IV, 85. — *opes*, copias ex populis, hunc fluvium adcolentibus, conscriptas, ut ap. Virg. Æn. VIII, 171 et 685, ad quæ loca vid. Heyne. — 538. *Phlegræi sinus*, sive campi prope *sinum* Baianum, τὰ Φλέγραια πεδία, quorum Lat. nomen *Laboriæ*, seu *Leboriæ* et *campi Laborini*, (Plin. XVIII, 11) hodiernum vero *Campo Quarto*, quod adversus Cluver. propugnat Camill. Peregr. p. 261. A Puteolis ad Baias Cumasque patent, si fides habenda Strab. et Plin. ll. cc. Τὸ Κυμαῖον πεδίον ὀνομάσθαι Φλεγραῖον, tradit Diodor. IV, 21, sed τὰ περὶ Καπύην καὶ Νῶλαν πεδία, Polyb. II, 17, et III, 91. Cf. sup. ad IV, 275; Prop. I, 20, 9, et Eustach. ad Dionys. Perieg. LVIII, 21. — *Misenus* seu Misenum opp. promont. (*Capo di Miseno*) et navale ad sinum Baianum, ubi Misenensis classis ab Augusto collocata. Cf. Suet. Aug. c. 49; Plin. Epist. VI, 20; Virg. Æn. VI, 232 sqq. Tac. Ann. VI, 50. — 539. *Baiæ*, opp. Campaniæ, inter Puteolos et Misenum, (ubi nunc non nisi castellum, *Castel di Baja*, superest) ad sinum Baianum, portumque Julium, (de quo vid. Heyne ad Virg. Ge. II, 161 sq. et Æn. IX, 710) frequens hominibus, qui eo confluebant, et villas palatiaque ibi ædificabant, invitati amœnitate locorum et multitudine *thermarum*, quæ et ipsæ *Baiæ*, vel *aquæ Baiæ* vocabantur, (vid. Ern. Clav. Cic.) καὶ πρὸς τρυφὴν, καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτηδείας, (Strab. V, p. 169, al. 376) « quæ in imo habebant aut de sulfure, aut de alumine, aut bitumine ardentes maximos ignes, » Vitruv. II, 6. Eo respicere videtur poeta, qui tamen fabulose rem tradit. — *ardens Ore giganteo*, propter Inarimen, vicinam ins. de qua vid. mox, v. 541. — *Sedes Ithacesia Baii*: nam τὰς Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαίου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινὸς, Strab. l. c. Cf. inf. XII, 114. Βαίου, seu Βαιοῦ δ' ἀμείψας τοῦ κυβερνήτου τάφον, Lycophr. Cass. v. 694. Ab eodem Baio vel Bæo, Ulyssis gubernatore, Bæam, Cephalleniæ montem, nomen adcepisse tradit Steph. Byz. Vid. Βαῖαι.

540. Imitat. Virg. Æn. IX, 715, ubi vid. omnino Heyn. Exc. II. Cf. inf. XII, 143 sq., ubi Prochyta *Mimanti*, (de quo vid. ad IV, 276.) *Inarime* vero, non ut h. l. et apud Virg. l. c. *Typhœo*, sed *Japeto* in-

Inarime, non antiqui saxosa Telonis
Insula, nec parvis aberat Calatia muris;
Surrentum, et pauper sulci cerealis Abella :
In primis Capua, heu! rebus servare serenis
Incônsulta modum, et pravo peritura tumore.
Lætos rectoris formabat Scipio bello.

dentem miror nemini scrupulum injecisse, quum τὸ *ardens* modo præcesserit. Suspicor, illud, ex simili loco XIV, 197, margini adscriptum, in contextum irrepsisse, et poetam vel *ingentem*, vel *adflantem*, vel *fumantem*, vel simile quid scripsisse. — 543. *Abella* scripti, R. 1, 3, Med. vid. Heins. ad Virg. Æn. VII, 740, et Græv. ad Justin. XX, 5. Vulgo *Avella* ex solenni permutatione literarum *v* et *b* in codd. medii ævi. — 546. *Lætos rectoris* Oxon. prob. N. Heins. quem vid. ad h. l. ad XV, 122, et ad Virgil. Æn. I, 441; Val. Fl. VI, 266; Ovid. Met. VII, 435, et Claud. Cons. Hon. IV, 205. *Lætos* Col. *Lectos* Put. et Tell. sed τὸ *c* in illo notatum puncto, in hoc deletum esse, testatur Lefeb. — *Lectos rectoris* Put. Mars. Ald. et alii quidam *Lectos rectores* R. 1, 3, Parm. Med. *Lectos venturo* ex ed.

posita fingitur, ut Ætna ab ipso Silio XIV, 197, et aliis eidem Typhœo, ab aliis deoique Briareo. De hac fabularum diversitate et origine, ut et de Typhœo, seu Typhone vid. Burm. ad Val. Flac. II, 24, inpr. Heyne l. c. et ad Virg. Æn. III, 578 sq. it. ad Apollod. p. 67... 87. Herman. Mythol. T. I. p. 254 sq. et T. II, p. 376, 7. — *Prochyte* (*Procita*), et *Inarime*, quæ et Pithecusæ, sive Pithecusa et Ænaria (hod. *Ischia*) vocantur, insulæ, in sinu Cumano seu Baiano, Comis et Miseno prom. objectæ. Vid. Heyne et Burm. ll. cc. *Prochyte*, *ἀπὸ τοῦ προχύναι* dicta, ut Serv. ad Virgil. tradit, vel, ut Strabo V, p. 247, al. 379, et Plin. III, 6, *quia profusa ab Ænaria erat*, h. e. terræ motu divulsa et in altom velut projecta. — 541. *Telonis Insula*, Capreæ. Conf. ad VII, 418, et Heyne Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 733. sq. — 542. *Calatia*, vel *Calatiæ*, Plin. III, 5 seu 9, hod. *Cajazzo* sive *S. Cajazzo*, opp. prope Vulturnum fl., vel ex Livio notissimum. — 543. *Surrentum*, cf. ad V, 466. — *Abella*, nunc *Abella vecchia*, ultra Clanis fontes, colonia Chalcidensium (Justin. XX, 1, 13) et municipium ap. Frontin. de Colon. — *sulci cerealis*, frumenti, ut *Cerealia munera*, *herbæ*, *fruges* etc. Cf. Virg. Æn. VII, 740.

544. *Capua*, caput Campaniæ, hod. vicus, *S. Maria di Capua*, qui M. P. a nova Capua abest. — 545. *Inconsulta servare modum*, græce pro, in servando modo, inconsulte non servans modum *rebus serenis*, lætitiæ, vel in *rebus serenis*, h. e. lætis, (ut XV, 53) prosperis, quum post pugnam Cannensem ad Hannibalem deficeret, quæ ei causa exitii fuit, urbe a Romanis capta, agrisque sorte divisis. Cf. XI, 29 sq.; Liv. XXIII, 2, 7; XXV, 20; XXVI, 16, et simil. loc. Virg. Æn. X, 501, 502, ubi vid. Heyne. — *tumore*, vid. ad II, 288.

546. *Scipionem* Africanum in pugna Cannensi tribunum militum de legione secunda fuisse tradit, Liv. XXII, 53. — *formabat bello*,

Ille viris pila, et ferro circumdare pectus
Addiderat : leviora domo de more parentum
Gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos;
Aclydis usus erat, factæque ad rura bipennes.
Ipse inter medios venturæ ingentia laudis
Signa dabat, vibrare sudem, tramittere saltu
Murales fossas, undosum frangere nando
Indutus thoraca vadum : spectacula tanta

Basil. Wolfii in libros recentt. venit. — 548. *leviora adeo*, vel *leviora duo* (vid. not. ad v. 493) emend. N. Heins. *leviora manu* Burm. *leviora domo... Gestarunt tela* Drak. hoc senso : Scipionem Campanos, quibos præerat, pilis ac thorace armasse, quum domo non nisi leviora tela et ambustas sudes adtulissent. Hic certe verus est sensus loci, judice Ernesti. Sed vid. not. — 550. *Aclydis*, non *Acludis*, Colon. vid. ad III, 363. Mox *bipennis*, scilicet usus erat iis, omnino mihi legendum videtur. — 552. *rudem* pro *sudem* substituendam puto. Conf. not. et verba Liv. XXVI, 51 : *Legiones tertio die rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt*. Ejusmodi rudes etiam *vectes* dicebantur, et νάρθηκες παχεῖς Xenoph. Cyrop. II; vid. Schwebel. ad Veget. I, 9. Vulgata tamen lectio eundem præbet sensum, et defendi præterea potest coll. Liv. XL, 6, extr. et 9, extr. ubi de eodem exercitio, non gladiatoribus tantum, sed militibus quoque solenni, agitur : nisi his quoque locis eadem medicina adhibenda est. Cf. etiam Prop. IV, 1, 29, et Ovid. A. A. III, 515. — *tramittere*, non *transmittere*, scripti h. l. et v. 558. Cf. ad IV, 487. — 554. *spectacula tantæ Ambæ acies v. e.* suspic. N. Heins. coll. I, 164, 465, IX, 440, et al. Sed vid. not.

ad bellum, et ad exercitium usumque armorum. — 548. sqq. *Addiderat*, dederat; vid. Ind. — *leviora domo Gestabant tela*, h. e. domi gestare solebant, quod jam Lefeb. notasse video. Sic *domo*, Gr. οἰκόθι, ap. Cic. Dom. 3, et red. ad Sen. 11; Plaut. Amph. II, II, 7; nisi levissima mutatione *domi* refingere malis. — *Gestabant* ἀορίστως dicitur, quam imperfecti aliorumque temporum vim magna exemplorum copia illustrarunt Græv. Lectt. Hesiod. c. 5, ad Ἔργα, vers. 185, et Casaub. ad Pers. II, 5. — *ambustas sine cuspide cornos*, ut *hasta*, *sudes*, *tela præusta* et igne durata, ap. Virg. Æn. VII, 506, 524; XI, 894; Tac. A. II, 14; Liv. I, 32; Cæs. B. G. V, 40. — 550. *Aclydes*, Campanis etiam a Virg. Æneid. VII, 730 tribuuntur. Cf. ad III, 363. — *factæ ad rura bipennes*, cf. ad V, 499, et h. l. Var. LL.

551. Describuntur usitata Romanis exercitia tironum, quos ipse dux exemplo suo incitat et docet. Idem Scipio ea instituit ap. Liv. XXVI, 51, quem locum poeta haud dubie ante oculos habuit. Neutrum videre interpretes. Cf. I, 242 sqq. — *vibrare sudem*, cf. V. L.

552. *tramittere saltu* (vid. ad IV, 345, et Burm. ad Val. Fl. III, 481).

553 sq. *Murales fossas* : nam saltum exercebant milites, ut *fossas murales*, h. e. circa muros vallumque castrorum, vel edita loca transsilire possent. Vid. Veget. I, 9. — *undosum... vadum;* hæc est *natatio*

Digitized by Google

Ante acies virtutis erant: sæpe alite planta
Ilia perfossum, et campi per aperta volantem
Ipse pedes prævertit equum: sæpe arduus idem
Castrorum spatium et saxo tramisit et hasta.
Martia frons, facilesque comæ, nec pone retroque
Cæsaries brevior: flagrabant lumina miti
Adspectu, gratusque inerat visentibus horror.
 Adfuit et Samnis, nondum vergente favore

in mari, vel Tiberi aliisque fluviis, cum et sine armis. Vid. Veget. I, 10; III, 4; Suet. Aug. 64. Magnam viri fortis laudem esse, armatum tranare flumen, minus apte monent Barth. et Drak. prolatis exemplis Turni et Horatii ap. Virg. Æn. IX, 815, et Liv. II, 10. — *frangere nando*, vid. ad III, 457. — *vadum*, cf. ad I, 52. — *Spectacula*, specimina, experimenta (vid. ad I, 77) *virtutis*, quæ *ante acies*, h. e. in exercitationibus, prolusionibus, dabat, deinde usui maximo futura in veris præliis; Burm.—555...557. Hæc est *decursio*, vel *cursus* militum. Conf. Liv. XXIII, 35, inpr.; XXVI, 51, et XXIX, 22. Veget. I, 9. — *alite planta*, vid. ad VI, 212, et cf. VII, 67. — 558. Hæc spectant ad *missionem hastarum et lapidum*, quos tirones vel manibus, vel fundis jaciebant. Cf. Veget. I, 14 et 16. — *arduus tramisit*, ut equo insidens, antea *pedes*; Ernesti V. C. qui τὸ *saxo* etiam de funda intelligi posse observat, quamvis etiam ad exemplum Homeri saxa manu jacere consueverint heroes. Verum h. l. non de heroum moribus, sed de exercitiis tironum, quibus ipse dux monstrat, quod imitentur, sermo est, et verba *arduus tramisit* eo sensu capienda sunt, quo Virg. Æn. V, 478, dixit: *durosque reducta Libravit dextra media inter cornua cestus Arduus*. Cf. etiam Val. Fl. VII, 572, et alia loca, ubi *arduus* pro *alte* ponitur, ut *altus*.

559. Prosopographia Scipionis. — *faciles comæ*, sive molles, caput ambientes leni lapsu, quibus horrida et dura cæsaries contraria est, ut *facilis fiscina*, Virg. Ge. I, 266. Sive potius ita incomtæ, ut nulla ars, nullus cultus mollior adpareret, quippe a quo viri gravitas abhorrebat, ut fere semper voc. *facilis* Silius adhibet, v. c. I, 613, et XI, 286, ubi *faciles mensæ* Campanorum gulositati obponuntur; Ernesti V. C. Conf. ad IV, 433, et I, 613. — 560, 561. Gravitas Scipionis cum gratia oris et comitate mixta satis ornate delineatur: sed hæc magis sentiri, quam explicari poterunt; Ernesti. Eamdem rem mira verborum ubertate poeta exornavit inf. v. 609 sq. — *flagrabant*, vid. ad I, 126.

562. *Samnites*, quos Sagrus fl. a Marsis et Pelignis, et Vulturnus a Campanis dirimit, quique etiam *Sabelli* h. e. a Sabinis oriundi, et Σαννῖται, Strab.; Σαυνῖται, Polyb. ac Dionys. dicuntur, (Plin. III, 12) in plures populos dividebantur, quorum nonnulli, v. c. Samnites Caraceni et Pentri, trans Apenni-

Digitized by Google

Ad Pœnos; sed nec veteri purgatus ab ira.
Qui Batulum Nucrasque metunt, Boviania quique

564. *Batalum* Col. et Oxon. cum edd. Marsi. Sed vid. Intpp. ad Virg. Æn. VII, 739. *Nucras* Col. Vulgo *Mucras*. *Rufas*, vel *Rufras* corrig. Cerda ad Virg. l. c. cujus tamen opp. v. 566, mentio fit. *Macras* opinatur Dausq. quia ὁ Μάκρας χωρίον memoratur Strab. V, p. m. 222, ubi ὅριον scribendum censet, ut sit Macra fl. Liguriæ finis. Utraque conject. merito damnatur a Drak. Ego fere *Bucamque* reponendum crediderim. Βοῦκα opp. maritimum Frentanorum; vid. Strab. V, p. 167, al. 241; Mel. II, 4; Plin. III, 12. Sic vel una saltem Frentanorum urbs a Silio memoratur: nam sup. v. 402, lectio dubia est. Aptius quidem poeta ejus mentionem fecisset sup. v. 519. Sed de ordine geographico parum sollicitus est, et Frentani certe altera sunt Samnitum progenies; *metunt* scripti et editi ante Nicandrum, qui primus *colunt* refinxit.

num, sed plures citra montem, aut in montanis regionibus colebant. Hirpini et Frentani ab iis originem ducebant, (vid. Strab. V, p. 368, et 383) unde Hirpinorum urbes mox apte recensentur. — *nondum vergente favore*, quum nondum defecissent *Ad Pœnos*, ad quos inclinarunt post cladem Cannensem. Cf. XI, 7; Liv. XXII, 61; XXIII, 42. — 563. *veteri ab ira* in Romanos, nota vel ex Liv. VII, 29... 37; VIII, 1, 23... 26, 30, 36... 39; IX, 1... 45; X, 11... 45. Cf. inf. XI, 7; 8 et 173 sq. — 564 sqq. *Batulum*, *Nucræ* et *Rufræ* oppida incerti situs, quæ in Hirpinis ponunt, Cluv. p. 1200, et Heyne in Exc. VIII, ad Virg. Æn. VII, 739. Sed in Campanis supra Teanum, in ortum hibernum, Serv. ad Virg. l. c. (qui tamen a Samnitibus ea condita tradit) et Cellar. Geograph. II, 9, ubi auctoritate Holstenii monet, *Rufranos colonos* in lapide, Præsenziani in Teanensi diocesi reperto, memorari, agrumque vicinum vulgo *la Costa Rufaria* dici. *Nucrarum*, vel Mucrarum (vid. V. L.) præter Silium nemo mentionem facit, nisi forsan Suidæ et Steph. Byz. Νουκρία πόλις Τυῤῥηνίας, ἡ καὶ Νακρία διὰ τοῦ ἄλφα, eadem urbs est, quod suspicatur N. Heins. qui tum Νουκραὶ scribendum putat, quod non opus est, judice Drak. quum etiam Fregenæ Straboni Φρεγηνία dicantur. — *Rufræ*, Cluverio et Heyn. idem videntur opp. esse, quod Liv. VIII, 25. *Rufrium*, seu *Ruffrium* et nunc *Ruvo* (in *Terra di Bari*) vocatur, in Hirpinorum finibus situm. Sed Cell. et Holsten. Rufras in Campanis, et Rufrium in Hirpinis urbibus numerant. — *metunt* exquisitius quam *tenent* ap. Virg. l. c. Ut *fluvium bibere* est ad fluvium habitare (vid. ad v. 367), sic *regionem metere* est eam incolere, ut *arare*, *vomere exercere* et *serere* colles, litus, culta, saltus, ap. Virg. Æn. VII, 798; Stat Th. IV, 51; V, 53; Drak. Cf. Burm. ad Val. Fl. I, 25. *Urbem metere* paulo audacius dictum videri potest et doctius; sed lyricæ poesi aptius est, quam epicæ. — *Bovianum*, Βουιανόν, Ptol. III, 1; Βοίανον, Strab. V. p. 167. *Bobianus*, Frontin. p. 109, hodie *Bojano* in comitatu Molise, Pentrorum Samnitium caput (Liv. IX, 31) et colonia (Plin. III, 12, qui duplex memorat Bovianum, *vetus*, *et alterum cognomine Undecuma-*

Exagitant lustra, aut Caudinis faucibus hærent,
Et quos aut Rufræ, quos aut Æsernia, quosve
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.
Bruttius haud dispar animorum, unaque juventus

565. *Exagitant* Col. Vulgo *Exercent*, quod magis ad agriculturam, quam ad venatiooem pertinere moneut N. Heins. et Drak. *Fatigant* Put. et Parm. unde *Vestigant* cooj. Lefeb. Reciperem *fatigant*, nisi poetæ priorem syll. corriperent. Conf. Virg. Æneid. IX, 605, et vid. ad I, 63. — 566. *Rufræ* restituit N. Heins. ex optima membrr. Virg. Æn. VII, 739; *Rufæ* Col. *Rufrie* Oxon. et Put. *Ruria* R. 3; *Rufeiæ* Med. Vulgo *Rufre*; *quos aut* bis scripsi. Vulgg. *quos aut R. aut quos*, claudicante versu. *Cæsernia* scripti. *Cesernia* R. 1, et Med. Vulgo *Esernia*, ut ap. Frontin. p. 109; Ἐσερνία Strab. V, p. 250; *Esernini* Plin. III, 12; *Æsernia* est ex emend. N. Heins. Sic in oumis apod Gruter. p. 570, n. 10, et in antiq. codd. Liv. X, 31; XXVII, 10; XLIV, 40; ejusq. Epit. XVI, LXXII, LXXIII, Αἰσερνία et Ptol. dicitur. — 568. *Brutius* alii; vid. ad VI, 15.

norum) prope Tiferni fontes, trans Apenoinum et ad ejus radices. Plura vid. ap. Liv. IX, 28, 31, 44; X, 12; XXV, 13. — *Exagitant lustra*, propr. feras ex lustris; vel pervestigant lustra, silvas. Cf. IV, 303; XVI, 552 al. — *Caudium* inter Calatiàm et Beneventum in via Appia, (vid. Strab. l. c. et Tabula Itio.) opp. muro ductum et a Cæsare coloniæ Beneventaoæ adjodicatum, teste Frootioo. — *Furculæ*, seu *Furcæ Caudinæ*, h. l. *fauces*, (ubi pagum *Furchie* dictum superesse tradit Holsten. et Cluver. p. 267) et clades Romanorum ibi accepta, notissimæ ex Liv. IX, 1... 3, 7, 12; XXII, 14, et Flor. I, 16. — *hærent* io *faucibus*, h. e. habitant, ut XII, 531. — *Æsernia*, hod. *Isernia*, seo *Sergna*, in comitatu Molisii, cis Apenninum, uon looge a læva Vulturni ripa, colooia, de qua vid. Frontio. et loca Livii, in V. L. laudata. — *Herdonia*, Κερδωνία, Strab. *Erdoniæ*, Tabul. et Aoton. Ἑρδωνία, Appian. Hannib. c. 48. Ἑρδωνία rectios Ptol. io Hirpinis vel Apulis, versus Caoosium, nunc *Ardona*, nec diversa ab *Ardoneis*, Liv. XXIV, 20, quod Cell. et Holsten. p. 281, probant adversus Cluver. qui *Ardoneas*, oooc putabat *Ardonam* vocari, Herdoniam vero *Cedogna*, quod potios teste Holsteo. recentius est oomeo Aquilooiæ, in Apulorum finibus prope Aufidom fl. sitæ. — *Obscura incultis* cet. Coof. Liv. XXV, 21 inpr.; XXVII, 1, et Appian. l. c.

568. Reliquas Italiæ gentes urbesque, et quidem v. 568... 584, Italiæ inferioris, 588... 606, Galliæ Togatæ, seo Cisalpinæ, et 613... 616, insolarum, poeta quam potest brevissime perstringit, et levi quasi digito ac sioe ordioe adtingit, quasi seoserit, se paulo longius fere, quam par erat, huic Italiæ descriptioni immoratum, et, si maximarum rerum narratio, ad quam se jam adcinxerit, diutius differretor, periculum esse, oe lectorum exspectatio tam loogo episodio oimis suspensa teocatur, animique eorum relanguescant. — *Brutii*, a Sabinis oriundi, aostralem Italiæ peninsulam oramque maritimam usqoe ad fretum Siculom tenebant. Vid. Strab. VI, pr.

Google

Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes
Horrebat telis, et tergo hirsuta ferarum.
Hos venatus alit: lustra incoluere, sitimque
Avertunt fluvio, somnique labore parantur.
  Additur his Calaber, Sallentinæque cohortes,
Nec non Brundisium, quo desinit Itala tellus.
Parebat legio audaci permissa Cethego,

570. *terga* R. 2. — 573. *Sallentinæque* Col. et priscæ edd. Conf. Heins. et Burm. ad Virg. Æn. III, 400; Σαλλεντία Steph. Byz. *Sallentini* passim in marmm. Capitol. et optimis libris Livii. *Sallentinæque* Oxon. etiam non male, judice N. Heins. Sed vulgatæ lect. *Salentinæque* favent lapis ap. Gruter. p. 199, n. 1, et auctoritas Græcorum, Steph. excepto; Σαλεντῖνοι et Σαλιντίνη Ptol. III, 1; Strab. et al. Σαλαντῖνοι numi in Thes. Goltzii. — 574. *Brundisium* Col. et priscæ edd. ut ap. Gruter. p. 151, 801, et in antt. exemplarr. Lucani, Horat. Cic. Plin. Livii et al. quod jam monuit N. Heins. Vulgo *Brundusium*, Βρεντέσιον Strab. et Appian. Βρεντήσιον Polyb. et Steph. Βρενδέσιον Ptol.

569. *Lucania*, hod. *Basilicata*, ad Tyrrhenum mare, *Silaro* fluv. (*Selo*) a Picentinis, et *Lao* (*Laino*) a Bruttiis dirimebatur. — *Hirpini* ab ortu adtingebant Apulos, a meridie Picentinos, a septemtr. Apenninum et, ut ab occidente, Samnites, a quibus, æque ac Lucani et Frentani, originem ducebant.

570. *Horrebat telis*, vid. ad I, 423. — *tergo hirsuta ferarum*, cf. ad II, 156. — 571. *Lustra*, silvas.

573. *Calabria*, quæ etiam Messapia, Iapygia, et Sallentina dicebatur, (ut nunc maxima ejus pars *Terra d' Otranto*, seu Hydruntina ab Hydrunto opp. vel *provincia Lecce*) est quasi peninsula, qua in Ionium mare Italia procurrit, isthmum, Apuliæ conterminum, inter Tarentum et Brundisium occupans. — *Salentini* seu Sallentini in Calabria circa et prope promont. Iapygium seu Salentinum (*Capo di S. Maria di Leuca*) colebant, (Strabon. VI, p. 191, 194) sic dicti a Σαλλεντία (Steph.), quam etiam *Soletum* a Plin. III, 11, et nunc *Solito* vocari putant. Cf. Liv. IX, 42; X, 2; XXIV, 20; 25, 1, et Virg. Æn. III, 400, ubi vid. Heyne.

574. *Brundisium*, hod. *Brindisi*, opp. antiquiss. post colonia Rom. auctum, (Vellei. I, 14, et Livius Epit. XIX) cum promont. et portu olim egregio, nunc obstructo, unde olim Dirrhachium in Græciam (ut hodie a Caleto Dubrim) trajicere solebant, quoniam hic trajectus longior quidem, quam Hydruntinus, sed commodior etiam ac tutior erat. Vid. Strab. VI, p. 433. — *quo desinit Itala tellus*, scil. trajicientibus in Graciam, qui sic Italiæ oram derelinquunt: nam alioquin Italia ultro, usque ad promont. Iapygium, procurrit.

575. *Cethegus* cognomen familiæ cujusdam Lentulorum e gente Cornelia. M. Corn. Cethegus, Suadæ medulla Ennio dictus, belli Punici II, temporibus vixit, P. Tuditani collega in consulatu A. U. 549, et postea in censora.

Cui socias vires, atque indiscreta maniplis
Arma recensebant; nunc sese ostendere miles
Leucosiæ e scopulis, nunc quem Picentia Pæsto
Misit, et exhaustæ mox Pœno Marte Cerillæ,
Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.

578. *Leucasiæ* emend. N. Heins. ad Ovid. Metam. XV, 708; Græcis enique oon Λευκωσία, sed vel Λευκασία (Strab. V, p. 176; VI, p. 178; Lycophr. et Steph. Byz.) vel Λευκασία (Strab. II, p. 84, al. 123, et Plooys. Hal. I, p. 43) ut *Leucasia* Plin. 3, 7, et Marciaoo Capellæ lib. VI, dicitur. Sed Silium *Leucosiæ* secunda brevi posuisse licentia poetica (vid. ad IV, 776) putaot Drak. ad h. l. et Salmas. Exerc. Plin. p. 49, al. 68, ubi Delrium refellit, qui *Lucasiæ* reponendum censuerat. Addo, hanc insulam, vel a Leucasia, Æneæ consobrina, ibi defuncta, (Dionys. Halic. I, p. 43) vel a Sirene ibidem sepulta (vid. Plin. III, 7; Strab. V, p. 176 al. 252, et Lycophr. in Alexandra v. 723, ubi conf. Tzetz.) ita adpellatam putari. Sirenum autem nomina ap. Tzetz. Chil. VI, v. 719, sunt Λευκωσία, Λίγεια, Παρθενόπη *populis* Col. quod et idem Delrius conjeceral, refrag. Salmas. l. c. quum tota hæc insula scopulosa fuerit. *Pesto* quidam. — 579. *Cerillæ* Col. Oxon. Tell. et R. 2. *Cerillæ*, seu *Cerelæ* in Tabula, hod. *Cirilla*, in Tyrrheni, seu Inferi maris litore, et in isthmo Bruttiorum, qui est ἀπὸ Θουρίων εἰς Κηρίλλους πλησίον Λάου, teste Strab. VI, p. 176, si sanus est locus, de quo dubitat N. Heins. qui etiam *exustæ Marte* volebat; sed ipse sup. v. 272, *exhaurit* conjeceral, et inf. X, 590, et XIV, 686, nihil mutavit. Vulgo *Carillæ*, quod metri causa a manu Silii profectum videbatur Cluver. p. 1285, Sed vid. ad IV, 776.

578. *Leucosia* ins. prope et contra Lucaniam ejusque sinum Pæstanum, nunc *la Licosa*, petra verius, quam insula; unde h. l. e *scopulis*. Cf. V. L. *Picentia*, Πικεντίνων μητρόπολις, Strab. V, extr. bello Marsico adcenso, (Flor. III, 18) quam Cluver. et Hard. ad Plin. III, 5 seu 9 extr. in mediterraneo. procul a mari sitam fuisse contendunt, repugn. Holsten. p. 263, ubi dicit: inter Salernum (*Salerno*) et Ebolos (*Evoli*) transitur locus *Bicenza* dictus, (quem adlabitur *il Bicentino* fl.) VII; M. P. a Salerno, et XIII, M. P. a Silaro distans : hæc ipsissima est Picentia, quam et Mela II, 4, in ora maritima recenset. Cf. ad v. 424. — *Pæstum*, hod *Pesti*, Παῖστον, Ptol. III, 1, et Ποσειδωνία, Strab. V extr. *Posidonia*, Plin. III, 5 seu 10; Liv. Epit. XIV. *Neptunia*, Vellei. I, 15, urbs Lucaniæ, non, quod ex h. l. colligas, Picentinorum, (vid. tamen Strab. l. c.) et colonia, (vid. Liv. et Vellei. ll. cc. ac Liv. XXVII, 10) non longe a Silari ostio, (Strab. VI pr.) ad sinum Pæstanum, nunc *Golfo di Salerno*. *Rosæ Pestanæ*, notæ ex Virg. Ge. IV, 119. Cf. et Liv. XXII, 36, et Martial. IX, XXVII, 3. *The Ruios of Pæstum or Posidonia* post Dumont. Paris. 1764, et Phil. Morghem ibid. 1766; splendidius edidere Miller Lond. 1767, et Thom. Major ibid. 1768. — 579. *exhaustæ Cerillæ*, vid. V. L. — 580. *Silarus* fl. (*Selo*) *Silerus*, Mel. II, 4. Σίλαρις, Strab. V, extr. et VI pr. *Siler*, Lucan. II, 427, qui Lucanos a Picentibus disterminat. — 581.

Digitized by Google

Ille et pugnacis laudavit tela Salerni
Falcatos enses, et quæ Buxentia pubes
Aptabat dextris inrasæ robora clavæ.
Ipse, humero exsertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo, roburque juventæ
Flexi cornipedis duro exercebat in ore.
  Vos etiam adcisæ desolatæque virorum
Eridani gentes, nullo adtendente Deorum

585. *humerum exsertus* præstiterit. Cf. loca in not. landata. Idem nunc video in mentem venisse Livineio, notantt. Cortio et Ern. — 587. *Flexi*, non *Flexu*, Col. prob. etiam Dausq. — 588. *accisæ* Col. et R. 1, vid. ad II, 392; *accisciæ* Ox. *acrisæ* Med. *actritæ* Marsi prima. *metitæ* Pu. Vulgo *attritæ*. — 589. *accedente* vel *intendente* malebat N. Heins. vid. ad III, 466. Sed vulgata bene habet.

Duritiem lapidum inolescere ramis, h. e. indnci lignis, ut ap. Virg. Ge. II, 77; *τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι*, Strab. V, extr. Conf. Vibius Sequest. p. 194 seq. ed. Oberlin. V. C. De eadem vi aliorum fontinm rivornmqne, vid. a Dausq. laud. Ovid. Met. XV, 313, et Plin. XXXI, 2.

582. *Salernum* (*Salerno*) opp. et colonia (Liv. XXXIV, 45; Vellei. I, 15) in Picentinis, cum castro in monte, (Liv. XXXII, 29, et Strab. V, extr. *ἐπετείχισαν αὐτοῖς Σάλερνον Ῥωμαῖοι φρουρᾶς χάριν, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης*) ad mare Inferum, a quo et castrum, et opp. quoqne ipsnm olim remotum fuisse putabat Cluver. refragg. Ptol. Cell. Holsten. et Hard. ad Plin. III, 5 seu 9 extr. *Schola Salernitana* in medio ævo inclaruit. — 583. *Falcatos enses*, ut ap. Virg. Æn. VII, 732, et sup. III, 278. — *Bruxentum*, Gr. *Πυξοῦς*, (Strab. VI, pr.; Plin. III, 5, seu 10) colonia, (Vell. I, 15; Liv. XXXIV, 45; XXXIX, 23) in Lucania, hod. vel *Policastro*, vel, quod Leander putat, *Pisciota*. — 584. *inrasæ*, non rasæ, non levigatæ, *robora clavæ*, h. e. clavam rudem et inpolitam. D. Heins. comparat *αὐτορυῆ κορύναν*, Theocr. Id. IX, 24, *ἄξοα δούρατα*, Nonn. Dionys. AH., v. 172, et *ingenuam clavam*, Auson. Clavam a buxo intelligit Dausq. quia *Πυξοῦς* a buxetis nomen sortita sit.

585. Cethegorum hic mos fuit, a L. Cethego desumtus, ut exserto humero et brachio expapillato pugnarent: nt enim habilius valentiusque telum vibrarent, substrictiores erant. Ita Modius et Dausq. qui jam compararunt Lucan. II, 543, *exsertique manus vesana Cethegi*, et Horat. A. P. 50, *cinctutis Cethegis*, ubi vid. Schol. — *Ipse* dux, Cethegus. — *humero exsertus*, cf. Virg. Æn. I, 492; XI, 649; Stat. Th. IV, 235, (ubi vid. Barth.) et ej. Achil. I, 346. — 586. *Difficili*, feroci, qui difficulter regi ac flecti potest. — 587. *Flexi cornipedis in ore*, in flectendo equo feroci ac generoso.

588. *adcisæ desolatæque virorum*, victoriis et vastatione Hannibalis. Conf. ad II, 392, in V. L. — 589. *gentes Eridani* adcolæ, gentes Gal-

Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.
Certavit Mutinæ quassata Placentia bello:
Mantua mittenda certavit pube Cremonæ,
Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu

liæ Cisalpinæ, quæ etiam Togata, Citerior atque Subalpina vocabatur, et in Trans- ac Cispadanam dividebatur, quia Padus, cujus Græcum nomen *Eridanus* est, eam secat; cui qui propiores utrimque colebant, Circumpadani dicebantur. — *nullo adtendente Deorum Votis*, cf. Hor. Od. I, 11, 27; Val. Fl. I, 341, et ad VI, 82, 87.

590. *in arma casura*, in pugnam, infelicem eventum habituram.

591. *Certavit Mutinæ*, cum Mutina, *mittenda pube*, de numero militum, Romanis adversus Pœnos auxilio mittendorum. — *Mutina*, hod. *Modena*, Boiorum opp. in Gallia Cispad. firmissima et splendidissima populi Rom. colonia, (Cic. Phil. V, 9; Liv. XXXIX, 55; Cluver. Ital. Antiq. I, XXVIII, p. 277) unde bellum Mutinense, ex Cic. Philipp. orat., Suet. Aug. 9, 84; Flor. IV, 4; Appian. b. Civ. III, 49 sq.; Dione XLVI, 37, aliisque notissimum. *Placentia*, nunc *Piacenza*, opp. Gallorum, qui Polyb. II, 17. Ἄνανες et *d'Anvillio Anamani* dicuntur, colonia metu belli Punici II, primo ejus anno cis Padum, ut Cremona trans Padum, condita (Polyb. III, 40; Liv. XXI, 25, et Epit. XX; Vellei. I, 14; Tac. Hist. II, 19) ubi ex Apennino decurrens ὁ Τρεβίας συμβάλλει τῷ Πάδῳ, Strab. V, p. 150. — *quassata bello*, primum, quum Romani ab Hannibale ad Trebiam victi, eo fugerent; (Liv. XXI, 56... 59) deinde sæpius, de quo vid. Liv. XXVII, 39, 43; XXVIII, 11; XXXI, 10, 21; XXXIV, 22, 56; Tac. Hist. II, 21.

592. *Cremona*, quod etiam nunc comitatus et oppidi Mediolanensis nomen est, in Cenomanis ad Padum, infra Adduæ confluentem, colonia, ut modo diximus, ac municipium, bellis civilibus et Vitelliano adflictum, de quo vid. Serv. ad Virg. Ecl. IX, 28, et Tac. Hist. III, 19, et 32 sq. — 593. *Mantua*, vicina Cenomanorum urbs, (hod. caput ducatus ejusdem nominis) ab Etruscis condita in Benaco lacu, (*Lago di Mezo*, seu *Sotto*, *Painolo* et *Sopro*) quem Mincius amnis, (*Menzo*) ex eo profluens, efficit. Originem nomenque urbis, quam a celt. voc. *man*, aqua, dictam putat *Mentelle*, *Géogr. comparée*, p. 75, fabulose ac varie tradit Virg. Ecl. IX, 60, et Æn. X, 198 seq. ad quæ loca, vid. Heyne. Versus 593, 594. Poeta in laudem Virgilii adjecit, qui Andibus, in agri Mantuani vico, natus dicitur. Cf. Virg. Ge. III, 10 sq. et T. I. p. CXVIII et CXLII, edit. Heyn. prior. — *cantu Aonio*, ut *Aoniæ sorores*, *lyra*, *vates*. Vid. Heyne ad Virg. Ge. III, 11. Sed possis etiam cum Drak. sententiam h. l. ita expedire: Mantua celebris facta Virgilii Georgicis et Æneide, quorum altero carmine Hesiodum, *Ascræ* habitantem, quod *Aonum*, primorum Bœotiæ incolarum, oppidulum est, altero Homerum imitatus

Evecta Aonio, et Smyrnæis æmula plectris.
Tum Verona Athesi circumflua, et undique sollers
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.
Vercellæ, fuscique ferax Pollentia villi,
Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni prisca domus, parvique Bononia Rheni.

594. *Aonio* Col. et R. 2, probb. N. Heins. et Drak. *Achino* Oxon. *Achivo* Put. *Ascræo* R. 1, 3, Med. *Andino* Tell. Parm. Mars. et al. quæ utraque lectio glossam sapit. vid. Virg. Ge. II, 176, et not. — 596. *vitem* forte leg. pro *pinum*. Cf. not. est. — 594. *Smyrnæis plectris*, nam Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου, Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι. — *plectris* ut ap. Hor. Od. I, XXVI, 11, ubi vid. Jani.

595. *Verona*, opp. Venetorum, quod integro nomine ac flore superat, Catulli, Plinii, majoris et Vitruvii patria. — *Athesi*, Rhætiæ fluv. hod. *Adige*, seu *Etsch*. — *circumflua*, ἀμφίῤῥυτος, περίῤῥυτος. Idem testatur Serv. ad Virg. Æn. IX, 679, cujus auctoritatem Drak. obponit Scalig. qui Poet. VI, p. m. 324 id in dubium vocat, et nunc certe fluvium ab urbe claudi contendit. — 596. *Faventia*, nunc *Faenza* in Romandiola, Lingonum oppid. in Gallia Cispad. vinetis (Varr. R. R. c. 2, Colum. III, 3) et bello Sullano (Liv. Epit. 88; Vellei. II, 28) nobilitatum.

597. *Vercellæ*, hod. *Vercelli*, Libicorum opp. in Gallia Transpad. ad Sessim, seu Sessitem flux. Plin. III, 17; Tac. Hist. I, 70. — *Pollentia* (*Pollenza*), Πολλεντία, Ptolem. urbs Liguriæ cis Padum, ad confluentes Tanari et Sturæ, diversa ad oppidis ejusdem nominis in Piceno et Majorca. Landatur a calicibus fictilibus, Plin. XXXV, 12; Martial XIV, 157, et a copia ovium nigrarum ac *villi fusci* h. e. lanæ nigræ Martial. l. c. Colum. VII, 11, 48, et Plin. VIII, 48, a quo lanam potius canam prædicari monent, Dausq. Drak. et Cluver. p. 85. Sed vid. ibi Harduin. — 598. Conf. Virg. Æn. X, 198 sq. et ibi Heynii Exc. I. — 599. *Ocni prisca domus* non potest esse Mantua, cujus poeta jam meminit v. 592 sq. Hinc vetustiorem et vere *priscam* Ocni domum, Bononiæ vicinam, quam coluerit, antequam Mantuam conderet, vel, quæ et Marsi sententia est, montana illa, e quibus Tiberis, Ocni pater, oritur, intelligit Cellar. De ipsa Bononia adcipit Heyne l. c. quam certe ab Ocno conditam nonnulli tradiderunt, teste Serv. Ab ea tamen omnino *Ocni domus* h. l. discerni videtur. *Bononia* (*Bologna*) olim *Felsina* Tuscis dicta, ante Gallorum incursiones, (Plin. III, 15: Liv. XXXIII, 37.) Boiorum opp. in Gallia Cispad. ad radices Apennini, inter fluvios *Lavinium* et *Rhenum* (*Savena* et *Reno*), unde b. l. *parvi Rheni*, ut distinguatur a Rheno, Galliæ et Germaniæ fl. In illo amni Bononiensi (Plin. XVI, 36) insula Triumvirorum fuit, de qua vid. Cl. Schweigh. ad Appian. b. Civ. IV, 2. Alia autem est *Bono-*

Quique gravi remo, limosis segniter undis,
Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ.
Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oris.
Nec non cum Venetis Aquileia superfluit armis.
Tum pernix Ligus, et sparsi per saxa Vagenni

601. *proscindunt*, non *perscindunt*, scripti et R. 2, non repugn. Dausq. — 604. *superfluit* scripti, ut ap. Cic. Brut. 91; Tac. Hist. III, 58; Plin. IV, 7; XII, 1, et *adfluere* inf. XII, 361; XIV, 208; N. Heins. *superfluit* Marsi ed. Paris. Vulgo *perfurit*. — 605. *Vagenni* Col. *Bageni* Ox. Put. (in quo tamen *Bageu* reperit Lefeb.) R. 1,

nia, hod. *Boulogne*, urbs Morinorum in Gallia Belg. — 600 sq. *gravi remo... Ravennæ*, ἐν τοῖς ἕλεσι μεγίστη μὲν ἐστι Ῥάβεννα, καὶ διάῤῥυτος, Strab. l. c. Nunc quoque multæ ibi paludes, et quibus limosa ac fætida aqua ne fluviis quidem Ronco et Montone, ad latera oppidi propterea ductis, satis derivari potest. De situ urbis, quæ hodie III M. P. abest a mari, quod sensim plurimum arenæ evomuit, vid. inpr. Jornandes rer. Get. c. 29. Observa autem h. l. ubertatem verborum! — *Lenta*, quibus lenta fit navigatio. *Ravenna*, (*Ravenna*, caput Romandiolæ) Lingonum urbs in Gallia Cispad. ad oram maritimam, Sabinorum opp. (Plin. III, 15) vel potius Θετταλῶν κτίσμα, (Strab. V, p. 148, al. 214, al. 327, Zosim V, 27) regni sedes Theodorici et Exarchorum, cujus antiquo portui, in Bedesis ostio; Augustus novum addidit, et in eo classem Ravennatem, superi, seu Adriatici maris tuendi causa, collocavit. Suet. Aug. 49; Tac. Ann. IV, 5, et Hist. II, 100; III, 6, 40. — 602. Intelligit Patavinos, quorum urbs *Patavium* (*Padua*), Livii patria, opulentissimum Venetorum opp. (Strabon. V, p. 147) in læva ripa Medoaci minoris ab *Antenore* condita fuit.

603. *Euganei* ante belli Trojani tempora ad ipsum mare Hadriat. colebant, ex qua sede a Trojanis et Henetis, duce Antenore, pulsi, in septemtrionem ad Alpes, inter Larium lacum et Athesin fl. secesserunt; unde *tellus Euganea* h. l. Venetorum regio. Cf. XII, 212 sq.; Liv. I, 1; Dionys. Hal. I, 20; Virg. Æn. I, 242... 249, ubi vid. Heyne.

604. *Aquileia*, Carnorum, Alpini populi, qui Forum Julium (*Friuli*, seu *Friaul*, provinciam Venetam) incolebant, oppidum, nunc fere dirutum, inter Turrum et Natisonem (*Turrone* et *Natisone*) fluvios situm, (Plin. III, 18) et antiqua colonia, adversus barbaros munita (Liv. XL, 34; Strab. V, p. 148, al. 214) et non ita multo post aucta, (Liv. XLIII, 17) unde emporium insigne factum. Herodian. VIII, 2, et Spanhem. ad Julian. p. 254. — *superfluit*, abundat, *armis*, armatis, copiis, quas in bellum mittit. Cf. V. L. — 605. *Liguria*, nunc Genua et Lucca. — *Vagenni*, seu Vagienni, (*Bagitenni* in Tabula Peuting.) ex Caturigibus orta Ligurum gens, ad Alpes marit. et Padum, (Plin. III, 16 et

In decus Hannibalis duros misere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia Brutus
Ibat, et hortando notum adcendebat in hostem.
Læta viro gravitas, ac mentis amabile pondus,
Et sine tristitia virtus: non ille rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,
Nec famam lævo quærebat limite vitæ.
Addiderat ter mille viros, in Marte sagittæ
Expertos, fidus Sicula regnator ab Ætna.

2, 3, Med. *Bareni* Tell. Vulgo *Vageni*; vid. not. — 610. *vigoris* scripti, R. 1, 3, Med. quod testantur, sed inprobant N. Heins. et Drak. Verum τ. *rigoris* in duobus scriptis, nescio quibus, exstare contendit Lefeb. — 614. *Expertus* Put. et R. 2: *fidos* R. 2. Prius ab Heinsio silentio prætermissum miratur, et utrumque non

20) quorum opp. *Augusta Vagiennorum* (hod. *Vico*, quod *d'Anville*, sed, quod alii putant, *Saluzzo* in Pedemontio) memoratur, Plin. III, 5, seu 7. *Augusta Bagiennorum* apud Sponium Misc. Er. Antiq. p. 164, et corrupte Αὐγοῦστα Βατιεννῶν, Ptol. III, 1, nbi et perperam cum Iria et Dertona in Taurinis ponitur. — 606. *In decus Hannibalis*, ut ab eo eum reliquis ad Cannas vincerentur. — *duros nepotes* adcipio ut *adsuetum malo Ligurem* ap. Virg. Georg. II, 168. ubi vid. Heyne. Cf. sup. ad I, 558, et VI, 308. « Ligures montani, duri atque agrestes: docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore quæsitum, » Cic. contra Rullum II, 35.

609 seq. Poeta ducem fingit ad exemplum M. Bruti, quem Cicero amavit, quique *mentis pondere* h. e. prudentia, et cunctis virtutibus par L. Bruto, primo Consuli, fuit, sed *sine tristitia*, *sine rigore*, Mars. et Cell. Cf. sup. ad v. 560. — *Læta gravitas*, comitate mixta, ut *mentis amabile pondus*, et *sine tristitia virtus*. — *mentis pondus*, cf. ad VI, 429. — 611. *nubem frontis*, νεφέλην ὀφρύων, Sophocl. Antigone, v. 538. Κρέοντα συννεφῆ, Eurip. Phœniss. v. 1317; D. Heins. διασκεδᾶτε τὸ προσόν, νῦν νέφος ἐπὶ τοῦ μετώπου, Athen. I, p. 34; τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων, Philostr. epist. 72; Drak. qui etiam Stat. Silv. III, v, 11, et Theb. IV, 512, (ubi tamen cæcitas designatur) Martial. II, 11, aliorumque loca comparavit. Plura desideranti suppeditabit Lambin. ad Hor. Epist. I, xviii, 94. — 612. *limite lævo*, sinistra, h. e. prava *vitæ* via ac ratione. Non simulatione virtutis, sed vera virtute, Mars. Cf. IX, 140.

613. Innuitur Hiero, rex Syracusanus, fidissimus Romanorum socius. Cf. V, 489 sqq.; Liv. XXI, 50; XXII, 37, 56. — *ter mille*, propr. mille sagittariorum et funditorum, teste Livio. — 614. *Expertus* passive dicitur peritus, vel qui tritus est in aliqua re usu, et experientiam habet. Sic *expertus belli* ap. Virg. Æn. X, 173, et Tac. Hist. IV, 76; conf. et Liv. IV, 9;

Non totidem Ilva viros, sed lætos cingere ferrum,
Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.
Ignosset, quamvis avido committere pugnam,
Varroni, quicumque simul tot tela videret.
Tantis agminibus Rhœteo litore quondam
Fervere, quum magnæ Trojam invasere Mycenæ,
Mille rates vidit Leandrius Hellespontus.

inprobat Lefeb. ut jungantur verba, *expertus fidos sagittæ*, quo sensu *fidum ensem* dixerit Virg. Æn. VI, 524. — 615. *Næ t. I. viros, et* sine librorum auctoritate reposuit Lefeb. Idem *lætos gignere ferrum* e c. Col. recepit, prob. N. Heins. qui comparat III, 575; IX, 223, et inpr. verba Plin. XXXVI, 27, *igne ferrum gignitur ac domatur... eademque materia aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis.* Sed ars ferri cudendi, qua Ilvæ incolæ excellebant, mox laudatur, et ab hoc versu aliena videtur, *gingere* Oxon. *Non t. dabat Ilva viros, sed cingere* (*ingere* teste Lefeb.) *ferrum* Put. *letos angere*, sed a m. sec. *tingere ferrum* c. Tell. non male, judice Lefeb. Conf. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 287, ubi tamen *lætos fingere ferrum* conjicit, ut h. l. *lætos stringere f.* ut innuatur, eos non sagittis jaculisve, Siculorum more, sed gladio uti in bello consuevisse, quod maxime adridet Drak. qui tamen vulgatam lect. *lectos cingere ferrum* servavit. Ego mediam viam ingressus, *lætos cingere ferrum*, h. e. latus ense, substitui, unde eadem sententia exsculpi potest: nisi potius mens poetæ est, Ilvam quidem non totidem, quot Siciliam, viros, sed ferro gladiisque in bello tractandis adsuetos, usu armorum peritos, adeoque fortes armasse. Conf. sup. V, 489 sqq. de Siculorum ignavia. — 616. *quæ nutrit bella* R. 1, in marg. — 617. *Ignosset* est ex emendat. N. Heins. ad h. l. et ad Claud. b. Gild. v. 297. Vulgo *Ignoscet*, quod non prorsus damnandum videtur Lefeb. quum ex atticismo Futurum pro Optativo adhibeatur, unde et *νομίοις* pro *νομίσαις* recte restituerit Cl. *de Villoison* in Longi Pastoral. 1, pr.

XXIV, 22, al. — 615, 616. Conf. Virg. Æn. X, 173, 174, et Rutil. Numat. Itiner. I, 351. — *Ilva* ins. hodie *Elba* in mari Tusco, Gr. *Αἰθάλη*, seu *Αἰθαλία* (quam ab Ilva perperam distinguit Ptol.) in Etruriæ ora, ferri metallis abundat, ut etiamnunc Elba. Vid. Plin. III, 6, et Heyn. Exc. I, ad Virg. l. c. pag. 415, 416. — De qua insula conf. Wernsdorf. ad Rutil. Itin. I, 351, in Poet. Min. T. V, P. I, p. 139.

618. *Varroni*, cujus audacia tanto militum numero excusari quodammodo potest. — 619 sqq. *Rhœteo*, Trojano, vid. ad I, 115. — *Fervere rates litore*, pro *fervere litus ratibus*, ut ap. Virg. Æn. IV, 407; VIII, 677. — *Mycenæ*, urbs Argolidis, Agamemnonis regia, pro tota Græcia, ut ap. Virg. Æn. I, 284; II, 180, 331; VI, 839; VII, 222. *Mille rates*, conf. ad III, 229. — *Leandrius Hellespontus*, in quo, tempestate oborta, submersus Leander, seu Leandrus juvenis, Abydi in Troade natus, cujus amica Hero Sesti in Thracia habitabat, unde ejus visendæ causa hoc fretum tranare solebat. Fabula nota ex Musæi carmine, et ex Ovid. Ep. Her. XVIII et XIX. — *Hellespontus* (*die Dardanellen*) inter Sestum et Abydum non nisi

Ut ventum ad Cannas, urbis vestigia priscæ,
Defigunt diro signa infelicia vallo.
Nec, tanta miseris jamque inpendente ruina,
Cessarunt Superi vicinas prodere clades.
Per subitum adtonitis pila exarsere maniplis,
Et celsæ toto ceciderunt aggere pinnæ,
Nutantique ruens prostravit vertice silvas
Garganus, fundoque imo mugivit anhelans
Aufidus, et magno late distantia ponto
Terruerunt pavidos adcensa Ceraunia nautas.
Quæsivit Calaber, subducta luce repente
Inmensis tenebris, et terram et litora Sipus:

624. *jamjam* conj. Liviacius, non inprob. Drakenb. — 633. *Emersis tenebris* emend. N. Heins. quam lect. æque ac vulgatam sine sensu esse putat Lefeb. quem certe *Inmersus t.* recte reposuisse crediderim. Conf. VIII, 45; XI, 122; XII, 659, VII, stadia latus est, et hinc ibi ponte junctus dicitur a Xerxe.

622. *Cannas* (vid. ad I, 50) *urbis vestigia priscæ.* 'Αννίβας καταλαμβάνει τὴν τῆς Κάννης προσαγορευομένης πόλεως ἄκραν. — τὴν μὲν οὖν πόλιν ἔτει πρότερον ἔτι συνέβαινε κατεσκάφθαι, Polyb. III, 107, πόλιν Κάνναν, ibid. IV, 1. *Ignobilis Apuliæ vicus*, dicitur Flor. II, 6. — 624. Portenta, quæ pugnæ Cannensis præsagia fuerint, Silius non more tantum poetarum, quod Drak. putabat, (coll. Lucan. I, 524; VII, 151; Petron. c. 121; Stat. Th. VII, 401, et Virg. Ge. I, 466, ubi vid. Heyne) sed ex fide quoque historica, etsi variatis eorum generibus, aliisque adjectis commemorat; vid. Polyb. III, 112, et Liv. XXII, 36. Conf. omnino sup. ad V, 59 sq.

626. *Per subitum*, vid. ad VII, 594. — *pila exarsere maniplis*, cf. Tac. Ann. XII, 64; XV, 7, et, qui in faustis hoc portentis reponit, a Dausq. laud. Dionys. Hal. lib. V, vid. omnino Heyne Opusc. acad. T. III, p. 257. — 627. *aggere*, cf, ad I, 265. — *pinnæ*, ut ap. Virg. Æn. VII, 159. — 628. Cf. Heyne l. c. p. 259 seq., 265 seq. — 629. *Garganus*, vid. ad IV, 561.

630. *Aufidus*, cf. ad I, 52. — 631. *adcensa* ignibus intestinis, vel potius, ut sæpe, fulminibus *Ceraunia*, vid. ad V, 386. — *magno ponto*, mari interno, seu mediterraneo, proprie sic dicto, quod Plin. III, 5, aliisque simpl. *mare magnum* vocatur. Nam alioquin Ceraunia prominent in mare Ionium et Hadriat. quæ sunt partes maris mediter. — 633. Cf. V. L. — *Sipus*, forma græca, pro *Sipuntis*, Σιπιοῦντα, Polyb. X, Exc. c. 1. *Sipus*, Σιπιοῦς, Ptol. III, 1; Strab. VI, p. 284; Mel. II, 4; Lucan. V, 377, et Steph. *Sipontum*, Liv. xxxiv, 45; xxxix, 23; Plin. III, 11. *Sipuntum*, Antonin. et Mel. l. c. urbs Apuliæ Dauniæ, a Diomede condita et ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων σηπίων, a

Obseditque frequens castrorum limina bubo.
Nec densæ trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis: non unus crine corusco
Regnorum eversor rubuit letale cometes.
Castra quoque et vallum rabidæ sub nocte silenti
Inrupere feræ, raptique ante ora paventum
Adjunctos vigilis sparserunt membra per agros.
  Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis erumpere manes:

et Virg. *Æn.* VI, 267. — 635. *apium*, et mox *Cessarunt* bene post Lips. ad Tac. Ann. XII, 64, emendarunt Dausq. et N. Heins. *avium* conj. Livineius; *absum* Col. Vulgo *absunt*. — 636. *Cessarunt*, non *Cessaruntque*, Col. Oxon. R. 1, 3, Med. — 638. *rapidæ* Oxon. et Put. vid. ad V, 451. — 639. *raptimque* conj. Scaliger ad oram libri sui. — 640. *Abjunctos*, h. e. diversos, emend. Livineius, prob. Dausq. quia id plus miri habeat. — 642. *nisi* Ox. *bustis erumpere manes* Col. Oxon. R. 2, et Beness. probb. N. Heins. et Lefeb. etsi ille *se erumpere* (vid. ad VII, 355), hic *sævi e bustis rupere nitores* maluerit, *e bustis erumpere manes* R. 3, et Parm. *erumpere nitores* Put. *a bustis rupere nitores* Tell. R. 1, Med. Vulgo *bustis rupere*

sepiis, ad litus ejectis, sic dicta, teste Strab. l. c. cujus ruinæ sunt sunt proxime Manfredoniam. — *Calabriæ*, Apuliæ, Iapygiæ et Messapiæ numina a poetis passim confunduntur. — 634. Cf. Virg. *Æn.* IV, 462, 463, et Ovid. Met. V, 550.

635. *apum nubes*, examen (vid. ad I, 311) in *aquilis*, seu signis militaribus; vel in arbore, foro, castris et templi domusque culmine βοτρυδὸν considens, sæpius in diris ominibus numeratur. N. Heins. excitavit Ammian. Marcell. lib. XVIII, et Lucan. VII, 161; Dausq. autem Liv. XXI, 46; XXIV, 10; XXVII, 23; Plin. XI, 17, (ubi vid. Hard.) Val. Max. I, 6; Cic. harusp. resp. c. 12, et Virg. Æn. VII, 64 seq. ubi vid. Cerda et Heyne; Add. Juvenal. XIII, 68; Flor. II, 6; Ælian. V. H. X, 21; XII, 45, 46; Dion. XLVII, p. 328, 351; LIV, p. 544; LXXIV, p. 842; Tac. Ann. XII, 64, et Jul. Obseq. c. 95, 103, 113, 130, 132 al. — *apium*, pro apum. Vid. Ernesti ad Tac. l. c. Drak. ad Liv. IV, 33, et ad h. l. ubi laudat Voss. art. gram. IV, 14, et Salmas. ad Capitol. vit. Antun. Pii c. 3. — 636, 637. *cometes Regnorum eversor*, h. e. eversionem portendens. Cf. ad I, 460 sq. Suet. Ner. c. 36; Lucan. I, 529; Tac. Ann. XIV, 22; XV, 47; Virg. Ge. I, 488; Plin. II, 25 et 26; *crine corusco*, vid. ad I, 358. — 638 sq. Conf. XIII, 130 sq. et Virg. Ge. I, 486. — 640. *Adjunctos*, vicinus. 642. Hom. Iliad. λ, 53, comparat Lefeb. et Drak. sup. VI, 179, ubi vid. not.) Lucan. I, 580, et VII, 179. Hic et verbo *Gallorum* omen prægravari monet, quasi Gallorum, qui olim in obsidione Romæ occubuerint, manes bustis eruperint, ut iterum luctuosissima cum Romanis bella gererent. *Busta Gallica*, de quibus vide Livium lib. XXII, 14.

Terque quaterque solo penitus tremuere revulsæ
Tarpeiæ rupes : atque atro sanguine flumen
Manavit Jovis in templis, lacrimæque vetusta
Effigie patris large fluxere Quirini.
Major et horrificis sese extulit Allia ripis.
Non Alpes sedere loco, non nocte dieve
Ingentes inter stetit Apenninus hiatus.
Axe super medio, Libyes a parte, coruscæ
In Latium venere faces, ruptusque fragore
Horrisono polus, et vultus patuere Tonantis.
Ætnæos quoque contorquens e cautibus ignes
Vesbius intonuit, scopulisque in nubila jactis

nitores, quod etiam Drusq. displicuit. — 643. *revulso* corrig. N. Heins. — 644. *fulmen* Oxon. Put. Tell. R. 1, 2, 3, Med. prob. N. Heins. nec refrag. Drak. ut *fulmen*, quod statua Jovis manu gesserit, sanguine manaverit. Cf. Heyne Opusc. acad. T. III, p. 257, 258. — 646. *præsens* pro *patris* Tell. *largæ* Parm. quod concinnius est. — 651. *rumpensque* R. 2, intransit. quod admodum placet Lefeb. — 653. *caucibus* R. 1, 3 *pe faucibus* Marsi duæ Venetæ et Paris. probb. N. Heins. et Drak. coll. XII, 127; Claud. R. Pros. III, 186; Lucret. VI, 703; Lucan. I, 645. — 654. *Lerbius* Put. *Lesbius* Col. et Tell. unde *Vesbius* jam recte emend. N.

644. *atro sanguine flumen*, cet. Conf. ad V, 91, et var. lect.; Liv. XLV, 16; Curt. IV, 2. — 645. sq. *lacrimæ... Quirini*, conf. ad I, 86; Heyne ad Virg. Georg. I, 480, et Opusc. Acad. T. III, p. 257; Delr. ad Senec. Thyest. v. 702, 647. Cf. Heyne Opusc. Acad. T. III, p. 265.

647. *Allia*, cum delectu, quasi strages, Alliensi similis, Romanis portendatur. Cf. ad I, 547. — 648. *sedere*, id. qd. mox *stare*. Vid. ad II, 385, et III, 173. — 650. *Axe... faces*, cf. Plin. II, 26, et Heyne l. c. p. 214 seq. *Axe*, ut apud Virg. Æn. II, 512; IV, 482; VI, 536. — *Axe medio*, a meridie. — *super*, cf. ad I, 60, (in V. L.) et 340. — 651 sq. *ruptus... Tonantis*. Cf. Heyne l. c. p. 213, 214. — *ruptus fragore polus*, vid. ad I, 135, et 535. — *vultus patuere Tonantis*, magnifice, ad hiatum cæli, χάσμα, adumbrandum.

653. Cf. Stat. Silv. IV, IV, 79 sq. — 654. *Vesuvius* (*Monte di Somma*) poetis dicitur *Vesuius*, vel, ut in antiquiss. codd. scribitur, *Vesbius*, ut h. l. XII, 152, (ubi vid. N. Heins.) XVII, 599; Stat. l. c. Val. Fl. III, 209; IV, 507. (ad quæ loca vid. Carr.) Martial. IV, 44; Colum. R. R. X, 133. *Vesevus*, Virg. Ge. II, 224; Suet. Tit. 8, et aliis, Οὐεσούϊος, Οὐεσσούϊον ὄρος, vel Οὐεσούβιος, Strab. Βέσβιος, Græcis posterioris ævi, v. c. Procop. passim in Gothicis, et Appian. b. Civ. I, 116, unde corrupte *Bebius* ap. Vib. Sequest. p. 301, ubi vid. Cl. Oberlin. Cf. Cluver. Ital. ant. p. 1157 seq. et Reimar. ad Dion. LXVI, 22, p. 1094

Phlegræus tetigit trepidantia sidera vertex.
  Ecce inter medios belli præsagus, et ore
Adtonito sensuque simul, clamoribus inplet
Miles castra feris, et anhelat clade futura.
Parcite, crudeles Superi, jam stragis acervis
Deficiunt campi; video per densa volantem
Agmina ductorem Libyæ, currusque citatos
Arma virum super atque artus et signa trahentem.
Turbinibus furit insanis, et prælia ventus
Inque oculos inque ora rotat. Cadit inmemor ævi

Heins. Vulgo *Lemnius* h. e. Vulcanus. — 659. *acervus* Put. Quoniam optimi ævi scriptores verbum *deficere* cum quarto casu jungunt, *acervos* corrig. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Am. I, VIII, 93; Trist. V, XIII, 28; Met. II, 382, et Fast. III, 665. Plura exempla congessit Drak. quibus non opus erat. Sed idem verbum cum tertio casu occurrit præter h. l. inf. X, 193, et ap. Cæs. b. Gall. III, 5, Prop. I, 1, 7, et Val. Max. V, 1, ext. 3, quibus quinque locis nulla lectionis varietas est, ut multa alia omittam, quibus major meliorque librorum pars rem certe dubiam facit. Utriusque autem dicendi ratio non tam in eo quærenda videtur, quod *deficere alicui* sit ei deesse, et *deficere aliquem* significet eum destituere, seu deserere, sed quod *res deficit se mihi* non minus recte dici possit, quam *res deficit se apud me*. Paulo acrius in Heinsium invehitur Lefeb. qui tamen non nisi verba Cæsaris l. c. *quum tela nostris deficerent* (quorum auctoritas ab una litera pendet) et dubium locum Ovid. Trist. V, XIII, 28, excitat. — 661. *cursusque* citra necessitatem emend. N. Heins. prob. Drak. sed contra sentiente Lefeb. — 662. *artes* Col. *aras* Oxon. *arces* R. 1, 3, et Med. *acies* suspic. N. Heins. frustra, judice et Drak. qui I, 53, et VI, 8, confert. Withof. recte damnabat conjecturam Heinsii, (quis enim *cursus trahere* unquam dixit?) sed præclare ita emendasse sibi videbatur: *curruque citato Arma virum, lacerosque artus et signa trahentem*, quod atrox spectatu fuerit.

655. *Phlegræus*, vid. ad IV, 275. — *vertex*. Cf. ad II, 631.

656. Milites, ut ἔνθεοι, prælii eventum augurantur, et futura tamquam jam præsentia *vident:* unde Silius grandiore utitur oratione more poetarum, de quo vid. ad I, 125 sq. Lefeb. comparat Lucan. I, 618. sq., et Val. Fl. I, 207... 240. — 663, 664. Cf. IX, 491 sqq. Liv. XXII, 43 extr. et 46 extr. Flor. II, 6, et Appian. b. Hannib. c. 22. — *insanis*, vid. ad I, 101. — *ventus* scil. Vulturnus. — *prælia rotat*, prop. pulveris nubem, quæ Romanis pugnantibus prospectum hostium adimebat, et Pœnorum tela, quæ, ipsa vi venti adjuta, certius ac fortius mittebantur. Vid. Liv. et Appian. l. c.

664., 665. Cn. *Servilius* Geminus, qui superiore anno consul et collega primum C. Flaminii, deinde M. Atilii Reguli fuerat, Fabiique artibus bellum gesserat, ad Cannas cum eodem Regulo mediam aciem tenebat et occidebatur. Vid. X, 223 sq.; Liv. XXI, 57; XXII, 1, 8, 31, 32, 43, 49; Polyb. III, 77, 86, 88, 96, 114, 116. —

Nequidquam, Trasymene, tuis Servilius oris
Subductus. Quo, Varro, fugis? pro Juppiter! ictu
Procumbit saxi fessis spes ultima Paulus.
Cesserit huic Trebia exitio : pons ecce cadentum
Corporibus struitur, reicitque cadavera fumans
Aufidus, ac victrix insultat bellua campis.

666. *quos* Putean. — 668. *penus ecce* Oxon. *regus ecce* Tell. R. 3, Mars. — 669. *reicitque cadavera fumans* Colon. teste N. Heins. nam *recitatque* in eo invenit Modius et emend. *reicitque*. *tacitaque cadavera* Putean. *tacitoque cadavera* Ox. et R. 3, *tacitoque cadavere* Med. *jacitòque cadavera* R. 1. *fumans* scripsi, eum R. 1, 3, Med. *fundans* Tell. *fudes* R. 2, *jactoque cadavere fumat* Parm. et Benes. *tacitusque cadavera fundit* edd. recent. Male, quidquid contra dicat Dausq. qui provocat ad I, 54; *Longe sonantem Aufidum* dicit Horat. Od. IV, IX, 2; *arctusque cadavere fumat* conj. Barth. Adv. I, 5; *tumidusque cadavera fundit* non nemo ap. Lefeb. *restatque cadavere fumans* N. Heins. et Corte, teste Ernesti, *ructatque cadavera*, pro *recitatque*, quod in cod. Colon. legitur, reponendum esse, ingeniose suspicatur Cel. Herel. in literis ad me datis, in quibus monet, recentiores quidem linguas in gravi oratione non admittere verbum quod german. nostro *rülpsen* respondeat; Pindarum vero, Virgilium aliosque poetas ne in lyrico quidem epicoque carmine illud respuere, et τὸ *vomere* (*speien*) etsi non honestius sit, centies occurrere. Conf. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 211.

inmemor ævi, de vita parum sollicitus, adeoque fortiter pugnans. — *Nequidquam... subductus;* nam parum ipsi profuerat, pugnæ ad Trasymenum non interfuisse, quia anno seq. temeritate Terentii Varronis, Flaminio similis, cum tot millibus periit. — 666. Varro cum LXX fere equitibus Venusiam perfugit; Liv. XXII, 49; Polyb. III, 116, 117. — 667. L. Æmilius *Paulus* consul in prælio occubuit, funda graviter ictus, et telis deinde obrutus. Cf. X, 235 sq. et Liv. l. c. « Cn. Lentulus, tribunus militum, quum, prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset : *L. Æmili*, inquit, ... *cape hunc equum*.... Ad ea consul : *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto!... Abi, nuncia*, etc. Hæc exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes, obpressere : consulem, ignorantes quis esset, obruere telis. » Ed. — *fessis spes ultima*, ut VII, 1, et X, 48. Conf. ad I, 566.

668 sq. *Pons... struitur*, non in Aufido, quod Cluver. putabat, sed in torrente Vergelli, teste Flor. II, 6, §. 18, vel in flumine Vergello, quod tradit Val. Max. IX, 2, ext. 2, ubi *Cerbalo* emend. Mitallerius, quia Cerbalus amnis (hod. *Candelaro*), Dauniorum terminus, memoratur Plin. III, 11. Ceterum hujus rei mentionem quoque faciunt Lucian. Dial. mort. II, pr. T. II, p. 63, edit. Schmid. et Appian. de Reb. Pun. cap. 63. — 669 sq. *reicitque cadavera fumans Aufidus;* cf. X, 320 sq. et sup. I, 52 sq.; *reicit*, ut ap. Virg. Ecl. III, 96, et Stat. Th. IV, 574. — 670. *bellua*, elephanti. An potius Hannibal? ut idem *Libycus leo* VII, 401, vel *inmanis bel-*

Gestat Agenoreus nostro de more secures
Consulis, et sparsos lictor fert sanguine fasces.
In Libyam Ausonii portatur pompa triumphi.
O dolor! hoc etiam, Superi, vidisse jubetis?
Congesto, lævæ quodcumque avellitur, auro
Metitur Latias victrix Carthago ruinas.

674. *hæc* Put.

lua Verres Cic. Verr. V, 42, et Gallus Liv. VII, 10 dicitur. Ego vero intellexerim simplicius elephantos, libensque contulerim ad Horatianum illud, Od. III, 3, *Dum Priami Paridisque busto Insultet armentum*, etc. Quod mirifice juris sui fecit clarissimus poeta, nostras Delavigne, in carmine cui titulus, *Les Troyennes :*

Le pâtre de l'Ida, seul près d'un vieux portique,
Sous les rameaux sanglans du laurier domestique
Où l'ombre de Priam semble gémir encor,
Cherchera des cités l'antique souveraine,
Tandis que le belier bondira dans la plaine
Sur le tombeau d'Hector. Ed.

671. *Agenoreus*, ut lib. I, v. 15. — 675. *Modii duo annulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura*, Flor. II, 6, §. 18. Tres modios memorant, Plin. XXXIII, 1, sect. 6; Val. Max. et Oros. Cf. inpr. Liv. XXIII, 12, et inf. XI, 532 sq. ut de annulis veterum, tam ferreis, quam aureis, Plin. XXIII, 1. — *lævæ*, digito sinistræ manus, qui minimo est proximus. Vid. Gell. X, 10, et cf. inf. XI, 532 sq. Definitionem annulorum in h. l. neque exspectari, neque probari posse monet Ernesti. Sed aliquam certe excusationem habet poeta : nam in vaticiniis oratio ornatior obscuriorque esse solet. Cf. ad I, 125. Præterea vid. ad XI, 532.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Varro, nulla prodigiorum ratione habita, eadem, qua Hannibal, cupiditate pugnandi flagrat; ejusque temeritas augetur prælio tumultuario, procursu magis militum, quam jussu imperatorum, in prohibendis prædatoribus orto, in quo Mancinus quidem aliique Romani pereunt: sed haudquaquam par Pœnis dimicatio est; 1—14. Itaque pugna non abstinuisset, nisi furenti obstitisset Paulus consul, cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat; 15—23. Inpatiens moræ indignatur Varro, vociferaturque, emissum hostem e manibus, ferrum atque arma iratis et pugnandi cupientibus adimi militibus: quibus, ut postero die, prima luce, in prælium temere ruant, edicit; 24—37. Paulus, futuram cladem animo præsagiens, multis eum precibus lacrimisque obsecrat, ut, donec tirones milites, Fabiana disciplina imbuti, omittant timorem, quem solum Hannibalis nomen ipsis injiciat, pugnam detrectet, et, si consilia collegæ respuat, monitis certe Deorum et Sibyllæ Cumanæ prædictis aures præbeat; 38—65. Nocte præterea insequenti funestus incidit casus, quo clades Romanorum portenditur. Satricus, Sulmone in Pelignis natus, primo bello Punico a Xanthippo in Libya captus, regi Autololum dono datus erat, et nunc in Italiam reductus, ut eo interprete Gætuli uterentur; 66—79. Is duos in Italia reliquerat filios, Mancinum et Solymum; quorum alter in prælio illo tumultuario ceciderat; alter, vigilias ante vallum agens, noctu exierat castris, ut fratris corpus humaret. Eodem tempore Satricus inermis a Pœnis ad Romanos transfugit, et in campo arma quærens, quibus se tueatur, forte fortuna in Mancini exani-

35.

mum corpus incidit; 80—95. Ejus armis indutus obviam fit Solymo, qui fraternis exuviis conspectis mortiferum ei infligit vulnus; 96—105. Parens moribundus adnoscit filium, quem, diro facinore adtonitum, erroris excusatione et venia erigere conatur, et patriæ amore ductus orat, ut ipse cum Paulo et civibus suis furorem Varronis cohibeat; 106—151. Solymus autem doloris inpatiens, vitæque pertæsus, gladio sibi pectus trajicit, et, his verbis, FUGE PRÆLIA, VARRO, sanguine suo inscriptis in clipeo, eoque e sagitta suspenso, mortuus super patris corpus concidit; 151—177. Hisce aliisque ominibus quum infausta omnia Romanis portendissent Dii, duces prima luce signum pugnæ proponunt, et Hannibal, oratione ad milites habita, rerum feliciter gestarum memoria magnisque pollicitationibus animum iis incendit, et se sola contentum gloria illis omnia victoriæ emolumenta concessurum profitetur; 178—216. Tum transgressus Aufidum copias instruit, et in sinistro cornu Afros duce Nealce, in dextro Hispanos et Baliares, in media acie Pœnos et Gallos, quibus ipse præest, ad ripam fluvii elephantos, passim vero Numidas locat, ut procursu hostes lacessant, armaque quaquaversus in prælio circumferant; 217—243. Interea Varro, exercitu e castris educto, milites invento clipeo, sanguine Solymi inscripto, perterritos graviter objurgat, et dextrum cornu ipse tenet, lævo Paulum præficit, mediam pugnam Servilio Gemino tuendam dat, et Scipionem cum selecta manu Numidis equitibus obponit; 244—277. Acie utrimque directa, instar ventorum agmina concurrunt cum strepitu, ipsique Dii cælo relicto prælio se inmiscent; 278—303. Tum ingenti clamore sublato confertim in prima acie gladiis, nec ita multo post in secunda eodem impetu hastis, in tertia missilibus pugnatur; quique in ultimis stant ordinibus, clamore invicem suos adcendunt; 304—334. Postremo omni utrimque armorum genere, ne falarica quidem excepta, utuntur, et atrox editur cædes; 335—353. Ipsa pugna diu anceps est: tandem Nealces cuneos hostium perrumpit, et cum magna strage inpellit; 354—369. Inter Romanos fortiter pugnantes eminent Scævola, et conjunctissimum amicorum par, Marius ac Caper: at ille saxi ictu a Nealce, hic a Symætho interficiuntur; 370—410. Inclinatam Romanorum aciem restituunt Scipio, Varro, Curio et Brutus: sed Hannibal impetum hostium, jam ferocius procurrentium, reprimit; et in Varronem, consulis insignibus conspicuum, inruit; 411—423. Hunc præsenti mortis periculo eripit Scipio juvenis, qui in singu-

lare cum Pœnorum duce certamen descendit; 424—437. Iis congredientibus Dii, Pallas Hannibali, Mars Scipioni, propere auxilio veniunt, ipsique acriter inter se dimicant; 438—469. Monitu autem Iridis, a Jove missæ, ira deorum mitigatur, et Pallas invita Hannibalem, nube circumfusum, in tutiorem locum subducit; 470—485. Absente Dea Mars prælium redintegrat: at Æolus, precibus Junonis motus, ventum, qui Apulis Vulturnus dicitur, et ex ipsis Ætnæ voraginibus igneam vim traxerat, Romanis inmittit; 486—500. Is Pœnorum tela adjuvat, Romanis autem multo pulvere in ipsa ora volvendo adimit prospectum, nec arma tantum eripit, sed animam quoque intercludit; 501—520. Quin ne Marti quidem parcit, ejusque iram incendit in Pœnos; 521—525. De quo Dei furore Pallas graviter cum Jove expostulat: Juno autem, quæ ejus vel iracundia est, vel ingenii calliditas, marito auctor est, ut fulmine Carthaginienses delendo, quanta sit potentia sua, palam faciat; 526—541. Jupiter contra inmutabilem fatorum rerumque seriem pandit, Iridemque mittit ad Martem, qui, dicto quidem patris audiens, sed cum fremitu ex acie excedit; 542—555. Quo facto Hannibal, e remotiori campi loco, ubi metu Martis delituerat, progressus, undique conligit copias, et Minucium, Fabii olim ope servatum, hasta transfigit; 556—569. Ejus jussu etiam elephanti in prælium rapiuntur, et e turribus, in dorsis eorum exstructis, saxa, ignis et tela jaciuntur in hostes; 570—583. Ex his belluis una Ufentem, dente conreptum, sublime fert; alia Tadium excutit in altum, sed oculis ejus ense spoliata concidit; 584—598. Multi tamen elephanti, ardentibus tædis in turres ingestis, furore instincti in fluvium præcipites currunt; reliqui jaculis et saxis eminus incessuntur; 599—631. Paulus collegam, harum cladium auctorem, ejusque ignaviam acerbe increpat, et in medios hostes ruit; 632—643. Varro, quem sera temeritatis pœnitentia subit, trepide ex acie refugit, diuque hæsitat, utrum sibi consciscat necem, an fugitivus Romam revertatur; 644—657.

TURBATO monstris Latio, cladisque futuræ
Signa per Ausoniam prodentibus inrita Divis,

1. Cf. VIII, 625 sq. — *monstris*, prodigiis. — 2. *inrita*, quibus frustra cladem ab Italia avertere conabantur Dii, quum *consul*, h. e.

Haud secus ac si fausta forent et prospera pugnæ
Omina venturæ, consul traducere noctem
Exsomnis, telumque manu vibrare per umbras,
Ac modo segnitie Paulum increpitare, modo acres
Exercere tubas, nocturnaque classica velle.
Nec minor in Pœno properi certaminis ardor.
Erumpunt vallo, fortuna urgente sinistra;
Consertæque manus : jam sparsi ad pabula campis
Vicinis raptanda Macæ fudere volucrem
Telorum nubem : ante omnes invadere bella
Mancinus gaudens, hostilique ungere primus
Tela cruore, cadit; cadit et numerosa juventus.
Nec pecudum fibras Varro, et contraria Paulo
Auspicia incusante Deum compesceret arma,
Ni sors alterni juris, quo castra reguntur,

4. *Omina* Put. R. 1, Parm. Med. Vulgo *omnia*, solenni varietate, de qua vid. Drak. et quos laudat. — 5. *E somnis* R. 1, Med. et omnes Marsi edd. *Ex somnis* aliæ. Male! *Exsomnis* est id. qd. insomnis; vid. Draken. ad h. l. Bentl. ad Horat. Od. III, xxv, 9, et Heins. ad Virg. Æn. VI, 556. — 6. *segnitiæ* Med. et R. 1, in marg. quod auctore N. Heins. recepit Drak. Sed vid. not. ad III, 88. — 7. *bello*, vel potius *vallo* pro *velle* malebat N. Heins. Sed Varronem noctu flagrasse cupiditate tubas et classica exercendi, non revera ea exercuisse jam monuit Drak. — 10. *jam*, non *nam*, Oxon. vel teste Lefeb. duo scripti. — 13. Vulg. *hostili tingere*, quod primus reposuit Nicander.

Varro ea sperneret. — 6. *acres*, acriter, (ut ap. Virg. Æn. IX, 665, et al.) vel, quæ acrem terribilemque sonitum reddunt. Conf. Virg. Æn. IX, 503. — 7. *classica velle*, Signa cani cupit.

9. Cf. de hoc prælio tumultuario Liv. XXII, 41, pr. et Polyb. III, 110. — *fortuna sinistra*, adversa Pœnis, qui vincebantur, sed non minus quoque Romanis, quoniam, ut Livii verbis utar, temeritati Varronis, ac præpropero ingenio materiam dabat. — 11. *Macæ*, Pœni. Conf. ad II, 60. — 12. *Telorum nubem*; vid. ad. I, 311. — *invadere bella*, incipere pugnam, ut XII, 199; XVII, 386, 472; Virg. Æn. IX, 186, XII, 712.

13. *Mancinus*; cf. v. 71 seq. — *ungere Tela*, ut ap. Hor. Od. II, 1, 5, ubi Bentl. male conj. *tincta*.

15 sq. Marsus jam recte exposuit : Varro non abstinuisset eo die a pugna, quamvis auspicia essent contraria, nisi Paulus obstitisset, penes quem eo die imperium erat. Cf. v. 31, et Liv. XX, 42 : « Paulus, quum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, obnuntiari jam efferenti porta signa collegæ jussit. » — 16. *incusante*, gravius quam, prætexente. — 17. *sors alterni juris*, ut *sors*

Arbitrium pugnæ properanti in fata negasset.
Quæ tamen haud valuit perituris millibus una
Plus donasse die. Rediere in castra, gemente
Haud dubie Paulo, qui crastina jura videret
Amenti cessura viro, frustraque suorum
Servatas a cæde animas : nam turbidus ira
Infensusque moræ dilata ob prælia ductor :
« Siccine, sic, inquit, grates pretiumque rependis,
Paule, tui capitis? meruerunt talia, qui te
Legibus atque urnæ dira eripuere minanti?
Tradant immo hosti revocatos ilicet enses,
Tradant arma, jube; aut pugnantum deripe dextris.

18. *properanti fata* forte præstiterit, ut *fata lacessere*, *irritare*, etc. et contra *tenere*. Conf. not. ad I, 225, 268; IV, 731; V, 234. Sed vulgata quoque lectio bene se habet. — 25. *Siccine*, *sic*, non *Siccine nunc*, Colon. nervosius, ut IV, 506, et XVI, 125; N. Heins. — 29. *deripe*, non *diripe*, Oxon. et Putean. *deripe dextris*, scilicet arma, pro *deripe dextras*, recte emend. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Met. III, 52. Id recepi cum Lefeb. non inprob. Drak. qui jam

ejus diei imperii ap. Liv. XXII, 45. — *juris*, imperii, ut IV, 714; VI, 612. Consules non alternis mensibus, ut mos ferebat (de quo vid. a Dausq. laudati Dionys. Halicarn. V et IX; Suet. Cæs. c. 20), sed alternis diebus imperium tenebant. Conf. Liv. XXII, 41, 45; Plut. in Fab. et Polyb. III, 110 et 113 pr.

18. *properanti in fata*, Varroni cæco impetu in perniciem ruenti, ut ap. Lucan. VIII, 658. Cf. V. L. 19, 20. Hæc tamen imperii sors non nisi in unum diem tot millibus vitam prorogare, cladem que remorari potuit. — 21. *crastina jura*, crastini diei imperium. — 22. *turbidus ira*. Cf. Ind. et ad I, 477. — 24. *ductor*, Varro.

25. Hanc gratiam refers populo, cujus beneficio capitis olim periculum vix effugisti? Paulus a. u. c. DXXXIV de Illyriis triumphavit, sed deinde ob prædam inæqualiter divisam damnatus est. Cf. ad VIII, 288, 291; Liv. XXVII, 34, et Frontin. Stratag. IV, 1. Eadem de M. Livio Salinatore, collega ejus, tradit Aur. Victor de viris ill. c. 50. Conf. Liv. XXII, 35; XXVII, 29, 37. — 27. *urnæ dira minanti*, damnationi : nam *urna* est cista, in quam tribus tabellas, litera *C* notatas, conjiciebant.

28. *revocatos enses*, pro, ut milites revocati tradant hosti arma : Paulus enim obnuntiari collegæ, jam porta efferenti signa, jusserat; vid. ad v. 15. Possis etiam exponere, refecta, nova arma, ut sup. IV, 15, « revocantque nova fornace bipennes. » Sed illa ratio simplicior est, et tam amaræ irrisioni, quam contextui verborum rerumque convenientior. — 29. Conf. Var. Lect.

Sed vos, quorum oculos atque ora humentia vidi,
Vertere quum consul terga, et remeare juberet,
Ne morem et pugnæ signum exspectate petendæ;
Dux sibi quisque viam rapito, quum spargere primus
Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.
Pandam egomet propere portas: ruite ocius, atque hunc
Ereptum revocate diem. » Sic turbidus ægra
Pestifero pugnæ castra incendebat amore.
  At Paulus, jam non idem nec mente nec ore,
Sed qualis stratis deleto milite campis
Post pugnam stetit, ante oculos atque ora futuro
Obversante malo; ceu jam spe lucis ademta,
Quum stupet exanimata parens, natique tepentes
Nequidquam fovet extremis amplexibus artus:

contulit verba Liv. XXII, 44; *se constrictum a collega teneri; ferrum atque arma iratis, et pugnare cupientibus adimi militibus.* — 30. *liventia* Pal. R. 1, 3; Med. *viventia* Oxon. *libentia* Parm. *umentia* Col. *uventia* maluerit N. Heius. refrag. Drak. qui multis exemplis vulgatam lect. firmat. Conf. ad I, 259; II, 125, 469; III, 522, et VIII 458. — 32. *Me* Oxon. et R. 1, *Et memorem p.* Med. *marem* R. 1, et in marg. *Martem*, quod etiam N. Heins. in mentem venit. — 33. *rapito*, non *capito*, Col. — *primis* e 3 scriptis recepit Drak. suadente Modio et N. Heins. Nos vulgatam lect., quæ exquisitior est, revocavimus cum Lefeb. *Primus Phœbus*, *sol* et *dies* passim poetis dicitur. Conf. ad II, 235, et Burm. ad Val. Fl. III, 257. Notandus iopr. locus Virg. a Silio expressus Æn. IV, 584, *Et jam prima novo spargebat lumine terras Aurora.* — 35. *propere* Col. Oxon. R. 1 et 3, *prope* Parm. Med. ed. Marsi et Martini Herbip. Vulg. *primus.* — 39. *deleto*, non *dilecto*, tres scripti et R. 2; *dejecto* conj. N. Heins. et Burm. Conf. not. ad XV, 461.

31. Vide ad v. 15. — 32. *morem et pugnæ signum*, Drak. consuetum pugnæ signum. Ernesti vir cl. *consul morem pugnæ* in eo esse monet, ut ordine e castris copiæ procedant, et signum imperatoris observent. — 33. Ita ap. Curt. V, 4, *Dux sibi quisque itineris cœperat fieri*; Draken. — 33. *viam rapito*; vid. ad I, 570. — *spargere radiis cacumina* pro radios per, vel in c. Cf. Virg. Æn. XII, 113; Burm. ad Val. Fl. V, 319, et V. L. — 34. *Gargana cacumina*; conf. ad IV, 561. — 36. *Ereptum diem*, occasionem bene pugnandi prætermissam, et vobis ereptam *revocate*; temporis et fortunæ jacturam, quam fecistis, resarcite. — *turbidus*; vid. ad I, 477. — *castra ægra*, milites ægros animi, h. e. sollicitos et anxios de pugnæ eventu. Cf. v. 49 seq.

41... 43. Egregia comparatio Pauli, mærore confecti, cum matre, cui certa nati mors, ut illi præsentissimum periculum, quod frustra remorari, nedum avertere

« Per toties, inquit, concussæ mœnia Romæ,
Perque has, nox Stygia quas jam circumvolat umbra,
Insontes animas, cladi parce obvius ire :
Dum transit Divum furor, et consumitur ira
Fortunæ, novus Hannibalis, sat, nomina ferre
Si discit miles, nec frigidus adspicit hostem.
Nonne vides, quum vicinis auditur in arvis,
Quam subitus linquat pallentia corpora sanguis?
Quamque fluant arma ante tubas? cunctator et æger,
Ut rere, in pugnas Fabius quoscumque sub illis
Culpatis duxit signis, nunc arma capessunt.
At quos Flaminius.... Sed dira avertite, Divi.
Sin nostris animus monitis precibusque repugnat,
Aures pande Deo : cecinit Cymæa per orbem
Hæc olim vates, hæc te præsaga tuosque

50. *armis* Ox. et Put. — 55. *At quos* Col. *Aut quos* R. 2. Vulg. *capessunt, Haud quos Flaminius, sed dira a. D.* In ed. Drak. *At quo*, operarum haud dubie incuri... — 57. *Cumæa* Col. in quo tamen plerumque *Cymæa*, more Græcorum, scribitur Cf. ad VIII, 531; *Crimea* in scriptis, teste Lef. *Crinea* R. 2. Vulg. *Grynæa*. Sed scribendum certe *Grynea*, Γρύνεια, h. e. Apollinea, ab Apolline inspirata; vid.

conatur, non animo tantum, sed prope oculis obversatur. — 44. Similis oratio Corvini sup. V, 82 sq. Cf. Liv. XXII, 41, 42, qui tamen historici, non poetæ, partes agit. — *Per... mœnia*; cf. ad I, 658 in V. L. — 45. Cf. Virg. Æn. II, 360, ubi vid. Heyne. — 46. *parce*, φεῖδου, noli, ut passim. — 47. Cf. V, 84... 91. Satis est, si, donec fortuna adfulgeat, et aves auspiciaque addicant, milites novi (tirones) et prodigiis territi usu prius didicerint, *Hannibalis nomen ferre*, non expavescere. — 49. *frigidus*, ut I, 470; II, 339.

52. *fluant*, effluant, excidant manu, ob metum. Vid. ad II, 131. — *ante tubas*, priusquam tubæ inflentur, ac signum pugnæ proponatur; Cell. et Drak. coll. Claud in Rufin. I, 335, et Virg. Æn. XI, 424. — Milites, quos Fabius usu et cunctatione sensim metu Hannibalis liberaverat, nunc tantum animi habent, ut adversus eum arma capiant. — *æger* animi et consilii, segnis et timidus. — 54. *Culpatis signis:* nam Varro Fabianam belli gerendi rationem ferocibus Romæ prosciderat concionibus.

55. Elegantissima aposiopesis, qua utitur Silius, ne ominosum foret, si adderet, Flaminii milites trepidare, ac jam fugam circumspicere; Drak. Conf. ad VI, 110.

57 sq. *Cymæa vates*, Sibylla, *cecinit*, quæ Livius XXV, 12, Marcio cuidam tribuit. Conf. ad VII, 483; VIII, 531; Columu. ad Ennii

Vulgavit terris proavorum ætate furores.
Jamque alter tibi, nec perplexo carmine, coram
Fata cano vates : sistis ni crastina signa,
Firmabis nostro Phœbeæ dicta Sibyllæ
Sanguine : nec Graio posthac Diomede ferentur,
Sed te, si perstas, insignes consule campi. »
Hæc Paulus, lacrimæque oculis ardentibus ortæ.
Nec non et noctem sceleratus polluit error :
Xanthippo captus Libycis tolerarat in oris
Servitium Satricus, mox inter præmia regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem.
Hnic domus et gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus et una
Nomine Rhœteo Solymus : nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proavo, qui, sceptra sequutus
Æneæ, claram muris fundaverat urbem

Heyne ad Virg. Ecl. VI, 72. — 67. *cretus* conj. Scalig. ad nram cod. sni. Male ! — 72. *Solinus* Col. passim, quod recepit Drak. Scriptura anceps; vid. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 79; *Rhœteo* multi, etiam Draken. et Ernesti. Sed est Ῥοίτειον.

Fragm. p. 122. — 59. *proavorum ætate*, quondam; Marsus et Cell. regnaote Tarquinio Soperbo, eui Sibylla libros obtulit. — 61. Nisi crastino die, quo summa imperii peoes te eril, consilio pugnaodi abstiteris, etc. — 63, 64. Non dicentur amplius campi Diomedis, sed Varronis. Vid. ad I, 125, *Ætolos campos;* nam Diomedes Ætoliæ rex fueral. Ed. — 65. *oculis ardentibus;* cf. ad I, 126.

66. Triste omen et *sceleratus error*, per quem Solymus Satricum, patrem suom, qui, primo bello Punico a Xanthippo captos, nooo ad Romaoos traosfogeral, oecidit. Historiam hanc a Silio fingi ad exemplom illius, quæ de Julio Mansuelo narratur a Tacit. Hist. III, 25, el de Mævio quodam in Pithœi Cataleet. l. IV, p. 159, putabaot Daosq. el Draken. Neque id negat Ernesti ; sed narrationem Liv. XXII, 42, de servis duobos primam hoic episodio oecasionem dedisse suspicalur. Nomina aulem palris el filii e Pelignorum et Latii oppidis, *Sulmone* et *Satrico*, conficta esse, jam moouit Cluv. Ital. ant. II, 4, p. 757. De *Sulmone* vid. ad VIII, 510 ; de *Mancino* sup. v. 13.

72... 76. Locum Ovidii, Sulmonensis poetæ, Fasl. IV, 79 sq. jam contulil Dausq. — *Rhœteo;* vid. ad I, 115. *Solymi* in finibos Lyciæ et Pisidiæ. Conf. Plin. V, 27; Steph. Byz. p. 551 ; Strab. XII, p. 573 ; A. B. XIV, p. 764, 765, al. p. 667 A. Kœppeo ad Hom. Iliad. ζ, 184; Benedict. ad Piod. Ol. XIII, 129, el Cluver. l. l. ubi solam nominum si-

Ex sese dictam Solymon : celebrata colonis
Mox Italis paullatim adtrito nomine Sulmo.
Ac tum barbaricis Satricus cum rege catervis
Advectus, quo non spretum, si posceret usus,
Noscere Gætulis Latias interprete voces.
Postquam posse datum Peligna revisere tecta,
Et patrium sperare larem; ad conamina noctem
Advocat, ac furtim castris evadit iniquis.
Sed fuga nuda viri : sumto nam prodere cœpta
Vitabat clipeo, et dextra remeabat inermi.
Exuvias igitur, prostrataque corpora campo
Lustrat, et exutis Mancini cingitur armis.
  Jamque metus levior : verum, cui demta ferebat
Exsangui spolia, et cujus nudaverat artus,
Natus erat, paullo ante Maca prostratus ab hoste.
Ecce sub adventum noctis, primumque soporem,
Alter natorum Solymus vestigia vallo
Ausonio vigil extulerat, dum sorte vicissim
Alternat portæ excubias, fratrisque petebat
Mancini stratum sparsa inter funera corpus,
Furtiva cupiens miserum componere terra.
Nec longum celerarat iter, quum tendere in armis

77. *At* Put. R. 1, et Med. quod recepit Lef. non inprob. Drak. ut sensus sit : Satricum primo bello Punico captum, et in Libyam abductum, *at* nunc iterum in Italiam *cum rege* Autololum, cui dono datus fuerit, advectum fuisse, ut Gætuli, seu Autololes, in exercitu Hannibalis stipendia merentes (conf. III, 288, 306), eo interprete Romanos intelligerent. — 83. *quia* pro *nam* refinxit Nicander, quem deinde omnes ante Drak. sequuti sunt. — 89. *Macæ* Col. *Mace* Oxon. et Put. cum antt. edd.

militudinem huic narrationi locum dedisse recte suspicatur. — 77. Cf. Var. Lect.

81. *larem*, reditum in patriam et domum suam. — *conamina*, fugam. — 82. *iniquis*, Punicis : nam Italus erat, et captivus. — 86. *Mancini*, filii sui occisi. Poetam in hac fictione magis artem et phantasiæ ludibria, quam rei probabilitatem sequi, jam monuit Ernesti.

89. *Maca*, ut v. 11. — 90. Cf. ad VIII, 124. — 92 seq. *sorte vicissim Alternat excubias*, vid. ad VII, 165.

95. *Furtiva terra*, furtim. — *componere terra*, sepelire. Vid. Intpp. ad Horat. lib. I, Sat. IX, v. 27, et Tibull. III, II, 26. — 96. *tendere*

Aggere Sidonio venientem conspicit hostem.
Quodque dabat fors in subitis necopina, sepulcro
Ætoli condit membra occultata Thoantis.
Inde, ubi nulla sequi propius poue arma, virumque
Incomitata videt vestigia ferre per umbras,
Prosiliens tumulo contorquet nuda parentis
In terga haud frustra jaculum; Tyriamque sequentum
Satricus esse manum, et Sidonia vulnera credens,
Auctorem cæci trepidus circumspicit ictus.
 Verum ubi victorem juvenili robore cursus
Adtulit, et notis fulsit lux tristis ab armis,
Fraternusque procul, luna prodente, retexit
Ante oculos sese, et radiavit comminus umbo;
Exclamat juvenis, subita flammatus ab ira :
« Non sim equidem Sulmone satus tua, Satrice, proles,
Nec frater, Mancine, tuus, fatearque nepotem
Pergameo indignum Solymo, si evadere detur
Huic nostras inpune manus : tu nobile gestes
Germani spolium ante oculos, referasque superba,

105. *ceri* pro *cæci* R. 1, et in marg. *certi*. — 111. *Non sim* et mox *fatearque* Colon. Vulgo *sum* et *fateorque*; forte rectius; vid. Burmann. et Heins. ad Ovid. Met. III, 272; ubi cf. loca similia Petron. c. 81; Apulei. Met. V, p. 163; Plaut. Menæchm. III, II, 6, et Hom. Iliad. β, 260. — 114. *Huic n. i. m.* Col. *Hinc vestra nunc impune manu* Put. *Hinc vestra i. manu* Oxon. Sed *evadere* ubivis fere a Silio cum quarto casu jungi, monet Drak. Vulgo *Hinc* (al. *Huic*) *nostra te i. manus*, vel *manu*.

sc. iter, seu se, h. e. ire. — 97. *Aggere Sidonio*, a castris Pœnorum. — 99. *Thoas*, Ætolorum rex, quod jam Dausq. notavit, memoratur Hom. Iliad. β, 638; δ, 527. Alius Ætoliæ princeps Polyb. Eclog. XXIV. Alii passim ap. Virg. et Hygin. Idem autem, de quo hic agitur, judice Cell., Strab. VI, p. 176. — *membra* sua *condit occultata*, palillogia, ut XI, 198, et XII, 443; quibus locis Drak. conf. IX, 586; XII, 443; XIII, 106; Virg. Æn. III, 237; VI, 310; Sen. Herc. fur. v. 236; *βῆ δ' ἴμεν* ap. Hom. et *τὸ σῶμα κομίσαντες ἔθαψεν* ap. Anton. Liber. fab. I, ubi vid. Muncker. — 100. *arma*, armatos hostes. — 102. *terga nuda*, thorace non tecta. — 105. *cæci ictus*; cf. ad V, 3, *cæcis armis*, ubi vide omnino notas. Ed.

111 sq. Verba callide ficta, unde pater cognoscit, se a filio percussum, et filii mortui armis indutum esse, Ern.; conf. V. L. — 113. *Pergameo*, ut *Rhæteo*, v. 72.

Me spirante, domus Pelignæ perfidus arma?
Hæc tibi, cara parens Acca, ad solatia luctus
Dona feram, nati ut figas æterna sepulcro. »
Talia vociferans stricto mucrone ruebat.
Ast illi jam tela manu, jamque arma fluebant,
Audita patria, natisque, et conjuge, et armis;
Ac membra et sensus gelidus stupefecerat horror.
Tum vox semianimi miseranda effunditur ore :
« Parce, precor, dextræ, non ut mihi vita supersit
(Quippe nefas hac velle frui); sed sanguine nostro
Ne damnes, o nate, manus. Carthaginis ille
Captivus, patrias nunc primum advectus in oras,
Ille ego sum Satricus, Solymi genus : haud tua, nate,
Fraus ulla est : jaceres in me quum fervidus hastam,
Pœnus eram; verum, castris elapsus acerbis,
Ad vos et caræ properabam conjugis ora.
Hunc rapui exanimi clipeum : sed jam, unice nobis,

116. *spectante* R. 1, et Mediol. — 117. *Nec tibi* Oxoo. Putean. et Parm. ed. Non male, jodiee Drakenborch., si post *feram* sigoum interrogaodi ponatur, ot sensos sit : Videremne hostem fratris arma gestare? *nec* tibi ea, o mater, ad solatium luctus ferrem, ut nati sepulcro figeres? *Acca* Col. quod nomeo occurrit ap. Virgil. Æn. XI, 820; Ovid. Fast. IV, 854; V, 454; Prop. I, xxi, 6, ubi eadem lectioois varietas; *acta* Ox. et Put. unde vulg. *apta* : quo modo sæpe librarii nomioa propria corruperunt, de quo vid. Drak. — 123. *Cum* Oxoo. *semanimi* Col. unde recepit Drak. Conf. ad III, 16. — 130. *Verum ut castris* emend. Scalig. ad oram cod. sui, et recepit Cell.

116. *Pelignæ domus;* cf. v. 80, et ad v. 66. — 118. Sepulcra et *κενοτάφια*, seu *κενήρια* non modo signis et emblematibus, quæ vitam plerumque et *τὰ ἐπιτηδεύματα* mortui indicabant, exornari, sed iis quoque *arma* et instrumenta, quibus is in vita usus fuerat, *figi*, h. e. adfigi solebant, *æterna*, i. e. quæ æternam defuncti memoriam conservabant; unde ipsa sepulcra *μνήματα*, *μνημεῖα*, *σήματα*, *monimenta*, *memoriæ*, dicebantur. Vid. Potteri Archæol. lib. IV, c. 7; Kirchman. de Fun. Rom. lib. III, c. 18 et 27; Intpp. ad Virg. Æneid. VI, 233. — *sepulcro*, cenotaphio.

125. *nefas*, *ἀδύνατον*. Conf. Lambin. ad Hor. Od. I, 11, 1, 24, 20.

126. *damnes*, damnandas facias, h. e. contamines.

129. *Fraus*, scelus, facinus, mala fraude commissum; *ἄγος*, piaculum. — 130. *Pœnus eram*, ut tu putabas; tibi esse videbar. — 132. *unice nobis*, qui solus mihi e filiis

Hæc fratris tumulis arma excusata reporta.
Curarum tibi prima tamen sit, nate, referre
Ductori monitus Paulo, producere bellum
Nitatur, Pœnoque neget certamina Martis.
Augurio exsultat Divum, inmensamque propinqua
Stragem acie sperat: quæso, cohibete furentem
Varronem; namque hunc fama est inpellere signa.
Sat magnum hoc miseræ fuerit mihi cardine vitæ
Solamen, cavisse meis: nunc ultima, nate,
Invento simul atque amisso redde parenti
Oscula. » Sic fatus galeam exuit, atque rigentis
Invadit nati tremebundis colla lacertis;
Adtonito et nitens verbis sanare pudorem
Vulneris inpressi, telum excusare laborat:
« Quis testis nostris, quis conscius adfuit actis?
Non nox errorem nigranti condidit umbra?
Cur trepidas? da, nate, magis, da jungere pectus.

136. *Pœno Marti*, hoc est Hannibali, malebat N. Heins. et vers. 138, *spirat.* — 138. *cohibete*, non *prohibete*, scripti et R. 2. — 145. *Attonito et nitens* Col. *Attonito*, scilicet ex pudore, non ex desperatione; Ern. *Attonitoque timens* (hoc est timens nato, ne tanto scelere perculsus ipse sibi manus inferret) Oxon. Puteao. et antt. edd. quod revocavit Lefeb. coll. simili loco Homer. Iliad. σ, 32 seqq. sed tacite addita sine codd. auctoritate copula *et* ante *telum*. N. Heinsio formula loquendi *sanare pudorem verbis* non satisfaciebat, nescio quare. Eodem certe sensu *sanare animos consolatione* dixit Hirt. B. G. VIII, 38; *sanare curas* Tibull. II, III, 13; *s. dolorem* Cic. ad. Div. V, 16, pr. et Sen. Agam. 130, aliique similia passim. Inprimis tamen ei displicebant, et spurii videbantur versus 145 et 146, propterea quod nihil hactenus locotus sit Solymus, quo pudorem sanaret. Sed voc. *verbis* ad ea, quæ sequuntur, referendum esse, et hæc ab illis vss. pendere, recte jam monuerunt Lefeb. et Ern. — 149. *manus* pro *magis* conj. D. Heins. refrag. filio, quia vox ista mox recurrat. Sed locum hunc idonea declamatione juvari posse, observat Ern. Pro importuno voc. *magis* Schrader in Observatt. p. 27, ingeniose conj. trajectis literis *genas*, coll. loco simill. Val. Fl. III, 309 sq. quem Silius expressit, et ubi verba leguntur Jasonis, amplexati Cyzicum, quem pariter in nocturno tumultu ignarus interemerat. Satricus exuerat galeam,

restas. — 133. *excusata*, quorum usum error et justa causa excusant. — 134. En insigne pietatis in patriam documentum! Morientium autem prædictiones ratæ habebantur. Conf. Hom. Iliad. π, 851 sq.; χ, 359 sq.; Virg. Æn. IV, 607 sq.; X, 739 sq.

140. *cardine*, in fine. — 141. *cavisse*, prospexisse, *meis* civibus, Romanis, ut Ovid. Met. XV, 758; Drak. — 145. Cf. V. L.

Absolvo pater ipse manum, atque in fine laborum
Hac condas oculos dextra, precor. » At miser, imo
Pectore suspirans, juvenis non verba vicesque
Adloquio vocemve refert; sed sanguinis atri
Sistere festinat cursum, laceroque ligare
Ocius inlacrimans altum velamine vulnus.
Tandem inter gemitus miseræ erupere querelæ :
« Siccine te nobis, genitor, fortuna reducit
In patriam? sic te nato, natumque parenti
Inpia restituit? felix o terque quaterque
Frater, cui fatis genitorem adnoscere ademtum!
Ast ego, Sidoniis inperditus, ecce, parentem
Vulnere cognosco : saltem hoc, Fortuna, fuisset
Solamen culpæ, dubia ut mihi signa dedisses
Infausti generis : verum linquetur iniquis

atque in collum filii invaserat, ut oscula suprema jungeret v. 143 sq. Hinc recte suspicabatur vir doctus, in vitiato voc. *magis* aliud latere, quo pars corporis, quam solerent osculari, significaretur, *genas*, non *manus*, quas pater etiam galeatus jungere potuisset. — 161. *imperditus* (non occisus *Sidoniis*, a Pœnis, ut frater meus) Col. ut X, 416; Virg. Æn. X, 430, et Stat. Th. III, 85; N. Heins. *impertitus* R. 2. Vulg. *impercitus*. — 164. *iniqui... Superi* malebat aliquis, teste

150. *manum*, te qui inscius manu tua in patrem contorsisti jaculum. — *laborum*, miseræ vitæ. Cf. ad VI, 386. — 151. *Hac* tua *dextra*, quam mea teneo. — 152. *vicesque*, vicissim; quod apud Græcos, ἐπέεσσιν ἀμειβόμενος.

159 seq. Ita τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, etc. Hom. Odyss. ε, 306, ubi vid. Schol. et Clark. Cf. Intpp. ad Virg. Æn. I, 94. — 160. cui *fatis* et morte *ademtum*, erepta est facultas, patrem denuo videndi, et tam tristi modo *adnoscendi*.

162 seq. Utinam certe non tam manifestis indiciis patrem adnovissem, et de cæde ejus dubitare possem! nunc vero non permittam, ut iniqui Dii facinus meum celari sinant (quæ spectant ad ea, quæ pater v. 147 sq. dixerat), sed dolorem meum, quem non ultra tacite ferre possum, voluntaria morte finiam. Fortunam adcusari miratur Ernesti, quum filius se ipse patri prodiderit v. 111 sq. sed id ipsum forte fortuna contigerat. Ego potius quærerem, unde Silius omnia hæc, quæ tam copiose et belle memorat, resciscere (vel Varro iuf. v. 264 seq. conjicere) potuerit, quum pater et filius soli noctuque e castris exierint. Poeta, phantasiæ ingeniique lusibus indulgens, scrupulosis lectoribus libertatem illud fingendi reliquit, a quibus quia ita gratiam inierit, magnopere dubito. Quandoque tamen et bonus dormitat Homerus. Conf. Heyna ad Virg. Æn. III, 341 sq.

Non ultra Superis nostros celare labores. »
Hæc dum amens queritur, jam, deficiente cruore,
In vacuas senior vitam disperserat auras.
Tum juvenis, mæstum adtollens ad sidera vultum :
« Pollutæ dextræ et facti Titania testis
Infandi, quæ nocturno mea lumine tela
Dirigis in patrium corpus, non amplius, inquit,
His oculis et damnato violabere visu. »
Hæc memorat, simul ense fodit præcordia, et, atrum
Sustentans vulnus, mananti sanguine signat
In clipeo mandata patris, FUGE PRÆLIA, VARRO;
Ac summi tegimen suspendit cuspide teli,
Defletumque super prosternit membra parentem.
Talia venturæ mittebant omina pugnæ
Ausoniis Superi, sensimque abeuntibus umbris
Conscia nox sceleris roseo cedebat Eoo.
Ductor in arma suos Libys, et Romanus in arma
Excibant de more suos; Pœnisque redibat,
Qualis nulla dies omni surrexerit ævo.
« Non verborum, inquit, stimulantum, Pœnus, egetis,

Lefeb. Male! — 165. *nostros celare* Col. Vulg. *non hos tolerare*. — 173. *memorans* maluerit N. Heins. — 182. *Excibant*, non *Excibat*, scripsi. — 183. *surrexerat* Parm. — 184. *Non* Col. Vulgo *Nec*, quod revocavit Ern.

167. Locutio Virg. Æneid. XI, 617. — 174. *Sustentans*, cohibens vulnus, vel sanguinem, ut eo clipeum ante inscriberet, quam animam efflaret. Cf. Burm. ad Val. Fl. VI, 276, et Ovid. Ep. I, 114. Comparant exemplum Othryadæ, de quo vid. Intpp. ad Valer. Max. III, 2, ext. 4. Hæc vero concinnata esse e Liv. XXV, 12, monet Lefeb. — 176. *tegimen* corporis, clipeum.

180. *Conscia nox sceleris*. Cf. ad III, 393. — *Eoo*, lucifero, ut ap. Virg. Ge. I, 288, vel, ut *Eos*, Aurora, quæ *rosea* poetis dicitur. Vid. ad I, 578. — 184. Cf. similis oratio Hannibalis, superbissima rerum a se gestarum narratione, amplissimorumque præmiorum pollicitatione, milites ad virtutem inflammantis, ap. Polyb. III, 111, et, quam ad Ticinum amnem habuit, apud Liv. XXI, 43, ex qua Silius sup. IV, 59 seq. non nisi potiora quædam adhortationis momenta depromserat, et h. l. nonnulla ad verbum pæne expressit. Ap. Polyb. III, 108, 109, etiam Æmilius apud milites concionem habet, quam a poeta prætermitti mireris: sed Li-

Herculeis iter a metis ad Iapygis agros
Vincendo emensi : nusquam est animosa Saguntos :
Concessere Alpes : pater ipse superbus aquarum
Ausonidum Eridanus captivo defluit alveo.
Strage virum mersus Trebia est, atque ora sepulto
Lydia Flaminio premitur, lateque refulgent
Ossibus, ac nullo sulcantur vomere campi.
Clarior his titulus, plusque adlatura cruoris
Lux oritur. Mihi magna satis, sat vera superque
Bellandi merces sit gloria : cetera vobis
Vincantur : quidquid diti devexit Hibero,
Quidquid in Ætnæis jactavit Roma triumphis;

185. *Iapygas* verius esse credebat N. Heins. et sic ed. Lef. Cf. Ind. et not. Sed vulgata quoque lectio bene se habet. *Iapyx*, filius Dædali, a quo *Iapygia* nomen adcepisse dicitur, Plin. III, 11, s. 16. — 189. *versus*, vel *aversus*, ut obstructus virorum strage cursum alio deflexisse dicatur (seu potius retro fluxisse, ut I, 48), vel *mersus*, vel denique *immersus*, pro *mersus*, conj. N. Heins. *sepulcro* Col. et Ox. — 192. Ita scripti et R. 2. Vulg. *Clarior his titulis plus* a. c. — 193. *vera*, alii, *vero*, Put. R. 1, 2, Med. et Marsi ed. syll. posteriore correpta, de quo vid. Weitz. et Burm. ad Val. Fl. V, 322, quosque Drak. laudat, Auson. Epigr. CVIII, Barth. ad Stat. Theb. II, 187; Juret. ad Paullini vit. D. Martini IV, 433; Gifan. Ind. Lucret. voc. *Adverbia*, et Voss. Art. Gram. II, 27; *certa* emend. N. Heins. — 196. Vulg. *et Ætnæis*, quod primus edidit Nicander, et restituit Lefeb. *est in*

vius neutrum nunc ducem concionantem induxit. — 185. De *Herculeis metis*, vid. omnino quæ exposuimus in notis, ad I, 142, et de campo *Iapyge*, h. e. Iapygio, ad I, 51. Cf. V. L. — 186. *nusquam est*, diruta est. — 187. *Concessere*, cessere, superatæ sunt. — 188. Conf. Virg. Ge. I, 482, et sup. ad I, 606. — *captivo alveo*, quoniam victi sunt Romani ad Ticinum fl., qui in Padum influit. — 189. *mersus*, repletus, ut I, 51. Cf. I, 47, 48. — *ora Lydia*, etrusca regio circa Trasymenum lacum. Conf. ad IV, 719 sq. — 190. *refulgent*, ut *albent*, Virg. Æn. XII, 36; ὀστέα λευκά, et *ossa alba*, Hom. Odyss. α, 161; Virg. Æn. V, 865 et al. Drak.

192. Majorem mihi gloriam stragemque hostium hic dies adferet.

193. Ego sola contentus ero gloria; omnis vero præda vobis concedetur. — 194. *vobis*, ut v. 201, in vestrum usum.

195 sq. Quidquid divitiarum ex Hispania (*diti*, metallis abundante), Sicilia et Libya in urbem Romani primo b. Punico convexere, *in vestros enses veniet*, eo vos armis potiemini, *sine sortibus*, ita ut quisque teneat, quæ ceperit. Κύριοι μὲν ἔσεσθε παραχρῆμα πάσης Ἰταλίας, etc. Polyb. l. c. « Quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne nostrum cum ipsis dominis est, » etc. Livius l. l. *jactavit*, jactan-

Quin etiam Libyco si quid de litore raptum
Condidit, in vestros veniet sine sortibus enses.
Ferte domos, quod dextra dabit: nil ductor honoris
Ex opibus posco: raptor per secula longa
Dardanus edomitum vobis spoliaverit orbem.
Qui Tyria ducis Sarranum ab origine nomen,
Seu Laurens tibi, Sigeo sulcata colono,
Adridet tellus, seu sunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,
Electos optare dabo inter præmia campos.
Addam etiam, flava Thybris quas inrigat unda,
Captivis late gregibus depascere ripas.

Put. — 198. *veniet*, non *venient*, scripti. — 199. *ductor*, non *victor*, scripti, R. 1, et Marsi et Ven. quod præter N. Heins. recte probavit, nec tamen, ut Lefeb. et nos, reduxit Drak. *Honor*, ut γέρας et τιμὴ, præmium, vel quidquid honoris causa datur (unde *honorarium* et *inhonoratus*), et quidem h. l. major pars prædæ *ductori* debita. Cf. Drak. ad h. l. Burm. ad Quintil. Decl. IV, 1; Ernesti Clav. Cic. Id ignorans Barthius corrig. *honorus*, quia Hannibal v. 193, 194, solum sibi honorem poposcerit. — 203. Vulg. *Sigæo;* cf. ad I, 665. — 204. *Byzacia* Col. *Byzatia* Put. et Tell. *Byzantia* Ox. Parm. et Med. quod non prorsus damnandum videbatur N. Heins. quia Byzacium Gr. Βυζάντιον dicitur, et Βύζαντες populus, de quo v. Salmas. ad Solin. p. 320, vel 226, ed. ult. *Byrantia* R. 1, 2, 3. Vulgo *Buxentia*. — 206. *præmia*, non *prælia*, Col. — 207. Vulg. *Tibris*, vel *Tybris*. Sed vid. ad I, 607, et VIII, 367. — 208. Ita Col. Ox. R. 2, et Marsi ed. Ven. Vulgo *Gurgitibus late captivis pascere ripas*. *depascere* etiam Put. *poscere*

ter tulit, transtulit, præferendum curavit.

197. Circumspecte Silius *si*, quum de Hispania et Sicilia adfirmatius, ne Hannibal suos a Romanis victos fateatur: hinc etiam *de litore*, non de visceribus Libyæ, et *raptum*, latrocinantum more; Dausq. — 199. Conf. V. L. — 200. *raptor* et *spoliaverit*, σαρκαστικῶς, ut *raptum* v. 197. — 201. *vobis*, ut supra v. 194.

202. Hæc adumbrata e Liv. XXI, 45. — Pœni a Tyriis oriundi. Cf. ad I, 72. — 203 sqq. Agrum dabo, ubi quisque velit, sive in Italia, sive in Africa. — *Laurens tellus;* vid. ad I, 110. — *Sigeo*, Trojano, ut I, 665. — *Byzacia Rura* pro agris Africæ cum dilectu posita: nam Βυζακίον, seu provincia Byzacena fertilissima totius Lybiæ regio, ubi ex uno modio *centum* nasci, præter Silium h. l., memorant Plin. V, 4; XVII, 5; XVIII, 10; Stepb. Byz., Solin. c. 40; Varro R. R. I, 44, et Martian. Capell. VI, p. 216. Quoad verba v. 205 sq.; cf. Colum. II, IX, 6.

206. *optare*, eligere, *dabo*, ut mox *addam depascere*. Cf. ad V, 324. — 207. *flava Thybris;* vid. ad I, 607.

208. Sic contra Claud. Cons. Hon. VI, 183 de fugiente Alarico,

Qui vero externo socius mihi sanguine Byrsæ
Signa moves, dextram Ausonia si cæde cruentam
Adtolles, hinc jam civis Carthaginis esto.
Neu vos Garganus Daunique fefellerit ora;
Ad muros statis Romæ : licet avia longe
Urbs agat, et nostro procul a certamine distet,
Hic hodie ruet : atque ultra te ad prælia miles
Nulla voco : ex acie tende in Capitolia cursum.
  Hæc memorat : tum, propulso munimine valli,
Fossarum rapuere moras, aciemque locorum
Consilio curvis adcommodat ordine ripis.
Barbaricus lævo stetit ad certamina cornu
Bellator Nasamon, unaque immanior artus

Colio. et Dausq. qui tamen Modio adstipulatur. — 209. *externo*, non *extremo*, Col. *sanguine*, non *cardine*, scripti, R. 2, et Mars. in Comm. — 210. *movens* Col. — 212. *Garganus* Ox. et Put. *Gargani* vulg. et Lefeb. qui et tacite *Ne* pro *Neu* scripsit. — 215. *Hic*, non *Hæc*, Col. R. 1, 3, Parm. Med. — 219. *Consimilem* pro *Consilio* conj. N. Heins. — 221. *artus* scripti. *arcu* R. 1, 3, Med. Vulgo

«Nec jam cornipedem Tiberino gramine passis, Ut rebare, tuum;» Drak.

209. *socius Byrsæ*, Carthaginiensium; vid. ad II, 363. — 211. Sic fere Liv. XXI, 45, et Ennius ap. Cic. pro Corn. Balbo c. 22. Dausq.

212 seq. Neque propterea promissis meis diffidatis, quod in Apulia, procul a Roma sitis : nam si nunc viceritis, hæc urbs *hic*, hoc loco, ad Cannas, deleto, qui hostibus restat, exercitu, quasi *ruet*, et ad eam via vobis patebit. Conf. III, 509 seq. De *Gargano*, vid. ad IV, 561, et de *Daunia*, Apuliæ parte, ad I, 291. — 213 sq. *avia agat*, remota sit.

217. Totam non modo pugnam Cannensem, sed et aciem, in qua instruenda Silius discrepat ab historicis (Polyb. III, 113... 115; Liv. XXII, 46, et Appian. rer. Hannib. c. 19), commentario erudito pluribusque tabulis illustravit *Guischardt* in *Mémoires militaires*, T. I, c. 8. In distribuendis per tres aciei partes ducibus ne historici quidem inter se consentiunt. De Cannensi pugna et acie vid. etiam *Nast. Röm. Kriegsalterth*, pagin. 408 sq.

218. *Fossarum rapuere moras*, fossas, impetum militum, e castris in pugnam ruentium, morantes (cf. ad I, 479, et V, 319), expleverunt *propulso munimine valli*, vallo, munimine castrorum, in fossas proruto, ut ap. Liv. IX, 14, et al. *locorum consilio*, prout locorum situs suadebat, mira locutio; Drak. Similia tamen passim apud Silium aliosque poetas obvia; v. c. *ensis suasit* I, 11, ubi vid. not. — *ripis* Aufidi.

220... 225. In lævo cornu Afri erant : de quorum populis vide

Marmarides, tum Maurus atrox, Garamasque, Macesque,
Et Massylæ acies, et ferro vivere lætum
Vulgus Adyrmachidæ pariter, gens adcola Nili,
Corpora ab inmodico servans nigrantia Phœbo;
Quîs positum agminibus caput imperiumque Nealces.
At parte in dextra, sinuat qua flexibus undam
Aufidus, et curvo circum errat gurgite ripas,
Mago regit. Subiere leves, quos horrida misit
Pyrene, populi, varioque auxere tumultu
Flumineum latus: effulget cætrata juventus;
Cantaber ante alios, nec tectus tempora Vasco,
Ac torto miscens Baliaris prælia plumbo,
Bætigenæque viri. Celsus media ipse coercet

arctus. — 224. *Adyrmachidæ* Ox. *Adirmachidæ* Col. Sed. v. ad III, 279. *Achirmachidæ* R. 1, 3, Med. Vulgo *Adrimachidæ*, *pariter*, etc. *patrii*, vel *Pharii*... *Nili* pro *pariter* scribendum putabat N. Heins. *Adyrmachidæ*, *et pariter g. a. N.* h. e. simul omnes ad Nilum habitantes populi, vel nominatim Nubæ, ad sinistrum Nili latus habitantes (teste Strab. XVII, p. 786), et *corpora ab inmodico servantes n. P.* (cf. III, 268), vel etiam Æthiopes (de quibus v. III, 265), ingeniose et recte, opinor, emend. Drak. qui interpunctionem certe, eo, quo fecimus, modo mutandam censuit, ut Adyrm. per adposit. *gens adcola Nili* dicantur, ut apud Scylac. in Periplo, p. 105; cf. not. ad III, 279. — 230. *auxere* Ox. forte ut *unda Europam curvis anfractibus angit* ap. Val. Fl. IV, 727; *hausere* e Put. recepit Lefeb. et pro *inplevere*, *occupavere* dictum putat, quod vellem exemplis firmasset; *et vario cinxere* corrig. N. Heins.

Ind. et ad III, 222 sq. — 226. *positum*, præpositum, *imperium*, imperator. Cf. ad I, 479, et III, 383.

228. *gurgite*, unda, fluctibus. Cf. de sinuosis Aufidi flexibus XI, 510 seq. — 229. *horrida* silvis, vel celsa (cf. III, 415, 417), vel ubi bellicosi ferocesque populi habitant. Cf. XVII, 641.

230. *populi*, Celtiberi (cf. III, 418), *leves*, vid. ad III, 394. *Gallos super umbilicum nudos fuisse* memorant Liv. XXII, 46, et Polyb. III, 114. — 231. *Flumineum latus* ripa Aufidi, *augetur*, quatenus copiæ ibi augentur, seu multitudo earum in illa crescit, seu *vario augetur tumultu*, quatenus a variis ibi populis tumultus augetur, ut *urbs luctu*, vel *domus gemitu miseroque tumultu miscetur* ap. Virg. Æn. II, 298, 486. Ernesti ripam *augeri* putat turba militum, dum locus, quem milites cum castris occuparunt, exinde altior et plenior fieri videtur. Sed milites desertis castris in aciem descenderant. *Cætra* utuntur Hispani et Afri. Cf. ad III, 278, 348; X, 231; XVI, 30. — 232. *nec tectus tempora Vasco.* Conf. III, 358, et V, 197.

233. Cf. I, 314; V, 193. — *miscens prælia;* vid. ad I, 69. — 234.

Agmina, quæ patrio firmavit milite, quæque
Celtarum Eridano perfusis sæpe catervis.
Sed qua se fluvius retro labentibus undis
Eripit, et nullo cuneos munimine vallat,
Turritæ moles, ac propugnacula dorso
Bellua nigranti gestans, ceu mobilis agger,
Nutat, et erectos adtollit ad æthera muros.
Cetera jam Numidis circumvolitare, vagosque
Ferre datur cursus, et toto fervere campo.

239. *Turritæ moles* (hoc est, magni elephanti, machinas, turris instar, dorso ferentes), scripti; cf. ad III, 46, et infra vers. 559, 571, 619. Vulg. *Turritas moles*, ut ipsæ illæ machinæ intelligantur, quæ mox *propugnacula*, *mobilis agger* et *muri* dicuntur, quod a Siliana verborum luxurie non abhorret. — 240. *mobilis*, non *molibus*, scripti, R. 1. Parm. Mediol. et Marsi prima ed. — 241. *evectos* legendum putabat N. Heins. — 242. *nam* conj. idem; *vagosque* Colon. conf. not. et Burmann. ad Valer. Flacc. III, 558; *graves* Tell. *gyrosque* Oxon. Put. et anti. edd. ante Juntinam, in qua Nicander primus *citosque* substituit, quod propterea frustra defendunt Dausq. et Lefeb. *gyroque* ad marg. R. 1. — 243.

Bætigenæ, ut *Bæticolæ* I, 146. — *Celsus ipse* Hannibal. — *coercet*, regit, ut ap. Virg. Æn. IX, 27.

235. *patrio milite*, Carthaginiensibus. — 236. *Celtæ*, Galli, adcolæ Padi, cujus exundationibus *sæpe* eorum terræ *perfunduntur*.

237, 238. In flexuosa Aufidi ripa, ubi *se eripit*, celeriter e conspectu quasi aufertur, et *unda retro labitur*, quatenus cursum flectit, aliumque petit; neque adeo fluvius *cuneos*, milites tuetur. Cf. v. 227 seq., et XI, 507 seq. Ernesti: « elephantorum turma collocata erat in vadis fluvii, ubi is *se eripit*, h. e. relabitur, decrescit, ἀναῤῥοιβδεῖ, quæ loca vadosa ornate describuntur, coloribus mutuatis a Virg. Æn. XI, 628 seq. » Is vero locus a Nostro alienus est, et elephantos in aqua, quam tantopere reformidant, locari vix crediderim.

239 sq. *dorso nigranti*. Conf. ad III, 463 in V. L. et IV, 618. — 241. *Nutat*, præclare pro, stat.

242. Silius Numidas in acie Pœnorum non collocat, sed videntur ei separatum quoddam a reliquo exercitu agmen constituisse, quod *vago* procursu Romanos lacesseret, dum aciem instruerent, et, postquam ad manus ventum erat, quaquaversus arma circumferret: τὸ γὰρ τῆς Νομαδικῆς μάχης ἴδιόν ἐστι ἀποχωρεῖν μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς τολμηρῶς καὶ θρασέως (Polyb. III, 72): unde et Romani v. 275 sq. Scipioni quasdam copias commisisse dicuntur, quibus se Numidis obponeret; Drak. Cf. Polyb. III, 112, 113; Liv. XXII, 44, extr. 46; XXXV, 11; qui tamen in hoc prælio dextrum cornu Numidis equitibus datum tradunt, et elephantorum nullam faciunt mentionem.

243. *fervere*, ut VI, 317, et ap.

Dum Libys incenso dispensat milite vires,
Hortandoque iterum atque iterum insatiabilis urget
Factis quemque suis, et se cognoscere jactat,
Qua dextra veniant stridentis sibila teli,
Promittitque viris, nulli se defore testem:
Jam Varro, exacta vallo legione, movebat
Cladum principia; ac pallenti lætus in unda
Laxabat sedem venturis portitor umbris.
Stant primi, quos sanguineæ pendente vetabant
Ire notæ clipeo, defixique omine torpent.
Juxta terribilis facies; miseranda jacebant
Corpora in amplexu, natusque in pectore patris
Imposita vulnus dextra letale tegebat.
Effusæ lacrimæ, Mancinique inde reversus
Fraterna sub morte dolor, tum triste movebat
Augurium, et similes defuncto in corpore vultus.
Ocius erroris culpam, deflendaque fata
Ductori pandunt, atque arma vetantia pugnam.

datur, non *datum*, scripti. — 244. *intenso* Oxon. et Puteol. *incenso*, ut I, 55; II, 36, 41; VIII, 243; XII, 351, Drak. — 250. *ac*, non *at*, Col. et Ox. — 254. *jacebat* Col. — 255. *in pectora* malebat Livineius.

Virg. Æneid. VIII, 677, et Ge. I, 456; et passim.

244. *dispensat vires*, aciem instruit. — 245. Silius expressit verba Hannibalis apud Liv. XXI, 43. « Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus; cui non idem ego, virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora. » Cf. ad I, 454; Burm. ad Val. Fl. IV, 649, et inpr. Lucan. VII, 287 sq. — *insatiabilis* sc. hortandi, iterum iterumque hortatus, *urget quemque*, inpellit ad fortia facta, factis suis exemplo ipsi propositis, in memoriam revocatis, quæ quisque antea præclare fecerat; Lenz. — 247. *stridentis sibila teli*; cf. ad I, 334, et IV, 567.

250 seq. *portitor* infernus, Charon, laxabat sedem, ut plures cæsorum animas caperet; Cell. Ita et Lucan. III, 16: « Præparat innumeras puppes Acherontis adusti Portitor; in multas laxantur Tartara pœnas. » Petron. Sat. c. CXXI, et contra Silius XIII, 759 sq. Drak. — Charon *laxabat sedem*, tabulata cymbæ vacuat, ut ap. Virg. Æn. VI, 411, « animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. » Lenz.

252. 253. Qui in prima acie lo-

Ille, ardens animi, « Ferte hæc, ait, omina Paulo :
Namque illum, cui femineo stant corde timores,
Moverit ista manus, quæ, cæde imbuta nefanda,
Quum Furiæ expeterent pœnas, fortasse paterno
Signavit moriens sceleratum sanguine carmen. »
Tum minitans propere describit munera pugnæ;
Quaque feras sævus gentes aciemque Nealces
Temperat, hac sese Marso cum milite, cumque
Samnitum opponit signis, et Iapyge alumno.
At campi medio (namque hac in parte videbat
Stare ducem Libyæ) Servilius obvia adire
Arma, et Picentes Umbrosque inferre jubetur.
Cetera Paulus habet dextro certamina cornu.
His super insidias contra Nomadumque volucrem

262. *omnia* Martin. Herbip. et Dausq. — 267. *properæ*, et v. — 268. *Afras lævus* (h. e. in lævo cornu) *gentes* præstiterit, judice N. Heins. — 272. *obvia ferre*, nisi mox *inferre* sequeretur, mallet Burm. cui nostra locutio durior videbatur. — 274. *lævo* pro *dextro*, quod et Drak. et mihi in mentem venit, substituit Lefeb. qui monet poetam pro suo ingenio, non ad exemplum Livii, aciem ordinasse, et, quia Varro die illa imperium tenuerit, eum dextro, Paulumque sinistro cornu præfecisse. Conf. not. ad v. 268 sq.

cati erant, videntes Solymi clipeum (*arma vetantia pugnam*, v. 261), stupescunt omine, Cell. Cf. v. 175 sq. *Corpora* Satrici et Solymi. — 263. *stant;* cf. ad II, 639, in V. L. 264 sq.; cf. ad v. 162 sq.

266. *carmen*, titulus, inscriptio, ut XV, 491; Virg. Æneid. III, 287; Ovid. Ep. VII, 194; Drak.

267. *describit munera pugnæ;* unicuique adsignat, quod in prælio faciendum sit, Drak. id qd. v. 244 *dispensat vires*. — 268 sq. Varronem rexisse lævum cornu, Paulum dextrum, et Servilium mediam aciem, etiam Livius et Polyb. tradunt : at Silius v. 220 sq. Nealcen præfecit lævo cornu, quod dextro oppositum est, et tamen h. l. narrat, Varronis cornu oppositum fuisse illi, cui præfuerit Nealces, adeoque erravit, ut sup. V, 4, (ubi vid. V. L.) et ut Livius XXXIII, 9, ubi tamen Gronovius *in lævo cornu* pro *dextro* reponit, quo modo etiam hunc errorem a poeta in scribas librarios derivare facile foret, sed sine librorum auctoritate nihil mutare audeo; Drak. Cf. ad v. 274 in V. L. — 270. *Iapyge* ut I, 51, *campum Iapyga;* ubi nota est videnda. Ed.

272. *Servilius* et Atilius Regulus, superioris anni consules ap. Polyb. III, 114; sed solus Servilius ap. Liv. XXII, 45, quem v. et c. 25. — *obvia Arma*, oppositam Pœnorum aciem, *adire*, adgredi, adoriri, ut ap. Virg. Æn. V, 379; IX, 56. — 275 sq. Cf. ad v. 242. — *His*

Scipiadæ datur ire manum; quæque arte dolisque
Scindent se turmæ, prædicit spargere bellum.
  Jamque propinquabant acies, agilique virorum
Discursu, mixtoque simul calefacta per ora
Cornipedum hinnitu, et multum strepitantibus armis
Errabat cæcum turbata per agmina murmur.
Sic, ubi prima movent pelago certamina venti,
Inclusam rabiem, ac sparsuras astra procellas
Parturit unda freti, fundoque emota minaces
Exspirat per saxa sonos, atque acta cavernis
Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.
  Nec vero, fati tam sævo in turbine, solum
Terrarum fuit ille labor; Discordia demens

276. *quæque*, non *quaque*, Colon. Oxon. R. 1, 3, Medinl. — 280. *hinnitum* Col. et Put. *strepitantibus* Colon. et Ox. ut *strepere* apud Virg. Æn. IX, 808. X, 568, de sonitu, quem conlisa et inpulsa arma reddunt, Drak. *crepitantibus* Put. conf. ad XIV, 310; XVI, 30. Vulgo *trepidantibus*, h. e. festinantibus, prob. Dausq. qui præterea *alis* pro *armis* rescribendum putabat: sed eas Silium jam per *agilem virorum discursum* expressisse monet Drak. — 282. *Sic tibi*, et mox *castra* pro *astra*, Ox. — 284. *Pertulit* R. 1, 3, Parm. Med. *minacum* Col. — 287. *sævo in t.* scripti, teste N. Heins. Sed *sævo turbine* duo scripti, omnesque editi, si fides habenda Lefeb. qui præposit. margini adscriptam in textum inrepsisse putat, ut *super;* v. ad I, 60 in V. L. — 276. *Scipiadæ*, Scipioni. Conf. ad VII, 107. — 277. *spargere bellum*, ut *distrahere* diversis locis, vel dispersis divisisque copiis, vel vagando, bellum gerere et ubivis circumferre, ut *spargere arma* apud Virg. Æn. VII, 551; vid. Ernesti ad Tac. Ann. III, 21, quemque ibi laudat Burm. ad Val. Fl. V, 488, et Lucan. III, 68.

282. Indicia tempestatis: *unda freti*, mare, *parturit rabiem ac procellas*, rabiosas procellas, *inclusas*, adhuc in gremio maris contentas, *sparsuras astra*, quæ, ubi emissæ fuerint, cælum adspergine adtingent; Lenz. Cf. VII, 569 sq. — Sic congredientium militum clamorem et strepitum cum maris sonitu confert Hom. Iliad. ξ, 393 sq. Drak. — *sparsuras astra procellas*. Conf. III, 659; Virg. Æn. III, 423, 567, 574. — 286. Cf. ad III, 475.

287 sqq. Narrationi gravissimarum rerum, pugnæque atrocissimæ Silius θεῶν μάχην intexit, partim Homeri, (Iliad. υ, 32 sqq.) Maronis, (Æn. VII, 698 seq.) Petronii (c. 124) aliorumque exemplum sequutus, partim motus auctoritate Virgilii, ex cujus insigni loco, Æn. X, 11... 15, probabili judicio conligere possis, ex antiquioribus poetis hæc imitatione adumbrata esse. Dii Romanis faventes v. 290... 295, at iisdem adversi v. 296... 299 recensentur. — 288 sq. *Discor-*

Intravit cælo, Superosque ad bella coegit.
Hinc Mavors, hinc Gradivum comitatus Apollo,
Et domitor tumidi pugnat maris : hinc Venus amens,
Hinc Vesta, et captæ stimulatus cæde Sagunti
Amphitryoniades, pariter veneranda Cybebe,
Indigetesque Dei, Faunusque, satorque Quirinus,
Alternusque animæ mutato Castore Pollux.
Contra cincta latus ferro Saturnia Juno,
Et Pallas, Libycis Tritonidos edita lymphis,
Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon,
Multaque præterea Divorum turba minorum.
Quorum ubi mole, simul venientum et gressibus alma
Intremuit tellus, pars inplevere propinquos
Divisi montes, pars sedem nube sub alta
Ceperunt : vacuo descensum ad prælia cælo.

v. 196 et al. passim. — 289. *cælo*, non *cælos*, scripti et antt. edd. conf. ad VI, 498. *Luctavit cælo* Ox. Put. R. 1, 3, Parm. Med. prob. Barth. — 292. *Hinc est a captæ*, etc. conj. Dausq. quoniam *Vesta*, quum terra sit, eaque inmota maneat, a bello et conflictu seponenda videatur. Eum tamen nimium argutari, parique modo Vestam a Claudiano non semel induci, ut et a Nasone in Fastis, observat N. Heins. — 293. *Cybebe* pro *Cybele* reposui; v. ad VIII, 363. — 297. *Tritonidos* Col. R. 1, 3, Parm. Med. *Tritonidas* Put. *Tritonides* Ox. Vulgo *Tritonides*. — 303. *discensum* Colon. et Put.

dia, Ἔρις, Olympios ad pugnam excitat; Lenz. — 291. *Venus amens*, furens (vel potius attonita tanto discrimine, Romanis suis inminente); Lenz.

292. Cf. I, 273 sq.; III, 475 sq. et V. L. — 293. *veneranda*, ut πότνια ap. Hom. Iliad. α, 568; δ, 2, et al. Eurip. Hippol. 53. Cf. ad VII, 382; Heyne ad Tibull. IV, 2, 10; et ad Virg. Ge. III, 294.

294. *Indigetes dei*, ἐγχώριοι. Vid. Heyne ad Virg. Ge. I, 498. — 295. Cf. XIII, 805; Pind. Nem. X, 103 seq.; Virg. Æn. VI, 121, ubi vid. Heyne. Non temere autem id fictum monet Dausq., quia Tyndaridæ sæpe adjutores Romanorum fuisse dicantur, v. c. Flor. I, 2; Liv. XXII; Cic. Tusc. I (Nat. D. II, 2). *Pollux alternus animæ*, alternis vivens, *Castore mutato*, interea apud inferos agente; Lenz. Virg. Æn. VI, 121, *alterna morte*. Ed.

296. *Contra*, a partibus Hannibalis, unde *patrius* Hammon. — *Juno cincta latus ferro*, ut apud Virg. Æn. II, 614, « ferro adcincta; » Lenz. — 297. Cf. ad III, 322.

298. Vid. ad I, 414; II, 59; III, 10. — 299. *minores Divi*, seu Indigetes, ut quidam in partibus Rom.; Lenz. — 300. Conf. ad IV, 442. — *alma tellus*, πουλυβότειρα γαῖα. Iliad. λ, 564; ξ, 200. — 301. Conf. ad III, 203.

Tollitur inmensus deserta ad sidera clamor,
Phlegræis quantas effudit ad æthera voces
Terrigena in campis exercitus : aut sator ævi
Quanta Cyclopas nova fulmina voce poposcit
Jupiter, exstructis vidit quum montibus ire
Magnanimos raptum cælestia regna Gigantas.
Nec vero prima in tantis concursibus hasta
Ulla fuit : stridens nimbus certante furore
Telorum simul effusus, cupidæque cruoris
Hinc atque hinc animæ gemina cecidere procella.
Acrius insanus dextra qua ducitur ensis,
Bellantum pars magna jacet : super ipsa suorum
Corpora consistunt avidi, calcantque gementes.
Nec magis aut Libyco protrudi Dardana nisu,
Avertive potest pubes, aut ordine pelli
Fixa suo Sarrana manus, quam vellere sede
Si cœptet Calpen inpacto gurgite pontus.

305. *effudit* e scriptis et priscis edd. recepi cum Lefeb. Vulg. *effundit.* — 309. *Gigantas* pro *Gigantes* scripsi, auctore N. Heins. quem v. ad Claud. Cons. Hon. IV, 534; Ovid. Metam. lib. I, v. 152; Fast. lib. III, v. 439, et ex P. IV, VIII, 59. — 311. *nimbis effusis* R. 1, Parm. Med. *nimbis effusus* edd. Marsi et Gryph. *membris effusus* Put. *strident nimbi e. f. T. s. effusi* opinabatur N. Heins. — 312. *rapidæque* (h. e. rapaces, ut ap. Ovid. Epist. X, 96) Ox. et Put. prob. Barth. *rabidæque* R. 1, 3, Parm. Med. — 314. *Acri ast*, vel *Ast acri* suspicabatur N. Heins. Sed recte, opinor, Burm. *Ac prius insanus d. quam d. e.*, h. e. antequam ad manus ventum est, et comminus pugnabatur; quam conject. verissimam putabat Draken. et in contextum recepit Lefeb. coll. XII, 384, 651; XVII, 408; Hom. Iliad. ρ, 530; et Liv. XXVIII, 2 : *Post emissa tela, res gladiis geri cœpta.* In vulgata lect. adquiescit Ern. — 320. *cœplet*, Col. Ox. R. 2; cf. ad

305. Cf. ad IV, 275. — 306. *Terrigena*, *γηγενὴς*, *exercitus*, Gigantes. — 308. Cf. Heyne ad Virg. Ge. I, 277 seq. — 309. *Magnanimos*; vid. ad I, 29. — 310 sqq. Cf. Liv. XXII, 47. Tantus erat ardor bellandi, ut hastæ simul jacerentur, nec dignosci posset, quæ prima fuerit; Mars. — 311 sq. *Stridens nimbus Telorum*, ut v. 313 *procella.* Conf. ad I, 311 et 334. — 313. *gemina procella*, quoniam duo exercitus pugnant; Lenz. — 314. Cf. V. L. — *dextra* ala, in dextro cornu, *qua*, etc., ubi fervidior pugna est; Lenz. — *ducitur*, educitur vagina. Vid. ad VIII, 340. — 317 sqq. Neutra acies inclinari poterat; sed utraque, montis instar, inmobilis stabat. Cf. Hom. Iliad. ο, 615... 622. Virg. Æn. VII, 586 sq.; X, 693. — 320. *Calpen*; cf. ad I, 141; V, 395. — *inpacto gurgite*. infuso fluctu. Cf. ad IV, 370.

Amisere ictus spatium, nec morte peracta
Artatis cecidisse licet: galea horrida flictu
Adversæ ardescit galeæ, clipeusque fatiscit
Inpulsu clipei, atque ensis contunditur ense.
Pes pede, virque viro teritur; tellusque videri
Sanguine operta nequit, cælumque et sidera pendens
Abstulit ingestis nox densa sub æthere telis.
Quis adstare loco dederat Fortuna secundo,
Contorum longo et proceræ cuspidis ictu,
Ceu primas agitent acies, certamina miscent.
At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo,
Missilibus certant pugnas æquare priorum.
Ultra clamor agit bellum, milesque, cupiti
Martis inops, sævis inpellit vocibus hostem.
Non ullum defit teli genus. Hi sude pugnas,

II, 275. Vulg. *tentet.* — 329. τὸ *et* delendum putabat N. Heins. ut esset adpositio. — 335. *Non ullum* Col. R. 2, et Mars. in notis. *Nec u.* R. 1, Med. et edd. Marsi. *Ullum nec* Asul. Plant. D. Heins. Cell. quia τὸ *nec* Silii temporibus non-

321. Adeo conferti et densi in pugnam utrimque ruerant, ut militibus spatium jacula conjiciendi deesset, utque, qui jam interfectus erat, in terram cadere non posset; Draken. qui comparat Lucan. II, 201 seq.; V, 218; Flor. IV, 9, et inpr. Virg. Æn. IX, 807 sqq., ubi vid. Heyne; cf. Liv. XXII, 47 pr. sup. ad IV, 352; Barnes. ad Eurip. Heracl. 836, et Klotz. ad Tyrtæum p. 101. — 322. *galea horrida flictu*, etc. Cf. Virg. Æn. IX, 667. — 327. *Abstulit nox cælum*, ut XII, 647, et ap. Virg. Æn. III, 198. — *cælum*, ejus adspectum. — *pendens nox*; cf. ad VI, 323.

328. In secunda acie hastis utuntur, in tertia missilibus. — 330. *certamina miscent*; vid. ad I, 69.

331. *inglorius ordo*, ψιλοί, Suid. τάξις ἀγεννεστάτη. Conf. Arcer. ad Ælian. Tact. c. II, et Burm. ad Val. Fl. VI, 530.

333, 334. Qui in ultimis aciei ordinibus stabant, quoniam ipsi manus cum hoste conferre non poterant, ne tamen nihil agerent, clamore bellum agitabant, ut eo hostem terrerent, suosque adcenderent; Draken. coll. Curt. VI, 1. « Spectabant plures, quam inieraut prælium, et qui extra teli jactum erant, clamore invicem suos adcendebant. »

335. Silius imitatur Virg. Æn. II, 467, *nec ullum Telorum interea cessat genus:* ejusque mens est, in hac pugna nullum teli genus defuisse, ne quidem *falaricam*, cujus usus in urbium expugnationibus, cujusque emissæ tanta vis ac violentia erat, ut vel ipsos muros subruere valeret; Drak.; conf. ad I.

Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili;
At saxis fundaque alius, jaculoque volucri:
Interdum stridens per nubila fertur arundo,
Interdumque ipsis metuenda falarica muris.
Speramusne, Deæ, quarum mihi sacra coluntur,
Mortali totum hunc aperire in secula voce
Posse diem? tantumne datis confidere linguæ,
Ut Cannas uno ore sonem? Si gloria vobis
Nostra placet, neque vos magnis avertitis ausis,
Huc omnes cantus, Phœbumque vocate parentem.
Verum utinam posthac animo, Romane, secunda,
Quanto tunc adversa, feras! sitque hactenus, oro,
Nec libeat tentare Deis, an Troia proles
Par bellum tolerare queat. Tuque, anxia fati,
Pone, precor, lacrimas, et adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi: nam tempore, Roma,
Nullo major eris: mox sic labere secundis,

dum producebatur; *desit* R. 1 et Med. — 336. *fali* pro *pili* Put. unde *pali* conj. N. Heins. — 339. Hic versus in Puteol. deest, et in vulgg. edd. ante v. 338 legitur. Sed eos transponendos esse jam viderat Dausq. cujus conj. firmatur auctoritate eod. Col. et Ox. *interdum ipsis* male Nicander, et post eum alii edidere; unde *Ipsis interdum* reposuere Gryph. et Nut. ut metro consulerent. Ita quoque legendum putabat N. Heins., vel *Interdum quassis.* — 341. *aperiri* idem recte, puto, emendabat. — 344. *nos* Ox. R. 1, 3, Med. — 347. *stetque hactenus* malebat Dausq. et *sisque* N. Heins. — 348. *dies* Put. *Deos* Buzio.

350, et inf. XIII, 196 sqq. — 336. *pinu flagrante*, face pinea, ut ap. Virg. Æn. VII, 397; IX, 72, 522.; cf. inf. XIII, 199. — *pondere pili*, ut II, 246.

340. Nova Musarum invocatio, ad gravitatem rerum narrandarum indicandam, animosque lectorum excitandos adcommodata. Cf. ad I, 3. — 341. *aperire in secula*; vid. ad II, 511. — 343. *Ut Cannas*, infortunium et cladem Rom. ad Cannas, *uno ore*, satis digne, *sonem*, memorare possim; Drak. Cf. ad IV, 525. — 344. *neque vos avertitis*, adestis. Cf. Burm. ad Petron. cap. CX, et CXXIV; ad Valerium Fl. VI, 17.

346, 347. Cf. Horat. Od. II, III, 1. — *sit hactenus*, *oro*, opto, ut hæc ultima sit ex magnis populi Rom. calamitatibus; Cell.; cf. ad IV, 795. — 350 sq. Cf. III, 574 sq.; 584 seq.; IV, 603. — 352. *Mox*, post excisam Corinthum, et Manlii ex Asia reditum, *sic labere*, in perniciem rues, *secundis* rebus, luxu a virtute majorum degenerabis, *ut sola cladum fama*, rerum a majoribus, non a posteris eorum,

Ut sola cladum tuearis nomina fama.
  Jamque inter varias Fortuna utrimque virorum
Alternata vices incerto eluserat iras
Eventu, mediaque diu pendente per ambas
Spe gentes, paribus Mavors flagrabat in armis.
Mitia ceu virides agitant quum flamina culmos,
Necdum maturas impellit ventus aristas,
Huc atque huc it summa seges, nutansque vicissim
Alterno lente motu incurvata nitescit.
  Tandem barbaricis perfractam viribus acri
Dissipat incurrens aciem clamore Nealces.
Laxati cunei, perque intervalla citatus
Inrupit trepidis hostis: tum turbine nigro
Sanguinis exundat torrens; nullumque sub una

361. *virescit* emend. Livineius; *tremiscit*, vel *tumescit* N. Heins. refrag. Drak. qui cf. Lucr. I, 253, et Gifan. ind. Lucr. v. *Nitidæ fruges*. Omnino *incurvata nitescit* exquisite dictum pro simpl. *incurvatur*, et *nitescunt*, vel *nitidæ sunt* arbores, fruges, plantæ, quæ pulchrum præbent adspectum. Cf. Plin. XII, 25; XVII, 5 et 14, med. et 16, in Col. V, 6; Lucr. II, 594; Burm. ad Virg. Ge. II, 211. — 362. *acri clamore* scripsi, ut IV, 96; X, 460; *acris* R. 1, 3, Parm. Med. Beness. Marsi aliæque edd. *acer* Tell. et vulgg. edd. quod revocavit Lefeb. — 365. *Inrumpit* Puteol. *trepidus* Col. *trepidos* corrig. N. Heins. conf. ad II, 378; *nigri Sanguinis* Col. quod nescio cur concinnius duxerit N. Heins. et cur Drak. tot inlustraverit exemplis. Vulgata potius lectio doctior est. — 366. *sub una* Col. R. 1, 3, Parm. Med. Ben. ut jam conjecerat Barth. Vulgo male post *corpus* comma ponitur, et legitur *sub ima*, quod ita interpretatur Cell. « in pectus excipiebant cuspidem, et cadebant resupini: nam si in tergum recepissent, ut fugientes solent, super imam cuspidis partem

gestarum memoria, *tuearis nomina*, gloriam tuam.

354 seqq. Poeta atrocissimam pugnam cladem que, omnium pæne, quas Romani umquam acceperunt, gravissimam enarraturus, ἀκρίβειαν historicam parum curat, et, quæ Polybius III, 115, 116, et Livius XXII, 47... 49 breviter tradiderant, exempla Homeri et Virgilii secutus, adeo exornat, ut Cannensis prælii descriptio duos fere libros expleat. — Fortuna utrimque diu anceps erat, et nutabat, ut seges vento agitata. Silius venusta quidem comparatione, sed vs. 354... 357, magna quoque verborum luxurie ejusdem rei notionem expressit.

362. *barbaricis viribus*; cf. sup. v. 220... 226. Leuz. suspicatur, poetam ante oculos habuisse Polyb. III, 116, 5 sq. Οἱ δὲ Νομάδες ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος, etc. — 364. *Laxati cunei*, ut ap. Virg. Æn. XII, 269.

366. Abundat τὸ *sub* (de quo vid. Barth. ad Claud. in Eutrop. I, 50, et mox ad v. 373); et sensus est, tot tela fuisse conjecta, ut plura plerumque in unius corpore

Cuspide procumbit corpus. Dum vulnera tergo
Bellator timet Ausonius, per pectora sævas
Exceptat mortes, et leto dedecus arcet.
Stabat cum primis mediæ certamine pugnæ,
Aspera semper amans, et par cuicumque periclo,
Scævola; nec tanta vitam jam strage volebat,
Sed dignum proavo letum, et sub nomine mortem.
Is postquam frangi res, atque augescere vidit
Exitium, « Brevis hoc vitæ, quodcumque relictum,
Extendamus, ait : nam virtus futile nomen,
Ni decori sat sint pariendo tempora leti. »
Dixit : et in medios, qua dextera concita Pœni
Limitem agit, vasto connixus turbine fertur.

ceciderint. » — 370. *certamine* Colon. et Oxon. Vulgo *certamina pugnæ Aspera s. amans*, quod servavit Lefeb. — 371. *avens* R. 1, 3, Parm. Med. Parum interest : nec tamen h. l., quod Ernesti monet, sed XII, 451, Nicander primus edidit *avet*. — 377. *Ni decoris assint pariendo tempora leti* Col. unde nostram lectionem eruit N. Heins. *Ne decoris adsint* Teil. et R. 2. *Ni decoris adsint patiendo tempora leti* edd. Marsi. *Ni decoris assint parendo tempore leti* Oxon. et Put. *Absit, ni decores pereundo tempora leti* R. 4 et Med. quod non displicet Lefeb. Ita et R. 3, nisi quod in ea *decoret* legitur. *Ni decoris absint pereundo tempora leti* Parm. *Adsint indecoris patiendo tempora letum* Ven. Marsi. *Ni decus huic atri superarit tempora leti* Benessa. *Ni decus affuerit patiendo, ubi tempora leti Proxima sint, pulchramque petat per vulnera laudem* reliquit Nicander, quem spurii versus auctorem sequuti sunt alii. *Ni decus affuerit patiendo ubi tempora leta* conj. Barth. *Ni decus addiderint pereunti tempora leti* Burm. *Ni decori prosint* (h. e. inserviant) etc. conj. Withof. — 379. *connisus* scribendum monet Drak. conf. ad II, 123.

hæserint; Drak. — 367. Cf. ad V, 594. — 369. mortes, h. e. mortem, vel, ut ap. Stat. Th. VI, 790, vulnera et tela, unde plures, si singulis unum quodque inflictum fuisset, mortui forent; Drak. — *leto*, dum fortiter pugnans in acie perit, non fugam capessit; nisi malis, a *leto dedecus arcet*. Vid. ad V, 490.

372. De *Scævola* ejusque *proavo* vid. VIII, 383 sqq. — *tanta jam strage* Romanorum edita, tot civibus ab hoste cæsis, *non volebat vitam*; cf. ad V, 601. — 373. *mortem sub nomine*, ἐυκλεᾶ θάνατον, ut contra ἀνώνυμον γῆρας, dixit Pind. Ol. I, 132. Cf. VIII, 509; X, 28, 215; XII, 317; Virg. Æn. IX, 343, ubi vid. Heyne. De dictione *sub nomine*, vid. Burm. ad Ovid. Trist. II, 550, et ad Val. Fl. II, 329; III, 600. — 376. *Extendamus* etc. Cf. Æschyl. Prometh. 537. Heyne ad Virg. Æn. VI, 807; X, 467 seq.; Jani ad Horat. Od. II, 2, 5. Virtus est nomen inane, nisi mortis tempore satis tibi gloriæ parare possis. Cf. IV, 758.

379. *Limitem agit*; vid. ad IV, 462. — *turbine*, impetu.

Hic exsultantem Caralim, atque erepta volentem
Induere excelso cæsi gestamina trunco,
Ense subit, capuloque tenus ferrum inpulit ira.
Volvitur ille ruens, atque arva hostilia morsu
Adpetit, et mortis premit in tellure dolores.
Nec Gabari Sicchæque virum tenuere furentes
Concordi virtute manus; sed perdidit acer,
Dum stat, decisam Gabar inter prælia dextram.
At Siccha auxilium, magno turbante dolore,
Dum temere adcelerat, calcato inprovidus ense
Subcidit, ac nudæ sero vestigia plantæ
Damnavit, dextraque jacet morientis amici.
Tandem convertit fatalia tela Nealcæ
Fulminei gliscens juvenis furor: exsilit ardens,
Nomine tam claro stimulante, ad præmia cædis.
Tum silicem scopulo avulsum, quem montibus altis
Depulerat torrens, raptum contorquet in ora
Turbidus: incusso crepuerunt pondere malæ,

380. *Caralim* scripsi et ed. Parm. Vulgo *Calarim*. Nomen ductum ab oppido Sardiniæ, quod in optimis libris *Caralis* scriptum legitur ap. Plin. III, 7; Mel. II, 7; Strab., Liv., Ptol. et al. *Calarmi* R. 1 et Med. — 383. *arva*, non *arma*, Col. — 384. *Oppetit* malebat Lef. conf. ad V, 526; *ut mortis premat in t. d.* legendum fere videbatur Drak., qui certe in his verbis non ταυτολογίαν inesse putabat, sed rationem, qua motus Caralis arva hostilia momorderit, ne scil. victus dolore mortis vocem viro forti minus decentem emitteret. Sed *premit in tellure dolores*, levaturus eos morsu, ut fit in summo dolore; Ern. — 385. *Gabaris* recte, opinor, emend. Scaliger, et, qui in nonnullis libris id inveniri testatur, Dausq. *Sicchæ*, non *Sichæ*, passim Col. cum Parm. et ubique R. 1 et Med. — 390. *sero*, non *ferro*, Col. Put. R. 2. — 396. *Depulerat* Put. ut ap. Lucan. II, 666 (ubi v. Oudend.) et ὦσῃ ap. Hom. Iliad. γ, 138; Lefeb. Vulgo *Detulerat*, quod Drak. defendi posse

381. *Induere... trunco*, tropæum erigere, ut ap. Virg. Æneid. XI, 5 sqq. (ubi vid. Cerda et Heyne) et Claud. in Rufin. I, 341; Draken.

382. *subit*, invadit, ut ap. Virg. Æn. IX, 344. — 383. *arva morsu adpetit*; cf. ad V, 526.

389. *calcato ense subcidit*, pedem perdidit, Barth. quod mirum videri potest. — 390. *vestigia plantæ*, pedes nudos habuisse in acie. Conf. Virg. Æn. VII, 689. — 393. *Fulminei*; cf. ad I, 421. — *exsilit ardens*, Nealces, dux Pœnorum.

395 seq. Nealces saxum jacit, more heroum ipsorumque deorum. Conf. v. 466 sq.; Heyne ad Virg. Æneid. XII, 896, et Kœppen ad Hom. Iliad. ε, 305. — 397. Cf. Virg. Æneid. V, 436.

Ablatusque viro vultus : concreta cruento
Per nares cerebro sanies fluit, atraque manant
Orbibus elisis et trunca lumina fronte.
Sternitur unanimo Marius subcurrere Capro
Conatus, metuensque viro superesse cadenti.
Lucis idem auspicium, ac patrium et commune duobus
Paupertas; sacro juvenes Præneste creati
Miscuerant studia, et juncta tellure serebant.
Velle ac nolle ambobus idem, sociataque toto
Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.
Obcubuere simul; votisque ex omnibus unum
Id Fortuna dedit, junctam inter prælia mortem.
Arma fuere decus victori bina Symætho.
  Sed longum tanto lætari munere casus
Haud licitum Pœnis : aderat terrore minaci

monet ex Val. Fl. II, 523, ubi v. Burm. — 401. *Capro* R. 1, 3, Parm. Mediol. Vulgo *Caspro*, quod non est nomen Rom. — 403. *æs patrium ac commune duobus Paupertas sacrum* (h. e. instar religioois animos duorum cootioeos, et sacra quædam res, utpote quæ frugi vitam colere docet) malebat Barth. Adv. I, 20. Male! *ac patriæ* opinabatur N. Heins. — 410. *Symætho* ooo *Symetho*, Col. Ita et scribeodum XIV, 231; *Σύμαιθος* fl. in Sicilia. Conf. Heins. ad Ovid. Met. XIII, 750.

398. *viro*, Scævolæ, *ablatus vultus*; cf. ad IV, 242. — 400. *Orbibus*, oculis, ut *κύκλοι* ap. Sophocl. OEd. Reg. 1270. Cf. Burm. ad Ovid. Met. II, 752, et ad Val. Fl. III, 178; IV, 235. — *trunca fronte*, ut III, 42, et IV, 539. — 402. *metuens*, *δυνῶς*pro, non optans, nolens.

403. *patrium* sc. *χρῆμα*; ut *triste lupus stabulis* ap. Virg. Ecl. III, 80, et *μέγα χρῆμα Λάκαιναν* ap. Callim.; Lefeb. *patrium*, ut *ἐμοὶ πατρῷον ὄντα*, vel *πάτριον* et *γενναῖόν ἐστι*. Vid. Heins et Burm. ad Val. Fl. II, 157. — 404. *Præneste sacro*, ob sortes Fortunæ Prænestinæ, (unde et v. 409, *Fortunæ* mentionem factam monet Ern.) ut ap. Stat. Silv. IV, IV, 15; Burm. Cf. sup. ad VIII, 364.

406. Comparant Sallust. B. C. c. 20, *Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est*; et Virgil. Æneid. IX, 182, *His amor unus erat, pariterque in bella ruebant*: ubi intpp. laudant Homer. Iliad. π, 219: *ἕνα θυμὸν ἔχοντες*. Sed poeta nimis, ut solet, h. l. verbis ludit. — 407. Conf. ad librum I, vs. 615.

408 sq. Artissima amicitia juncti plerumque vovent, et pro maximo mortis solatio habent, ut quemadmodum in vita, sic et in morte conjungantur; Drak. coll. XVII, 472; Eurip. Suppl. 106 seq. Stat. Th. II, 642; Ovid. Met. V, 73; Virg. Æn. IX, 445. — 410. *bina*, utriusque, Marii et Capri.

Digitized by Google

Scipio, conversæ miseratus terga cohortis,
Et cuncti fons Varro mali, flavusque comarum
Curio, et a primo descendens consule Brutus.
Atque his fulta viris acies repararet ademtum
Mole nova campum, subito ni turbine Pœnus
Agmina frenasset jam procurrentia ductor.
Isque ut Varronem procul inter prælia vidit,
Et juxta sagulo circumvolitare rubenti
Lictorem; « Nosco pompam, atque insignia nosco :
Flaminius modo talis, » ait. Tum fervidus acrem
Ingentis clipei tonitru prænuntiat iram.
  Heu miser! æquari potuisti funere Paulo,
Si tibi non ira Superum tunc esset ademtum
Hannibalis cecidisse manu. Quam sæpe querere,
Varro, Deis, quod Sidonium defugeris ensem?
Nam, rapido subitam portans in morte salutem
Procursu, cœpta in sese discrimina vertit
Scipio : nec Pœnum, quamquam est ereptus opimæ

416. *repararat* conj. N. Heins. frustra. — 429. Sic idem vulgatam lectionem *cœpta sese in d. v.* emendavit; *incœpta sese d.* Ox. et Put. *incœpta sese ad d.* R. 3; *incepta ad sese d.* R. 1 et Med.

414. *flavus comarum*; cf. ad I, 438. — 416. *acies* Rom. *repararet*, reparasset, *nova mole*, novis auxiliis, ope multorum magnorumque virorum, *campum ademtum*, restituisset pugnam, rem in fugam inclinatam, *nisi Pœnus*, Hannibal *agmina* Rom. *fœnasset*, eorum impetum inhibuisset. — 417. *turbine*, impetu : quæ vox et ad *Pœnum*, et ad *agmina jam procurrentia* referri potest.

420. Ex hisce morem Romanorum cognosce, ne in pugnæ quidem fervore lictores a consule recessisse, eosdemque tum rufo sagulo amictos; Cell. cf. ad IV, 517.

422. *Flaminius* nuper *talis* erat, his insignibus ornatus : quod acerbe et invidiose dictum. — 423. *tonitru clipei*, quatiens eum, more heroum, ad terrorem incutiendum. Cf. IV, 434, et ab Ern. jam laudatus Virg. Æneid. VIII, 354; XII, 332, ad quæ loca vid. Heyne.

424 sqq. Scipionem, cujus præcipuæ in hoc bello partes fuere, non Varronem, in certamen singulare cum Hannibale descendisse, non sine judicio poeta comminiscitur; quod jam observavit Ern. — Varronem adloquitur poeta, nec sine sarcasmo. — 425. Conf. sup. v. 160. — 428. *in morte*, Varroni iminente mortis periculo, ut mox *cœpta discrimina*. — 430 sq.

Cædis honor, mutasse piget majore sub hoste
Prælia, et erepti Ticina ad flumina patris
Exigere oblato tandem certamine pœnas.
Stabant educti diversis orbis in oris,
Quantos non alio vidit concurrere tellus
Marte, viri, dextraque pares, sed cetera ductor
Anteibat Latius, melior pietate fideque.
  Desiluere cava turbati ad prælia nube,
Mavors Scipiadæ metuens, Tritonia Pœno;
Adventuque Deum, intrepidis ductoribus, ambæ
Contremuere acies: ater, qua pectora flectit
Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore,
Sibilaque horrificis torquet serpentibus ægis.
Fulgent sanguinei, geminum vibrare cometen
Ut credas, oculi; summaque in casside largus

434. *in*, non *ab oris*, scripsi et R. 2. — 435. *Quantos non alio Marte*, nulla alia pugna, pro vulg. *Quanta non alias*, reposuit N. Heins. *Quantos* scripsi; *Quantas* R. 2; *alios* Col. — 438. *Desiluere* Col. Vulgo *Dissiluere*, prob. Lefeb. ut sensus sit: diversi huc Mavors, illuc Pallas e nube inruunt in campum. — 441. *acer* Put. R. 1, Parm. Med. *pectora*, non *pectore*, scripsi, R. 1, Parm. Med. — 442. *ab orbe*, h. e. clipeo etiam legi posse monebat N. Heins. — 445. e *casside* Col.

Cædes opima, ut *opima spolia*, *dona*, *pax*, I, 133; V, 167; XVI, 684.

432. Conf. IV, 466 sqq. — 434. *educti*, educati, ut ap. Prop. III, IX, 51. Cf. Ind. et Intpp. ad Plaut. Curcul. IV, II, 32. Sed totus versus frigere videtur Ern.

438 sqq. Cf. sup. v. 287 sqq. et IV, 417 seqq. Koeppen ad Hom. Iliad. ε, 130. — 441 sq. Cf. ad VII, 459. — 442. *Os Gorgoneum*, caput Medusæ, quod desectum Minerva h. l. et X, 435 sq. Virg. Æn. VIII, 435 sqq., et Pausan. Attic. c. 24, in lorica, adeoque in *pectore*, sed ap. Senec. Herc. fur. 900 seq., et alios, in clipeo gerere fingitur, unde ad ejus exemplum Imperatores Rom. cum hoc capite nunc in pectore, nunc in clipeo, sæpe in nummis ap. Tristan. Comm. Hist. T. II, p. 190, et alios conspiciuntur; Drak.; conf. Heyne ad Virg. l. c. (ubi similiter *ægis* de thorace, non de clipeo adcipienda videtur) Hom. Iliad. β, 446 sq.; ε, 738 sq.; Od. χ, 297. — *Alter ignis*; cf. ad IV, 431. — 443. *Sibila torquet serpentibus ægis*, pro, in ea conspiciuntur serpentes, quæ sibila edere videntur; et quidem tam in extremis ejus oris, quam in medio, in pectore, ubi Gorgo est. Conf. VII, 424, et Virg. Æn. VII, 786.

444 sq. Silium orationis colores mutuasse e locis Virgilii, a Clark. ad Hom. Iliad. ε, 4 conlatis; Æn. VII, 785; VIII, 680; IX, 732 et inpr. X, 270 sqq. (ubi apex, ut h. l. *vertex*, est conus, λόφος) jam mo-

Undantes volvit flammas ad sidera vertex.
At Mavors, moto proturbans aera telo,
Et clipeo campum involvens, Ætnæa Cyclopum
Munere fundentem loricam incendia gestat,
Ac pulsat fulva consurgens æthera crista.
  Ductores pugnæ intenti, quantumque vicissim
Audere est, propius mensi, tamen arma ferentes
Sensere advenisse Deos, et, lætus uterque
Spectari Superis, addebant mentibus iras.
  Jamque ictu valido libratam a pectore Pœni
Pallas in obliquum dextra detorserat hastam:
Et Gradivus, opem Divæ portare ferocis
Exemplo doctus, porgebat protinus ensem
Ætnæum in pugnas juveni, ac majora jubebat.
Tum virgo, ignescens penitus, violenta repente

447. *proturbans*, non *perturbans*, Col. — 449. *Munera*, per adpositiooem, malebat N. Heins. — 452. *Audere est* Put. R. 1, 3, Parm. Med. *Audere et* Martin. Herbip. unde *Auderet* refioxit Nicander, quem alii secuti sunt *Audere propius*, etc. Oxon. *Auderent* Benessa, quod et cooj. Barth. Adv. II, 9; *Audiere* R. 2. — 458. *edoctus* Put. vel potius, Lefeb. teste, *ebetus*. — 459. *in pugnas*, h. e. io usum pugnæ, scripti. Vulgo *in pugna*, dum pugnant. *In pugnam* edidit Lefeb. quoniam in antiquis sit *pugna*.

nuit Ern. Conf. sup. I, 460 sqq. — *sanguinei oculi*, iræ et furoris indicia, ut apud Val. Fl. IV, 235, et Virg. Æn. IV, 643, ubi Gr. ὄμμα ὕφαιμον coufert Heyne. Sic et ὄμμα αἱματηρὸν dixit Eurip. Iph. Aul. 381. — 446. *Undantes flammas*, vid. Cerda ad Virg. Ge. I, 473, et Æn. XII, 673. — 448. *involvens*, quasi nube vel umbra. Omnia in majus aucta. — *Ætnæa... gestat;* imitat. Virg. Æneid. VII, 786, ubi Hom. Iliad. ι, 4 sq., et ε, 205 sq. comparat Heyne. Arma deorum a *Cyclopibus*, ad *Ætnæ* radices habitantibus, et a Vulcano fabricata, ἡφαιστότευκτα, quis ignorat! Hinc et *incendia Ætnæ*, et v. 459 *Ætnæum ensem*. — *consurgens;* conf. ad I, 400; IV, 610.

452. *est;* v. ad I, 163. — *Audere*, rem gerere, pugnare, ut v. 612; N. Heins. 453. Cf. Heyne in Exc. XIII, ad Virg. Æn. I, et Exc. I ad Æn. IX, 659, 660. — 454. *addebant mentibus iras;* cf. ad I, 71.

455. sq. Hom. Iliad. ι, 853 seq. comparat Lef. — 459. *majora jubebat*, sc. audere, seu animo concipere; quia verbum *jubere* absolute quarto casui non jungatur; Drak. *Jubere aliquid* bene dicitur, sed non *aliquem*, vel *alicui*, quod ipse Burmannus a Drak. laudatus, ad Petron. Sat. c. 71 monuit. — 460. *ignescens* ira, ut XIII, 180 et Virg.

Subfudit flammis ora, atque, obliqua retorquens
Lumina, turbato superavit Gorgona vultu.
Erexere omnes immania membra chelydri
Ægide commota, primique furoris ad ictus
Rettulit ipse pedem sensim a certamine Mavors.
Hic Dea convulsam rapido conamine partem
Vicini montis, scopulisque horrentia saxa
In Martem furibunda jacit, longeque relatos
Expavit sonitus, tremefacto litore, Sason.
At non hæc Superum fallebant prælia regem.
Demittit propere subcinctam nubibus Irim,
Quæ nimios frenet motus, ac talia fatur:
« I, Dea, et OEnotris velox adlabere terris,
Germanoque truces, dic, Pallas mitiget iras,
Nec speret fixas Parcarum vertere leges:
Dic etiam, Ni desistis (nam virus et æstus
Flammiferæ novi mentis), nec conligis iram,
Ægide præcellant quantum horrida fulmina nosces. »
Quæ postquam adcepit dubitans Tritonia virgo,

466. *rapide* Tell. et R. 2, *rabido* malebat Drakenborch. — 467. *scrupisque* legendum putabat N. Heins. Conf. ad lib. VII, v. 274; *horrentia*, non *hærentia*, scripti et R. 2. — 469. *Sason* Colon. et Oxon. *Sanson* Puteol. R. 1, 3, Mediol. *Saxon* Parm. Vulgo *Sasson*, vid. ad VII, 480. — 473. *OEnotriis* scripti, R. 1, 3, Parm. Med. Sed vid. not. ad VIII, 46. — 474. *Germanoque*, h. e. in Martem, Col. Vulgo *Germanæque*, scilicet Jovis, i. e. Junonis, pro qua Palladem stetisse monet Cell. coll. v. 526. — 478. *Ægida* R. 1, a m. sec. quod recepere Lefeb. et Ern.

Æn. IX, 66. — 461. *subfudit flammis ora*; cf. ad V, 275. — *obliqua retorquens Lumina*, ut II, 621. Cf. Heyne ad Virg. Æn. VIII, 438.

462. *turbato*; vid. ad I, 477. Γοργότερον Γοργοῦς ποτε δέρκετο, D. Heins.

464. *ad ictus*, impetum, Pallade primo furore icta; nisi *crebros insani pectoris ictus* (Virg. Cir. 345) intelligere malis. — 466 sqq. Cf. sup. ad v. 395. — 468 seq. Cf. ad V, 399 seq. — 469. *Expavit*; vid. ad I, 49. — De *Sasone*, vid. ad VII, 480.

471 sqq. *Iris* nuntia Jovis plerumque et Junonis; de quo figmento vid. Koeppen ad Hom. Iliad. β, 786; Heyne ad Virg. Æn. IV, 693 sqq. et Hermanni Mythol. T. I, p. 37. — 473. *OEnotris terris*; vid. ad I, 2, et VIII, 46. — 476. *virus*, ut II, 288. — *conligis*, cohibes. Conf. ad VI, 399.

479. *Tritonia virgo*. Cf. ad III,

Nec sat certa diu, patriis an cederet armis,
« Absistemus, ait, campo : sed Pallade pulsa
Num fata avertet? cæloque arcebit ab alto
Cernere Gargani ferventia cædibus arva? »
Hæc effata, cava Pœnum in certamina nube
Sublatum diversa tulit, terrasque reliquit.
At Gradivus atrox remeantis in æthera Divæ
Abscessu revocat mentes, fusosque per æquor
Ipse manu magna, nebulam circumdatus, acri
Restituit pugnæ. Convertunt signa, novamque
Instaurant Itali, versa formidine, cædem;
Quum ventis positus custos, cui flamina carcer
Imperio compressa tenet, cælumque ruentes
Eurique, et Boreæ parent, Corique, Notique,
Junonis precibus, promissa haud parva ferentis,

480. *sat certà sui* conj. N. Heins. quem vide ad Valer. Flacc. I, 79. — 487... 489. Ita Col. Recte. Vulgo *fusamque... nebula circumdatus atra*, *Restituit pugnam*. *fusorque* Oxon. Put. Tell. R. 2, et al. edd. *fusasque* R. 1, 3, *furorque* Put. teste Lefeb. Mox *acri* scripti et R. 2, *nebulam c. atram* tacite edidit Lefeb. — 491. *Quum* non *Tum*, scripti et R. 2, *cui flamina carcer tenens* malebat N. Heins. ut ad τὸ *parent* referretur. — 494. *furentis* in quibusdam edd.

322. — 480. *patriis armis*, fulminibus patris. — 482. *arcebit*, prohibebit.—483. *arva Gargani*, campum Apulum, seu Cannensem. Cf. ad IV, 561. — 484 sq. Cf. Heyne ad Virg. Æn. V, 810; X, 82, et Koeppen ad Hom. Iliad. γ, 380; υ, 443.

487. *revocat mentes*, reparat animum, et suum et Romanorum.

488 *manu magna*, χειρὶ μεγάλῃ, παχείῃ, ut VII, 371. — 491. Poeta nimio ornatu et ὑπερβολικῶς, inpr. v. 497 et 509, amplificavit verba Livii XXII, 46. « Ventus, quem Vulturnum incolæ regionis vocant, adversus Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit. » Cf. Appian. B. Hannib. c. 20 pr. 22 extr. Senec. Natur. Quæst. V, 16; Flor. II, 6, et Liv. XXII, 43 extr. Polybium nullam hujus venti mentionem facere mireris. *Vulturnus* autem est Eurus, vel potius εὐρόνοτος, ab oriente hiberno spirans (Gell. N. A. II, 22), et forte a Vulture, monte Apuliæ (Hor. Od. III, iv, 9, et Lucan. IX, 185), dictus (ut *Iapyx* a fl. et prom. Apuliæ), pro *Vulturinus*, non, quod N. Heins. putabat, ab oppido et amne Apuliæ (imo Campaniæ) Vulturno. Cf. Virg. Æn. I, 51 seq., et 81 sq. ad quæ loca vid. Heyne Excurs. I, et III. — *ventis positus*, datus, *custos*, rex, Æolus. — 492. *cælum ruentes*, ut *mare* ap. Virg. Æn. I, 85. Cf.

Regnantem Ætolis Vulturnum in prælia campis
Effrenat: placet hic iræ exitiabilis ultor.
Qui, se postquam Ætnæ mersit candente barathro,
Concepitque ignes, et flammea protulit ora,
Evolat horrendo stridore, ac Daunia regna
Perflat, agens cæcam glomerato pulvere nubem.
Eripuere oculos auræ, vocemque, manusque:
Vortice arenoso candentes (flebile dictu!)
Torquet in ora globos Italum, et bellare maniplis
Jussa lætatur rabie. Tum mole ruinæ
Sternuntur tellure et miles, et arma, tubæque;
Atque omnis retro flatu obcursante refertur
Lancea, et in tergum Rutulis cadit irritus ictus.
Atque idem flatus Pœnorum tela secundant,

495. *Ætolis* pro *Æoliis* recte substituere N. Heins. et Clov. Ital. ant. IV, 12, p. 1227. — 496. Lef. ducibus antiquis (quibus? frustra quæres), v. 513 (in quo *Ecce caput* retioxit) et 514, post hunc versum, vss. 515... 517, post v. 500, et vss. 518... 520, post v. 507, posuit. Ita primum memorator, quid Vulturnus nocuerit Romanis, et deinde quantum Pœnis profuerit. Sed vulgaris verborum ordo, etsi a rhetorica forte subtilitate alienus, tamen et naturæ rei h. e. perturbationi illi, et rationi poeticæ multo convenientior videtur Cl. Ernesto. — 504. *Jussa lætatur rabie* Col. quod cum Lefeb. recepi, auctore N. Heins. et Richter. Specim. Obss. Crit. p. 75. In ed. Drak. *lætantur*, haud dubie operarum errore, quem non sustulit Ernesti. *Jussa lacerantur rabie* Oxon. Put. et edd. tantum non omnes. *Jussa lacessantur r.* edd. Basil. *Jussa bacchatur rabie* Parm. et Beuess. *Jussus acerbatur rabie* corrig. Dausq. prob. Barth. *Jussa alacer agitur* conj. Huetius, et *Jussa alacer fertur* Lefeb. — 505. *jubæque* emend. Dausq. et N. Heins. quod tacite recepit Lefeb. — 507. *in tergum* pro *interdum* ex emendat. Barth. Adv. II, 9, jam edidit Cell. — 508. *secundant* Col. et Oxon. Vulgo *secundat*.

ad V, 392. — 495. *Regnantem Ætolis campis*, ut Notus *arbiter Hadriæ* dicitur Horat. Od. I, III, 15, ubi vid. Jani. — 496. *Effrenat*, dimittit. — 499. *Daunia regna*; vid. ad I, 291. — 500. *cæcam glomerato pulvere nubem*; cf. Virg. Æn. IX, 33, et XII, 444, ad quæ loca vid. Heyne. — 501. *auræ*, ventus, *αὖρα*, *eripuere oculos*, eorum usum.

504. *Jussa lætatur rabie*, jussu Æoli, precibus Junonis victi, lætus furit. — *jussa rabie*, ut XIII, 372; XIV, 396, 600; XV, 130, et al. Drak. qui etiam laudavit Bentl. ad Hor. Od. III, XXVII, 71, et Heins. ad Val. Fl. III, 234, et ad Vellei. II, 126.

506 sq. Tela in Pœnos conjecta vento referuntur in Romanos. Cf. VIII, 663, 664, quosque Drak. et Dausq. laudarunt; Claud. Cons. Hon. III, 93 sq., et Lucan. IX, 471 sqq. — 507. *in tergum*, retro, *cadit*;

Et velut amento contorta hastilia turbo
Adjuvat, ac Tyrias inpellit stridulus hastas.
Tum, denso fauces præclusus pulvere, miles
Ignavam mortem compresso mæret hiatu.
Ipse, caput flavum caligine conditus atra,
Vulturnus, multaque comam perfusus arena,
Nunc versos agit a tergo stridentibus alis;
Nunc, mediam in frontem veniens clamante procella,
Obvius arma quatit, patuloque insibilat ore.
Interdum intentos pugnæ, et jam jamque ferentes
Hostili jugulo ferrum, conamine ducto
Avertit, dextramque ipso de vulnere vellit.
Nec satis Ausonias passim fœdare cohortes,
In Martem vomit inmixtas mugitibus auras,
Bisque Dei summas vibravit turbine cristas.

512. *marcet* Oxon. et Puteol. prob. Barth. Adv. II, 9, ut sit, marcore ignavam mortem inter media tela perit. Male! — 515. *agitat tergo* Veneta II, Marsi, quod mendum typograph. multas postea edd. occupavit. — 517. *ori*, scilicet Romanorum, maluerit N. Heins. coll. VII, 146; XII, 616. *Ventus Cercius*, *quum loquare*, *buccam implet*, Gell. N. A. II, 22; Drakenborch. — 518. *prementes* conj. N. Heins. pro *ferentes ferrum*, quod numquam legere meminit. Vulgatam lect. Drakenb. firmat e v. 544; Tac. Ann. I, 35, et Virg. Ge. IV, 330. Conf. sup. ad III, 365. — 519. *ducto* R. 1, 3, Parm. Med. Conf. Gron. Obss. I, 13; *dictu* Oxon. et Put. Vulgo *et ictu*. — 522. *iras* Col. ut conj. D. Heins. — 523. *libravit*, Oxon. Put. R. 1, 3, Parm. Med. unde N. Heins. ad vid. ad IV, 315.—509. *amento*; cf. ad I, 318. — 512. Milites Romani mærebant, se, tamquam imbelles et ignavos, nullo edito egregio facinore obcumbere; Drak. cf. IV, 605 sq. ad III, 123, et de sententiæ gravitate Klotz. ad Tyrtæum p. 146, 147. Ipsius rei imaginem desumtam et verba *compresso mæret hiatu* explicanda monet Lefeb. e Liv. XXII, 51. « Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjecta humo, interclusisse spiritum adparebat.

515. Cf. ad I, 589. — 516. *clamonte procella*; vid. ad III, 471.

520. *vulnere*, forte ferro, seu telo, quo vulnus infligere conabatur: vid. ad I, 397. Locum, qui ad vulnus infligendum petebatur, intelligit Ernesti. Idem v. 522, *vomit auras* infelici metaphora dictum putat. Sed cf. Virg. Æn. VIII, 681; Ge. II, 462 et al. — 523. *vibravit*, movit, concussit, ut *Obvia adversas vibrabant flamina vestes*, dixit Ovid. Met. I, 528, et similia alii. Lefeb. interpretatur, *contorsit*, coll. Virg. Æn. XII, 100; vid. V. L. et ad I, 539.

Quæ dum Romuleis exercet prælia turmis
Æolius furor, et Martem subcendit in iras,
Adfatur virgo socia Junone parentem :
« Quantos Gradivus fluctus in Punica castra
(Respice) agit, quantisque furens se cædibus inplet!
Nunc, quæso, terris descendere non placet Irim?
Quamquam ego non Teucros (nostro quum pignore regnet
Roma, et Palladio sedes hac urbe locarim),
Non Teucros delere aderam; sed lumen alumnæ
Hannibalem Libyæ pelli florentibus annis
Vita, atque exstingui primordia tanta negabam. »
Excipit hic Juno, longique laboris ab ira,
« Immo, ait, ut noscant gentes, inmania quantum
Regna Jovis valeant, cunctisque potentia quantum
Autistet, conjux, Superis tua, discute telo

h. l. et ad Claud. in Rufio. II, 406; *libavit* scribendum putabat, quod post Cell. et Drak. recepit Ernesti, cui tamen, ut Lefeb., hoc de *turbine* paulo clementius et tenuiter dictum videtur. Sed epitheton *summas* illi conj. favet, nisi forte *fulvas cristas*, ut sup. vers. 450, poeta scripsisse censendus sit. Conf. ad V, 274, et Stat. Th. V, 587. — 535. *hic* Oxon. Vulgo *hæc*. — 538. *dissice*, Oxon. Put. R.

525. *Æolius furor*, ut *patrius furor*, lib. I, v. 71. — 526. *virgo*, Pallas. — 527 seq. *fluctus agit*, ut *κῦμα συμφορᾶς, κακῶν, μάχης, στρατοῦ, δοχμολόφων ἀνδρῶν* ap. Eurip. Hippol. 825; Lycophr. 228 (ubi vid. Potter.); Æsch. Sept. c. Theb. 63, 116, et similia ap. alios poetas, quos laudavit Klotz. ad Tyrtæum, p. 124... 129. Cf. etiam ad VIII, 32. Nonne nunc quoque ad Martem, ut antea ad me, (sup. v. 471 sq.) Irim mittes, quæ a prælio eum revocet? — 530. *Teucros*, Romanos. — 531. De *Palladio*, vid. Heyne Exc. IX ad Virg. Æn. II, in editione nostra Vol. II, p. 337. Ed.

532. *delere*, græce, pro, ut delerem. — *aderam*, in prælio et partibus Pœnorum. — *lumen*; vid. ad VI, 130. — *alumnæ*, quæ me aluit, Mars. Cf. ad III, 322. — 534. Cf. III, 79. — *negabam*, nolebam, vel probibebam, ut I, 107, 520.

535 sqq. Verba iratæ Junonis, æque ac Palladis et Jovis, adfectui ejus et ingenio aptissima sunt : Per me vel Pœnos evertas licet, ut utique ostendas, quam potens sis! An hæc *σαρκαστικῶς* accipienda sunt : Quin potius deles hanc gentem, ut, quanta sit potentia tua, intelligatur? Sed illa ratio probabilior propter verba, *ab ira* (vid. ad II, 139) *longi laboris*, quem et Pœni, et ipsa in eorum gratiam pertulerat. — *labor*, ærumnæ, vel bellum. Vid. ad I, 3, et VI, 386. Conf. Virg. Æn. I, 25, et V, 608. Silio ante oculos fuisse Hom. Iliad. δ, 51... 56, jam notavit D. Heins.

538. sq. *telo Flagranti*, *πυρπάλα-*

Flagranti (nil oramus) Carthaginis arces,
Sidoniamque aciem vasto telluris hiatu
Tartareis inmerge vadis, aut obrue ponto. »
  Contra quæ miti respondet Jupiter ore :
« Certatis fatis, et spes extenditis ægras.
Ille, o nata, libens cui tela inimica ferebas,
Contundet Tyrios juvenes, ac nomina gentis
Induet, et Libycam feret in Capitolia laurum.
At, cui tu, conjux, cui das animosque decusque,
(Fata cano) avertet populis Laurentibus arma.
Nec longe cladis metæ : venit hora diesque,
Qua nullas umquam transisse optaverit Alpes. »
  Sic ait; atque Irim propere demittit Olympo,
Quæ revocet Martem, jubeatque abscedere pugna.

2, unde *disjice*, auctore N. Heins., dedit Drak. Conf. Intpp. ad Val. Fl. III, 141, 162; Gronov. ad Senec. Phœn. 343; Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XII, 108, 252; ad Virg. Æn. VIII, 191, 355; XII, 655, et Ge. I, 283. Sed vulgata lectio, quam et Lefeb. servavit, in omnibus fere libris reperitur, et nervosior est; vid. not. ad VI, 280. — 539. *nil obstamus* opinabatur N. Heins. quod, judice Ernesti, est quoddam glossema. At prorsus tamen responderet Homerico τάων (scilicet πολίων) οὔτι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι Iliad. δ, 54. Præterea majestati Junonis magis congruit, quam illa, *nil oramus*, h. e. non deprecor pro Pœnis. Conf. Iliad. δ, 57 seqq. — 541. *plagis* pro *vadis* maluerit N. Heins. — 548. *vertet* scripti, R. 1, 3, Parm. Med. et Marsi edd.

μον βέλος Ὀρσικτύπου Διός, Pind. Ol. X, 96. Cf. Heyne ad Virg. Ge. I, 331, 332. — 539. *arces Carthaginis;* vid. ad I, 7. — 541. *vadis*, fluviis. Cf. ad I, 52.

543. *Certatis cum fatis;* vid. ad V, 76. — 544. *Ille*, Scipio. — *tela ferebas;* vid. ad III, 365 in V. L.

545 seq. Cf. III, 591, 592; IV, 472 sq.; VII, 487... 493. — *nomina gentis Induet*, Africanus cognominabitur. — *Libycam feret in Capitolia laurum*, de Pœnis triumphabit: nam triumphantes lauream, quam gerebant, coronam in gremio Jovis Capitolini (non Feretrii, ut Augustus, qui eam ibi παρὰ τὸ νομιζόμενον ἐς τὰ γόνατα τοῦ Διός κατέθετο, teste Dione) deponere solebant. Conf. Suet. Dom. 6; Martial. VII, 4 et 5; Plin. XV, 30, et inf. XV, 119, ubi Draken. laudavit Intpp. ad Plin. Paneg. c. 8, et Barth. ad Stat. Silv. IV, 1, 41. — 548. *arma* a *populis Laurentibus*, Italis, Romanis (vid. ad I, 110), *avertet*, jussu patriæ, et a Scipione coactus, atque in Africam revertetur. Cf. III, 591, 592: VII, 489. — 549. *Nec longe* absunt *metæ*, finis, *cladis*, exitii Pœnorum et Hannibalis. — 550. Cf. II,

Nec vetitis luctatus abit Gradivus in altas
Cum fremitu nubes, quamquam lituique, tubæque,
Vulneraque, et sanguis, et clamor, et arma juvarent.
Ut patuit liber Superum certamine tandem,
Laxatusque Deo campus, ruit æquore ab imo
Pœnus, quo sensim cælestia fugerat arma,
Magna voce trahens equitemque, virosque, feræque
Turrigeræ molem, tormentorumque labores.
Atque ubi turbantem leviores ense catervas
Adnovit juvenem, scintillavitque cruentis
Ira genis, « Quænam Furiæ, quisve egit in hostem,
En, Minuci, Deus, ut rursum te credere nobis
Auderes, inquit? genitor tibi natus ab armis
Ille meis, ubi nunc Fabius? semel, inprobe, nostras
Sit satis evasisse manus. » Atque inde superbis
Hasta comes dictis murali turbine pectus
Transforat, et voces venturas occupat ictu.
Nec ferro sævire sat est : adpellitur atra
Mole fera, et monstris componitur Itala pubes.

562. *Fabium pro juvenem* priscæ edd. insigni librariorum audacia et stupore. — 563. *Quæ jam Furiæ, quis te egit in hostem? An, Minuti, Deus?* emend. Barth. Adv. II, 9. — 564. *En inimice Deis* priscæ edd. *Minuci*, non *Minuti*, Col. vid. ad VII, 384. — 565. *navus in armis* R. 1, 3, Parm. *natus in armis* Med.

704 sq. — 553. *Nec vetitis luctatus*, non repugnans iis, quæ Jupiter vetuerat, dicto ejus audiens, sed *cum fremitu*, invitus. — 555. Cf. Hor. Od. I, II, 37 sqq.

557. *æquore*, campo, *imo*, ut *extremo* ap. Virg. Æn. XII, 614.

558. *quo fugerat*, recesserat fugiens, pertimescens. Qui metus *Pœnum*, h. e. Hannibalem parum decet. — 559. *trahens*, ducens, rapiens, ut III, 254; XVII, 125.

561 seq. *Ira scintillavit*, propr. ὄμματα μαρμαίροντα. Cf. Virg. Æn. XII, 101, sq., et ibi Heyne. — *Juvenis* vocatur Minucius, etsi jam Consul aliquot annis ante fuerat; Drak. cf. ad III, 608. — 563. Sarcasmi vim senties coll. VII, 730 sq. 735 sq. — 565. *genitor tibi natus*, etc. quem parentis nomine salutasti, quia te armis meis eripuerat. — 568. *comes dictis*, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. Cf. ad IV, 134. — *turbine* impetu, *murali*, ut VI, 269.

569. *voces venturas occupat ictu*, priusquam respondere posset Minucius, eum occidit.

570 seq. *atra Mole fera*, ut v. 577 *liventi dorso*. Conf. ad III, 463 in V. L. — 571. *componitur*; v. ad I, 39.

Digitized by Google

Nam, prævectus equo, moderantem cuspide Lucas
Maurum in bella boves stimulis majoribus ire,
Ac raptare jubet Libycarum armenta ferarum.
Inmane stridens agitur, crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert bellua gressus.
Liventi dorso turris, flammaque, virisque,
Et jaculis armata, sedet: procul aspera grando
Saxorum super arma ruit, passimque volanti
Celsus telorum fundit Libys aggere nimbum.
Stat niveis longum stipata per agmina vallum
Dentibus, atque ebori præfixa comminus basta
Fulget ab incurvo derecta cacumine cuspis.
Hic, inter trepidos rerum, per membra, per arma
Exigit Ufentis sceleratum bellua dentem;
Clamantemque ferens calcata per agmina portat.
Nec levius, Tadio lævum qua tegmine thorax

572. *prævectus* Col. et Put. vid. ad lib. V, v. 170. Vulgo *provectus*. — 575 *Immani... vulnere* corrig. Livineius, metuens forte, ne metro vis fieret. Sed vid. ad lib. VII, v. 618, et not. ad lib. I, v. 398; IV, 192. — 582. *derecta* Colon. (teste Lefeb. tres scripti) vid. ad II, 92. Vulgo *dejecta*. — 585. *Exiit* Col. Cf. ad I, 642. — 586. *furens* maluerit N. Heins. et ego. Sed vid. not. ad v. 99. — 587. *Tadio* Col. quod, ut *Ufentis*, nomen Latinum esse docuére N. Heins. et Draken. coll. Pers. VI, 66; Fabrett. Inscr. p. 445, 679, 752; Grutero et aliis. Conf. Ernesti clav. Cic. *Radio*, seu *Rodio* conj. Barth. Adv. II, 9. *Et levius radio* Dausq.

572 seq. *bos Luca*, seu *Lucas*, elephas, ut ap. Senec. de Brevit. Vit. cap. 13; et ap. Lucret. lib. V, v. 1301; Senec. Hypp. 352; Cell. Varro, quod jam Drak. monuit, L. L. VI, 3, elephantos ita dictos putabat *ab luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clipeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres;* sed alii, verb. c. Plin. VIII, 6, rectius a *Lucania*, ubi primum eos videre Romani in bello Pyrrhi. Cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 218. Sic Δαυλίαν κορώνην philomelam Græcis dici, et ita ap. Hesych. legendum esse, observavit D. Heins. — 580. *Celsus Lybis ex aggere*, turri dorso inposita, *volanti* (cf. v. 573 sq.) *fundit* (vid. ad I, 267) *nimbum telorum*. Conf. ad I, 311. — 581. *niveis Dentibus*, quos alii rectius cornua vocant; Drakenborch. ad lib. XVI, v. 206, et Brouckhus. ad Propertium lib. II, eleg. XXIII, (al. XXXI) 12.

582. Machinæ, quam elephas portabat, præfixa hasta erat, qua obvios hostes transverberabat, et quæ a curvitate dorsi directa fulgebat; Cell.

584. *trepidos rerum*, vid. ad II, 234. — 587. *thorax Multiplicis li-*

Multiplicis lini claudit latus, inproba sensim,
Corpore non læso, penetrarunt spicula dentis,
Et sublime virum clipeo resonante tulerunt.
Haud excussa novi virtus terrore pericli.
Utitur ad laudem casu, geminumque citato
Vicinus fronti lumen transverberat ense.
Exstimulata gravi sese fera tollit ad auras
Vulnere, et erectis excussam cruribus alte
Pone jacit volvens reflexo pondere turrim.
Arma, virique simul, spoliataque bellua visu
Sternuntur subita (miserandum) mixta ruina.
Spargi flagrantes contra bellantia monstra
Dardanius tædas victor jubet, et facis atræ,
Quos fera circumfert, compleri sulfure muros.
Nec jusso mora: conlectis fumantia lucent
Terga elephantorum flammis; pastusque sonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur.
Non aliter, Pindo Rhodopeve incendia pastor

Vulgo *Nec levius radio* scilicet textorio, per stamina sine hæsione (f. læsione) conjecto; Mars. et Cell. Male! conf. sup. ad v. 117. — 595. *arrectis* reponendum putabat N. Heins. e Virg. Æn. X, 892. Sed Drak. vulgatam lect. tuetur coll. XVII, 134, et Liv. VIII, 7. — 599. *Spargi*, non *Spargere*, Col. Ox. et R. 2. Cf. ad VI, 413. — 600. *ductor*, vel *rector* non male post Barth. conj. N. Heins. quum *victor* non possit dici, qui hoc prælio subcubiturus sit. Sed quæritur tum, quisnam intelligendus sit, Paulusne an Varro? Posterior, puto, quoniam penes eum hujus diei imperium fuit: nisi potius *victor*, scilicet elephanti est Tadius, qui, quod utique mireris, vs. 589, *corpore non læso* in *sublime latus* dicitur, et belluæ oculos effodit. — 602. *conjectis* omnino scribendum putabat N. Heins. — 603. *pastus* Col. et XIV, 308, et al. *portusque* Put. *parcusque* Oxon. *partusque* in comment. Marsi. Vulgo *raptusque*, ut apud Lucan. III, 501; unde illud retinuit Lefeb.

ni; vid. ad III, 272. — 592. *citato ense*, ut IV, 536. — 594 sqq. Poeta ob oculos habuit Virg. Æneid. X, 892 seqq. (ubi vid. Heyne), ut et inf. XVII, 134 sqq.

599 sqq. Διδείκασι δὲ πῦρ οὐ μεῖον τῶν λεόντων ἐλέφαντες, Ælian. H. A. VII, 6; Dausq. — 600. *victor*; vid. V. L. — 601. *muros*, turres, ut mox *propugnacula*.

605. Imitat. Virgil. Æneid. X, 405 sqq. Pastor vero vel omnino agrestis, quod jam monere occupavit Ernesti, *silvam* (prop. sic dictam, non stipulas agri demessi, quas intelligit Heyne in loco Virg.) incendit, ut tractus silvester, arborum fruticumque cineribus stercoratus, in pratum agrumque frugiferum mutetur. Cf. sup.

Quum jacit, et silvis spatiatur fervida pestis,
Frondosi ignescunt scopuli; subitoque per alta
Conlucet juga dissultans Vulcanius ardor.
It fera candenti torrente bitumine corpus
Amens, et laxo diducit limite turmas.
Nec cuiquam virtus propiora capessere bella;
Longinquis audent jaculis, et arundinis ictu.
Uritur inpatiens, et magni corporis æstu
Huc atque huc jactas adcendit bellua flammas;
Donec vicini tandem se fluminis undis
Præcipitem dedit, et, tenui decepta liquore
Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis
Exstantem ripis flammam : tum denique sese
Gurgitis inmersit molem capiente profundo.
At qua pugna datur, necdum Maurusia pestis
Igne calet, circumfusi Rhœteia pubes
Nunc jaculis, nunc et saxis, nunc alite plumbo
Eminus incessunt : ut qui castella per altos
Obpugnat munita locos, atque adsidet arces.
Ausus digna viro, fortuna digna secunda,
Extulerat dextram atque adversum comminus ensem
Mincius infelix ausi : sed stridula, anhelum

607. *per arva* edd. R. 1, Med. Marsi, Martini Herbip. Junt. Ald. et Gryph. *per ardua* in marg. R. 1. — 614. Hic versus, qui a vulgatis libris abest, in omnibus MSS. et R. 2, legitur. — 624. *adsidet*, *h. e. obsidet*, Col. Ox. R. 2, 3. Conf. XII, 453; Pier. ad Virg. Æn. lib. XI, 304, et Heins. ad Val. Flaccum, lib. V, 536; *aspidet* R. 1; *aspidit* Med. Vulgo *obsidet*. — 625. Ita scripti et antiq. edd. In vulgatis libris et *digna*. — 626. *dextraque adversum* Col. *dextramque* Oxon. — 627. *Mincius* scripti, R. 1, 3, Med. Nomen a fluvio, seu lacu agri Mantuani deductum. Conf. ad I, 306; *Mnicius* Marsi et Martini Herbip. edd. operarum errore. Vulgo *Mutius*, auctore Nicandro.

VII, 364... 367. — 606. *pestis;* vid. ad I, 174. — 610. *laxo limite;* cf. ad IV, 462. — 611 sq.; vid. ad V, 442. — 613. *æstu*, celeri motu, *corporis flammas adcendit*, auget.

620. *Maurusia pestis*, elephanti, ex Mauritania vel Africa adducti. Cf. ad I, 174. — 621. *Rhœteia pubes;* vid. ad I, 115. — 622. *alite plumbo*, ut sup. v. 233, et V, 365.

623. *incessunt* elephantos. — 626. *Extulerat*, sustulerat, ut feriret. Cf. Burm. ad Val. Fl. VI, 248. — *adversum ensem*, ut IV, 207.

Fervorem effundens, monstri manus abstulit acri
Inplicitum nexu, diroque ligamine torsit,
Et superas alte miserum jaculata per auras
Telluri elisis adflixit (flebile!) membris.
Has inter clades viso Varrone sub armis
Increpitans Paulus, « Quin imus comminus, inquit,
Ductori Tyrio, quem vinctum colla catenis
Staturum ante tuos currus promisimus urbi?
Heu patria! heu plebes scelerata, et prava favoris!
Haud unquam expedies tam dura sorte malorum,
Quem tibi non nasci fuerit per vota petendum,
Varronem, Hannibalemve magis. » Dum talia Paulus,
Urget præcipites Libys, atque in terga ruentum
Ante oculos cunctas ductoris concitat hastas,
Pulsatur galea, et quatiuntur consulis arma.

631. *Tellure elisis adflixit* Colon. unde *Telluri elisis adflixit* ex emendat. Modii recepi cum Drakenborch. vid. ad I, 674. Vulgo *Tellure elisit ac flexit.* N. Heins. maluerit *Telluri illisis afflixit membris.* Sed vid. not. ad III, 34; *Membra elisa* sunt presso et nexu proboscidis suffocata; Drakenb. Hanc notionem poeta ter expressit. — 635. *Staturi* corrig. D. Heins. et Scalig. ad Prop. II, VII, 45; *Acturi* conj. N. Heins. qui tamen non dissimulavit, vulgatam scripturam a Gronov. Obss. IV, 15, jure defendi. Si quid mutandum, reponerem *Iturum.* — 637. *dura* scripti. Vulgatum *dira* tuetur Lefeb. — 638. *Quem tibi nam*, vel nunc *nasci* opinabatur N. Heins. frustra. — 639. *Hannibalemve* scripti, non *Hannibalemne.* — 640. *præcipites* emend. N. Heins. *præcipitis* (f. ἀρχαϊκῶς scriptum) Oxon. et Put. *præcipiti* Col. Vulgo *præcipitans.* — 641. *Atque* Col. *junctos hastas*, h. e. continuatas, et admodum frequentes, legendum censuit N. Heins.

628. *monstri manus*, proboscis, de qua vid. Aristot. Hist. Anim. I, 9; II, 1; Ælian. H. A. IV, 31; Plin. VIII, 10; Lambin. ad Lucret. V, 1305; Drak. Cf. Burm. ad Val. Fl. IV, 495. — 631. Vid. V. L.

633 seq. Vim sarcasmi facile senties, coll. VIII, 273 seqq. — *Imus* et *promisimus* egregie pro *is* et *promisisti*. Qui illud Romæ glorians promiserat, pugna excedit, et Paulus in medios hostes ruit. *currus*, currum triumphalem. Vid. ad VI, 546. — 636. Cf. VIII, 255 sqq. — 637... 639. O patria, in tam ancipiti malo haud dixeris, utrum tibi magis optandum fuerit, Varronem an Hannibalem numquam natum fuisse; Drak. cf. VIII, 298 seqq. Comparant verba Fabii apud Liv. XXII, 39: « Nescio, an infestior hic adversarius, quam ille hostis, maneat. » — 640.... 643. Cf. Liv. XXII, 49 pr. et Polyb. III, 116. — *præcipites*, Romanos ruentes. — *Libys*, Hannibal. — *Ante ocu-*

Acrius hoc Paulus medios ruit asper in hostes.
  Tum vero excussus mentem, in certamina Paulo
Avia diducto, convertit Varro, manuque
Cornipedem inflectens, « Das, inquit, patria, pœnas,
Quæ, Fabio incolumi, Varronem ad bella vocasti.
Quænam autem mentis, vel quæ discordia fati,
Parcarumque latens fraus est? Abrumpere cuncta
Jam dudum cum luce libet : sed comprimit ensem
Nescio qui Deus, et meme ad graviora reservat.
Vivamne? et fractos sparsosque cruore meorum
Hos referam populo fasces? atque ora per urbes
Iratas spectanda dabo? et, quo sævius ipse
Hannibal haud poscat, fugiam, et te, Roma, videbo? »
  Plura indignantem telis propioribus hostes
Egere, et sonipes rapuit laxatus habenas.

et permultis exemplis illustravit. — 644. *diducto*, non *deducto*, Col. *seducto* conj. N. Heins. et v. — 645. *converti*, infin. hist. Nec tamen repugnat, si quis *convertit* adcipiat pro, convertit se, seu convertitur; quod probat Drak. Conf. not. ad I, 539. Sed *convertit cornipedem* jungit Lefeb. — 649. *Parcarumne* dedit idem, ne admonitis quidem lectoribus, *fraus hæc* maluerit N. Heins. — 651. *qui*, non *quis*, Col. et Oxon. vid. ad II, 645.

los ductoris, Pauli, ut mox *consulis*; sed præstat, puto, hæc verba ad Varronem referri.

644 sqq. Præclare adumbrantur sera temeritatis conscientia, pudor ignavia mixtus, consilii inopia et desperatio, qua actus Varro, timidorum more, vim vitæ suæ adferre mente agitat. — *excussus mentem*, vid. ad II, 592 in V. L.

648. *mentis*, cupiditatis ac consilii, quod cepi, necis mihi consciscendæ, et *fati*, quod obstat proposito meo. (Cf. v. 649 sq.) *Parcarum latens fraus*, cæcæ insidiæ fati, quæ me ad graviora reservant (v. 651). — *cuncta*, dedecus et pœnas; Lenz. — 654. Cf. Virg. Æn. XII, 643 sqq. Lefeb. — 655. *fugiam* Romam, quo turpius et ignominiosius ne Hannibal quidem in votis habere posset? Lenz.

656. *Plura indignantem*, quum indignatione adcensus plura loqui vellet. — 657. *laxatus habenas*, laxis habenis.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Paulus, suis ad virtutem inflammatis, aliquot locis prælium restituit, et concitato impetu confertissimis se infert hostibus, qui, Catoni juveni circumfusi, consule conspecto trepide pedem referunt, et ingenti cæde prosternuntur; 1—30. Sed prima Romanorum acies in fugam inclinat, et tres fratres, Labienus, Ocris et Opiter, cum Mæcenate diversis vulneribus concidunt; 31—41. Ipsi Paulo, in medios hostes ruenti, Hannibalemque vestiganti, Juno, in Metelli faciem conversa, auctor est, ut exemplo Varronis fuga salutem quærat, neque vitam suam, in qua salus reipublicæ nitatur, in maximum temere discrimen adducat; 42—58. At consul gravissimis verbis ignavum hominem perstringit, et ferociter in hostes invectus, Acherram ad suos frustra se recipientem, obtruncat; 59—82. Juno itaque, eum nequidquam a consilio Hannibalis quærendi absterrere conata, alium nectit dolum: specie enim Gelestæ Mauri induta, ut Pœnum a sævo vicini consulis certamine avocet, ei mentitur, Paulum magnam ad Aufidum perpetrare cædem; quo falso nuntio motus Hannibal in longe diversam campi partem citatim contendit, 83—91. Ubi Cristam cum sex filiis occidit; 92—169. Paulus contra ingentem Pœnorum stragem edit, et Phorcyn interficit; 170—184. Interea complures Numidæ ad Romanos transfugiunt, et in ultimam aciem recipiuntur, ubi, omnium oculis animisque certamine occupatis, fraudulenti homines, adreptis cæsorum scutis armisque, adversam Romanorum aciem adoriuntur, et Galba, necato hoste, qui vexillum abstulerat, gladio ab Amorgo per pectus transfigitur; 185—201. Multos præterea Romanos vis et furor Vulturni,

nubes pulveris in ora eorum volventis, præcipites ad Aufidum agit, et una cum Curione, qui effusum suorum cursum obposito corpore reprimere conatur, fluvio inmergit; 202—214. Paulus ipse cæco impetu in victores Pœnos fertur, et Viriathum, cæde Servilii, viri fortissimi, et consulis anni prioris, ovantem, interimit; 215—231. Verum mox ingenti saxo percussus mortiferam adcipit plagam, et cruore obpletus in propinquo considet scopulo; 232—246. Tum Pœni effrenatius involant in Romanos, et Hannibal concitato equo super cadavera vehitur, inter quæ saucius jacet Piso, qui subrecta hasta ventrem equi haurit, sed gladio victoris jugulatur; 247—259. Sedentem in saxo consulem videt Lentulus, tribunus militum, et equi sui usum ei obfert, ut e manibus hostium evadat, nec funestam hanc pugnam faciat morte tanti viri, quo exstincto de rebus Romanis actum sit; 260—275. Paulus vero, laudata juvenis virtute, consilium inhonestæ fugæ repudiat, et Lentulo auctor est, ut subditis equo calcaribus Romam advolet, ac portas claudi, Fabioque summam rerum tradi jubeat; 276—291. Ille in patriam properat, et consul quidquid superest virium ad ulciscendam mortem sibi inminentem insumit: sed mox hostibus undique cinctus vir magnus telis obruitur; 291—308. Paulo interfecto Romani occisione occiduntur, et Aufidus cadaveribus repletur; 309—325. Noctis interventu prælium dirimitur, et Hannibal ferox victoria, minimeque cessandum ratus, dum recens militum ardor esset, postero die Romam proficisci constituit; 326—336. Temerario huic consilio Juno, et furoris Pœni, et iræ Jovis, fatorumque haud ignara, obcurrit, adcito ex inferis Somno, qui somnium Hannibali inmittit, in quo is Romam quidem obpugnare, sed Jovis fulminibus et cælesti voce perterreri atque repelli sibi videtur; 337—370. Expergefacto lætus de castrorum Rom. deditione nuntius adfertur a Magone fratre, qui suadet, ut confestim exercitum Romam ducat, non dubitans, quin die quinto victor in Capitolio epulari possit; 371—376. Hannibal contra dissimulans pavorem, somniorum visis sibi incussum, vulnera et exhaustas militum vires excusat: quo tamen prætextu juveni ferventis animi non satisfacit, sed indignationem potius movet; 377—386. Interea residuæ Romanorum copiæ deformi agmine, sine ducibus, signis, armis, ornamentisque militaribus, defixis in terram oculis, Canusium abeunt, ubi tristem rerum suarum conditionem deplorant, et fossa urbi prædacenda, portis muniendis, cæcisque stilis in campo conserendis occupantur; 387—

414. Ibidem nobiles quidam juvenes mare ac naves spectant, ut, duce Metello, timido homine, deserta Italia, ad regem aliquem transfugiant; 415—425. Scipio autem, stricto super capita consultantium gladio, omnes jurare cogit, nunquam se Italiam relicturos esse; 426—448. Quæ dum apud victos Canusii aguntur, Hannibal, magno suorum numero stipatus, campum lustrat, et grata iis spectacula præbet; 449—453. Præcipue convertit omnes equus Clœlii, qui, a Bageso captus, eum excutit, domino procul inter semianimes conspecto, cui rapido cursu advolat, et inflexis pedibus adscendendum præbet dorsum; 454—471. Hannibal miseratione ductus juveni cum morte luctanti eam adcelerat, et e Cinna, qui a Romanis ad Pœnos transfugerat, comperit, Clœlium genus duxisse a Clœlia virgine, quæ obses tradita Porsenæ, Clusino regi, deceptis custodibus, Tiberim tranavisset; 472—502. Inter hæc milites spolia legentes exanimum Pauli corpus, vulneribus grave et deformatum, e strage cæsorum eruunt; 503—512. Hannibal de morte quidem tanti viri lætatur, sed sibi similem aliquando exoptat; 513—523. Postridie prima luce rogi struuntur, atque ingens armorum acervus; et in illis cadavera Pœnorum, in hostili terra jacentium, in hoc arma Romanorum, Marti vota, subdito igne, concremantur; 524—557. Quo facto Pauli corpus, gramine frondibusque involutum, una cum armis insignibusque ejus in pyram inponitur, et exsequiæ magni viri, etsi non pompa funebri, tamen laudatione ipsius Hannibalis decorantur; 558—577. Ceterum fama jam cladis Cannensis Romam perlata tantum ibi pavoris tumultusque exciverat, ut omnem salutis spem in Capitolio reponerent, et hostem contemtu tantum cunctari putarent; 578—591. Qua in trepidatione Fabius hortatur cives, ne periculum ipsi cunctatione et metu augeant, sed ut confestim vetera hostium spolia templis atriisque detrahant, et arma parent pro salute patriæ, ad quam defendendam vires etiam nunc subficiant, modo omnes fortes sint et inpavidi; 592—604. Dum gravis ille vir suos ita confirmat, nuntius venit de Varronis ad urbem adventu, qui varios animorum motus excitat; 605—614. Isti sedantur oratione Fabii, qua ostendit, non esse virorum fortium, iracundiæ remedium solatiumque doloris ex aliorum pœnis petere, neque hunc diem sibi tristiorem videri eo, quo Varro consul et dux belli creatus sit; 615—622. Quibus auditis, omnes ordines obviam eunt Varroni, et gratias agunt, quod de re publica non desperaverit; 623—629. Ipse vero consul culpæ conscien-

tia et indignationis popularis pœnarumque metu perculsus, oculis lacrimantibus et in terram demissis ad urbem adcedit, neque a lictoribus populum submoveri patitur; 630—639. Tum Patres sine mora et quacumque ratione adflictis rebus subcurrendum rati, pudore saluti posthabito, validos juvenes ex servitiis armari, delectuque edito juniores et quosdam adeo prætextatos scribi jubent; 640—649. Captivos autem Romanos non redimendos censent, sed in Siciliam traducendos, ut ibi militent, donec in Italia bellum sit; 650—658.

Paulus, ut adversam videt increbrescere pugnam,
Ceu fera, quæ, telis circumcingentibus, ultro
Adsilit in ferrum, et per vulnera conligit hostem,
In medios fert arma globos, seseque periclis
Ingerit, atque omni letum molitur ab ense.
Increpat horrendum, « Perstate, et fortiter, oro,
Pectoribus ferrum adcipite, ac sine vulnere terga
Ad manes deferte, viri : nisi gloria mortis,

2. *increbescere* c. Tell. ut *rubescere* a *ruber*, unde hanc orthographiam probant Lefeb. et Heins. ad Virgil. Ge. I, 359; Æn. III, 530; VIII, 14; XII, 222, 407. MSS. codd. sæpissime variare monuit Drak. — 8. *Ad manes deferte: viris, nisi*

1. Conf. Liv. XXII, 49, et Virg. Æn. IX, 551 seqq. ubi vid. Heyne. — *increbrescere*, crescere, augeri, ut apud Tac. Hist. II, 67, et Stat. Th. IV, 30, ubi vid. Barth. — 3. *per vulnera hostem conligit*, contrahit (ut V, 282; VI, 399), densat, eorum numerum auget, nisi malis, hostes retro cedentes in unum locum cogit, condensat. Cf. Homer. Iliad. μ, vers. 48. Gesnerus (ad Claud. b. Gild. vers. 468), *conripit hostem*. Ernesti : *conligit hostem*, dum, quamvis undique vulneribus inflictis, insatiabili furore in hostes inruit, eosque veluti conquirit. Drak. contulit Senec. de ira III, 3 (*Gaudent feriri, et instare ferro, tela corpore urgere, et per suum vulnus exire*), et Lucan. I, 212. — *conligit hostem*, in conlectum, densum hostem inruit, ut ap. Virg. Æn. IX, 555, « Inruit, et qua tela videt densissima, tendit. » Lenz. — 4. *In medios fert arma globos*, ὅθι πλεῖσται κλονέοντο φάλαγγες, Τῇ ῥ' ἐνόρουσε, Hom. Iliad. λ, 148. Cf. Virgil. Æn. loco supra citato, et XII, 4 sqq. En.

5. *ab omni ense*, quovis ictu. — *letum molitur*, ut ap. Virg. Æn. XII, 852. — 7, 8. Cf. ad V, 594.

Nil superest : idem sedes adeuntibus imas
Hic vobis dux Paulus erit. » Velocius inde
Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quæ redit in pugnas fugientis arundine Parthi :
Atque, ubi certamen primi ciet inmemor ævi
Fetus Gradivo mentem Cato, fertur in hostes;
Ac juvenem, quem Vasco levis, quem spicula densus
Cantaber urgebat, letalibus eripit armis.
Abscessere retro, pavidique in terga relatos
Abduxere gradus : ut lætus valle remota
Quum capream venator agit, fessamque propinquo
Insequitur cursu, et sperat jam tangere dextra,
Si ferus adverso subitum se protulit antro,
Et stetit ante oculos frendens leo, deserit una
Et color, et sanguis, et tela minora periclo;
Nec jam speratæ cura est in pectore prædæ.

gloria mortis, *Nil superest* frustra conj. Burm. — 10. *Heic* Cell. et Barth. Adv. II, 9. *Velocior*, ut XV, 573, malebat Withof. quia mox sequitur *citatior*. — 13. *certamine* Oxon. — 14. *Pœnus Gradivo mentem Cato* Col. *Pœnus G. m. et Cato* Ox. *Pœnis Gradivus mente* Put. *Pœnis Gradivus mentem* R. 3; *Pœnis Gradivus mentem Cato* R. 1, Parm. Med. Benea. *Pætus Gradivus mente et Cato* Ald. *Petus Gradivus mente cito f.* Mars. *Pætus*, *Gradivus mente*, *et cito f.* ed. Paris. Colin. Dausq Cell. et al. *Pætus*, *Gradivo intentum et Cato fertur* male corrig. Barth. Adv. II, 9; sed ingeniose N. Heins. *Plenus*, vel potius *Fetus Gradivo mentem Cato*, ut XI, 203; XIII, 592; XVII, 379, 447. — 15. *densis* Col. *densens* conj. N. Heins. Cf ad IV, 159. Sed græcismi in deliciis sunt poetis, inpr. Silio. — 18. *Adduxere gradus*, h. e. contraxere (ut *conligere* IV, 391, et VII, 695), emend. N. Heins. — 23. Ultima syllaba voc. *sanguis* producitur, quia in cæsura est, ut passim, v. e. ap. Ovid. Met. X, 459; (quem locum Silio ante oculos fuisse, suspicabatur Drak.) sed *et* extra eam ap. Ovid. Fast. VI, 488, et Tibull. I, VI, 66. Conf. Burm. ad Ovid. Met. XII, 127; Intpp. ad Hor. Od. I, XV, 36, *et*, quos Draken. laudavit, Gifan. Ind. Lucret. voc. *sanguis*; Bulæus ad Val. Fl. III, 234; Grotius ad Lucan.

10. *idem hic Paulus*, *δεικτικῶς*, Drak. — 11. *Hæmonio Borea*; vid. ad I, 587, et conf. Burm. ad Claud. in Rufin. I, 325, et Klotz. ad Tyrtæum p. 110 seq. *Borea pennaque citatior ibat*, *ἀελλόπος*, *ποδήνεμος*, *θείειν ἀνέμοισιν ὅμοιος*, Hom. Iliad. κ, 437, et al. v. Klotz. l. c. 12. Cf. ad VII, 646. — 13, 14. Conf. VIII, 693 sqq. — 15. *Vasco levis*; cf. ad III, 358.

17. *in terga relatos*, retro cedentes. Vid. ad IV, 315. — 18 seqq. aptissima comparatio, cui non satis respondet Homerica, a Drak. laudata, Iliad. ε, 630 sqq. — 23. *tela minora periclo*, non satis valida et idonea ad periculum pro-

Nunc in restantes mucronem comminus urget,
Nunc trepidos ac terga mala formidine versos
Adsequitur telis: furere, ac decorare labores,
Et sævire juvat: cadit ingens nominis expers
Uni turba viro; atque alter si detur in armis
Paulus Dardaniis, amittant nomina Cannæ.
  Tandem inclinato cornu sine more ruebat.
Prima acies, non parca fugæ. Labienus et Ocris
Sternuntur leto, atque Opiter, quos Setia colle
Vitifero, celsis Labienum Cingula saxa
Miserunt muris: junxit fera tempora leti
Sidonius non consimili discrimine miles:
Nam Labienus obit penetrante per ilia corno;
Fratres, hic humero, cecidere, hic poplite, cæsis.
Obpetis et Tyrio super inguina fixe veruto
Mæcenas, cui Mæonia venerabile terra,

II, 338, et Brouckh. ad Tibull. I, VII, 72. — 26. *mali* (periculi) *formidine* conj. N. Heins. — 29. Ita quatuor scripti, *jam alter* Benes. Vulgo *viro: alter*, omissa voce *atque*, qui hiatus pluribus Silii et Maronis (v. c. Ecl. III, 6) locis firmari potest. — 32. *Acres* Oxon. Put. R. 3; Mars. *Ocris* non est Latinum nomen, unde *Ocres* conj. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Fast. VI, 627. Id recepit Lefeb. et Marsus in notis exhibuit. — 33. *Sternuntur telo* maluerit N. Heins. quia *tempora leti* mox subsequuntur; *leto* h. e. letiferis armis, ut *mortes mittere* et al. nec legendum *telo*, quia gladio cæsi v. 38; Withof. — 37. *corno* (h. e. hasta cornea) Col. Vulgo *cornu*. Utrumque recte dicitur: nam *cornum* et secundæ et quartæ declinationis esse, monuit jam Drak. ad h. l. et iof. ad v. 122. — 38. *cæsis* scripti et Perm. *cæsi* R. 1, Med. Cell. *cæsus* R. 2; *cæso* Nicander dedit, quique eum secuti sunt.

pulsandum. — 27. *Furere;* cf. ad I, 32. — 28 sq. *nominis expers turba;* vid. ad VIII, 508, et IX, 373.

29, 30. Similis orationis color sup. VII, 147 seq. Hom. Iliad. β, 371 sq. et Virg. Æn. XI, 285.

31. *sine more*, præter morem, sine exemplo, vel inmodice. Vide N. Heins. et Drak. ad XII, 449; Barth. ad Stat. Theb. I, 238; Heyne ad Virg. Æneid. V, 694; VII, 377; Heins. ad Claudian. p. 910, et Fabr. Semestr. II, 18. — 33 seq. *Sternuntur leto* ut ap. Lucret. VI, 1194; Virg. Æneid. VIII, 566; IX, 433. — *Setia colle Vitifero;* cf. ad VIII, 376. — *Cingulum* (hod. *Cingoli*) in Piceno belli civilis Cæsariani tempore conditum a T. Labieno. Vid. Cæs. B. C. I, 15. Hinc Silium licentia poetica (per πρόληψιν) hoc finxisse monuit jam Drak.

35 sq. Pœni tres illos fratres simul, sed non eodem modo occiderunt. — 38. *poplite, cæsis.* Cf. ad IV, 341. — 40, 41. *Mæcenatis*

Et sceptris olim celebratum nomen Etruscis.
Per medios agitur, projecto lucis amore
Hannibalem lustrans, Paulus : sors una videtur
Aspera, si obcumbat ductore superstite Pœno.
Quam metuens molem (neque enim, certamine sumto,
Tempestas tanta et rabies inpune fuissent)
In faciem pavidi Juno conversa Metelli,
« Quid vanos, inquit, Latio spes unica consul,
Incassumque moves, fato renuente, furores?
Si superest Paulus, restant Æneia regna;
Sin secus, Ausoniam tecum trahis : ire tumentem
Tu contra juvenem, et caput hoc abscidere rebus
Turbatis, o Paule, paras? nunc Hannibal ipsi
(Tam lætus bello est) ausit certare Tonanti.
Et jam conversis (vidi nam flectere) habenis
Evasit Varro, ac sese ad meliora reservat.
Sit spatium fatis; et, dum datur, eripe leto
Huc nostris majorem animam : mox bella capesses. »
Ad quæ suspirans ductor, « Mortemne sub armis
Cur poscam, caussa ista parum est, quod talia nostræ

43. *Mors* corrig. D. Heins. — 46. *fuissent* Puteol. Vulgo *fuisset*. — 48. *spes ultima* R. 1, 3, Parm. Mediol. Benes. ut VIII, 667, et XVII, 202. Sed vulgata quoque lectio non spernenda. Conf. inf. v. 274, et VII, 1. — 49. Ita Colon. *Incassum removes* Oxon. et Put. Vulgo *Incassum renovas*. — 51. *trementem* Put. unde *frementem* conj. N. Heins. Sed Drakenb. contulit VI, 598, et VIII, 232. — 52. *abscidere* Col. vid. ad III, v. 552. Volgo *abscindere*. — 54. *belli* maluerit N. Heins. — 58. Vulgo *Hanc*, qood recte forsan revocavit Lefeb. *Huc* Col. quod elegantius videbatur N. Heins. nescio quare.

genus ab Etruscis regibus deducere solent poetæ. Cf. Hor. Od. I, 1; III, xxix, 1, ubi v. Jani. — *Mœonia terra*, Etruria. Vid. ad IV, 721.

42. *projecto lucis amore;* cf. ad V, 226. — 43, 44. Cf. V, 372 sqq. et Virg. Æn. XII, 466 seq. « Turnum Vestigat lustrans. » Ed.

45. *Molem*, conatum, seu vim, seu malum. — 46. *Tempestas* et *rabies*, impetus et furor Pauli.

47. *pavidi Metelli;* conf. inf. v. 418 sq. — 54. *ausit certare Tonanti*, ut Diomedes ap. Hom. Iliad. ε, 362, 457, ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο; Drak. — 55, 56. Cf. IX, 645, 651. — 57. *Sit*, da, *spatium fatis*, iis concede.

59 seqq. Si nulla alia causa esset, cur deberem nunc mortem obpetere, nonne hæc esset maxima, quod te fugam suadentem audivi?

Pertulerunt aures suadentem monstra Metellum?
I, demens, i, carpe fugam : non hostica tela
Excipias tergo, Superos precor : integer, oro,
Intactusque abeas, atque intres mœnia Romæ
Cum Varrone simul : talin', pavidissime, dignum
Me vita, pulchraque indignum morte putasti?
Quippe furit Pœnus, qui nunc contraria bella
Ipsi ferre Jovi valeat : pro degener altæ
Virtutis patrum! quando certamen inire,
Cuive virum mallem memet componere, quam qui
Et victus dabit et victor per secula nomen? »
  Talibus increpitat, mediosque aufertur in hostes,
Ac retro cursum tendentem ad crebra suorum
Agmina, et in densis furantem membra maniplis
Per conferta virum et stipata umbonibus arma
Consequitur melior planta, atque obtruncat Acheram.
Ut canis occultos agitat quum Belgicus apros,

61. *Pertulerunt*, non *Pertulerint*, Colon. Confer ad lib. V, v. 264. — 67. *furit* Ven. Marsi. Vulgo *sinit*, quod retinuit Lefeb. qui monet, illud idem esse quod vers. 57, *datur*, hoc est, conceditur, *sunt* Colon. — 69. *certamina* Oxon. — 70. *virum* Colon. Vulg. *viro*. — 76. *melior plantæ* opinabatur N. Heins. coll. V, 333; VII, 620. Sed Drakenborch. vulgatam lect. similibus exemplis firmavit, XIV, 500; Virgil. Æneid. V, 68, inpr. 152, 430; IX, 556; XI, 338; Hor. Epist. I, x, 34, ubi vid. Bentl. *Acheram* Col. et Ven. Marsi. Vulgo *Acerram*; vid. ad III, 299. — 77. *Bellucus* Col. quod recepit Lefeb. qui hæc notavit : « Sic recte c. Col. In c. Tell. *Belicus*: hinc forte melius *Belicus*. A regione Galliæ, ubi antiquissima urbs *Belira*, *Bellum*, *Belley*. Qui refert canes Gallos Oppianus, nil habet de Belgicis, nec alii. Refert quoque canes Anglos, *agassæos* dictos : an ita forte intelligeretur *Belgicus* q. d. *Anglicus*; nam Belgæ quoque fuerunt in Anglia : vi-

Mars. — 61. *monstra*; vid. ad II, 650. — 62 sqq. Vim sarcasmi facile senties. Comparant Hom. Iliad. Θ, 95, et I, 40, 43. — 67 seq. Refelluntur verba Metelli sup. v. 53, 54. Pulcherrima mors est, a tanto viro vinci. Vid. ad II, 705, et inf. v. 302. — *Quippe*; vid. ad V, 117. — *bella ferre Jovi*; conf. ad III, 365, in V. L. — 70. *componere*; vid. ad. I, 39.
  74. *membra furantem*, occultantem, furtim, seu clam se subducentem, ut XII, 300, et XIV, 561; Drak. — 76. *melior planta*. Conf. Virgil. Æneid. lib. V, v. 430 : *Ille pedum melior motu*; et ibid. 69, et 150. En. — *Acheram*; cf. ad III, 298, 299. — 77 sqq. Venusta comparatio Pauli, Hannibalem vestigantis, cum cane venatico; et ornate, sed non sine verborum luxurie, expressa. Compararunt jam alii

Erroresque feræ sollers per devia mersa
Nare legit, tacitoque premens vestigia rostro
Lustrat inadcessos venantum indagine saltus;
Nec sistit, nisi, conceptum sectatus odorem,
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.
At conjux Jovis, ut Paulum depellere dictis
Nequidquam fuit, et consul non desinit iræ,
In faciem Mauri rursus mutata Gelestæ,
Avocat ignarum sævo a certamine Pœnum.
« Huc tela, huc, inquit, dextram inplorantibus adfer,
O decus æternum Carthaginis! horrida juxta
Stagnantes consul molitur prælia ripas;
Et laus haud alio major datur hoste peremto. »
Hæc ait; et juvenem diversa ad prælia raptat.
Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem;
Cristæ nomen erat : bis terni juncta ferebant

deant docti. » Ulitius etiam ad Gratii Cyneg. vs. 202, et in Proleg. p. 81, monet, ἀκυρόλογον esse, quod Silius canem Belgicum in apros inmiserit. Neuter vidit, *Belgicum* esse id. qd. *Gallicum*; (cui enim non nota Gallia Belgica?) Gallicos vero canes, quod jam Dansq. monuit, tamquam venatui aptos memorari ab Ovid. Met. I, 533, et Martiali III, 47. — 78. *tersa Nare* perperam scribendum putabat D. Heins. — 84. *desinit iræ* Modius restituit e Col. Vulgo *ire*, scilicet in Hannibalem. — 86. Ita Col. Vulgo *Advocat ignavum sæva ad certamina* probb. Barth. et Dansq. *Advocat hinc navum* Benes. — 93. *Cristæ*, non *Christæ*, Col. et primæ

Senec. Thyest. 498 sqq. et Hippol. 39 sq. — 78 sq. *Nare mersa*, h. e. depressa, demissa, ut *pressu rostro et ore*, vel *demissi nare sagaci* ap. Lucan. IV, 443, et Senec. ll. cc. N. Heins. et Gronov. Diatr. Stat. c. 38. Sic *mergi* apud Senec. Herc. OEt. 1348; Quinctil. Decl. XIX, 4; Stat. Theb. V, 502; Colum. R. R. III, 18 et al. quos laudavit Drak.

79. *Tacitu locum rostro pererrat*, etc. Sen. Thyest. 501. Διερῶν ἴχνια δορκαλίδος, Callim. Epigr. xxxiii, 2. — 81. *sistit*, ut ap. Virg. Ge. 479, al.

83 sqq. Conf. Virg. Æn. X, 633 sqq., ubi vid. Heyne. — 84. *desinit iræ*, λῆγε χόλοιο, ut *abstinere irarum*, Hor. Od. III, 27, 70, et *desistere pugnæ*, Virg. Æn. X, 441. Cf. Lambin. ad Horat. Od. II, ix, 17. — 86. *Pœnum ignarum*, scil. ipsam Junonem, non Gelestam, hæc moliri. Juno, ut Pauli cum Hannibale pugna inpediretur, alia molitur: in faciem enim Gelestæ mutata Hannibali mentitur, Paulum juxta Aufidum ingentem stragem edere, quum tamen is in longe diversa parte pugnaret; atque ita ignarum Pœnum, qui falsi Gelestæ dictis fidem habebat, a sævo vicini Pauli certamine avocat; Drak.

92. *aggere*; vid. ad I, 265.—93.

Arma senem circa nati; pauperque penatum,
Sed domus haud obscura Tuder, notusque per Umbros
Bellator populos, factis et cæde docebat
Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.
Unanima inde phalanx, crudo ducente magistro,
Postquam hominum satiata nece est, prostraverat ictu
Innumero cum turre feram, facibusque sequutis
Ardentem monstri spectabat læta ruinam;
Quum subitus galeæ fulgor, conoque coruscæ
Majore intremuere jubæ: nec tarda senectus;
(Adnovit nam luce virum) rapit agmine natos
Sæva parens ultro in certamina, et addere passim
Tela jubet, nec manantes ex ore feroci,
Aut quæ flagrarent galea, exhorrescere flammas.

edd. — 99. *nece est* ex conj. Dausq. et N. Heins. Ille etiam *nece p.*, et hic *necis* tentavit; *necemet* Ven. Marsi. Vulgo *necem*, *p.* — 100. *secutis* Put. et Ven. Marsi, *secutus* Col. et Ox. Vulgo *secuta*. — 104. Ita Put. et ed. Gryph. *agmine* etiam in Oxon. R. 1, 3, Med. Ven. Vulgo *hac luce*, et *agmina natos*, quod, per adpositionem dictum, non displicebat N. Heins. *agnita*, scilicet certamina, in mentem venit Dausq. — 107. *galeæ* R. 2.

pauper penatum, ut *lar parvus pauperum*, Hor. Od. III, XXIX, 14, et *parvi penates*, Virg. Æn. VIII, 543. Cf. sup. ad I, 616. — 95. *domus*; cf. ad I, 572. — *Tuder*; vid. ad IV, 222. — 98. *crudo*; cf. ad I, 405. — 101. *Ardentem ruinam*, incendium turris delapsæ. — *monstri*, ut *feram*, pro elephanto.

102. sqq. Adventus Hannibalis ex magnitudine et splendore armorum cognoscitur. Cf. I, 496... 501. — 103. *nec tarda senectus*; Crista senex non tardus fuit, tardavit, cessavit, sed rapuit, etc.

104. *agmine*, ut sup. *cohors* et *phalanx*, adeoque omnes simul natos rapit. — 105. *addere*, jacere, ut XV, 716. — 106 sq. Cf. ad IX, 444... 447.

107 seqq. Venusta comparatio Cristæ, filios ad fortiter pugnandum, adspectumque hostis intrepido animo ferendum, exhortantis, cum aquila, quæ ut verba Plinii (H. N. X, 3) aliis jam laudata, mea faciam, « implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem; illum cujus acies firma contra stetit, educat. » Eadem omnes aquilas, non solum haliæetum, de quo Plin. l. c. agit, facere memorant Aristot. Histor. Anim. IX, 34 et 45 (ubi iisdem fere verbis illa traduntur); Ælian. H. A. II, 26; Petron. Sat. 120; (ubi vid. Gonsal.) Lucan. IX, 902 seqq.; Claudian. Præf. in III Con-

Armiger haud aliter magni Jovis; anxia nido
Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
Obversam spectans ora ad Phaethontia prolem,
Explorat dubios Phœbea lampade natos.
Jamque suis daret ut pugnæ documenta vocatis,
En medias hasta velox prætervolat auras.
Hæsit multiplici non alte cuspis in auro,
Ac senium invalido dependens prodidit ictu.
Cui Pœnus : « Quinam ad cassos furor inpulit ictus
Exsanguem senio dextram? vix prima momordit
Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli.

112. *vocantes* Puteol. et *vacantis* Colon. unde *pugnæ vocantis* emend. N. Heins. coll. Virgil. Æneid. lib. II, vers. 338; XII, 125 et al. vid. supra not. ad IV, 508. Id recepere Drakenb. et Lefeb. Sed simpliciorem sensum esse, patrem filios *vocasse*, ut præsentibus exemplum pugnæ præiret, jam monuit Ern. — 113. *Et medias hasta* scripti et edd. vett. a quibus etiam abest versus a Nicandro procusus, *Stridentem gelidis vibravit viribus hastam, Quæ medias raptim velox prætervolat auras*. Hanc vulgatam lectionem, quæ magnopere languet, (inpr. ob verba *raptim velox p.*) etiam Drak. servavit, cui tamen, ut et N. Heins., locus perplexus et mutilus videbatur. Ego extruso versu spurio *En* pro *Et* reposui, quod Lefeb. jam fecisse video, qui ita interpretatur : « *prætervolat auras* cum *hasta*, cujus idiotismi plura sunt exempla in poeta. » Sed mea qualicumque sententia verbum *prætervolat* e marg. in textum irrepsit, et poeta *transverberat*, vel *diverberat* (ut Virgil. Æneid. V, 503), vel simile quid scripsit. — 115. *Ac senium* Col. Vulgo *Atque senem*. — 116. *Quisnam* dedit Nicander, quem sequuti sunt editures tantum non omnes. Confer ad II, 645. — 117. *senio dextram*, non *dextram*

sul. Honor. 1 sqq. (ubi vid. Barth.) et alii.— 108. *Armiger Jovis*, aquila, quæ avis sola, supra nubes volans, fulmine non percuti, et hinc *Jovis fulmina gestare* fingebatur. Vid. Plin. II, 55; X, 3 extr. Heins. ad Ovid. Met. X, 158, et inf. ad XII, 56, 58. — 111. *Explorat dubios natos*, quinam velut adulterini sint; ut *explorare dubiam sobolem* sup. I, 413. *Phœbea lampade*, eo, quod illos *cogit adversos intueri solis radios*. Cave cum Ill. Ernesti jungas *dubios Phœbea lampade natos*, et interpreteris, nondum satis firmatos ad solem intuendum. Videant latinæ poeseos studiosi carmen quoddam Car. Ruæi, cui titulus, *Aquila cum pullis*. Eo.

114. *multiplex aurum*, lorica, multis aureorum annulorum nexibus ornata (cf. II, 401 sq. et Virg. Æn. V, 259, 264); nisi malis intell. clipeum, *σάκος ἑπταβόειον*, auro obductum. Cf. ad V, 318. — 115. Cf. V, 568 sq. et Virg. Æn. II, 544 sq.

117. *Exsanguem*, debilitatam, ut II, 320, V, 328. — *prima Tegmina*; cf. ad V, 318. — 118. *Callaici metalli*. Cf. II, 395 sq. — *cornus*, hasta, *tremebunda*, quæ in superficie clipei hærens nutat, sive tremulo motu per auras volavit; Ern. qui utrumque putat indicium

Digitized by Google

En, reddo tua tela tibi : memorabilis ista
A nobis melius discet bellare juventus. »
Sic propria miseri transfigit pectora corno.
  At contra (horrendum) bis terna spicula dextra
Torta volant, paribusque ruunt conatibus hastæ.
Haud secus ac Libyca fetam tellure leænam
Venator premit obsesso quum Maurus in antro,
Invadunt rabidi jam dudum, et inania tentant
Nondum sat firmo catuli certamina dente.
Consumit clipeo tela, et, conlectus in arma,
Sustinet ingentes crepitantibus ictibus hastas
Sidonius ductor : nec jam per vulnera credit,
Aut per tot cædes actum satis; iraque anhelat,
Ni leto det cuncta virum, jungatque parenti
Corpora, et excidat miseros cum stirpe penates.
  Tunc Abarim adfatur; namque una hic armiger ira
Flammabat Martem, atque omnes comes ibat in actus :
« Suppedita mihi tela : vadis liventis Averni

senio Col. Obfendit tamen nos vox *senium*, quæ modo præcessit. — 119. *ausi*, vel *hastæ* pro *ista* malebat N. Heins. Ego τὸ *ista* δεικτικῶς adcipio. — 121. *corno*, non *cornu*, Col. prob. N. Heins. Cf. ad v. 27. — 124. *Libycam feta t. l.* Col. neque aliter Oxon. Put. R. 1, 3, Med. nisi quod in iis *sæva*, vel *scæva* pro *feta*. Vulgo *Libyca feta t. leæna*. Sed *Libyca fetam t. leænam* recte, opinor, emend. N. Heins. quod recepi cum Lefeb. *Libyca fetæ tellure leænæ* conj. Scalig. ad marg. Silii. — 125. Hunc versum ex scriptis addidere Modius et N. Heins. — 126. *rabidi*, non *rapidi*, Col. Oxon. R. 2. Conf. ad V, 451. — 129. *urguentes hastas* maluerit N. Heins. *trepidantibus* Puteol. — 134. *huic armiger acrem F. M.* conj. N. Heins. qui tamen monet, *una ira* exponi posse, pari ira, et prorsus eadem, qua dominos. Ego potius crediderim, hunc esse sensum h. l. Abaris non arma modo Hannibalis ferebat, sed *una*, simul, *ira*, iratus, *flammabat Martem* h. e. Hannibalem ad bellum, ad virtutem.

esse teli exiguo impetu emissi : quod nobis non persuasit. Cf. II, 448; V, 628; VI, 251.

122. *bis terna dextra*, a sex Cristæ filiis simul *torta*, emissa. — 124 sqq Filii Cristæ, patre occiso, cum Hannibale pugnantes, comparantur catulis leænæ, venatores pro matre adgredientibus. — *feta leæna*, ut I, 406. — 126. *jam dudum*, confestim. Cf. ad VIII, 37. — 128. *Consumit clipeo tela*, ut V, 642. — *conlectus in arma*, h. e. in clipeum, ὑφιζάνων, ut ap. Virg. Æn. X, 412, et XII, 491, ad quæ loca vid. Heyne.

134. *armiger*, θεράπων. Vid. ad I, 66. — 135. *actus*, cœpta, molimina. Drak. cf. Val. Fl. IV, 162 et sup. III, 78. — 136 seq. *Vadis li-*

Demitti globus ille cupit, qui nostra lacessat
Tegmina, jam stultæ fructus pietatis habebit. »
Hæc fatus jaculo Lucam, qui maximus ævi,
Transadigit: pressa juvenis cum cuspide labens
Arma super fratrum resupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem vellere ferrum
Pilo Volsonem (namque hoc de strage jacentum
Fors dabat) adfixa sternit per tegmina nare.
Tum Vesulum, calido lapsantem in sanguine fratrum,
Ense metit rapido; plenamque (heu barbara virtus!)
Abscisi galeam capitis, ceu missile telum,
Conversis in terga jacit. Telesinus, ad ossa
Inliso saxo, qua spina interstruit artus,
Obcumbit; fratrisque videt labentia membra
Quercentis, quem funda procul per inane voluta
Sopierat, dum supremam Telesinus in auras
Exhalat lucem, et dubitantia lumina condit.
At fessus mærore simul, cursuque, metuque,
Et tamen haud iræ vacuus, non certa per æquor
Interdum insistens Perusinus membra ferebat.

137. *lacessat* scripti et priscæ edd. At vulgata lectio *lacessit* forte loco non movenda. — 138. *fructum* malebat N. Heins. — 140. *Transegit* Put. quod recepit Lefeb. — 144. *Sors* vitiose ed. Dausq. — 151. *Quercentis* Colon. Nomen viri ex Virg. Æn. IX, 684, notum, ut *Lucas* ex Æn. X, 561. Vulgo *Quærentis*.

ventis Averni Demitti; vid. ad I, 439. — *globus ille*, sex filii Cristæ.

138. *Tegmina*, clipeum. — *stultæ pietatis*, qua patris necem contra fortiorem frustra ulturi erant; Cell. — 140. *pressa*, alte inpressa. Cf. ad I, 383. — 143. *hoc* pilum. — *jacentum* Romanorum. — 144. *Fors dabat* Hannibali. — 145. Cf. Virg. Æn. II, 551. — 146. Conf. Stat. Th. VIII, 697, et Iscan. B. Troi. V, 253, Drak. — *Ense metit;* vid. ad IV, 213. — *rapido*, raptim. — 149. *qua spina interstruit artus*, in imo dorso, scilicet ad femorum commissuras, Ern.

152. *Sopire*, sensu privare, et hinc interficere, ut ap. Lucret. III, 917, 1051; *conniventem somno consopiri sempiterno* ap. Cic. Tusc. Qu. I, 49; ὑπνώζειν apud Eurip. Hippol. 1375. Nam mors sopori, vel somno et nocti comparatur. Cf. ad II, 574 in V. L. — 153. *dubitantia lumina*, ut *natantes oculi* II, 122, ubi vid. not. Conf. inf. v. 457, et Georg. IV, 496.

155. *non certa membra*, quia

Hunc sude, quam raptam Libyci per terga jacentis
Armiger obtulerat monstri, super inguina fixum
Obtruncat, quercuque premit violentus obusta.
Tentarat precibus sævum lenire furorem;
Sed Stygius primos inplevit fervor hiatus,
Et pulmone tenus demisit anhelitus ignem.
Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Umbro
Clarum, Crista, diu populo : ceu fulmine celsa
Æsculus, aut, proavis ab origine cognita, quercus
Quum fumat percussa Jovi, sacrosque per ævum
Æthereo ramos populantur sulfure flammæ;
Donec victa Deo late procumbit, et omnem
Conlabens operit spatioso stipite prolem.
 Atque ea dum juxta Tyrius stagna Aufida ductor
Molitur, Paulus, numerosa cæde futuram
Ultus jam mortem, ceu victor bella gerebat
Inter mille viros : jacet ingens Phorcys ab antris
Herculeæ Calpes, cælatus Gorgone parmam,

157. *raptam Libyci*, non *Libyci raptam*, scripti. — 162. *demisit* Colon. et Puteol. *dempsit* Oxon. Vulgo *depressit*. — 165. *consita* præstare potabat N. Heins. Sed Drakenborch. jam recte monuit, *quercum ab origine consitam* sine sensu dici, et *quercum ab origine sua*, quum primum consereretur, *cognitam proavis* esse antiquissimam, proavorum ætate consitam. — 172. *noctem* pro *mortem* Oxon. quod placebat N. Heins. Conf. ad II, 574. — 173. *Porcis* Col. *Phor-*

vulneratus erat, Cell. — 157. *Libyci monstri*, elephanti, *jacentis*, occisi.—*per terga*, ex incensa turri, elephantis tergori inposita. — 160. *furorem*, iram Hannibalis. — 161. *Stygius fervor*, sudes adusta, et hinc letifera. —*primos hiatus*, os apertum, quo preces modo fundere tentarat, h. e. tentaturus erat.

164 sqq. Heroes in pugna cadentes passim comparantur magnis arboribus, vento, vel securi, vel, ut h. l. et ap. Hom. Iliad. ξ, 414 sq. fulmine eversis. Vid. Cerda et Heyne ad Virg. Æneid. V, 448 sq. Jani ad Horat. Od. IV, vi, 9 seq.

166. *Jovi*, a Jove. — *sacros ramos*; cf. ad III, 501 et 691. — *sacros per ævum*, inviolatos inde ab antiquissimis temporibus. Conf. Bentl. ad Hor. carm. sæc. v. 26.

167. *sulfure*; cf. Hom. l. c. — 168. *victa Deo*, vi fulminis. — 169. *omnem prolem*, minores arbores, ex majoris semine aut radicibus enatas; Cell.

173. Cf. ad II, 59. — *ab antris*, ut I, 431, ubi vid. V. L. — 174. *Calpes*, intell. Mauretania, quæ objacet; Cell. *Herculeæ*; cf. ad I,

Unde genus tristique Deæ manabat origo.
Hunc objectantem sese, atque antiqua tumentem
Nomina saxificæ monstrosa e stirpe Medusæ,
Dum lævum petit incumbens violentius inguen,
Detrahit, excelsi conreptum vertice coni,
Adflictumque premens, tergo qua balteus imo
Sinuatur, coxaque sedet munimen utraque,
Conjecto fodit ense super: vomit ille calentem
Sanguinis effundens per hiantia viscera rivum,
Et subit Ætolos Atlanticus adcola campos.
  Has inter strages rapido terrore coorti
Invadunt terga, atque averso turbine miscent
Bella inopina viri, Tyrius quos fallere doctos

cus in aliis. Cf. not. ad II, 59. — 175. *tristique Deæ* Col. *tristisque Dea* emend. Barth. Adv. II, 9. Vulgo *tristisque Deæ*. — 176. *Hunc* ed. Cell. et Drak. Sed in reliquis libris *Hunc*. — 177. *e*, non *ex*, meliores libri. — 181. *utrique* Col. unde *coxæque utrique* recte, puto, corrig. N. Heins. — 182. Ita Col. *ense super vomet* Ox. Vulgo *ense; supervomit*, vel *supervenit*. — 185. *cohorti* Parm. *coorto* emend. N. Heins. *coacti* h. e. densati, in unum coeuntes, conj. Burm. quem vid. ad Ovid. Met. XI, 512. Sed *coorti* h. l. bene dicuntur Numidæ, qui, ut Livii verbis utar, specie transfugarum in mediam Romanorum aciem recepti, ductique ad *ultimos*, *quieti aliquamdiu manserant*, et nunc repente omnes commoventur. Similiter Livius dixit *coortos gladiis rem gerere* II, 30; *cooriri ad bellum et in pugnam* IV, 56; XXI, 32; *coorti* III, 41, pr. *Vulturnus coortus in Romanos* XXII, 46; *omnibus in eum coortis* VII, 3. — 186. *everso* Col. Sed, quod jam Draken. monuit, Numidæ

142. — *cælatus Gorgone parmam*, in cujus parma cælatum erat caput Gorgonis, seu Medusæ, filiæ Phorci, seu Phorcyos, a quo Phorcys miles oriundus fingitur. — 175. *Unde*, a Calpe, ubi olim regnarat una cum sororibus; N. Heins. — *Deæ*, Medusæ. — *tristi*; cf. ad I, 147. — 176. *tumentem*; vid. ad II, 288; VI, 598; XVII, 429. — 177. *saxificæ Medusæ*, ut ap. Sen. Herc. fur. 901; Lucan. IX, 670; Ovid. Met. V, 217, et in Ibin, 553.

179. *Detrahit* ad terram, eique *adfligit*. — *vertice coni*, galea.

180. *balteus* h. l. non a quo ensis in humero dependet, sed cingulum commune. — 184. *Atlanticus adcola*, Phorcys Mauretanus. — *Ætolos campos*. Vid. ad I, 125. — *subit campos*, ibi cadit, moritur, ut τάχα γαῖαν ὑπὲρ Διὸς ἄσπετον αἶσαν Δυσόμεθ' ἐσσυμένως, Calab. lib. III, Dausq. Sic et δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω, dixit Hom. Iliad. γ, 322.

185. Numidarum stratagema notum ex Frontin. Strat. II, v, 27; Val. Max. VII, 4 ext. 2, et inpr. Liv. XXII, 48. Appianus, B. Hannib. c. 20 et 22, Celtiberis illud tribuit, non Numidis. — 186 seq. *turbine*, ut lib. I, v. 41. — *miscent*

Hanc ipsam pugnæ rector formarat ad artem:
Subcinctique dolis, fugerent ceu Punica castra,
Dediderant dextras. Tum totis mentibus actam
In cædes aciem pone atque in terga ruentes
Præcipitant: non hasta viro, non deficit ensis.
E strage est ferrum, atque evulsa cadavere tela.
Raptum Galba procul (neque enim virtutis amorem
Adversa exemisse valent) ut vidit ab hoste
Auferri signum, connisus corpore toto
Victorem adsequitur, letalique occupat ictu.
Ac dum comprensam cæso de corpore prædam
Avellit, tardeque manus moribunda remittit,
Transfixus gladio propere adcurrentis Amorgi
Occidit, inmoriens magnis non prosperus ausis.
Hæc inter, veluti nondum satiasset Enyo
Iras sæva truces, sublatum pulvere campum
Vulturnus rotat, et candentes torquet arenas.
Jamque reluctantes stridens inmane procella

aversam adorti sunt Rom. aciem, teste Liv. XXII, 48. — 192. *viros* recte, opinor, emend. N. Heins. quod recepit Draken. Conf. ad VIII, 659. — 193. *evulsa* Col. Vulgo *avulsa*. — 196. *connisus*, non *connixus*, scripti. Conf. ad II, 123. — 200. *accurrentis* Col. Vulgo *occurrentis*, probb. Dausq. et Lefeb. — 201. *prosperus ausis* Col. Puteol. R. 2, et Mars. *Inmori ausis* dicitur, ut *clavo* XIV, 404, et *hastæ* Val. Fl. VI, 570, Drakenb. Vulgo *prosper in ausis*. — 204. *canentes* malebat N. Heins. Sed conf. IX, 497 sq. 502. — 205. *reluctantes procellas* Col. quod olim N. Heins. ad Claudian. in Eutrop. II, 171, probavit, sed in not. ad h. l. recte reje-

Bella; sic ad I, 69, *miscentem pugnas*, ubi videndæ notæ. Ep. — 189. *Subcincti dolis*, ut contra *discingere dolos* VII, 153. — 192 seq. « Adreptis scutis, quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Rom. aciem. » Liv. l. c.

196. *connisus corpore toto*, ut II, 629; IX, 379, et Virg. Æn. X, 127. — 197. *occupat ictu*, φθάνει πλήξας. Cf. ad V, 520. Sic et φθάνει μὲν βαλών, φθῆν ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς, φθῆσιν ἐρεξάμενος χρόα, dixit Hom. Odys. χ, 91; Iliad. π, 861; ψ, 805.

198. *prædam*, signum, vexillum.

202. *Enyo*, Ἐνυώ, græcum nomen Bellonæ, de qua cf. IV, 439 sq. et V, 220 seq. — 203. *Pulvere campum*, pro, pulverem campi, seu in campo. — 204. *candentes*; v. V. L. — 205 seq. Procella, ex vehementiori Vulturni flatu constans, reluctantes et invitos milites ad ultimam partem campi tulit; Drak. — *stridens inmane procella*, ut ap. Virg. Æn. I, 102. Cf.

Per longum tulit ad campi suprema, cavisque
Adflictos ripis tumidum demersit in amnem.
Hic tibi finis erat, metas hic Aufidus ævi
Servabat tacito, non felix Curio, leto.
Namque, furens animi dum consternata moratur
Agmina, et opposita membrorum sistere certat,
In præceps magna propulsus mole ruentum
Turbatis hauritur aquis, fundoque volutus
Hadriaca jacuit sine nomine mortis arena.
Ingens ferre mala, et Fortunæ subdere colla
Nescius, adversa fronte incurrebat in arma
Vincentum consul : pereundi Martius ardor,
Atque animos jam sola dabat fiducia mortis;
Quum Viriathus agens telis, regnator Hiberæ
Magnanimus terræ, juxta atque ante ora furentis
Obtruncat Pauli fessum certaminis hostem.
Heu dolor! heu lacrimæ! Servilius optima belli,
Post Paulum belli pars optima, conruit ictu
Barbarico, magnamque cadens leto addidit uno
Invidiam Cannis : tristem non pertulit iram
Consul, et insani quamquam contraria venti
Exarmat vis, atque obtendit pulvere lucem,

cit; v. not. — 208. *erit* Col. — 219. *Viriathus*, non *Viriatus*, Col. v. ad III, 354. — 227. *obtundit*, vel *obtexit*, vel *offundit* scribendum censebat N. Heins. Sed vid.

ad VII, 573. — 209. *tacito leto;* v. ad III, 145, et cf. inf. v. 403.

214. *sine nomine;* conf. ad IX, 373. *Hadriaca arena*, ut *ad litora Hadriaca ponti* I, 54.

215. *Fortunæ subdere colla;* v. ad VI, 414. — 217 sq. Conf. ad I, 559 seq. — *Consul*, Æmilius Paulus. — 219. De *Viriatho* v. ad III, 354. — *regnator Hiberæ terræ*, imperator Lusitanorum. — 220. *Magnanimus;* conf. ad I, 29. — 221. *hostem*, Servilium consularem, de quo v. ad VIII, 664. — 222. Conf. V, 190. — *optima belli pars*, ut ap. Virg. Æn. X, 427, 737. Cf. ad V, 329. — 224 seq. *addidit Invidiam Cannis*, Cannensis cladis memoriam ingratiorem, ipsamque calamitatem acerbiorem fecit. Cf. VI, 402. — 225. Cf. XV, 690.

226 sq. *contraria vis venti Exarmat*, hebetat, *lucem*, aciem oculorum. — *insani*, ut VI, 175. — 227. *Exarmat*, arma extorquere conatur; Leuz. — *obtendi* proprie dicuntur res, quibus vela obducuntur, vel tenebræ, unde *obtendit* h.

Squalentem rumpens ingestæ torvus arenæ
Ingreditur nimbum, ac ritu jam moris Hiberi
Carmina pulsata fundentem barbara cætra
Invadit, lævæque fodit vitalia mammæ.
Hic fuit extremus cædum labor : addere bello
Haud ultra licuit dextram, nec tanta relictum est
Uti, Roma, tibi postbac ad prælia Paulo.
Saxum ingens, vasto libratum pondere, cæca
Venit in ora manu, et, perfractæ cassidis æra
Ossibus infodiens, complevit sanguine vultus.
Inde pedem referens, labentia membra propinquo
Inposuit scopulo, atque, undanti vulnere anhelans,
Sedit terribilis clipeum super ore cruento :
Inmanis ceu, depulsis levioribus hastis,
Adcepit leo quum tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens media tremebundus arena,
Ac, manante jubis rictuque et naribus unda
Sanguinis, interdum languentia murmura torquens,

nnı. *abtendit* Tell. et R. 2. — 229. *ritu moris* mira dictio. Forte leg. *ritu victoris Hiberi*. — 233. *est* in Col. A reliquis libris abest. *cauta* pro *tanta* conj. N. Heins. — 239. *vulnere*, non *pulvere*, scripsi et R. 2. — 243. *teli inpatiens* et *fremebundus* emend. N. Heins. Utrumque probavit Drak. et recepit Lefeb. Sed h. l. agitur de Paulo et leone, qui, inruenti hominum multitudini inpares, pedem referunt, et letali vulnere adcepto, patienter magnoque animo mori malunt, quam fugere. Conf. not.

l. tegit, occultat, velat. Cf. Val. Fl. III, 718; Intpp. ad Virg. Ge. I, 248; Heins. ad Claud. R. P. II, 226, et Gigantom. 92; Barth. ad Stat. Th. II, 248, et V, 45; Gronov. ad Senec. OEd. 625; Ernesti ad Tac. Hist. III, 56.

229 seq. Cf. ad III, 348, et IV, 215. — *vitalia* membra, unde vita maxime pendet, ut ap. Lucan. VI, 194, 197; VII, 620; IX, 743 al. Eodem sensu *qua fata celerrima* dixisse Virg. Æn. XII, 507, observat Lef. — *vitalia*, cor; Lenz.

235 sqq. Cf. Liv. XXII, 49. — *cæca manu;* v. ad V, 3. — *perfractæ cassidis æra*, ut ap. Lucan VI, 193; Lef.

239. *undanti vulnere*, ut apud Virg. Æneid. X, 908; Stat. Th. I, 449; II, 124, et *unda sanguinis* mox v. 244, et apud Val. Fl. VI, 573. Cf. Heyne ad Virg. Æn. IX, 700, et Heins. ad Claud. R. P. III, 127. — 241. sqq. Conf. Virg. Æn. IX, 792 sqq. ubi vid. Heyne.

243. *tremebundus*, ut *territus* ap. Virg. l. c. Cf. V. L. et Hom. Iliad. λ, 553; ρ, 111 seq. — *arena* amphiteatri. — 245. *murmura tor-*

Effundit patulo spumantem ex ore cruorem.
Tum vero incumbunt Libyes super: ipse citato
Ductor equo, qua flatus agit, qua pervius ensis,
Qua sonipes, qua belligero fera bellua dente.
Obrutus hic telis ferri per corpora Piso
Rectorem ut vidit Libyæ, connisus in hastam
Ilia cornipedis subrecta cuspide transit,
Conlapsoque super nequidquam incumbere cœptat:
Quum Pœnus, propere conlecto corpore, quamquam
Cernuus inflexo sonipes effuderat armo;
« Umbræne Ausoniæ rediviva in bella retractant
Post obitum dextras? nec in ipsa morte quiescunt? »
Sic ait, atque ægrum cœptanti adtollere corpus
Arduus insurgens totum permiscuit ensem.
Ecce, Cydonea violatus arundine plantam,
Lentulus effusis campum linquebat habenis;
Quum videt in scopulo rorantem saxa cruore,

247. *incumbunt*, non *incubuit*, Colon. Puteol. R. 2. — 251. *connisus*, non *connixus*, scripsi; vid. ad lib. II, v. 123. — 252. *subjecta* Put. Tell. R. 1, 3, Parm. Mediol. et al. — 253. Hic versus si non totus interpolatricem manum, certe vel incuriam poetæ, vel corruptelam redolet: nam locutio *super incumbere* modo præcessit, et verbum *cœptare* mox sequitur. — 254. *Cum* Col. Oxon. R. 1, 3, Parm. Med. et Venetæ Marsi. Vulgo *Cui*. — 255. *effunditur* Parm. et Benedt. *effudatur* R. 1; sed *effunditur*, vel *effuderat* a m. sec. — 256. *rediva* Putean. *recidiva* recte, puto, emend. N. Heins et recepit Lefeb. vid. ad I, 106. — 260. *libatus* suspic. N. Heins. quo sensu et *degustare* atque *perstringere* dicitur. Sed v. not. ad V, 602.

quens languentia, ut IV, 278. — 246. *spumantem cruorem*, ut *canentem* I, 424, ubi v. V. L.

248. *Ductor*, Hannibal. — *status*, Vulturnus, Pœnos adjuvans.

250. *ferri*, equo citato vehi, *per corpora*, cadavera Rom., inter quæ saucius jacet Piso. — 252. *subrecta cuspide*, sursum erecta; v. ad VII, 650. — *Ilia transit* Piso, propr. cuspis.

254. *Conligere corpus*, se erigere. — 255. Cf. Virg. Æn. X, 894, et ibi Heyne. — 256 sq. Num exanimes Romani reviviscunt, et arma retractant? Lefeb. Hunc locum putat expressum ex Hom. Iliad. ρ, 55. Similem Silii locum me supra legere memini, quem tamen nunc frustra requisivi. — 259. *arduus insurgens*, ut *alte insurgens* I, 401, et *adsurgens* IV, 610. — *permiscuit* visceribus, h. e. infixit.

260. Cf. Liv. XXII, 49. — *Cydonea arundine*; vid. ad II, 90, et Heyne ad Virg. Æn. XII, 858.

262. *rorantem saxa cruore*; v. ad IV, 447, et Heins. ad Claud. in

Torvoque obtutu labentem in Tartara Paulum.
Mens abiit; puduitque fugæ : tum visa cremari
Roma viro, tunc ad portas jam stare cruentus
Hannibal, et totum tunc primum ante ora fuere
Sorbentes Latium campi : « Quid deinde relictum,
Crastina cur Tyrios lux non deducat ad Urbem,
Deseris in tantis puppim si, Paule, procellis?
Testor Cælicolas, inquit, ni damna gubernas
Crudelis belli, vivisque in turbine tanto
Invitus; plus, Paule, (dolor verba aspera dictat)
Plus Varrone noces : cape, quæso, hunc, unice rerum
Fessarum, cape cornipedem : languentia membra

266. *totum tunc primum* Oxon. *totum tunc primi*, vel *Ætoli tunc primum*, quod Lefeb. recepit, conj. N. Heins. — 267. Ita Colon. Vulgo *relictum est.* — 269. *si*, non *sic*, Col. — 270. *damna superstas* conj. N. Heins. Sed *damna* h. l. dicitur bellum damnosum et exitiabile, cujus calamitas v. 269, 271, imaginibus, a re bellica petitis, adumbratur. — 273. *Cape, spes, hunc, unica rerum*, vel *cape, dux, quæso, unice rerum Fessarum, hunc cape cornipedem* corrig. Burm. improb. Lefeb. qui monet, τὸ *unice* ad nobilius genus spectare, quo et ipse illud retuli in not. ad V, 495. At nunc nodum ita solvi posse vix crediderim, et prior potius

Rufin. I, 383. — 264 sqq. Mortuo Paulo Roma ipsi et omne Latium perire videbatur. — *Mens* fugæ *abiit*, fugiendi impetus eum reliquit; Lenz.—267. *campi* Cannenses in Apulia *sorbentes Latium totum*, sanguinem totius Italiæ. Conf. XI, 565, 566, et ad I, 50, 51. — 269 seq. Verbis, e re nautica petitis, designatur auxilium Romanis in summo discrimine præstandum, *puppim* (gubernaculum), *gubernare damna belli*, etc.

270 sqq. Ernesti monet, poetam manifeste veritatem Livii non adsecutum esse, apud quem Lentulus non adhortetur Paulum, ut ne desit Romanis, nec mortem vitæ præferat (quod nunc non integrum fuisset ei vulneribus confecto et moribundo), sed hoc modo postulet ab eo, ut, dum aliquid virium supersit, hostibus se eripiat, ne in ipsa pugna consul moriatur. Meo vero qualicumque judicio Silius recte mentem Livii cepit. Non tam triste fuit et acerbum, consulem, in acie, quam talem virum perire. Vulnera autem Pauli forte sanari potuissent, nisi obstinato ad moriendum fuisset animo. Ipse ap. Liv. l. l. a Lentulo petit, ut *patiatur se expirare, ne aut reus iterum e consulatu sit, aut adcusator collegæ existat.* Quod non rogasset, si nulla vitæ spes reliqua fuisset. Conf. V. L. — 273 seq. *rerum Fessarum*; v. ad I, 566.—*unice rerum fessarum*; v. V. L. — *unice rerum Fessarum*, cladis communis, h. e. qui præ ceteris dignus es, ut serveris; Lenz. coll. verbis Liv. XXII, 49: « L. Æmili, quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ

Digitized by Google

Ipse levabo humeris, et dorso tuta locabo. »
 Hæc inter, lacero manantem ex ore cruorem
Ejectans, consul, « Macte o virtute paterna!
Nec vero spes angustæ, quum talia restent
Pectora Romuleo regno : calcaribus aufer,
Qua vulnus permittit, equum; atque hinc ocius Urbis
Claudantur portæ : ruet hæc ad mœnia pestis.
Dic, oro, rerum Fabio tradantur habenæ.
Nostris pugnavit monitis furor : amplius acta
Quid superest vita, nisi cæcæ ostendere plebi
Paulum scire mori? feror an consumtus in Urbem
Vulneribus? quantine emtum velit Hannibal, ut nos
Vertentes terga adspiciat? nec talia Paulo
Pectora, nec manes tam parva intramus imago.
Ille ego... Sed vano quid enim te demoror æger,
Lentule, conquestu? perge, atque hinc cuspide fessum

Burman. emendatio probanda videtor, coll. IV, 815, et VII, 1. — 278. *restant* Put. R. 1, 3; Parm. Med. — 281. *postes* pro *portæ* Put. — 283. et ante *rerum* inserendum putabat N. Heins. et ita distinguendum : *atque hinc ocius urbis c. portæ, (ruet hæc ad m. p.) Dic*, oro; *et rerum F.* etc. *Dic ergo* Put. R. 1, 3, Med. — 283. *actæ Q. s. vitæ*, vel *acta Quid super e vita* opinabatur N. Heins. — 285. *Feror*, non *Ferar*, Col. *Furor* Parm. *in Urbem* scripti. Vulgo *eidem*, scilicet plebi, *eodem*, h. e. in urbem, tentabat N. Heins. — 286. *Quantine* Col. et Tell. Vulgo *Quantive*, quod servavit Lefeb. *Quanti heu* suspic. N. Heins. *Vulnere quantivis emtum* Dausq. — 289. *vano*, non *vario*, Col. — 291. *Erige* Col. unde *Exige* conj.

dii respicere debent, cape hunc equum, etc. » Livius superat poetam. Ed.

276. Respondet Paulus, at multo loquacius, quam in Livio (XXII, 49), cujus omnis narratio naturæ rei et tempori convenientior videtur; Ern. Enimvero Silius huic narrationi vix quidquam addidit præter ornatum poeticum. — 277. *Macte o virtute paterna*; ut ap. Liv. l. c. Cf. ad IV, 475. Laudatur juvenis virtus, quoniam is equi sui usum consuli obtulerat, ejusque loco mori cupiebat. — 280. *Qua*, quatenus, *permittit vulnus* in planta, v. 260. — 281. *hæc pestis*, Hannibal. Cf. ad I, 174. — 282. Conf. I, 144. — 283. *Nostris monitis pugnavit*, obstitit, *furor* Varronis; Mars. — 284. *cæcæ plebi*; vid. ad VII, 540. — 286. Conf. Virg. Æn. XII, 678 seq. En *animæ magnæ Prodigum Paulum, superante Pœno*, ut verba Horat. Od. I, XII, 37, mea faciam. — 286. *Quantine emtum velit Hannibal?* Cf. ad V, 601, 602. — 288. Vid. ad VIII, 145 sq. — *imago*; v. ad I, 97. — 289. *Ille ego*... abrupta oratio, de qua vid. ad VI, 110. De formula loquendi *ille ego*, cf. Heins. ad Ovid. Trist. V, VII, 55.

Eripe quadrupedem propere. » Tum Lentulus Urbem,
Magna ferens mandata, petit; nec Paulus inultum,
Quod superest de luce, sinit: ceu vulnere tigris
Letifero cedens tandem, projectaque corpus
Luctatur morti, et languentem pandit hiatum
In vanos morsus, nec subficientibus iræ
Ictibus, extrema lambit venabula lingua.
  Jamque coruscanti telum, propiusque ferenti
Gressum exsultantem, et securo cædis Iertæ
Non exspectatum surgens defixerat ensem,
Sidoniumque ducem circumspectabat, in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
Sed vicere virum coeuntibus undique telis
Et Nomas, et Garamas, et Celtæ, et Maurus, et Astur.
Hic finis Paulo: jacet altum pectus, et ingens

N. Heins. coll. v. 482; *quadripedem* Col. Conf. ad I, 162, et Pier. ad Virg. Ecl. V, 26, et Æn. XI, 714. — 297. *Rictibus* emend. N. Heins. quod probavit Drak. et recepit Lefeb. Sed *non sufficientes iræ ictus a languente hiatu et vanis morsibus* non differre, idque a luxuriante Silii ornatu non abhorrere jam monuit Ern. — 299. *Jertæ* Col. *Inerte* Oxon. Put. et priscæ edd. *Inerti* utraque Ven. Marsi, *Ilerthæ* Junt. Nicandri, et quæ inde fluxere; *Ilerdæ* reposuit Cellar. ut ab Ilerda, Hispaniæ urbe, dictus sit. — 300. Forte leg. *Ante exspectatum*; vid. ad II, 151. — *deflexerat* Col. pro *defixerat* h. e. penitus infixerat. — 302. *animam restantem*, vel *bellantem* conj. N. Heins. *luctantem* Draken. *in illa Exoptans anima certantem ponere dextram* Burm. ut sensus sit, exoptasse Paulum, ut cædes Hannibalis ultimum facinus foret; non vero, ut ab Hannibale cæderetur. Sed vid. not. *cedentem* e. Tell. quod recepit Lefeb. Non male, judice Ern. — 303. *fixere* suspic. N. Heins. et mox, *Celta* Burm. quoniam reliqui populi numero singulari memorantur, unde et tacite ita edidit Lefeb. — 305. *Hæc finis* edd. Junt. Ald. et Gryph. Conf. Gell. XIII, 20; Heins. ad Virg. Æn. II, 554; III, 145, et ad Ovid. A. A. I, 282, quosque Drak. laudavit, Victorius ad Cic. Epist. ad fam. X, 32; Lambin.

292 sqq. Paulus extremas vires in hostibus ulciscendis consumit: scena heroica, exiguam veri similitudinem habens; at narrata probabiliter; Ern. — 293 seq. Similis comparatio sup. v. 241 seq. et I, 421 sqq. — *projectaque corpus*, ut *projecto lucis amore* sup. v. 42. Cf. ad V, 226. — 295. *luctatur morti*; v. ad II, 514. — 297. *extrema*, extremum spirante. Ern.

298. *coruscanti telum*, ut ictum daret. Cf. ad I, 434. — 299. *securo cædis*, qui non dubitabat, quin Paulum facile occideret. — 302. Exoptabat mori in certamine cum Hannibale, viro fortissimo. Sic *tuaque animam hanc effundere dextra*, dixit Virg. Æn. I, 98. Cf. sup. ad. v. 67 sq. et ad II, 705.

305. *ingens Dextera*, vir fortissimus. — *Dextera, quem*, ut βρίθος

Dextera, quem, soli si bella agitanda darentur,
Æquares forsan Fabio : mors additur Urbi
Pulchra decus, misitque viri inter sidera nomen.
Postquam spes Italum mentesque in consule lapsæ,
Ceu truncus capitis, sævis exercitus armis
Sternitur, et victrix toto fremit Africa campo.
Hic Picentum acies, hic Umber martius, illic
Sicana procumbit pubes, hic Hernica turma.
Passim signa jacent, quæ Samnis belliger, et quæ
Sarrastes populi, Marsæque tulere cohortes;
Transfixi clipei, galeæque, et inutile ferrum,
Fractaque conflictu parmarum tegmina, et ore
Cornipedum derepta fero spumantia frena.
Sanguineus tumidas in campos Aufidus undas
Ejectat, redditque furens sua corpora ripis.
Sic Lagea ratis, vasto velut insula ponto
Conspecta, iulisit scopulis ubi nubifer Eurus,
Naufragium spargens operit freta; jamque per undas
Et transtra, et mali, laceroque aplustria velo,

ad Lucret. I, 108, et Gron. ad Liv, IV, 11. — 306. *Dextra* perperam ed. Marsi poster. et pleræque eam secutæ; *quam* emend. N. Heins. Sed vid. not. ad V, 495, et ad h. l. — 307. *mors addidit decus* corrig. Dausq. Sed adpositio hæc longe magis poetica et elegans, judice etiam N. Heins. — 311. *fremit* Col. Vulgo *furit*, *tuto campo* Put. — 312. *Piconum*, h. e. Picenorum, R. 3. — 316. *Transfixos clipeos... Aufidus ejectat* primum edidit Nicander in Junt. — 317. *ori* conj. N. Heins. quem vid. ad Ovid. Met. III, 52. — 318. *derepta*, Col. *dejecta* Tell. Vulgo *direpta*. Cf. ad IX, 29. — 319. *tumidis undis* ed. Junt. et aliæ inde expressæ. — 320. *ferens* maluerit N. Heins. et vide. — 323. *Naufragio operit*, ut ap. Flor. II, 11. Vulgo male post *scopulis* et *freta* ponuntur commata. — 324. *unplustria* Oxon.

φέροντα, Anacr. III, 17, ubi vid. Intpp. *σώματα ὅστις*, Sophocl. Ajac. 760, ubi v. Brunck. Cf. sup. ad V, 495, et Köppen ad Hom. Iliad. *β*, 278. — 306. *darentur*, data fuissent.

309. *mentes lapsæ*, animus Rom. fractus est. — in *consule*, morte Pauli. — 313. *Sicana pubes*; cf. V, 489 sq. — 315. *Sarrastes populi*; v. ad VIII, 536. — 319. Cf. VIII, 669 seq. — 321 sqq. *Lagea ratis*; v. ad I, 196. Drak. suspicabatur, poetam respexisse ad naves portentosæ magnitudinis, a Ptolemæo Philopatore exstructas (v. Athen. Deipnos. V, 8, pag. 203, et Plut. Demetr. 59), vel ad naves Antonianas, de quibus v. Heyne ad Virg. Æneid. VIII, 691 sqq. ex quo loco etiam navis cum *insula* comparatio petita est.

324. *aplustre*, seu aplustrum,

Ac miseri fluitant revomentes æquora nautæ.
At Pœnus, per longa diem certamina sævis
Cædibus emensus, postquam eripuere furori
Insignem tenebræ lucem, tum denique Martem
Dimisit, tandemque suis in cæde pepercit.
Sed mens invigilat curis, noctisque quietem
Ferre nequit: stimulat dona inter tanta Deorum,
Corque acuit nondum portas intrasse Quirini.
Proxima lux placet. Hinc strictos ferre ocius enses,

Put. Med. Drak. laudavit verba Festi: *Aplustria, navium ornamenta; quæ, quia erant amplius, quam erant necessaria usui, etiam amplustria dicebantur.* — 331, 332. Vulgaris lectio, *Stimulat d. i. t. Deorum: Hortatur nondum*, etc. haud dubie incuria et stupore librariorum corrupta est, nec temperare mihi potui, quo minus eam desererem, etsi conjecturam meam non præstare, vel cuiquam obtrudere ausim. *Hortator* emend. Barth. Adv. II, 13; *Hortatus* Livineius; *mens... stimulat d. i. t. Deorum Hortatu* N. Heins. qui præterea post τὸ *Quirini* versum excidisse putabat. Eum *mens stimulat d. i. t. Deorum Cunctatum n. p. i. Q.* (quod cunctatus esset in tam felici rerum cursu, nec jam antea ad Urbem duxisset exercitum), Borm. cui τὸ *Hortatur* glossa vocis *stimulat* esse videbatur; *mens... Ferre nequit, stimulat, d. i. t. Deorum, Hortatur nudi portas i. Q.* (h. e. mœnia Rom. nuda auxilio et defensoribus post tantam cladem) Lefeb. *Stimulat d. i. t. D. Optatas n. p. i. Q.* Ernesti, ut sensus sit, excitat Hannibalem cogitatio hæc, se nondum Romam occupasse. Ego pro vulg. lectione *Hortatur*, quam ex compendio scripturæ ortam esse suspicor, levi mutatione *Corque acuit* reposui, et h. l. ita interpretor: id, quod Romam nondum ceperit, in tam secunda rerum fortuna, *cor* ejus *stimulat et acuit*, ut sup. I, 113, ubi vid. not. Infinitivo autem centies ita Silius utitur, v. c. v. 379. Pro *Hortatur*, Withof. conj. *Iratum*, vel *Mirantum*, vel denique *Sacratas*, ut sensus sit, hoc cum *stimulat*, urit, sollicitat, male habet, (vid. eum ad Guntheri Ligurin.) quod nondum ipsas Romæ portas intraverit. Cf. v. 367; XI, 118 al. — 333. *huc* pro *hinc* substituendum censebat N. Heins. et v.

ἄφλαστον, seu ἄπλαστον, ornamentum puppis, tabulatum, in quo post diætam erigebatur baculus, στυλὶς, e quo dependebat *velum*, h. est, linteum, seu fascia (ταινία, *Flagge*), quæ motum venti indicabat. Conf. Köppen ad Homer. Iliad. ο, 717; Gesneri Thes., et, quos Drak. laudat, Scheffer. de Re Nav. II, 6; Salmas. Exerc. Plin. p. 403 seq.; Cuper. Apoth. Hom. p. 50 et 196; Fabrett. ad Columη. Trai. pag. 117, et Beger. Thes. Brand. T. III, p. 408. Cf. et V. L. Vide etiam Wernsdorf ad Rutil. Itin. I, 513, in Poet. Min. T. V, P. I, p. 167. — 325. *æquora*, aquam.

326 sqq. Hannibal post victoriam Cannensem extemplo Romam contendere et obpugnare constituit: in quo poeta non historicam veritatem (v. Liv. XXII, 51), sed rationem poeticam, et episodii de machinatione Junonis (v. 337 sqq.) comminiscendi occasionem spectavit. — 329. *suis*, suorum labori, in *cæde* Rom. peragenda; Dausq. — 331 seq. Cf. V. L.

Dum fervet cruor, et perfusæ cæde cohortes,
Destinat, ac jam claustra manu, jam mœnia flamma
Occupat, et jungit Tarpeia incendia Cannis.
Quo turbata viri conjux Saturnia cæpto,
Irarumque Jovis Latiique haud inscia fati,
Incautum ardorem atque avidas ad futile votum
Spes juvenis frenare parat : ciet inde quietis
Regnantem tenebris Somnum; quo sæpe ministro
Edomita inviti componit lumina fratris.
Atque huic adridens, « Non te majoribus, inquit,
Ausis, Dive, voco; nec posco ut mollibus alis
Des victum mihi, Somne, Jovem : non mille premendi
Sunt oculi tibi, nec spernens tua numina custos
Inachiæ multa superandus nocte juvencæ.
Ductori precor inmittas nova somnia Pœno,

334; *furor* pro *cruor*. — 338. *haud inscia* Col. ut I, 41. Vulgo *haud nescia*. — 339. *ad futile nomen* Put. — 342. *inviti* scripti et R. 2. Conf. VII, 204, et Intpp. ad Val. Fl. I, 116. Vulgo *invicti*. — 347. *multa morte* Put. — 348. *bona somnia*

334. Dum recens est ardor militum. — 336. *Occupat* et *jungit*, spe et cogitotione.

340 sq. Similiter *Somnus* mittitur ad Agamemnonem Hom. Iliad. β, 6 seq. ad Neptunum Iliad. ξ, 354 sq. ad Jovem Iliad. ξ, 230 sq. quo et h. l. v. 342 spectat — *quietis tenebris*, a vestibulo et aditu locorum inferorum, ubi Somni sedes. Vid. Heyne ad Virg. Æneid. VI, 278, et Köppen ad Hom. Iliad. ξ, 231. — 342. *fratris*, Jovis. — 343. *majoribus Ausis*, ad majora ausa.

344. *mollibus alis*; χρυσίαις πτερύγεσσιν, Orph. Arg. 1009. Ὄνειροι μελανοπτέρυγες, Eurip. Hecub. 71. Somnus alis, vel, ut mox v. 356, virga tangit, quibus soporem inmittit. Conf. Broukh. et Heyne ad Tibull. II, 1, 89; III, iv, 55. Cuper. Apoth. Hom. pag. 178; Spanh. ad Callim. H. in Del. v. 234, et Herderi *zerstreuete Blätter*, T. II, p. 322.

345 sq. Non Argus tibi sopiendus est, custos Ius, filiæ Inachi, in vaccam mutatæ : quæ fabula vel tironibus nota est ex Ovid. Met. I, 624 sqq. — *mille oculi*, Argus πανόπτης, de quo v. Heyne ad Apollod. p. 252 seq. Centum ei oculos tribuunt Ovidius et alii. Cur *spernat numina* Somni, docebit idem Ovid. l. c. v. 626 sq. et 685 sq.

347. *nocte*, somno. Vid. ad II, 563. — *multa*, propter multos oculos.

348. *nova somnia*, inusitata, ab ipso Somno inmissa. Lefeb. *étranges*. Drak. quæ cum aliquo terrore animum percellunt, aut forma ac modo inusitato metum atque horrorem incutiunt, ut ap. Tibull. II, 7, 19 (al. vi, 37), ubi vid. Broukh.

Ne Romam et vetitos cupiat nunc visere muros,
Quos intrare dabit nunquam regnator Olympi. »
Imperium celer exsequitur, curvoque volucris
Per tenebras portat medicata papavera cornu.
Ast ubi, per tacitum adlapsus, tentoria prima
Barcæi petiit juvenis, quatit inde soporas
Devexo capiti pennas, oculisque quietem
Inrorat, tangens Lethæa tempora virga.

conj. N. Heins. et vers. 349, *sibi* pro *nunc*. — 350. *Quis* tacite et sine auctoritate scripsit Lefeb. Confer ad VI, 498. — 351. *volucres* suspic. N. Heins. Sed verba *volucris* (h. e. velociter) *portat* jungenda sunt, et τὸ *volucris* etiam masc. genere dici, docet Drak. coll. XIII, 345. Sic contra *volucer fama* Petron. Sat. c. 123; ubi vid. Burm. Cf. et inf. v. 470. — 353. *Atque ubi* Lefeb. e c. Tell.

349 sq. Conf. VI. 599... 605, et XII, 605 seq. Drak. — *vetitos muros*. Cf. ad III, 501; IV, 788.

351 sq. Cf. ad II, 543 sq. Somnus manu tenet *cornu*, unde soporem infundit, (v. Burm. ad Val. Fl. IV, 16; VIII, 72; Heyne et Cerda ad Virg. Æn. I, 692; Cl. Doering. Eclogæ poett. lat. pag. 249; Speneii Polymet. XII, pag. 264; Barth. et Lutat. ad Stat. Th. II, 144; VI, 27. Lessing. *Wie die Alten den Tod gebildet*, p. 1, 45 al.) et *papavera* (propter vim soporificam, quæ nigro inprimis papaveri inest, unde opium paratur) effundit, de quo v. Martin. ad Virg. Ge. I, 78; IV, 545; Ovid. Met. XI, 605 seq. Signum a Tollio post Cic. Or. pro Archia et a Drak. ad h. l. editum, Mariett. *Traité des Pierres gravées*, T. II, pag. 1, n. LX (ubi Somnus ex manu Noctis, cui tres Ὄνειροι a tergo stant, papaverum manipulum accipit), et auctor libri qui inscribitur, *papaver ex omni antiquitate erutum*, Norib. 1713, 1714. p. 155 sq.; 170 sq.

352. *medicata*; conf. Heyne ad Virg. Æn. IV, 486, et VI, 420.

353. *per tacitum adlapsus*, ut *Ille volat, nullos strepitus facientibus alis* ap. Ovid. Met. XI, 650; Drak. Cf. ad VII, 527. — 354 sq. *Barcæi juvenis*, Hannibalis. Cf. I, 72. — *soporas pennas*; cf. ad v. 344. — *quatit Devexo capiti*, supra caput, στῆ δ' ἄρ ὑπὲρ κεφαλῆς, Hom. Iliad. β, 21, ubi vid. Köppen. — *oculis quietem Inrorat*; cf ad VIII, 121 in Var. Lectt. Heyne et Cerda ad Virg. Æneid. I, 691, et III, 511; Burm. ad Val. Fl. IV, 16.

356. Imitat Virg. Æn. V, 854 sq. ubi Heyne coll. Apollon. IV, 156, monet, *virgam*, vel *ramum* proprie accipiendum, et rem ab aqua lustrali ductam esse. Conf. Barth. ad Stat. Silv. V, IV, 18; Doering. Eclog. poett. lat. p. 242; Gronov. Obss. II, 1, p. 210 sq.; Turneb. Advers. XXI, 4, et Burm. ad Val. Fl. VIII, 84. Sic et Mercurius ῥάβδῳ ὄμματα θέλγει, Hom. Odys. ε, 47; v. Gronov. l. c. Ernesti *virgam* h. l. ipsa papavera dici putat. *Lethæa virga*, ut Ληθαῖον πτερὸν ὕπνου, dixit Callimach. Hymn. in Del. vers. 234. Cf. Virg. Georg. I, 78; IV, 545, et Æneid. V, 854.

Exercent rabidam truculenta insomnia mentem :
Jamque videbatur multo sibi milite Thybrim
Cingere, et insultans adstare ad mœnia Romæ.
Ipse refulgebat Tarpeiæ culmine rupis,
Elata torquens flagrantia fulmina dextra,
Jupiter; et lati fumabant sulfure campi,
Ac gelidis Anio trepidabat cærulus undis;
Et densi ante oculos iterumque iterumque tremendum
Vibrabant ignes : tunc vox effusa per auras :
« Sat magna, o juvenis, prensa est tibi gloria Cannis;
Siste gradum; neque enim sacris inrumpere muris,
Pœne, magis dabitur, nostrum quam scindere cælum. »
Adtonitum visis, majoraque bella paventem
Post confecta Sopor Junonia jussa relinquit;
Nec lux terribili purgavit imagine mentem.
Quos inter motus somni vanosque tumultus,

362. *Latii campi* conj. N. Heins. — 365. *aures* Col. unde *offusa per aures* opinabatur N. Heins. quem v. ad Val. Fl. IV, 482, et Gron. Obss. IV, 21, ad Liv. XXVIII, 29; XXXIII, 7; ad Sen. Ep. 82, et natur. Quæst. V, 3. Sed vulgatam lect. firmavit Drak. e lib. IV, 260, et Virg. Æn. IX, 112. — 366. *pressa est* scripti; unde *pressis Cannis*, vel *pressæ tibi gloria Cannæ* conj. N. Heins. coll. v. 487; *parta est* suspic. Drak. Sed *prensa* exquisitius quam *parta* videtur Ern. — 368. *exscindere* opinabatur N. Heins. quem vid. ad Claud. Gigant. v. 31; conf. IV, 473; XII, 580, et Virg. Æn. VI, 583; *scandere* conj. Casaub. ad marg. ed. Gryph. Sed *scindere* id. qd. rescindere vel exscindere. — 369. *visus* ed. Gryph. prob. N. Heins. qui etiam *visi* tentabat. — 370. *relinquit*, non *reliquit*, scripti. — 372. *vanosque*, non *variosque* scripti et R. 2, conf. v. 367, 368; *monitus somni* conj. N. Heins. Conf. not. ad IV, 120, et mox v. 377, *Quos i. motus animi variosque tumultus* non male emend. Burm. quoniam dies jam orta fuerit, soporque Hannibalem reliquerit, qui monitus somni secum revolverit, unde motus hi et æstus animi orti. *Motus* autem animi passim *tumultus* dici monet Drak. coll. Hor. Od. II, XVI, 10; Claud.

357. *insomnia*, somnia, ut XI, 102; Virg. Æn. VI, 897, et Tibull. III, 4, 1, ubi v. Broukh. Singula h. l. ἐναργῶς et apte expressa, inpr. adparitio oratioque Jovis. — 358. *videbatur sibi*, somniabat. — 363. Cf. ad I, 49, et V, 542.

367 seq. Hæc graviter et ad dignitatem majestatemque Rom. urbis adumbrandam adcommodate dicta. — *sacris muris*; vid. ad III, 501; *inrumpere muris*; conf. ad II, 378 in V. L. *inrumpere* proprie significat, quo non licet penetrare, v. c. in adyta et penetralia, de profanis et non initiatis. Vid. Heins. ad Ovid. Trist. II, 305, et Burm. ad Quinctil. II, 1, p. 320.

371. *Nec lux purgavit imagine mentem*, etiam vigili imago noc-

Digitized by Google

Dedita per noctem reliquo cum milite castra
Nuntiat, et prædam pleno trahit agmine Mago.
Huic ductor lætas Tarpeio vertice mensas
Spondenti, quum quinta diem nox orbe tulisset,
Celatis Superum monitis clausoque pavore,
Vulnera et exhaustas sævo certamine vires,
Ac nimium lætis excusat fidere rebus.
Tum spe dejectus juvenis, ceu vertere ab ipsis
Terga juberetur muris, ac signa referre,
« Tanta mole, inquit, non Roma, ut credidit ipsa,
Sed Varro est victus : quonam tam prospera Martis
Munera destituis fato, patriamque moraris?

in Rufin. I, 20, et Lucan. VII, 183. Sed *motus somni et tumultus* crediderim esse motus animi, per somnium excitatos. — 375. *vertice*, non *in vertice*, Col. *lautas mensas* conj. N. Heins. quia *lætis rebus* mox subjunxit poeta. Drak. contulit XI, 370, et Stat. Silv. IV, vi, 60. — 378. *exustas* Put. — 382. *Roma* (*ut credidit*) *ipsa* vulgo legitur, quod mutavit N. Heins. qui etiam *ut creditur ipsi* reponi posse monet, quum in Put. exstet *ut creditur ipsa*. Forte leg. *ut credis inepte*, h. e. alieno tempore, præter rem, ut *res mihi inepte nocet* ap. Cic. ad Div. VI, 7. Vix certe adsequaris, quomodo nunc jam noverit Mago, Romam id credidisse. — 383. *Quenam* R. 1, 2, unde *Quænam* edidit Lefeb. qui hæc verba e Lucano VII, 107, desumta putat, et hoc sensu capit : quam prosperos successus (ut I, 443; IV, 648; XIII, 870) tradis, committis fortunæ? Idem rescripsit : *patriamne moreris?* h. e. diu hærenturna menti obversabatur; Ernest.

373. Cf. Liv. XXII, 52. — 374. *pleno*, onusto præda.

375. Cf. Liv. XXII, 51, in cujus tamen imitatione Silius ingenio suo indulsit, his additis, illis resecatis. Dictum hoc, *die quinto victor in Capitolio epulaberis*... quod Silius Magoni tribuit, et de quo vid. Gell. X, 24 et, qui eum descripsit, Macrob. I, 4; Maharbali dedere Liv. XXII, 51, et Val. Max. IX, 5 ext. 3; Adherbali vero Florus II, 6, ubi tamen Grævius Maharbalis nomen ex Mstis restituendum docuit; Draken. Possunt plures uno consilium dedisse; Dausq. et Cell.

377. *monitis*; cf. ad IV, 120. — *clauso*, dissimulato, celato, *pavore*, a somnio sibi incusso. — 378 seq. *Vulnera excusat*, h. e. iis ad excusandum utitur, se iis excusat.

382. *Tanta mole*, tantis conatibus. Mago elevat res ab Hannibale gestas, spiritusque ejus reprimit.

383. Quonam tristi adversoque fato fit, seu efficitur, ut tam felicem rerum cursum non persequaris? *Vincere scis, victoria uti nescis*, Liv. XXII, 51. — 384. *patriam moraris*, quatenus tergiversando et cunctando patriam imperio jam prope comparato fraudas; vel etiam milites diu hærentes in Italia patriæ detines; Ernesti. Imo *patriam* poeta dixit pro spe patriæ;

Mecum exsultet eques : juro hoc caput, adcipe muros
Iliacos, portasque tibi sine Marte patentes. »
  Dumque ea Mago fremit cauto non credita fratri,
Jam Latius sese Canusina in mœnia miles
Conligere, et profugos vicino cingere vallo,
Cœperat: heu rebus facies inhonora sinistris!
Non aquilæ, non signa viris, non consulis altum
Imperium, non subnixæ lictore secures.
Trunca atque ægra metu, ceu magna elisa ruina,
Corpora debilibus nituntur sistere membris.
Clamor sæpe repens, et sæpe silentia fixis
In tellurem oculis, nudæ plerisque sinistræ
Detrito clipeo : desunt pugnacibus enses :
Saucius omnis eques : galeis carpsere superbum
Cristarum decus, et damnarunt Martis honores.
At multa thorax perfossus cuspide; et hærens
Loricæ interdum Maurusia pendet arundo.
Interdum mæsto socios clamore requirunt.
Hic Galba, hic Piso, et, leto non dignus inerti,

tem in Italia militem patriæ detinebisne? Sed vid. not. — 387. *tanto* pro *cauto* Oxon. et Put. — 389. *profugus*, scilicet ex prælio Cannensi, maluerit N. Heins. et v. 397, *Detracto*, vel *Deterto*, vel *Deterso*, vel *Derepto*. Ibid. *pugnantibus* Put. et priscæ edd. — 399. *damnati*, vel *damnatos* omnino scribendum putabat N. Heins. coll. inf. v. 639, et XI, 161. Sed vid. not. — 400. *Ac* corrig. N. Heins. ut a superioribus hæc dependeant, *perfusus* Tell.

ut *vota meliora morari* Stat. Th. III, 651.

385. *Sequere: cum equite, ut prius venisse, quam venturum, sciant, præcedam;* Liv. l. c.—*juro hoc caput;* cf. ad VIII, 105.

387. Cf. Liv. XXII, 50 et 52. — 388 sq. *Latius miles*, decem millia hominum, qui duce Sempronio ex majoribus castris Canusium pervenerunt. Alii Venusiam, vel Cannas, vel in silvas profugerunt; et qui in minoribus castris restiterant, capti sunt. Conf. Appian. B. Hannib. c. 26. — *sese conligere;* v. ad VI, 399. — *vicino* urbi.

390 seq. Poeta ad similem rem transtulisse videtur narrationem Livii IX, 5 et 6. — 393. *elisa ruina;* conf. V, 509. — 398. *carpsere*, decerpsere, deripuere. — 399. *damnarunt*, respuerunt, præ mœrore projecerunt, *M. honores*, illud superbum decus cristarum, et reliqua ornamenta insigniaque militaria. — 401. *Loricæ*, in lorica hærens.

402. Verba Virg. Æneid. I, 217, ubi v. Heyne. — 403 sq. *Galba;* v.

Digitized by Google

Curio deflentur; gravis illic Scævola bello.
Hos passim; at Pauli pariter, ceu dira parentis
Fata gemunt: ut vera mali præsentia nunquam
Cessarit canere, et Varronis sistere mentem.
Utque diem hunc toties nequidquam averterit Urbi;
Atque idem quantus dextra: sed cura futuri
Quos premit, aut fossas instant præducere muris,
Aut portarum aditus (ut rerum est copia) firmant;
Quaque patet campus planis ingressibus hosti,
Cervorum ambustis imitantur cornua ramis,
Et stilus occulitur, cæcum in vestigia telum.

404. *deflentur*, non *defletur*, Col. Ox. et primæ edd. — 405. *Hos passim*, h. e. perfunctorie, *at Paulli graviter... gemunt* conj. Burm. Sed v. not. — 406. *mali præsagia* non male suspic. Barth. Adv. II, 13, quod recepit Lef. qui et *menti*, sed perperam, refinxit. — 408. *Utque*, non *Atque*, Col. *toties* scripti et priscæ edd. *quoties* primus edidit Nicand. — 410. *præducere* pro *producere* post Lips. de Mil. V, 5, et Scal. rescripsit N. Heins. coll. Tac. Ann. XIV, 32; Cæs. B. G. VII, 46, 69, et B. Civ. I, 27, al. Conf. Gronov. et Ern. ad Tac. Ann. XI, 20, et Heyne Obss. ad Tibull. IV, 1, 83. — 411. *adituque* perperam ed. Dausq. et Cell. — 414. *stilus* Col. Ox. et nonn. edd. *silus* Tell. et Mars. quem præter alios secutus est Lefeb. cujus hæc nota est: « *Silus* vox est celtica et orientalis de *acie*, vel *acumine*. Superest apud

sup. v. 194 sq. et VIII, 470. — *Piso*; cf. v. 250 seq. et VIII, 463. — *Curio*; cf. v. 209, et VIII, 426. — *leto inerti*; nam in Aufido perierat. Cf. ad v. 209, et III, 123, 145. — *Scævola*; cf. IX, 370, et VIII, 383.

405. Hos duces passim hic et ille per exercitum, non omnes simul, sed ut quisque in hunc vel illum animatus erat, lugent: at Pauli fata omnes pariter gemunt; Burm. — *pariter ceu*, ut ὁμοίως ὡς, Lef. Male! — 406. *vera mali præsentia*, vera et certo futura, quæ nunc præsentia sunt; Cell. Milites commemorabant inter se, ut ille sæpe prædixerit hanc calamitatem præsentem; Ern. — 407. *canere*; cf. v. 60 seq. *sistere*, cohibere, *mentem*, consilia, vel θυμὸν, μῆνιν, furorem et iram. — 409. *quantus dextra*, quam fortis fuerit. — 413. Terræ infigunt stipites ramosos, in formam cornuum cervinorum truncatos, qui aggeribus committendis muniendisque, vel adscensui hostium prohibendo inserviebant, quorumque *stili*, h. e. cuspides, ex terra exstantes, et frondibus vel herbis occultatæ, equorum pedes lædebant inpediebantque. Dicuntur inde *cervi* Tibul. IV, 1, 84 (ubi v. Heyne et Broukh.); Varr. L. L. IV, p. 30 et 51 (ubi v. Scalig.); Cæs. B. G. VII, 72; Liv. XLIV, 11; *cervuli* Frontin. Strateg. I, v, 2 (ubi v. Tennul.). — 414. *cæcum vallum*, ut h. l. *cæcum telum*, Festo et Cæs. B. C. I, 28; *stili cæci* Hirt. B. Afric. 31; *stimuli*, Cæs. B. G. VII, 73, et *tribuli*, Veget. III,

Ecce, super clades et non medicabile vulnus,
Relliquias belli atque inperdita corpora Pœnis
Inpia formido ac major jactabat Erinnys.
Trans æquor Tyrios enses atque arma parabant
Punica et Hannibalem mutato evadere cælo.
Dux erat exsilio conlectis Marte Metellus,
Sed stirpe haud parvi cognominis : is mala bello
Pectora degeneremque manum ad deformia agebat
Consulta; atque alio positas spectabat in orbe,
Quîs sese occulerent, terras, quo nomina nulla
Pœnorum, aut patriæ penetraret fama relictæ.
 Quæ postquam adcepit flammata Scipio mente,
Quantus Sidonium contra, fera prælia miscens,

Suecos *syl*, gall. *poinçon*, et *skosyl* vox composita de *subula*, *alène*. Ita apud orientales *sil*, *silon*, de *spina*, a pungendo; apud Græcos σίλω, σίλλω, *pungo*. Marsus *silum* exponit per telum, in terram defixum, aciem sursum versam habens; et ad Festum provocat, quo teste *silus* proprie dicitur *nasus sursum versus et repandus*. — 417. *raptabat* R. 1, Parm. Med. — 420. *ex illo c. Marte*, h. e. ex prælio Cannensi, emend. N. Heins. quod probavit Drak. et recepit Lefeb. Hac vero ratione admissa, vox *Sed* plane ab h. l. aliena est; *exilis* (haud bello spectatos) conj. Livineius, quod monet Ernesti, qui tamen ipse h. l. sententiam suam non expromit. Meo qualicumque judicio, vel nihil mutandum est, (vid. not.) vel poeta *parvi vir nominis* scripsit. Voc. *vir* facile excidere potuit, iisdem fere literis præcedentibus, et τὸ *cognominis* acumen interpolatoris redolere videtur, qui noverat, *Metellum* proprie cognomen, non nomen Cæciliæ gentis fuisse. — 421. *Is mala* Oxon. R. 3, et Benes. Conf. Gronov. Obss. I, 13; *is mana* Col. *Ismara* R. 1, Parm. Med. *hismara* Tell. Vulg. *is nova*.

24. Conf. Cæs. B. G. V, 18; Cerda, Guell. et Serv. ad Virg. Ecl. II, 29; Lips. Poliorc. II, 2, et al. — *cæcum*; v. ad V, 3.

415. Hæc ad verbum fere adumbrata es Liv. XXII, 53. Cf. Val. Mas. V, vi, 7, et Oros. IV, 6.

416. Verba Virg. Æn. I, 30, et X, 430. — 417. *jactabat*, movebat, agitabat, vel vexabat. Cf. ad VIII, 291. — *Erinnys*, furor, insania; *evadere*, effugere. — 419. *cælo*, plaga cæli.

420. seq. *Dux erat exsilio*, ad exsilium, *conlectis Metellus*, *Marte* quidem *parvi cognominis*, *sed stirpe haud parvi cognominis*, h. e. non bello quidem et factis, sed genere clarus. Cf. sup. v. 59... 69.

421. *cognominis* pro nominis, ut apud Gell. X, 12; Prop. IV, 1, 69; Virg. Æn. III, 133... 350; XII, 845 et al. *Nomen* autem, ut ὄνομα, pro fama et gloria dici, vix est quod moneam. Cf. XIII, 98, et ad IX, 373. — *mala bello Pectora*; homines timidos et inbelles.

426. Cf. auctores ad v. 415 laudati. — 427. *Quantus*, quanto animo. — *prælia miscens*; vid. ad I,

Ductorem stetit in campis, rapit ocius ensem,
Atque, ubi turpe malum Latioque extrema coquebant
Cœpta viri, ruptis foribus sese arduus infert.
Tum, quatiens strictum cum voce ante ora paventum
Mucronem, a Tarpeia, pater, qui templa, secundam
Incolis a cælo sedem, et Saturnia nondum
Iliacis mutata malis, tuque aspera pectus
Ægide Gorgoneos virgo subcincta furores,
Indigetesque Dei, sponte inter numina nostra,
Perque caput, nullo levius mihi numine, patris
Magnanimi juro, nunquam Lavinia regna
Linquam, nec linqui patiar, dum vita manebit.
Ocius, en, testare Deos, si mœnia tædis

431. *strictum vagina mucronem* opinabatur N. Heins. frustra. — 434. *Italicis* Colon. et ita Lefeb. coll. XI, 26; *Iticis* forte Tell. — 436. *numina vestra* Colon. Vulgatam lect. *sponte inter numina nostra* probat Barth. Adv. II, 13, et jungit *sponte nostra*, hoc est nostra allecta in Deorum numerum relati; *spondens per nomina vestra*,.... *juro* (hoc est spondeo jurans, seu jurejurando, ut *σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον* Homer. Iliad. *α*, 76) conj. N. Heins. *sponte*, (per emphasin, ut *ultro*, *volens*, v. c. ap. Virg. Æn. X, 677.) *en*, *per numina vestra*, *P. c. n. l. m. nomine*, etc. edidit Lefeb. cui vox *en*, quæ tamen mox sequitur, in deliciis est. Ego legendum crediderim *Indigetesque Dei patrii* (vel et *patrii*,) *per numina vestra* (coll. Virg. Ge. I, 498, ubi vid. Heyne), vel, quod minus a lectione cod. Col. recedit, *sancte hic per numina vestra... juro*, ut ap Terent. Hec. II, II, 26; Plaut. Capt. IV, II, 112, et Cist. II, III, 27; *sponte en per*, vel potius *Dei Ausoniæ per numina vestra* corrig. Withof. — 440. *antestare* (quod

69. — 429 sq. *extrema Cœpta*; cf. ad VIII, 25. — *coquebant*; vid. ad II, 327. — *foribus sese arduus infert*, ut ap. Virg. Ge. II, 145, et Æn. XI, 36. — 431. *cum voce*; cf. ad IV, 660.

432 sqq. Jupiter, Juno et Minerva præcipue in templo Capitol., quamvis diversis cellis, colebantur, unde frequenter junctim et invocantur (ut apud Cic. Or. pro Domo c. 57, et in Verr. V, 72; Val. Max. V, 10 ex. 2 al.), et in numis aliisque monumm. vett. (ap. Rycquium de Capit. c. 13; Bellorium Lucern. Sepulcr. P. II, n. 9 et 10, et inpr. Wildium in gemmis num. 129), occurrunt; Drak. Cf. Jani ad Hor. Od. I, XII, 20. — *Iliacis*, Romanis, ut V, 595; VI, 106 al. — *nondum mutata* mentem, mitigata.

435. Conf. ad IX, 441 sq. 462; Virg. Æn. II, 616; VIII, 435, 438, ex quibus locis etiam intelligitur, cur poeta caput Medusæ *furores Gorg.* dixerit, scil. propter oculos torvos et obliquos, iræ furorisque indices. — 436. *Indigetes Dei*; cf. IX, 294. — 437. Cf. VI, 113, 123, 416. — 438. *Magnanimi*; v. ad I, 29. — 440. *mœnia* Romæ.

Flagrabunt Libycis, nullas te ferre, Metelle,
Ausurum in terras gressus : ni talia sancis,
Quem tremis, et cujus somnos formidine rumpis,
Hannibal hic armatus adest : moriere, nec ullo
Pœnorum melior parietur gloria cæso. »
His excussa incepta minis : jamque ordine jusso
Obstringunt animas patriæ, dictataque jurant
Sacramenta Deis, et purgant pectora culpa.
Atque ea dum Rutulis turbata mente geruntur,
Lustrabat campos, et sævæ tristia dextræ
Facta recensebat, pertractans vulnera visu,
Hannibal, et, magna circumstipante caterva,
Dulcia præbebat trucibus spectacula Pœnis.
Quas strages inter, confossus pectora telis,
Seminecem extremo vitam exhalabat in auras

vetus juris verbum est ap. Hor. Sat. I, IX, 177; Plaut. Pers. IV, IX, 10, et al.) opinabatur N. Heins. et v. 441, *nullas efferre, Metelle, Orsurum*, vel *Ausonia in terras g.* Ibid. *nullos te ferre, M. Ausurum in terras* (scilicet exteras, quo abire in animo habes) *gressus* emend. Scal. — 444. *moriere* Col. (duo scripti, teste Lefeb.) et R. 2; *morere* Put. *periere* R. 1, Med. Beo. *perimere* ad marg. R. 1. Vulgo *majore*. — 446. *jussi* (jurare ordine obstringunt) conj. Burm. Conf. Heyne in Var. Lect. ad Virg. Æn. X, 444. — 453. *pendebat*, R. 1, Parm. Med. vitiose pro *pandebat*, ut apud Hor. Sat. II, II, 26; N. Heins. — 454. Ita scripti et Marsi edd. Vulgo *Quas inter strages*. — 455. *exhalabat*, non *exhalarat*, Col. Ox. R. 1; Parm.

443. *Quem tremis;* cf. ad II, 53. — *cujus formidine somnos rumpis*, somnus tuus rumpitur, turbatur.

444. « Haud secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent, jurant omnes; » Liv. XXII, 53.

445. Non major mihi gloria parietur cæde ullius Pœnorum, quam tui. — 447. *dictata* a Scipione, qui ea verbis præivit.

449 sq. Conf. Liv. XXII, 51, et sup. V, 668 sq.; VI, 1 sqq., 47 sq.; IX, 511 sq. quibus locis poeta jam ea, quæ Livius loco citato tradit, in rem suam convertere occupavit. His itaque prætermissis, novam nunc, eamque satis miram narrationem de equo Clœlium dominum adnoscente, comminiscitur: qualia in recentioribus poetis, a vita heroica remotioribus, displicere, jam recte monuit Ernesti. Cf. Heyne ad Virg. Æneid. XI, 89. Similia tamen de Centareti equo tradunt Ælian. H. A. lib. VI, 44, et Plin. VIII, 42. — 451. *pertractans visu*, ut *præcontrectare videndo* ap. Ovidium, Met. VI, 478; *oculis comedere* et *devorare*, Martial. IX, 59, et Justin. XXI, 1, similiaque plura ap. Heuman. Parerg. Crit. p. 147; Drak.

455. *Seminecem vitam*, ut *mortuam vitam* dixit Lucret. III, 1061;

Murmure deficiens jam Clœlius, oraque nisu
Languida vix ægro et dubia cervice levabat.
Adnovit sonipes, adrectisque auribus acrem
Hinnitum effundens, sternit tellure Bagesum,
Quem tunc captivo portabat in agmina dorso.
Hinc, rapidum glomerans cursum, per lubrica pingui
Stante cruore soli et mulctata cadavera cædi
Evolat, ac domini consistit in ora jacentis.
Inde, inclinatus colla, et submissus in armos,
De more inflexis præbebat scandere terga
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.
Milite non illo quisquam felicius acri

Med. Ben. necdum enim exhalarat, sed exhalabat moribundus; quod jam monuere Dausq. Barth. et N. Heins. *exhalatat* R. 2. — 456. *Murmure* haud dubitanter cum Lefeb. reposui pro *Munere* ex emend. N. Heins. et Gronov. Obss. IV, 17; conf. Stat. Th. X, 435; et sup. ad III, 680. — 459. *Bagesum* Col. R. 1, Parm. et Med., unde cum Lefeb. recepi. Vulgo *Vagesum*. — 461. *pingui*, non *pinguis*, scripsi et Parm. — 462. *Stagna soli* (h. e. solum cruore stagnans, ut VI, 36; XII, 43, 127) malebat N. Heins. et mox *cædis*, vel *mactata cædi*; ut ap. Virg. Æn. XI, 197. Withof. malebat, *cumulata cadavera cæde*. Nec tamen diffitetur, nostram quoque lect. bene se habere, *mulctata cadavera cædi* scripsi R. 1, Parm. Med. unde recepi. *Cædi* pro *cæde*, (vid. not. ad III, 88), et *mulctata c.* pro cæsa, ut *m. morte* ap. Virgil. Æn. XI, 839, ubi *mulcatam* scribendum putabat Heins. ut h. l. *mulcata* Drak. qui laudat VV. DD. ad Plaut. Mostell. IV, II, 23, ad Auson. VI, 90; Gronov. ad Liv. XXVIII, 30; Græv. ad Suet. Cæs. 17; Victor. ad Cic. Brut. c. 22. Sed vid. Heyne ad Virg. l. c. cui tamen, ut Burm., *multatam* scribendum videtur. Ego optimorum libb. scripturam retinui: nam verba *mulctare* et *mulcta* formata videntur a *mulgere*, et vulgari olim sermone *mulgere* aliquem, scilicet pecunia, ut *emungere*, pro *privare*, seu *damnum inferre*, dictum fuisse, non improbabilis est conjectura Schelleri in Præceptis stili bene lat. T. I, p. 37 et 86; *mutata c. cæde* Mars. quem secuti sunt alii. Sed τὸ *pingui* ineptum videbatur Withof. et vulgatum servandum; conf. Ovid. Ep. Her. I, 54. — 463. *in ore* maluerit N. Heins. (conf. ad III, 66) *ad ora* Burm. *latentis* Oxon. — 464. Ita scripsi et edd. antt. nisi quod vitiose in c. Oxon. *marinos* pro *in armos*, et in Ven. Marsi *subnixus* reperitur, *inclinatus collum, submissus et armos* primus dedit Nicander. — 466. *propero* conj. Barth. Adv. II, 13; *prono* N. Heins. qui tamen τὸ *proprio* probavit Drak. — 460. *captivo*, captivus, ab eo captus. — 461. *glomerans cursum*, prop. gressus, pedes in cursu. Conf. ad III, 336, et Virg. Georg. lib. III, v. 117. — *pingui*, ut *uberior* III, 261, et *nutritas sanguine fruges*, apud Petron. Sat. CXX, ubi v. Intpp. — 462. *Stante cruore*, stagnante, ut apud Lucan. II, 103: nam Festus aliique *stagnum* a voce *stare* deducunt, et *stagnans aqua* est stans, paludosa, ac limo turbida, de quo v. Gron. Diatr. Stat. c. 28; Heins. et Drak.

464. *submissus in armos*, ut ap. Stat. Achill. I, 124; Lef.

Insultarat equo, vel si resupina citato
Projectus dorso ferretur membra, vel idem
Si nudo staret tergo, dum rapta volucris
Transigeret cursu sonipes certamina campi.
At Libys, humanos æquantem pectore sensus
Haud parce miratus equum, quinam ille sinistræ
Depugnet morti juvenis, nomenque, decusque
Erogitat, letique simul compendia donat.
Hic Cinna (ad Tyrios namque is sua verterat arma,
Credulus adversis, et tum comes ibat ovanti)
« Auribus huic, inquit, ductor fortissime, origo est
Non indigna tuis: quondam sub regibus illa,
Quæ Libycos renuit frenos, sub regibus olim

coll. III, 515. Idem legendum putabat *ut quondam*, quia *quondam* in Put. — 468, 469. *citati*, scilicet equi, frustra; sed *ferretur*, quod recepi, pro vulg. *ferret quum* recte, opinor, emend. Gronov. Obss. IV, 17, p. 741, probb. Ernesti et N. Heins. qui tamen *Provectus*, vel *Proreptus* præstare existimabat, et *citatum dorsum* non inepte dici, ut similia XII, 521; Sen. Agam. 326, et Med. 852; Stat. Th. VI, 768; Claud. laud. Stil. v. 335; conf. not. ad VI, 21; *ferret sua membra* corrig. Burm. *Porrectus* Lefeb. — 470. *dum*, non *cum*, scripti R. 1, Parm. Med. *volucri cursu* R. 1, Parm. Med. Ben. prob. N. Heins. — 472. *pectora* Col. h. e. κατὰ *p.*, unde forsan non spernendum. — 473. *sinistræ sorti*, vel *sinistro Marti* opinabatur N. Heins. — 476. *Hic*, non *Hinc*, Col. Oxon. R. 1, Med. et Venetæ Marsi. — 477. *adversis, et tum* Colon. *adversi sat tum* Oxon. et Putean. *sat tunc* R. 1, Mediol. *adversi, et tum* Venetæ Marsi et Mart. Herb. *adversi, qui tum* edidit Nicander, et deinde alii.

468 sqq. Respexit Silius ad duplicem equitis artem, quum citato cursu, vel, capite per dorsum in nates equi inclinato, resupinus jacet, vel erectus in pedes in tergo equi stat; Burm. — *projectus*, jacens, ut passim. — *citato dorso*; v. var. lect. — 470. Velocitatis notio luxuriante ornatu expressa. — *rapta*, raptim. Cf. ad I, 569. — 471. *Transigeret cursu*, celeriter, ut ap. Virg. Æn. IV, 154; Drak. — *certamina campi*, campum, in quo certatur; Ern.

473 seq. *quinam ille;* cf. ad II, 645 in V. L. — *sinistræ Depugnet morti*, luctetur cum morte acerba; Cell. Conf. ad I, 234. — 475. *leti compendia donat*, adcelerat Clœlio mortem, jubendo, ut telo conficiatur; Cell. Neque *donare* sine delectu dictum: nam beneficium exhibet tali misero, cui vitæ retinendæ nulla spes est, qui mortem ei adcelerat; Ern.

476. Transiit, vertit se ad Hannibalem, *credulus adversis*, credens, adversam fortunam non recessuram ab Romanis; Cell. *ovanti*, victori, Hannibali. — 477. *Libycos renuit frenos*, Pœnorum adspernatur imperium, se Pœnis

Roma fuit. Sed enim, solium indignata Superbi,
Ut sceptra exegit, confestim ingentia bella
Clusina venere domo: si Porsena fando
Auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra.
« Ille, ope Mæonia et populo subcinctus Etrusco,
Certabat pulsos per bella reponere reges.
Multa adeo nequidquam ausi; pressitque tyrannus
Janiculum incumbens: ubi mox, jam pace probata,
Compressere odia, et positum cum fœdere bellum,
Obsidibusque obstricta fides, mansuescere corda
Nescia, pro Superi! et nil non inmite parata
Gens Italum pro laude pati! Bis Clœlia senos
Nondum complerat primævi corporis annos,
Una puellarum Laurentum, et pignora pacis
Inter virgineas regi transmissa catervas
(Facta virum sileo): rege hæc, et fœdere, et annis,
Et fluvio spretis, mirantem interrita Thybrim
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis:

482. *Vi sceptra exegit* conj. Barth. Adv. II, 13, Male! — 489. *cum*, non *tum*, scripti et primæ edd — 494. *pignore* R. 1, et Med. *in pignora* Ben. quod placebat N. Heinsio. Sed Clœliam *pignus pacis* vocari exemplo Liv. II, 13, observat Draken.

submittere recusat. — 482. *sceptra exegit*, Tarquinium Superbum regno et urbe expulit.

483. Historia vel tironibus nota ex Liv. II, 9... 14. — *fando*, fama.

484. *Lydia*, Etrusca, Porsenæ, Clusini regis. Cf. ad IV, 719.

485. *Mæonia*, id. qd. Lydia. Vid. ad IV, 721. — 486. *reges*, rex ejusque familia, ut ap. Liv. I, 39; II, 2, 8 al. — *reponere*, ut V, 533.

490. Cf. ad II, 653. — 492 seq. Cf. XIII, 828 sq. — *Clœlia... primævi corporis*, ut apud Virg. Æn. X, 345, et Val. Fl. II, 653. — 494. *Laurentum*; v. ad I, 110. *Pignora pacis* per appositionem vocari *catervas virgineas* bene monuit Withof.

496. *virum*, Coclitis et Mucii Scævolæ. — 497 sq. *mirantem Thybrim Tranavit*, ut apud Claud. in Eutrop. I, 447, et similia ap. Ovid. Amor. II, 11, 1, et Catull. LXV, 15; Drak. Cf. ad I, 49, et V, 542. Accedit autem Silius hic eorum opinioni, qui Clœliam natando Thybrim transmisisse dicunt (v. c. Liv. II, 13); quum alii (e. g. Florus I, x, 17) velint, eam equo insidentem flumen trajecisse, quorum sententiam firmat statua equestris in memoriam hujus facti a Romanis ipsi posita, de qua v. Liv. l. c. et gemma ap. Beger. Spicil. antiq. p. 73; Drak. Sed forte equo insidens *tranavit* flumen. — 498. *fran-*

Cui si mutasset sexum natura, reverti
Forsan Tyrrhenas tibi non licuisset in oras,
Porsena! sed juveni (ne sim tibi longior) hinc est
Et genus et clara memorandum virgine nomen. »
Talia dum pandit, vicinus parte sinistra
Per subitum erumpit clamor: permixta ruina
Inter et arma virum et lacerata cadavera, Pauli
Eruerant corpus media de strage jacentum.
Heu quis erat! quam non similis modo Punica telis
Agmina turbanti! vel quum Taulantia regna
Vertit, et Illyrico sunt addita vincla tyranno!
Pulvere canities atro, arentique cruore
Squalebat barba, et perfracti turbine dentes
Muralis saxi; tum toto corpore vulnus.
Quæ postquam adspexit geminatus gaudia ductor
Sidonius: « Fuge, Varro, inquit, fuge, Varro, superstes,

501. *hinc* scripti, teste N. Heins. sed *huic*, si Lefeb. fides habenda, qui hanc vulgatam lect. servavit, in duobus scriptis, et *hic* in c. Put. *est* non exstat in R. 2. — 502. *a virgine* primus edidit Marsus, et deinde alii, etiam Lefeb. qui in duobus scriptis præpos. *a* reperiri testatur. — 510. *Pulvere concilies atro, accensique cruore* perperam scripsit Dausq. — 512. *unum toto corpore vulnus* Tell. quod recepit Lefeb. Non male! *toto unum c. v.* conj. Barth. Adv. II, 13. — 513. *Quem* duo scripti et R. 2 (teste Lefeb.) it. Marsi Ven. et deinde aliæ edd. *Quem gens undam ulnis*, ut III, 457. —

501. *juveni*, Clœlio. — *hinc*, ab hac Clœlia.

503 sqq. Silius exornat Liviana XXII, 52: « Consulem quoque Roman. conquisitum sepultumque quidam auctores sunt. » *Per subitum*, vid. ad VII, 527. — 507. Recte jam compararunt Virg. Æn. II, 274, ubi v. Cerda et Heyne.

508. Cf. ad VIII, 290; Plut. vit. Æmilii Pauli, Camers ad Flor. II, 13, et Schweigh. ad Polyb. II, 5 sqq. — *Taulantii*, Illyrica gens, dicta a Taulante, Illyrii f. unde Illyrici nomen accepisse feruntur. Vid. Mel. II, 3; Thucyd. I, p. 17; Ptolem. III, 13. — 509. *Vertit*, evertit.

510. sq. Cf. Virg. Æ. II, 272, 276 sq. et sup. VII, 343, et Hor. Od. I, xv, 20: *Crines pulvere collines.* Ed. — 512. *Muralis saxi*, ut VI, 269; IX, 568. — *toto corpore vulnus*, ut V, 333, ubi Drak. comparavit Ovid. Met. III, 237; VI, 388; Stat. Th. V, 608, ut N. Heins h. l. Ovid. Met. XV, 529, de Hippolyto, « unumque erat omnia vulnus; » et nostras Racine, *Phèdre*, Act. V, sc. 6: « .....*Tout son corps n'est bientôt qu'une plaie.* » Ed.

513. *geminatus gaudia*, geminatis gaudiis: nam ad victoriam tanti

Dum jaceat Paulus : Patribus, Fabioque sedenti,
Et populo consul totas edissere Cannas.
Concedam hanc iterum, si lucis tanta cupido est,
Concedam tibi, Varro, fugam : at, cui fortia et hoste
Me digna haud parvo caluerunt corda vigore,
Funere supremo et tumuli decoretur honore.
Quantus, Paule, jaces! qui tot mihi millibus unus
Major lætitiæ caussa es : quum fata vocabunt,
Tale precor nobis, salva Carthagine, letum. »
  Hæc ait, et socium mandari corpora terræ,
Postera quum thalamis Aurora rubebit apertis,
Imperat; armorumque jubet consurgere acervos,
Arsuros, Gradive, tibi. Tum munera jussa,
Defessi quamquam, adcelerant, sparsoque propinquos
Agmine prosternunt lucos : sonat acta bipenni
Frondosis silva alta jugis. Hinc ornus et albæ
Populus alma comæ, validis adcisa lacertis,
Scinditur, hinc ilex proavorum condita seclo.

p. a., *geminans*, *en*, *gaudia*, etc. tacite et sine fide librr. reposuit Lefeb. — 528. *sparsosque* edidit Marsus, et deinde alii. — 529. *icta* coll. Virgil. Æn. VI, 180, et XI, 135, recte, opinor, emend. N. Heins. Idem v. 530, pro *silva alta*, quam pro nutrita sumi posse putabat, conj. *silva atra*, quia vox *alta* confestim sequitur. Nam mox vulgo legitur *altæ Populus alba c.*, (ut δρῦς ὑψικόμους dixit Hom. Iliad. ψ, 118); in e. Put. *albæ P. alta c.* quod Heinsiis suadentibus recepit Drak. qui tamen *albæ P. alma c.* scribendum suspicabatur, quod eum Lefeb. reposui, quoniam e. Oxon. habet *alte P. alma comæ*. — 532. *ilex consita* corrigendum esse, jam monuere N. Heins. et Drak. qui multa exempla, quibus opus non est, congessere, ut et Brouckh. ad Prop. I, xiv, 5, et Bentl. ad Horat. Od. III, x, 6; Lefeb. *condita* exquisite pro *consita* poni arbitratur, ut ἔκτυθε, *condidit*, pro sevit, viri cædes adcesserat. — 515. *Fabio sedenti;* conf. ad III, 142, et inpr. Klotz. ad Tyrt. p. 143 sq.

516. *Cannas*, cladem Cannensem. Cf. IV, 505 seq. — 522. *fata vocabunt*, ut IV, 508. Idem est sensus ad Æn. I, 98. Ed.

524. Imitat. Virg. Æn. VI, 176 sqq., et XI, 135 sq., 182... 212, ad quæ loca v. Heyne. — 526. Comparant Liv. VIII, 30 med. XXX, 6; XLI, 12; Virg. Æn. VIII, 562, et Fabrett. ad Column. Traj. c. IX, p. 312. — 527. *munera*, inpr. arma, ut ap. Virg. Æn. XI, 195.

528 sq. *sparso Agmine*, militibus passim per silvam missis. — 530 seq. *comæ*, ut IV, 682. — *albæ;* nam folia inferius candida sunt. Cf. Heyne et Brouckh. ad Tibull. I, iv, 30. — *alma;* v. ad III, 203.

532. *ilex proavorum condita se-*

Devolvunt quercus, et amantem litora pinum,
Ac, ferale decus, mæstas ad busta cupressos.
Funereas tum deinde pyras certamine texunt,
Officium infelix et munus inane peremtis;
Donec anhelantes stagna in Tartessia Phœbus
Mersit equos, fugiensque polo Titania cæcam
Orbita nigranti traxit caligine noctem.
Post, ubi fulserunt primis Phaethontia frena
Ignibus, atque sui terris rediere colores,
Subponunt flammam, et manantia corpora tabo
Hostili tellure cremant. Subit horrida mentem
Formido incerti casus, tacitusque pererrat

Hymno pseudhomer. v. 431, et forte *abdere sulco semina* III, 350. Sed *arbores* quoque hoc sensu *conditas* cuiquam dici haud memini. — 533. *Advolvunt* tentare possis coll. Virg. Æn. VI, 182. Sed vulgata quoque lectio bene se habet: *devolvunt*, scilicet de *jugis* v. 530. — 534. *Ac* scripti, *Ad* R. 1, Med. et al. Vulgo *At*. Mox *mæstas ad justa* c. putabat N. Heins. et v. 535, *Funereo certamine*.

clo, ut fere supra v. 165. — 533. *amantem litora pinum*, quia naves inde conficiuntur: an quia in litoribus crescit? Lefeb. ad septimam pini speciem respici existimat, de qua v. I. Bauhin. Theatr. Botan. Zwingeri, pag. 158. — 534. Conf. Heyne ad Virg. Æneid. III, 64, et VI, 216; Jani ad Hor. Od. II, xiv, 23. — *mæstas ad busta cupressos*, quæ circa rogum positæ tristem præbent adspectum.

535. *certamine;* v. ad VII, 719. — 536. *Officium infelix*, superstitibus amicis, ut *triste ministerium*, Virg. Æn. VI, 223, et *munus inane peremtis*, qui neque sentiunt illud, neque eo in vitam revocantur, ut ap. Virg. Æn. VI, 886, et *vanus honor*, Æn. XI, 52, quod jam alii monuere.—537. Cf. ad III, 399, et VI, 1. — *stagna;* vid. ad VII, 282. — 538 sq. *Titania Orbita*, solaris currus, sol. Eadem res vario ornatu expressa.

540 sq. Conf. V, 55 sq.—*Phaethontia frena*, solis equi, ut *Phaethontia ungula*, VII, 206. Cf. Virg. Æneid. V, 105. — 541. *colores sui terris rediere*, h. e. tenebris involuti et absconditi rursum adparebant; Drak. coll. V, 56, et Virg. Æn. VI, 272. — 542. *Subponunt flammam*, acervo armorum. Ævo heroico (Hom. Iliad. ψ, 154, 226 seq.; ω, 788 seq.) rogus interdiu quoque strui, sed vesperi adcendi, et per noctem ardere solebat; quod jam monuit Heyne ad Virg. Æn. XI, 202, quo tamen loco initium potius noctis designari, ut v. 188 sq. ea, quæ interdiu circa *adcensos rogos* facta sint, referri crediderim.

543 sq. Merito hos versus inter lumina carminis Siliani refert Ernesti, monetque in tam funesto loco nos veluti recreari notatione indolis animi nostri, qui aliena mala considerans facile soleat in

Digitized by Google

Intima corda pavor, si fors ita Martis iniqui
Mox ferat, ac ipsis inimica sede jacendum.
At tibi, Bellipotens, sacrum, constructus acervo
Ingenti mons armorum surgebat ad astra.
Ipse, manu celsam pinum flammaque comantem
Adtollens, ductor Gradivum in vota ciebat:
Primitias pugnæ et læti libamina belli
Hannibal Ausonio cremat hæc de nomine victor,
« Et tibi, Mars genitor, votorum haud surde meorum,
Arma electa dicat spirantum turba virorum. »
Tum, face conjecta, populatur fervidus ignis
Flagrantem molem, et, rupta caligine, in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos.
Hinc citus ad tumulum donataque funera Paulo
Ibat, et hostilis leti jactabat honorem.

546. *ast ipsis* scripti et priscæ edd. *est i.* R. 1, ad oram; *hac i. i. sede* (hic in Italia) conj. N. Heins. *atque ipsis* tacite et sine librr. auctoritate scripsit Lefeb. *jacentum* Col. — 547. *At* Put. et primæ edd. unde recepi; *Ac* Col. Vulgo *Ast.* — 549. *flammamque* Med. — 551. *leto* Put. *leti* Mart. Herb. et Cell. *lethi* Colin. et Dausq. — 552. *ductor* Put. — 554. *superantum*, h. e. victorum, vel *spirantum* e *strage virorum* corrig. N. Heins. *sperantem* conj. Withof. At idem vulgatum turbatur coll. XIII, 407. — 556. *ruptas* corrig. N. Heins. Sed vid. not.

hanc cogitationem deduci: quid, si tibi olim similia adcidant?

546. Cf. IV, 77, et ad II, 574. — 547 sq. Hunc locum de tropæo Marti erigendo agere, et maximam partem e Virg. Æn. XI, 5 sq. expressum esse, observat Ernesti. Sed arma, deorum cuipiam sacrata, non tropæa incendi solebant. Cf. v. 526 sq., et loca ibi laudata.

549. *pinum*, facem, ut ap. Virg. Æn. IX, 72. Cf. v. 555. — *flamma comantem*; v. ad VI, 183. — 550. *in vota ciebat*; v. ad II, 115.

551. *Primitias pugnæ*, et *libamina belli*, ut apud Virg. Æn. XI, 16, ubi v. Heyne. Cf. IV, 827; XI, 376; XV, 262. — 552. *Ausonio de nomine*, de Romanis. — 553. *genitor*; v. ad I, 606, et III, 126 in V. L. — *votorum haud surde meorum*; cf. ad I, 692. — 554. *spirantum*, viventium. Inest simul gratiarum actio pro vita conservata; Ern.

556. *Flagrantem molem*, acervum armorum. — *caligine*, fumo, ut ap. Virg. Æn. XI, 187. — *rupta*, flamma fumum perrumpente. — 557. *apex*; v. ad II, 631.

559. Hæc non ad arrogantiam, sed ad generosum aliquem sensum munificentiæ erga hostem, at virum magnum, referenda esse, monet Ern. Humanitati id quoque tribuere Valer. Max. V, 1 ext. 6; notavit Drak. qui etiam laudavit sup. VI, 670 seq. et Dempster. ad Rosin. Antt. Rom. V, cap. ult. Cf.

Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti
Stramine composuere toros : superaddita dona,
Funereum decus; expertis invisus et ensis,
Et clipeus; terrorque modo atque insigne superbum,
Tum laceri fasces, captæque in Marte secures.
Non conjux native aderant, non juncta propinquo
Sanguine turba virum, aut celsis de more feretris
Præcedens prisca exsequias decorabat imago.
Omnibus exuviis nudo jamque Hannibal unus
Sat decoris laudator erat; fulgentia pingui

560. *rubenti Stramine* (hoc est texto Tyrio, seu purpureo, quod toris mortalibus locupletiorum insternebatur), vel *virenti Gramine* conj. idem. At vid. not. — 563. *terrorque modum* Oxon. Putean. et primæ edd. unde *clipeus terror Nomadum* emend. Barth. Adv. II, 13, et N. Heins. quod recepere Drakenborch. Lefeb. et Ern. Non male! Sed vulgata forte lectio non spernenda; *insigne supernum*, hoc est galea cristis exornata, in mentem venit Barth. loco citato. — 564. Hic versus in Colon. non exstat; *làceri*, non *lateri*, Ox. et Put. *ruptæque* Oxon. prob. Barth. *fractæque* putabat N. Heins. — 568. *exuviis* scripti et Ben. Vulgo *exsequiis* prob. Burm. modo *namque* legatur, *O. exuviis nudas* corrig. N. Heins. ut hæc a superioribus dependeant; *nudæ* Put. — 569. *decori* repo-

etiam inf. XII, 473 seqq., et XV, 387 seq. Exsequiarum quidem honos Paulo habitus humanitatis sensum indicat; sed verba *hostilis leti jactabat honorem*, vix aliam explicationem admittunt, quam quod simul de cæde tanti viri gloriatus sit Hannibal, vel quod tam honestum Pauli letum laudaverit. Hæc interpretandi ratio propter v. 520 seq. (*cui fortia et hoste me digna... corda* etc.), et 572 sq. præferenda : sed et sic hæc verba aliquam certe superbiam produnt et redolent.

560 seq. Cf. Virg. Æn XI, 64... 67, et Stat. Th. VI, 54 seq. Drak. qui et *torum* monet esse feretrum, lectum exsequialem, de quo vide Gron. Diatr. Stat. c. 17, et Kirchman. de Fun. II, 9. — 561 sqq. Cf. Virg. Æn. XI, 72... 92, et 193 sq.; Lucan. VIII, 727 sq.; Stat. Th. VI, 201 seq. et sup. v. 527. De more autem, arma insigniaque mortui cum ejus cadavere comburendi v. Kirchman. de Fun. III, 5 et al.

563 seq. Fasces cum securibus, qui modo terror et superbum fuerant insigne, nunc vel laceri erant et fracti, vel in pugna ab hostibus capti.

565 sq. Exsequiæ Pauli non decorabantur pompa funebri; sed eam laudes Hannibalis abunde compensabant. — 567. *Præcedens prisca imago*, majorum imagines prælatæ. De quo more et de orationibus funebribus (*laudationibus*, λόγοις ἐπιταφίοις), quæ pro rostris haberi solebant, et ad quas poetam, v. 569, respexisse jam monuit Drak., v. inpr. Polyb. II, 53, 54, ubi cf. Schweigh. — 569 sq. Conf. Virg. Æn. XI, 72 sq. — *laudator*, ut apud Liv. II, 47, et

Murice suspirans inicit velamina, et auro
Intextam chlamydem, ac supremo adfatur honore:
« I, decus Ausoniæ, quo fas est ire superbas
Virtute et factis animas: tibi gloria leto
Jam parta insigni: nostros Fortuna labores
Versat adhuc, casusque jubet nescire futuros. »
Hæc Libys; atque repens crepitantibus undique flammis
Æthereas anima exsultans evasit in auras.
Fama dehinc gliscente sono jam sidera adibat;
Jam maria, ac terras, primamque intraverat urbem.
Diffidunt muris: solam pavitantibus arcem
Speravisse sat est: nec enim superesse juventam,
Ac stare Ausoniæ vacuum sine corpore nomen.

suit Lefeb. Sed junge *laudator decoris*, et τὸ *decoris* adcipe ut II, 324. — 582. Plin. Ep. II, 1: *Hic supremus felicitati ejus cumulus adcessit laudator eloquentissimus.* — *pingui Murice*, dibapha purpura. Sic fere *pinguem colorem* dixit Plin. XXXVII, 8 extr. et *pingue aurum*, Pers. II, 52. Cf. ad VII, 354. — 570. *inicit;* vid. ad I, 113. — *auro Intextam chlamydem*, ut ap. Virg. Æn. VIII, 167. Cf. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 345. — 571. *honore;* vid. ad II, 483, et Æn. XI, 61. En.

572 seqq. Nobilissimi versus, translati e Virg. Æn. XI, 96 seq., ubi v. Heyne. — *superbas*, magnas, præcellentes, ut θυμὸς ὑπέρβιος ap. Hom. Odyss. ο, 212; D. Heins. Possis et ornatas, vel augustas, venerandas, ποτνίας, exponere. Cf. Lucan. VI, 807; Val. Fl. VI, 735; Heyne ad Virgil. Æn. I, 21; XII, 326, et Gron. ad Sen. OEd. 804.

574 sq. *Fortuna labores Versat*, vario modo regit, ut apud Virg. Ecl. IX, 5. Forte et poeta ad fortunæ rotam respexit, de qua vide supra ad VI, 121.

577. Veteres rogo demum incenso animas in cælum subvolare putabant, ut de anima Pompeii Lucan. IX, 1 sqq.; Barth. Ad hanc superstitionem pertinet mos in consecratione Imperatorum usitatus, ut nempe, incenso rogo, ex summa ejus parte dimittatur aquila, qui ipsam principis animam in cælum ferre putatur: (v. Herodian. IV, 2 extr.) unde consecratio in nummis nunc sola aquila, nunc ei insidente Imperatoris effigie indicatur; Drak.

578. *Fama* cladis Cannensis. Silius ante oculos habuit locum Virg. Æn. IV, 175 sq. ex quo tamen non nisi pauca orationis suæ pigmenta et lenocinia adoptavit, desperans, se ejus præstantiam adsequi posse. Cf. VI, 552 sqq. — *gliscente sono*, crescente rumore. — 579. *primamque;* v. ad II, 235 in V. L. — 580 sq. Cf. Liv. XXII, 54 et sup. VI, 555 seq. In arce Tarpeia, seu Capitolio omnem spem ponunt.

582. *stare;* vid. ad II, 639 in V.

Quodque adeo nondum portis inruperit hostis,
Contemtu cessare putant. Jam tecta cremari,
Ac delubra rapi, cædesque ante ora nefandæ
Natorum, septemque arces fumare videntur.
Lux una eversas bis centum in strage curules,
Ac juvenum bis tricenis orbata gemebat
Millibus exhaustæ nutantia mœnia Romæ;
Atque ea post Trebiam, post Tusci stagna profundi,
Nec socium numero pariter leviore peremto.
Sed vero sed enim reliqui pia turba Senatus
Munera sortito invadunt: celer omnia lustrans
Clamitat adtonitis Fabius: « Non ulla relicta est
(Credite) cunctandi ratio: adproperemus, ut hostis
Nequidquam armatos ausit subcedere muros.
Dura inter pavidos alitur fortuna sedendo,

Ausoniæ scripti R. 1, 3, Parm. Med. et al. *Ausonium* Mars. et Mart. Herb. *Ausonia* Junt. Ald. Gryph. *Ausoniam* R. 2; Buschii ed. Basil. et inde aliæ, prob. Lefeb. *Nec stare* R. 1, Parm. Med. — 587. *in strage* Ven. Marsi, *n. star* Tell. *in stare* R. 2; *astare* Parm. et Med. *hac strage*, vel (*infame*) conj. Burm. Vulgo *instare*. — 592. *Sed vero sed enim* scripti R. 2; Ven. Ben. ut XII, 332. *Sed non* (*nō* pro *uō*) *sed enim* R. 1, et Med. Vulgo *Hæc inter sed enim*. — 594. *adtonitis* pro *adtonitus* recte, opinor, legendum censuere Dausq. Barth. et N. Heins. *relicta est*, non *relicta*, scripti, R. 1, 3, Parm. Med. — 596. *armatis muris* invitis libris reposuit Lefeb. coll. XI, 75. Sed vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. XIII, 611; L. — 582. *vacuum sine corpore nomen*; v. ad I, 293. — 585. *rapi*, diripi, ut ap. Virgil. Æn. II, 374; Lucan. III, 99 al.

587 sq. De numero cæsorum Romanorum, qui varie traditur, et quem poeta more suo non subtiliter exsequitur, v. Polyb. III, 117; Appian. B. Hannib. c. 25; VV. DD. ad Liv. XXII, 49 et 50; *Magazin für Philologen*, Brem. 1796, T. I, p. 71 sqq. Sensus est, ducentos Romanos, quibus jus fuerit in sella curuli sedendi, obcubuisse; Drak. — 589; cf. VII, 378.

592. Silius et variavit, et contraxit, et amplificavit narrationem Liv. XXII, 55. — *Sed vero sed enim*; v. ad I, 33.

593. *omnia lustrans*, ratione animoque, ut ap. Cic. Off. I, 17 h. e. secum reputans. — 595. *adproperemus* quæ ad urbem defendendam pertinent. — 597. *sedere*, ut ἧσθαι, et καθῆσθαι, tempus inutiliter et nihil agendo consumere, perdere, ut sæpe ap. Sil. v. Ind. et exempla larga manu suppeditata ab Heins. et Drak. inf. ad XII, 64; Heins. ad Virg. Æneid. XII, 237; Græv. Lectt. Hesiod. c. 11 et 12; Klotz. ad Tyrt. p. 143 sq.; Bergler. ad Alciphr. lib. I, 25; Upton. ind. Epict. v. κάθημαι; Krebs ad Plut.

Digitized by Google

Et gliscunt adversa metu : ite, ite ocius, arma
Deripite, o pubes, templis : vos atria raptim
Nudate, et clipeos in bella refigite captos.
Sat patriæ sumus, e numero si ad prælia noster
Nil minuit pavor : in patulis illa horrida campis
Sit metuenda lues : muros haud fregerit unquam,
Exsultare levis nudato corpore, Maurus. »
Dum Fabius lapsas acuit formidine mentes,
Varronem adventare vagus per mœnia rumor
Spargit, et occulto perfundit pectora motu :
Haud secus, ac fractæ rector si forte carinæ

Heyne in V. L. ad Virg. Æn. III, 541, et VII, 161. — 598. *ite, ite ocius*, Oxon. Put. ed. Marsi et inde aliæ, quod retinui, quoniam et metro et adfectui convenientius est. Alterum *ite* deest in Col. R. 1; Parm. Mediol probb. N. Heins et Draken. Neque ignoramus, ejusmodi hiatus in Silio et Marone passim occurrere : sed cur sine necessitate eos poetis obtrudamus? — 599. *Deripite* pro *Diripite* ex emend. N. Heins. Conf. ad IX, 29. — 600. Præstiterit fere *refingite*, h. e. renovate; confer. Heyne ad Virg. Ge. IV, 202. Sed vid. not — 601. *nostre* Ox. *nostræ*, teste Lefeb., tres scripti cum R. 1 et 2, *nostro* e Ven. Marsi, suadente N. Heinsio, recepere Drak. Lefeb Ern. *Sat p. s. a numero, si ad p. nostri* scribendum videbatur Barthio Adv. II, 13. — 605. *lassas* Put. R, 1, 3; Parm. Mediol. *quassas* opinabatur N. Heins. ad XII, 7.

περὶ ἀκούειν, p. 153. Sic et *stare* passim, de quo v. ad I, 341; IV, 44; XII, 41. — 598. *gliscunt adversa*, crescit calamitas et periculum.

599. « Vetera hostium spolia detrahunt templis et porticibus, » Liv. XXII, 57. Cf. Flor. II, VI, 23, et sup. I, 617 sq.; IV, 12 sq.

600. *refigite*, de pariete atrii deripite, revellite. Cf. Jani ad Horat. Od. I, XXVIII, 11, et Heins. ad Ovid. ep. Her. VI, 104. Spolia tamen plerumque non in atriis, sed postibus et foribus, in adspectum prætereuntium suspendi solebant. Cf. VI, 434, 446, et Lips. de Mil. Rom. V, 17.

601 sqq. Summa δεινότης in his verbis inest. Et numero et viribus ad patriam defendendam satis etiam nunc valemus, modo fortes erimus. — 602. *horrida lues*, Hannibal, vir sævus et exitiabilis, ut et *pestis*, *lubes*, ὄλεθρος et al. — 604. Maurus agilis ad exsultandum, non ad urbem obpugnandum, et *nudato corpore*, sine clipeo et galea. Conf. Claudian. loc. class. de inbelli hoc populo B. Gildon v. 432... 441; Bentl. et Jani ad Hor. Od. I, II, 39.

605. Hæc fere omnia, sed apte et probabiliter, poeta comminiscitur. Livium certe non nisi obiter adventus Varronis ad urbem mentionem facere lib. XXII, 61 extr. jam monuit Ern. — *acuit*; v. ad I, 113. — *lapsas mentes*, ut supra v 309; IV, 745.

608 seq. Comparatio apta rei

Digitized by Google

Litoribus solus vacuis ex æquore sospes
Adnatet, incerti trepidant, tendantve, negentve
Jactato dextras, ipsamque odere salutem
Unius amissa superantis puppe magistri.
Quam restare viro labem, qui adcedere portis
Audeat, ac dirum veniat pavitantibus omen!
Hos mulcens questus Fabius deforme docebat
Cladibus irasci, vulgumque arcebat ab ira.
Adversis etenim ferri non esse virorum,
Qui Martem inscribant genti, non posse dolores
Condere, et ex pœna solatia poscere luctus.
Si vero exprobrare sinant, sibi tristius illum
Inluxisse diem, quo castris viderit ire

610. *tendantve negentve* Col. *Tendantve vagentve* Ox. *tenduntve negentve* Put. *tendantne negentve* R. 1, et Med. Vulgo *tendantne negentve*. Valg. *tendantne* non spernendum, judice etiam Withof. — 611. *Luctato* Put. — 617. *ferri* Col. prob. N. Heins. Id recepi cum Lefeb., qui recte, opinor, suspicatur, vulgatum *frangi* glossam esse. — 618. *generi* et *nec* pro *non* malebat N. Heins.

præsenti, cujus vestigia jam sup. v. 269 sq. vidimus, et quæ tota eo redit, ut varii animorum motus significentur, quibus Varronem adventantem exceperint; Ern. Potissimum tamen indignatio popularis adumbratur, ut et v. 613 sq. quos idem V. Cl. ita interpretatur: quænam satis digna infamiæ nota inuri potest viro, qui post res tam male gestas ad urbem adcedere audet? Sed linguæ forte convenientior est hæc sententia: secum animo reputant, quanta infamia maneat virum, qui, etc. ut ap. Virg. Æneid. VII, 271; al. nisi malis: quanta sit ignominia, vel calamitas superstitem esse tali viro, nec potius in acie cum reliquis cecidisse.

617 seq. Præclara et ad animos sedandos aptissima sententia. — *Adversis ferri*, moveri, se iis dare ac permittere, ut *ferri avaritia*, *libidine*, *crudelitate* ap. Cic. Quint. 11; Cluent. 5, 71; Tusc. Qu. III, 2; *aura populari non consilio ferri* apud Liv. VI, 11, et *agi secundis* inf. XI, 391; N. Heins. et Drak. Conf. Ern. Clav. Cic. et Burm. ad Ovid. Ep. Her. XV, 140. — 618 sq. *Qui Martem inscribant genti*, qui genus Martis esse glorientur; Barth. Adv. II, 13. — *Condere dolores*, dissimulare, coercere iram, et *ex pœna solatia poscere luctus*, aliorum pœnis et suppliciis iram sedare et solatia quærere; Ern.

620. Callide Fabius culpæ partem ad ipsos cives transfert, quorum suffragiis et favore Varro consul et dux belli creatus esset: at modeste et occulte loquitur, ne exprobratione commoveat, quos modo hortatu sedaverat animos; Ern. — 621. *ire castris*, ad castra, ut *ire sorori* XV, 327; Drak.

Digitized by Google

Varronem, quam quo videat remeare sine armis.
His dictis sedere minæ, et conversa repente
Pectora : nunc fati miseret, nunc gaudia Pœno
Consulibus reputant cæsis erepta duobus.
Ergo omne effundit longo jam se agmine vulgus
Gratantum, magnaque actum se credere mente
Testantur, quod, fisus avis, sceptrisque superbis,
Laomedontiadum non desperaverit urbi.
  Nec minus infelix culpæ, grandique pudore
Turbatus, consul titubantem ad mœnia gressum
Portabat lacrimans : dejectum adtollere vultum,
Ac patriam adspicere, et luctus renovare pigebat.
Quod vero reduci tum se populusque Patresque
Obferrent, non gratari; sed poscere natos
Quisque suos, fratresque simul, miseræque parentes
Ire videbantur laceranda ad consulis ora.
Sic igitur muto lictore invectus in urbem,
Damnatum Superis adspernabatur honorem.
  At Patres Fabiusque, procul mærore remoto,
Præcipitant curas : raptim delecta juventa

626. *effundi longo jamjam* et v. 628, *Testantum* conj. idem. — 633. *renovare* Colon. ut et Liv. XXII, 61. Vulgo *revocare*. — 636. *miserique* primæ edd. — 638. *multo* scripti et primæ edd. *Sic omoto igitur lictore* emend. N. Heins. sed ad Ovid. Art. Am. III, 702; *Sic igitur moto lictore* hoc est sine lictore. Eodem sensu *nullo lictore* scripsit Lefeb. *nullo* conj. Withof. — 640. *simul* pro *procul* Marsus, et post eum alii. — 641. Ita scripti et anti. edd. *et raptim d. i.* Junt. et

623. *sedere*, sedatæ sunt. — 624. Cf. Liv. XXII, 61 extr., et Frontin. Strateg. IV, v, 6, et Æn. II, 73. — 626. *effundit se*; v. ad II, 151. — 628. *ovis sceptrisque superbis*, priscis Romanis, et potenti ac claro illorum imperio; Mars. coll. v. 645.

629. *Laomedont.* Trojanorum, et hinc Romanorum.

630 sqq. Ingeniose Varro, culpæ sibi conscius, dejectis oculis incedere, et iram populi pœnamque metuere fingitur. Cf. IX, 651 sqq.; conf. sup. v. 393... 399.

634 seq. *se Obferrent*, obviam irent. — 638. Lictores, Varronem præcedentes, non audebant obviam plebem solenni formula, *dote viom consuli*, submovere, sed taciti ibant; Dausq. et Cell. — 639. *Damnotum Superis*, quoniam diis iratis factum erat, ut Varro vinceretur; Ern.

640. Cf. Liv. XXII, 57 extr., et Justin. V, 6. — 641. *delecta juven-*

Servitia armantur; nec claudit castra saluti
Postpositus pudor: infixum est Æneia regna
Parcarum in leges quacumque reducere dextra,
Proque arce, et sceptris, et libertatis honore
Vel famulas armare manus. Primæva suorum
Corpora prætexto spoliant velamine, et armis
Insolitis cingunt: puerilis casside vultus
Clauditur, atque hostis pubescere cæde jubetur.
Idem obsecrantes, captivum vulgus ut auro
Pensarent parvo (nec pauca fuere precantum
Millia), miranti durarunt prodere Pœno.

al. *raptim* et *delecta j.* ed. Colin. et inde aliæ, *raptim d. j.* et *Servitia a.* conj. Barth. Adv. II, 13; *raptim delecta jubentur S. a.* Burmann. *delecta juventæ S.* N. Heins. vel potius *juventas* h. e. *juventus*, de quo vid. ipse ad Virg. *Æn.* V, 398; ad Claud. Epithal. Hon. et Mar. v. 84; ad Ovid. Met. IV, 17; Broukh. ad Tibull. I, IV, 33, et Harles. ad Ovid. ex P. I, X, 12, *juventus* edidit Lefeb. frustra. Si quid mutandum, reponerem *deleta juventa Servitia armantur*, ut ap. Flor. II, VI, 23, *deerat juventus*; *in sacramentum militiæ liberata servitia* et ap. Val. Max. VII, VI, 1, *aliquot adversis prœliis secundo Punico bello exhausta militari juventute Romana, senatus censuit, uti publice servi emerentur.* — 642. *claudit claustra* Oxon. quod ad ergastula referendum suspicari possis: sed alii tradunt, servos illos emtos prius, postea in militiam adscitos esse; Barth. Adv. II, 13. — 650. Vulg. *Iidem.*

ta, delecti juvenes, et quidem *servitia*, h. e. servi *armantur*, ut ap. Liv. l. c. octo *millia juvenum validorum ex servitiis.* Cf. V. L. et ad III, 383.

642. Non puduit Romanos armare servos pro salute patriæ; Mars. Servi enim, nisi summa necessitate cogente, ad militiam arcessebantur, quod vel tironibus notum est. — 643 sq. *infixum*, decretum, *est*, *Æneia regna*, remp. Rom. *quacumque dextra*, quibuscumque militibus, *in leges Parcarum reducere*, ita tueri, ut ad imperium orbis terrarum, fato constitutum (*sceptra*, v. 645 et sup. v. 630), pervenire posset. Cf. IX, 475 et al.

646 sq. « Juniores ab annis septemdecim, et quosdam prætextatos scribunt » Liv. l. l. — *Primæva Corpora*, juvenes. Cf. v. 493. — *prætexto velamine*, prætexta, qua præter magistratus et sacerdotes etiam pueri puellæque ingenuæ utebantur, unde *prætextati* et pueri dicuntur. — 648 sq. Cf. II, 318 seq. — *hostis cæde*, in castris et media bellorum cæde.

650 sqq. cf. Liv. XXII, 58 sqq. et Cic. Off. III, 32. — *Iidem* Patres Fabiusque (v. 640) legatos captivorum, *obsecrantes* ut redimerentur, Hannibali, Romanorum constantiam animique magnitudinem *miranti*, *prodere durarunt*, tradendos pervicacius censuerunt.

652 sq. *nec pauca Millia*, octo ap. Liv. XXII, 59, med. — *durarunt*; cf. ad II, 463.

Cuncta adeo scelera, et noxam superaverat omnem,
Armatum potuisse capi : tunc terga dedisse
Damnatis Siculas longe meritare per oras
Inpositum, donec Latio decederet hostis.
Hæc tum Roma fuit; post te cui vertere mores
Si stabat fatis, potius, Carthago, maneres.

653. Nihil turpius, imo scelestius videbatur, quam cives armatos capi potuisse. Cf. Liv. XXII, 59 pr.; Eutrop. III, 6, et Cic. l. l.

654... 656. Iis, qui *damnati* erant, quod fugerant, *inpositum*, ut in Sicilia *meritarent*, vel mererent, sc. stipendia, donec in Italia bellum esset. Cf. Liv. XXIII, 25.

657. Talis et tanta tum fuit Romanorum virtus et animi magnitudo! *cui* respicit *Romam* : post tuum, o Carthago, excidium, si fatis placuit, Romæ mores mutare in deterius (quod omnino contigisse satis notum est) potius vellem, ut tu, Carthago, maneres; Cell.

Hic operæ pretium mihi visum est pauca transcribere ex maximo inter Gallos scriptore, *Montesquieu*, *Grand. et décad. des Romains*, cap. IV : « Rome fut un prodige de constance..... Elle fut sauvée par la force de son institution. Après la bataille de Cannes, il ne fut pas permis aux femmes même de verser des larmes : le sénat refusa de racheter les prisonniers, et envoya les misérables restes de l'armée faire la guerre en Sicile, sans récompense ni aucun honneur militaire, jusqu'à ce qu'Annibal fût chassé d'Italie... Ce n'est pas ordinairement la perte réelle que l'on fait dans une bataille, c'est-à-dire, celle de quelques milliers d'hommes, qui est funeste à un état, mais la perte imaginaire et le découragement, qui le privent des forces que la fortune lui avait laissées. » Ed.

C. SILII ITALICI

PUNICORUM

LIBER UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Post Cannensem pugnam a Romanis ad Pœnos deficiunt Samnites, Bruttii, Apuli, Hirpini, Atellani, Calatini, et Græcorum omnis fere ora, Tarentini, Crotonienses, Locrique, et Cisalpini omnes Galli; 1—27. Horum exemplum sequitur etiam Capua, etsi urbs ista a Trojanis, ut Roma, originem habuit; 28—32. Nam divitiæ, quibus adfluebat, jam dudum desidiam, luxum, libidinem, peccandi licentiam, perditosque mores invexerant, et præterea plebs a Patribus dissentiebat; 33—54. Ægram hanc civitatem ad Pœnos trahit Pacuvius, homo popularis, et malis artibus opes nactus, qui nunc, adflictis Romanorum rebus, legatos Romam mittendos censet, qui postulent, ut alter consul e Campanis creetur; non dubitans, quin repulsam laturi sint, et ita animi civium suorum, ira exacerbati, ad defectionem spectaturi; 55—63. Hæc suadenti adsentiuntur omnes, et legati Romam proficiscuntur, ubi Virrius, princeps eorum, mandata in frequenti senatu exponit, sed ingenti clamore, a cunctis Patribus sublato, interpellatur; 64—72. Torquatus adeo non tenet iram, ut se exemplo T. Manlii, proavi sui, qui Annium, prætorem Latinorum, eadem olim poscentem, e curia exturbarit, legatis vim manusque inlaturum esse minetur; 73—87. Ejus furorem reprimit Fabius, sed stolida simul Virrii postulata acerbioribus verbis perstringit; 88—97. Hujus oratio interrumpitur a Marcello, quippe qui acrius invehitur in Varronem consulem, quod insaniam effeminatorum hominum patienter ferat; 97—108. Tum patres consurgunt, clamorque eorum circumsonat legatos, qui citato gradu ex templo se proripiunt, et ira commoti

se fœdus cum Hannibale facturos esse edicunt; 109—113. Abeuntes Fulvius, gloriam expugnatæ Capuæ jam mente præsagiens, conviciis consectatur; nescius, superbos aliquando Campanos, etsi serius Pœnis, jus Latii consequuturos, et ita sibi aditum ad summos Romanorum honores ipsumque consulatum comparaturos esse; 114—129. Legatione renunciata, confestim omnes defectionis consilium capiunt, resque ab Hannibale gestas summis ad cælum efferunt laudibus; 130—154. Decius solus, ne legati ad Pœnum mittantur, summa ope resistit gravique oratione docet, magni animi esse, fidem, rem sanctam, non in prosperis, sed in adversis amicorum rebus servare, insipientis vero et ingrati, a vetustissimis sociis, iisdemque bene de Campania meritis et consanguineis, desciscere ad Hannibalem, fœderum ruptorem ferorumque populorum ducem, qui jus ac fas omne deleat; 155—188. Nihilo secius fœdus cum Hannibale jungitur, et ab eo Capuam mittitur præsidium, quod ipse mox sequitur: quo audito Decius primo, ne recipiantur barbari, palam vociferatur; deinde, ut vel recepti ejiciantur, vel, si malum facinus, quod a sociis suis defecerint, forti ac memorabili facinore purgare velint, interfectis Pœnis, restituant se Romanis; 189—200. Hæc quum relata Hannibali essent, mittit, qui vocent Decium ad sese in castra; isque quum ferociter negasset se iturum, concitatus ira Pœnus cum modico præsidio Capuam contendit; urbemque ingreditur comitante senatu ac plebe cum conjugibus ac liberis, qui, studio visendi tot jam victoriis clarum imperatorem, obviam ipsi iverant; 201—224. Tum Decius, qui neque fugit, neque privatim se tenet, sed in foro otiose inambulat, comprehensus ante pedes destituitur Hannibalis, qui stolidam inbellis viri temeritatem acerbe increpat, eique catenas injici jubet; 225—241. Is, manente ferocia animi, dum vinculis constringitur, immanem Hannibalis crudelitatem graviter objurgat, et obvoluto capite ocius extra portam in castra Pœnorum rapitur; 242—258. Reliquam diei partem victor visenda urbe consumit, et vesperascente cælo excipitur convivio, omnibus voluptatium illecebris instructo, cujus splendidum adparatum Pœni adtoniti mirantur, sed dux eorum tacite damnat, donec ipsius quoque animus larga meri potione relaxatur; 259—287. Teuthras, Cumanus, ad lyram canit de gente Capyis, conditoris Capuæ, in cujus honorem convivæ vinum libant; 288—302. Interea Pacuvii filius, qui solus vino non incaluerat, clam insidias Hannibali molitur; 303—311. Pa-

trem, ex convivio egressum, sequutus, ubi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) perveniunt, toga rejecta ab humero, latus subcinctum gladio nudat, et consilium expromit; 312—328. Quæ ut videt auditque senex, tremebundus pedibusque filii advolutus, eum per jura parentis suamque salutem obtestatur, ut incepto absistat, neque vel sanguine polluat hospitia, vel temere se in extremum certumque capitis discrimen inferat, quum solus ne Hannibali quidem, tanto viro cujus vultum vel armati exercitus sustinere nequeant, nedum tot convivis, par sit; 329—350. Qua periculi commemoratione ferocem gloriæque cupidissimum juvenem magis incensum, quam deterritum cernens, se corpus suum dicit obpositurum pro corpore Hannibalis, adeoque per paternum pectus petendum illum ferro transfigendumque esse; 351—360. Quo audito filius lacrimabundus fidem dat, se nihil facturum tale, et cum patre, quo minus res suspecta sit, se ipse convivio reddit; 361—368. Postero die ubi primum inluxit, Mago nuncius victoriæ Carthaginem proficiscitur, et annulos aureos aliaque spolia secum avehit; 369—376. Eodem mittitur Decius: at tempestas navem defert Cyrenas, ubi vinculis liberatur jussu Ptolemæi regis, in cujus regno non ita multo post moritur; 377—384. Venus interea optatam sibi ad animos corporaque Pœnorum luxurie enervanda oblatam occasionem amplectitur, et cum Cupidinibus agit, ut telis suis clam Pœnis inexplebilem libidinum deliciarumque cupiditatem inmittant, et ita, quos nec arma, nec ignes, nec mala vicerint, nimia bona ac voluptates inmodicæ perdant, duxque eorum severam vivendi rationem cum effeminata mollitie commutet; 385—409. Cupidines imperata faciunt, et repente Pœni a temperantia et virtute bellica degenerant, neque vino, epulis, cantu, scenisque convivalibus exsatiari possunt; 410—430. Hannibal maxime oblectatur arte Teuthrantis citharœdi, qui mirifica facinora, ab Amphione, Arione, Chirone et Orpheo vi lyræ edita, canit; 431—482. Dum Pœni ita Capuæ luxuria diffluunt et perduntur, Mago Carthaginem venit, ubi magno plebis gaudio plausuque excipitur; 483—499. Tum, senatu ipsi dato, insignem exponit victoriam, a fratre ad Cannas et Aufidum de duobus Romanorum consulibus partam, quorum alter, toto exercitu amisso, vix cum paucis effugerit, alter, summus hostium imperator, fortissime pugnans occiderit; 500—531. Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ jubet acervum annulorum aureorum, equitibus Romanis de-

tractorum; utque Roma, hac clade adflicta, funditus evertatur, Hannibalem subplemento, pecunia, elephantis et frumento juvandum censet; 532—541. Simul, lætis omnibus, locum Hannonis increpandi esse ratus, per ludibrium ab eo quærit, utrum etiam nunc pœniteat belli Romanis inlati, et dedi Hannibalem jubeat? 542—553. Is contra, tum invidia tum ira percitus, respondet, se nihil ex pristina voluntate mutasse, et nunc potissimum sibi pacem expetendam videri; non plura etiam posse a victis ducibus rogari, quam nunc victores poscant; hostes præterea, dolore atque ira incensos, fortuna aliquid variante, atrociores post hanc cladem fore, et forsan ne daturos quidem, nedum petituros esse pacem, quippe quæ facilius a victoribus, quam a victis Romanis inpetrari possit; si autem vera sint, quæ modo Mago jactaverit, ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas esse, se non satis mirari posse, quid causæ sit, quod invictus ille imperator, qui Marti similis et cui nemo par putetur, non ex Cannensi acie protinus exercitum ad urbem Romanam duxerit; denique Hannibalis consilia non nisi ad tyrannidem et dominatum spectare; proinde, si a pace abhorreant cives sui, quæ tamen optima rerum humanarum innumerisque triumphis potior sit, furorem certe superbi hominis nulla re alendum esse; 554—600. Sed oratio Hannonis, quem simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat, interpellatur clamore contradicentium, ingentique consensu fit senatusconsultum, ut Hannibalis exercitus militibus, in Africa et Hispania conductis, subpleantur; 601—611.

NUNC, age, quos clades insignis Iapyge campo
Verterit ad Libyam populos Sarranaque castra,
Expediam. Stat nulla diu mortalibus usquam,
Fortuna titubante, fides: adjungere dextras
Certavere palam rumpenti fœdera Pœno,

1. Nunc recensebo populos, qui post cladem Cannensem ad Pœnos defecere. Conf. Liv. XXII, 61. — *Iapyge campo*; v. ad I, 51. — 2. *Sarrana castra*; cf. ad I, 72. — 3, 4. Comparant Virg. Æn. X, 861. Sed magis huc spectant loca, quæ de inconstantia amicorum in fortuna adversa agunt. Cf. VV. DD. ad Petron. c. 80; Ill. Harles. ad 41.

Heu! nimium faciles læsis diffidere rebus :
Sævior ante alios iras servasse repostas,
Atque odium renovare ferox in tempore Samnis.
Mox levis et sero pressurus fata pudore
Bruttius; ambiguis fallax mox Appulus armis.
Tum gens Hirpini vana indocilisque quieti,
Et rupisse indigna fidem : ceu dira per omnes
Manarent populos fœdi contagia morbi.
Jamque Atella suas, jamque et Calatia adegit,
Fas superante metu, Pœnorum in castra cohortes.
Inde Phalanteo levitas animosa Tarento,

7. *Sævior ante oculos alios servasse*, vel *alios iras servasse r.* Oxon. unde *Sævior ante oculos onimos* (iras, adfectus) *servasse repostos* conj. Barth. Adv. III, 10. — 8. *revocare* Put. — 9. *fata* Col. Vulgo *facta*. — 10. *Bruttius*, non *Brutius*, Col. vid. ad VI, 15; *Apulus* Col. Conf. Dausq. Orth. P. II. — 11. *Irpini* Col. prob. N. Heins. propter verba Festi : *Irpini odpellati lupi nomine, quem Irpum Samnites dicunt.* Sed conf. Dausq. l. c. Sigon. ad Liv. XXIII, 1, et de lupo, fabuloso Hirpinorum, coloniæ Samnitium, deductore Strab. V, extr. ubi ἵρπος legitur, ut *hirpus* ap. Serv. ad Virg. Æn. XI, 785; *Irpinum* Parm. et Med. *indocilisque quieti* (h. e. inquieti) Col. ut I, 237, et Juvenal. XIV, 40; *quietis* frustra reposuit Lefeb. coll. XII, 726. Vulgo *quietem*. — 12. *Erupisse* Ox. *dura* Put. et priscæ edd. præter R. 2. — 14. *Calatia* scripti, *adegit* scripti, R. 1, 2, 3, Parm. Med. Vulgo *Gallotia abegit*.

Ovid. Trist. I, III, 16, et ej. Ind. v. *Amici*. — 6. *faciles læsis*, adflictis, adversis, *diffidere rebus*, proni ad metum. — 7, 8. Cf. VIII, 562, 563, et ibi not. — *in tempore*, ἐν καιρῷ, data occasione, tempore opportuno, ut passim ap. Liv. et alios, quos laudarunt Drak. ad h. l. et VV. DD. ad Frontin. Strat. I, 1 ex. 1. — 9. *pressurus fata*, adgravaturus sortem.

10. *Bruttii* ultimi cum Romanis in gratiam rediere *sero pudore* defectionis; Dausq. Iidem primi ad Hannibalem descivere, (*levis*) et inde, æque ac Picentes et Lucani, a Romanis ignominiæ causa non pro sociis habiti sunt, et ad servilia miserrimaque, magistratibus Rom. præstanda, ministeria dejecti, de quo vid. Gell. X, 3, et Strab. V extr. — *ambiguis armis*, propter fidem ambiguam. — 12. *indigna rupisse fidem*, indigne, inhoneste, turpiter rumpens fidem; qua indignum, cui turpe est, rumpere fidem.

14. Poeta et in his exornavit verba Liv. XXII, 61. — *Atella*, vetus Oscorum opp. in Campania, unde *Atella*, seu *Atellana fabula* dicta. — *Calatia*; cf. VIII, 542.

15. *Fas*, fidem Romanis jure præstandam. — 16. *Phalanteo Tarento*; v. ad VII, 665. Etiam huic urbi tanta fuit *levitas animosa*, h. e. inconstantia et audacia, ut *jugum Ausonium*, a Romanis sibi

Ausonium laxare jugum: patefecit amicas
Alta Croton portas, Afrisque ad barbara jussa
Thespiadum docuit submittere colla nepotes.
Idem etiam Locros habuit furor: ora vadosi
Litoris, Argivos major qua Græcia muros
Servat, et Ionio luitur curvata profundo,
Lætas res Libyæ et fortunam e more sequuta,
Juravit pavitans Tyrio sua prælia Marti.
Jam vero, Eridani tumidissimus adcola, Celtæ
Incubuere malis Italum, veteresque doloris
Tota se socios properarunt jungere mole.
Sed fas id Celtis, fas inpia bella referre

22. *lavitur* (a voc. *lavere* pro *lavare*) conjicit Burmann. — 23. *in Marte* quatuor scripti et priscæ edd. sed *Marti* mox denuo sequitur, *in morte* Mars. et plerique eum sequuti, *errore* Basil. Dausq. Cellar. et alii; e *more* emend. Barth. Adv. III, 10. — 26. *Italum* omnes scripti. Vulgo *iterum*, prob. Dausq. Sed duarum inimicissimarum gentium nomina jungi, plus energiæ habet, judice Barth. Adv. III, 10, *veteresque doloris* Puteol. et Tell. *veteresque dolores* R. 1, Med. al. Vulgo *veterisque doloris*. — 28. *fas sit* R. 1, Parm. Mediol. Idem conj.

inpositum, exeuteret. — 18 seq. *Croton Alta* dicitur, propter montes, Latymnum et Physcum, de quibus v. Schol. ad Theocrit. IV, 19, 23, vel potius propter arcem, de qua v. Liv. XXIV, 3. — *Thespiadæ*, Herculis e Thestii L filiabus filii, eorumque posteri, quorum pars in Beotiam missa, pars duce Iolao in Sardiniam, unde in Italiam venerunt, et unus eorum, Myscelus, jussu Herculis, eo loco, quo is Crotonem, hospitem suum, incaute a se occisum, sepeliverat, in hujus memoriam Crotonem condidit; unde Crotoniates h. l. *Thesp. nepotes* dicuntur. Conf. Ovid. Met. XV, 12... 60; Strab. VI, p. 252 sq.; Diodor. IV, 29; V, 15; Heyne ad Apollodor. p. 331 sq., 467 et 486 sq. — *Afris submittere colla*; conf. ad VI, 414. — 20 sqq. Coloniæ græcæ, modo memoratæ et aliæ, in ora Ionii maris, *Tyrio marti*, Pœnis, *jurarunt sua prælia*, se pro iis arma capturos esse, illis sacramentum dixere, ad eos descivere. — *Græcia major*, h. e. magna, quo nomine maxime dictus est tractus oræ maritimæ a Tarento usque ad Locrorum sedes pertinens, in quo plurimæ Græcorum coloniæ fuerunt; Ernesti. — *luitur* pro vulg. adluitur. — *e more*, ut fieri solet; Barth. et N. Heins. coll. v. 3. Possis etiam interpretari: *fortunam* suam *e more*, more suo, ut solebant, *secuta*.

25. *Celtæ*, ut mox *Boii* et *Senones*, Galli Cisalpini. — 26. *Incubuere malis*, ea adcelerarunt et auxerunt. Cf. ad IV, 731. — *veteres doloris*, vetere ira, odio et dolore perciti. Vid. ad IV, 530.

28 seq. Hæc defectio in Celtis forte excusanda, tamquam in pe-

Boiorum fuerit populis. Capuæne furorem,
Quem Senonum genti, placuisse? et Dardana ab ortu
Mœnia barbarico Nomadum sociata tyranno
Quisnam, mutato tantum nunc tempore, credat?
Luxus, et insanis nutrita ignavia lustris,
Consumtusque pudor peccando, unisque relictus

N. Heins. vel *fas*, *Di*, *Celtis*. — 31. *Nomadum* est ex emend. N. Heins. et Gron. Obss. III, 9; *jam tum* Marsi Veo. In aliis libris *numquam*, vel *tandem*, sed io plerisque *nondum* legitur sine sensu; *demum* corrig. Barth. l. c. — 32. *mutatos* emeod Dausq. perperam. Gronovius l. l. versum hunc, inquit, qui languor et sopor est ipse, atque enervem reddit iratam admiratiooem, si persuadere possim ὑποβολιμαῖον esse, cancellaverim libens. Sic tota oratio, quod Drak. monuit, est admirantis, quæ per verbum infinitivum proferri solet; quod genus constructionis quum librarii non intelligerent, explendo, ut putabant, sensui addiderunt versum subditicium, de quo vid. idem Gronov. Obss. II, 14. Ipse quoque non dissimulo, hunc versum, quem Eroesti et reliqui interpp., præter Drak., silentio quod mireris, prætermittunt, semper me offendisse; quod tamen oon poetæ, sed librariorum culpa factum videtur. Vix enim dubito, qoin legendum sit: *Quis, nisi mutato tantum nunc tempore, credat?* h. e. quisnam hoc credat, oisi nunc, quo tempora taotopere mutata sunt, vel, nisi tantum ounc tempora mutata esseot? Ita hæc vel ad tempora poetæ, vel ad ea, quibus Capua a Romanis defecit, spectant, et optime cohærent cum verbis sqq., qoibus ratio continetur, cur taota rerum morumqoe mutatio facta sit.

regrioo populo, cui injustum olim bellum Romaoi intulerunt, jure gentium violato: (de quo v. Liv. V, 36) sed Capuam, quæ eamdem, quam Roma, originem habuit, ad Pœnos, feros populos, descituram esse quis umquam credidisset? cf. inf. v. 177... 184. — *bella referre:* iterare, resumere, ut XVI, 77; N. Heins. — *referre*, ulcisci, Lenz. et Ern. — 30. *Dardana ab ortu mœnia:* nam Capuam a *Capye*, Trojano rege, qui a Dardano, Jovis filio, genus ducebat, adpellatam, veteres tantum non omnes credebant. Cf. v. 177 sq.; 299 sq.; Suet. Jul. 81; Cluver. Ital. ant. IV, 1; Heyne Exc. VI ad Virg. Æn. III, et Exc. VII ad Æn. VII, p. 129; Strabo L. V. p. 248, hanc urbem a capite, quod caput esset XII oppidorum, sed alii, v. e. Plin. III, 5, seu 9; Liv. IV, 37, et Diodorus, a campestri agro, quod propius vero est, dictam putabant.

31. *barbarico Nomadum tyranno*, Hannibali. — 32. Vid. V. L. — 33. De luxu perditisque Capuæ moribus, cf. Liv. XXIII, 2 et 4. Quantopere vero etiam in his sermo poetæ a narratione historici discrepet, non est quod moneam. — *insana lustra* dici longum tempus luxuria exercenda consumtum putat Ernesti. Sed *lustra* sunt ganeæ.—34. *Consumtus*, omissus, cessavit, *pudor peccando*, diuturna peccandi consuetudine. — *unis*, unice, *relictus Divitiis probrosus honor*, quatenus eam tantum ob causam pretium habere creduntur, quod flagitiis et voluptatibus facultatem

Divitiis probrosus honor, lacerabat hiantem
Desidia populum, ac resolutam legibus urbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat.
Nec vitiis deerant vires : non largior ulli
Ausoniæ populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus : madefacta veneno
Assyrio manibus vestis, medioque dierum
Regales epulæ, atque ortu convivia solis
Deprensa, et nulla macula non inlita vita.
Tum populo sævi Patres, plebesque Senatus

41. *madidis*, hoc est, viris ebriis, pro *manibus* legendum putabat Barth. Adv. III, 10. Sed vox *madefacta* proxime præcessit; *madefacta veneno Assyrio jam bis vestis* tentabat N. Heins. ut vestis muriee bis tincta, seu dibapha innuatur, et τὸ *jam* elegaoter atque adposite hic positum sit, ut passim apud Silium, v. e. XIV, 23, 661; *maribus*, quod minus a vulg. scriptura recedit, conj. Grooov. ut poeta Campanos traducat, apud quos ipsi etiam viri purpureis vestibus usi sint, quæ vix feminis concedendæ essent. Id probavit Drak. et recepit Lefeb. coll. XIII, 353, et XV, 116, 117. Sed veste purpurea et dibapha non tam molles, quam summi viri solent esse ornati. Forte legendum *madefacta veneno A* (κατὰ) *manicas vestis*, et hæc non differt a *lato clavo*, *ad manus fimbriato*, quo Cæsarem, delicatorum hominum more, usum tradit Sueton. Jul. c. 45, conf. not. — 43. *inclita* Col. et Oxon. *nulli maculam non i. v.* emend. N. Heins. ut sit græcismus, nec *sonus* quatuor vocum similiter desinentium aures obfendat; *nulli maculis* corrig. Withof. — 44. Lef. huic versui præposuit v. 51...

dant et materiam. — 35. *hiantem*, oscitantem (*gähnend*) *desidia*, luxu, qui ignaviam, languorem et oscitantiam gignit, ut forte XII, 75; Gr. χάσκοντας, D. Heins.; cf. Gron. Diatr. Stat. c. 27. — 36. *resolutam legibus*, liberam exsolutamque legum vinculis ac metu.

40 seq. *Assyrio veneno* ut apud Virgil. Ge. II, 465, ubi v. Heyne. — *venenum*, ut φάρμακον, quilibet succus, inpr. acrior. De purpura Assyria v. Heins. ad Claud. in Rufin. I, 208. — *madefacta*, infecta, tincta, vel *veneno Assyrio manibus*, est *vestis*, h. e. induunt tunicas manicatas, seu manuleatas, χειριδωτούς, seu καρπωτούς, cultum mulierum molliumque virorum, de quibus v. loc. class. Gell. VII, 12; Virg. Æn. IX, 616; Cic. or. Catil. II, 10; Barth. ad Stat. Th. VII, 657; Casaub. ad Sueton. Cæs. 45, et Ernesti clav. Cic.; v. *manicatus*. Hæc vulgaris interpretandi ratio contextui aptissima est: sed vellem minus contorta esset et inpedita. Cf. V. L. — *medio dierum*: nam homines frugi Romæ (loquitur autem poeta Romanus) hora demum nona vel decima, luxuriosi contra jam *de die*, immo *de medio die* cœnare, vel convivia in multam noctem et ad *ortum* adeo *solis* (quem morem Silius vs. sq. perstringit) producere solebant. Vid. Jani ad Hor. Od. I, 1, 20, et Bentl. ad Hor. Epist. I, 18, 91. 44 sq.

Invidia læta, et conlidens dissona corda
Seditio. Sed enim interea temeraria pubis
Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.
Nec, quos vile genus despectaque lucis origo
Fœdabat, sperare sibi et deposcere primi
Deerant imperia ac patriæ pereuntis habenas.
Quin etiam exhilarare viris convivia cæde
Mos olim, et miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro; sæpe et super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.
Has, astu adgressus, quo verteret acrius ægras

55; *Quin etiam... mensis*, quod suaseram Barth. Ad. III, 10, et Drak. ut Silius Campanorum luxuriæ et conviviis adjungat erudelitatem cædesque in iisdem usitatas, et inde transeat ad causas defectionis a Romanis, quæ eos in perniciem conjecerit, ad juvenum senumque crimina, ad ægrum statum ipsius reipubl. et denique ad occasionem adgrediundi dominii, ab Hannibale captam. Non male: sed poeta non semper hanc ordinis subtilitatem curat, quod jam monuit Ern. *populo aversi*, vel potius *populo servi Patres* (quos plebi et Pacuvio obnoxios fuisse, non uno loco testatur Livius) malebat N. Heins. quem vid. ad Ovid. Amor. I, vi, 74. — 45. *læta* Col. Vulgo *lacera*. Sed *elata*, h. e. arrogans et potens facta, conj. N. Heins. coll. v. 493. *Invida lautitiæ* corrig. Withof. — 46. *pubis* pro *pubes* ex emcod. Barthii; *sed enim teneris*, vel *in teneris temeraria ephebis* (ut ap. Martial. IX, 9, et Stat. Th. I, 413) legendum putabat N. Heins. Si quid mutandum, *teneræ* reponerem pro *interea*. — 48. *dispectaque* Col. — 50. *imperio* primus edidit Marsus et post eum alii. — 52. *diro* præstiterit judice etiam N. Heins. — 55. *Hac* (qua patebat resp. Capuana, per viros nimirum humili stirpe et pravis moribus) corrig. Barth. loco citato. Sed vid. Gron. Obss. IV, 4. Versum 58, huic ver-

Hæc spectant ad seditionem Capuæ inter Patres plebemque ortam, de qua v. Liv. XXIII, 2, qui etiam lib. XXIV, cap. 2, monet, « unum velut morbum invasisse omnes Italiæ civitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent; senatus Romanis faveret, plebs ad Pœnos rem traheret. » — *sævi*, irati, infensi. — *læta plebes Senatus Invidia*, libenter et cupide invidiam Patribus concitare solebat. Cf. I, 170; II, 481; III, 575; VI, 482, et al. — *conlidens*, inter se committens. — 48. *despecta lucis origo*, humile genus. — 50. *Deerant*; cf. ad VII, 498. — 51... 54. Campani olim, ut et Romani, cædibus gladiatorum in ipsis conviviis oblectabantur: de quo barbaro more vide, quos laudant, Liv. IX, 40; Athen. IV, 13; Lips. Saturn. I, 6, et Strab. V, p. 175, ubi conf. Casaub.

55. Silius, quod jam alii observarunt, prætermissis iis, quæ Livius XXIII, 2... 6 de Pacuvio et de legatione, ad Varronem eos. missa, (quæ ad capiendum defectionis consilium plurimum contulit) memoravit, ea tantum exornat, de quorum veritate ipse Livius du-

Ad Tyrios mentes, quia nulla sorte daturam
Certus erat Romam, neque enim impetrata volebat,
(Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen)
Hortatur summi partem deposcere juris,
Atque alternatos sociato consule fasces:
Et, si partita renuant sedisse curuli,
Æquatumque decus geminasque videre secures,
Ultorem ante oculos atque ora adstare repulsæ.
Ergo electa manus gressu fert dicta citato.
Antistat cunctis præcellens Virrius ore;
Sed genus obscurum, nullique furore secundus.
Qui postquam cœtu Patrum ingentique Senatu
Inpia dementis vulgi, ac vix tota, profudit
Consulta, et tumidis incendit vocibus aures;

sui præposuit Lefeb. Male! — 56. *que* priscæ edd. *quæ* Put. Tell. Mars. quod recte forsan revocavit Lefeb. — 57. Verba *neque e. i. volebat* et *fuit haud o. c. nomen* parenthesibus inclusit Barth. *temperata* pro *impetrata* contra metri leges edidere Mars. et Mart. Herbip. ut sensus sit: excedebat modum in votis et petitione. — 58. *Pacuvio* Marsi ed. Ven. Conf. Gronov. l. c. *Paculo* Col. Vulgo *Pactulo*. — 62. *gemino fascique securique*, vel *fasci geminæque securi* conj. N. Heins. Sed per solas *secures* hic consulatum innui, ut per solos *fasces* inf. v. 152, et XIII, 269, nec opus esse, ut simul et fasces et secures memorentur, jam monuit Drak. Præterea *fascium* modo mentio facta. Ego totum potius versum ejiciendum putarem, ne eadem res et notio quinque modis varietur, nisi in poeta luxuriantis ingenii versarer. — 65. *Virrius* Col. ut et inf. passim *Vurrhius* Med. *Virruis* R. 1. Vulgo *Virius*. In marmm. et inscriptt. nunc *Virrius*, nunc *Virius* legitur; confer Gron. et Drakenb. ad Liv. XXIII, 6. — 67. Hunc versum primus ejecit Marsus, quem plerique editores perperam secuti sunt. — 68. *ac* Col. Vulgo *et*. Neutrum

bitat lib. XXIII, 6 extr. *Romam* scil. « legatos missos esse a Campanis, postulantes, ut alter consul Campanus fieret, si rem Rom. adjuvari vellent; et indignatione orta, submoveri a curia jussos esse. » Id Pacuvii consilio factum poeta fingit. — *Has*, juventutem et senectutem, Lef. Immo *has mentes* junge. — 56. *nulla sorte*, nullo modo. — 57. Pacuvius petebat, quæ certus erat, numquam Romanos daturos, quæque etiam impetrare nolebat, ut hoc prætextu ad Pœnos desciscere posset; Drak.

58. Eadem constructio est X, 93; XIII, 32; XIV, 149 apud Liv. XXII, 6; XXXII, 2; XLI, 4 et al. Draken. — 62. *geminas*, similes; Withof. Vid. V. L. — 65. *Antistat*, princeps legationis Vibius Virrius, de quo conf. Liv. XXIII, 6. — 67. *Senatu ingenti*, ut *Senatu magno*, XVII, 9 et ap. Stat. Silv. I, 1, 101; Drak. — 69. *tumidis*; conf. ad II, 288. — *incendit* ira *aures*, audien-

Concordi fremitu renuentum effunditur asper
Toto e concilio clamor. Tum quisque fatigat
Increpitans, vocumque tremit certamine templum.
 Hic Torquatus, avum fronte æquavisse severa
Nobilis, « Heu Capua portantes talia dicta
Romuleis durastis, ait, subcedere muris?
Ad quos non ausi Carthago atque Hannibal arma
Post Cannas adferre suas? nunquamne per aures
It vestras, in Tarpeia quum sede Latini
Orarent paria, haud verbis, haud voce, sed acri
Propulsum dextra, qui tum mandata superbo
Ore adportabat, tanto per limina templi
Turbine præcipitem revoluti corporis actum,
Ut, sævo adflictus saxo, spectante piaret
Tristia dicta Jove, et lueret verba inpia leto?
En ego progenies ejus, qui sede Tonantis

legitur in Put. R. 1, Med. et Marsi edd. — 71. *concilio* scripti. Vulgo *consilio*. Forte h. l. legendum: *Toto e concilio clamor, quem quisque fatigat I.*, vel *quod* (scilicet concilium) *quisque fatigat I.* (clamore, seu increpatione) vel denique *quo quisque fatigat*, scilicet concilium, vid. de his formulis not. ad I, 63, 675, et II, 75. In vulgata certe lectione constructio verborum paulo inpeditior est, et vox *tum* minus apta, quoniam nihil novi traditur, sed idem aliis verbis enunciatur. — 74. *Capuæ dicta* malebat N. Heins. Sed junge: ex *Capua portantes*. — 75. *Romuleos muros* scribendum suspicor; vid. ad X, 596. — 77. *offerre* Tell. *efferre* R. 2. — 81. *apportabat* Col. Tell. R. 1, Parm. Med. quod etiam ex conj. reposuit Cell. quoniam vulg. lectio *asportabat* auferendi vim habet.

tes. Lefeb. confert Virg. Æn. IX, 500; X, 895. — 71. *Quisque fatigat*, scil. templum clamore, Ern. Possis etiam ad *concilium* referre. Cf. ad II, 74. Sed v. V. L. — 72. *templum*, curia. Vid. ad I, 617. Cf. ad v. 55.

73. Silius non modo historiæ, ex Liv. VIII, 5, et 6 notissimæ, mentionem facit vera. 77 seq., sed eamdem quoque rem iterum hoc tempore contigisse comminiscitur. — *avum* non proprio sensu capio. De *severitate* Manlii Torquati Cos. v. Liv. VIII, 7. — *æquavisse Nobilis*; cf. Bentl. ad Hor. Od. I, 1, 6.

75. *durastis*, passi estis. — 77. *Post Cannas*, post pugnam et victoriam Cannensem. Cf. Ernesti ad Tac. Hist. III, 49 pr. — 78. *in Tarpeia sede*, in Capitolio, ubi tum senatus legatis datus. Vid. Liv. VIII, 5 pr. — 80. Intell. Annius, cujus oratio exstat ap. Liv. l. c. — *Propulsum dextra*: in his, et v. 85... 87, Silium discrepare a Livio VIII, 5 et 6, jam monuere Cell. et alii.

83 sq. *spectante Jove*, cujus numen spreverat, quum Torquatus ad ejus simulacrum conversus auxi-

Expulit orantem, et nuda Capitolia consul
Defendit dextra. » Rabidum hinc, palmasque virorum
Intentantem oculis, proavitaque facta parantem
Ut vidit majore adeo crudescere motu,
Excipit his frendens Fabius; « Pro cuncta pudendi!
Sedes, ecce, vacat, belli viduata procella :
Quem, quæso, e vobis huic inposuisse paratis?
Inque locum Pauli quemnam datis? an tua, Virri,
Prima atque ante alios sors, concedente Senatu,
Te citat, ac nostris æquat jam purpura Brutis?
I, demens, i, quo tendis : tibi perfida fasces
Det Carthago suos. » Medio fervore loquentis,
Inpatiens ultra gemitu cohibere furorem,
Fulminea torvum exclamat Marcellus ab ira :
« Quæ tandem, et quam lenta tenet patientia mentem,
O confuse nimis Gradivi turbine Varro,

87. *Rabidum*, Ald. Vulgo *Rapidum*, quod perperam restituit Lef. *hinc*, non *hunc*, Col. — 90. *Pro*, non *proh*, Col. et R. 2, ut semper in optimis libris, *prope juncta* conj. N. Heins., et Burm. *pro monstra! pudendi*, etc. ut *pudendum bellum* sit, quod tam male gesserit Varro, cujusque culpa interemtus sit Paulus, ac sedes consularis vacet. — 94. *ante alias*, scilicet sortes, e Col. recepit Lefeb. — 100. *Quo* conj. N. Heins. *tam* pro *quam* e duobus scriptis, nescio quibus, reposuit Lefeb.

lium Dei implorasset. — 87... 89. Silium in his iterum *τραγῳδεῖν* et a Livio lib. XXIII, 6 extr. omnia moderatiora narrari, observat Ernesti. Sed poeta hunc Torquatum inducit *parantem proavita facta*, h. e. imitantem ferociam proavi, qui, teste Liv. VIII, 5, « adeo non tenuit iram, ut gladio cinctum in senatum venturum se esse palam diceret, » etc. — *crudescere*; v. ad IV, 449. — *motu* animi, ira.

90. *Pro cuncta pudendi*, o homines plane probrosi, et omni ex parte famosi, quos jam luxuriæ, crudelitatis ac superbiæ vestræ pudere debet; Draken. Græcismus et dura formula offendit Ernest. et alios. Vid. V. L. — 91. *Sedes belli*, consulis imperium, *viduata* morte Pauli. — 95. Tune primus eris Consul e Campanis, ut Brutus e Romanis? — 96. *i, quo tendis*, adspira ad consulatum apud Pœnos.

98 sq. Inducitur præter Torquatum et Fabium, etiam Marcellus, cujus acerbam ad Varronem orationem nemo nunc desideraverit : non enim ad rem præsentem pertinet; Ernesti. Recte : sed poeta quamvis occasionem Varronis perstringendi captat. — *Fulminea ira*; vid. ad I, 421. — *ab ira*; cf. ad II, 139. — *torvum exclamat*, ut apud Virg. Æn. VII, 399. — 101. *confusus*, *συγχυθείς*, perturbatus. — *Gra-*

Ut perferre queas furibunda insomnia consul?
Nonne exturbatos jam dudum limine templi
Præcipites agis ad portas? et discere cogis
Semiviros, quod sit nostro de more creati
Consulis imperium? non unquam sobria pubes
Et peritura brevi, moneo, ocius Urbe facesse.
Muros ante tuos (ut par est) debita ductor
Armatus responsa dabit. » Consurgere cuncti
Hinc pariter, magnoque viros clamore premebant.
Nec non et foribus propere Campana juventus
Extulit ipsa gradum, tantæque dolore repulsæ
Concitus Hannibalem volvebat Virrius ore.
  Fulvius, (huic nam spondebant præsagia mentis
Venturum decus, et Capuæ pereuntis imago
Jam tum erat ante oculos) « Non si Carthaginis, inquit,
Ductorem vestris devinctum colla catenis
Romam victor agis, posthac intrare Quirini
Sacratas dabitur sedes : tende ocius, oro,
Quo mens ægra vocat. » Referunt hæc inde citati
Mixta minis et torva trucis responsa Senatus.

102. *perferre*, non *præferre*, libri vetusti; *furibunda examina* suspicabatur N. Heins. ut legati Capuani ita dicantur; *furibundi somnia* conj. Burm. Ego leviori mutatione *furibundi insomnia* legendum arbitror. — 111. e *foribus* tacite edidit Lefeb. — 112. *ipsa* Col. cum priscis edd. *illa* Put. Vulgo *acta*, quod servavit Lefeb. *tantoque* Parm. *tacitoque* conj. Livin. — 114. *nam*, non *jam*, Col. — 117. *nostris* Oxon. et vett. edd. *devictum* Marsi Ven. sec. et inde plures. — 118. *agis* Col. Vulgo *agas* : sed illud concinnius, judice N. Heins. qui v. 119, *hortor* maluerit pro *oro*.

divi turbine, ut II, 4. — 102. *furibunda*, insana. — *insomnia* id. qd. *somnia*, (v. sup. ad X, 357) h. e. vana res, opinio et persuasio, (ut nostrum *Träume*) stulta illa Campanorum petitio et postulatio.

105. *Semiviros*, Campanos luxu effeminatos, ut mox *non umquam sobria pubes*. — 113. *Hannibalem*, fœdus cum eo a Campanis faciendum. Cf. v. 133, et verba Virii ap. Liv. XXIII, 6.

114. *Fulvio* tribuit poeta has partes, quia is mox cum Claudio collega Capuam obsedit; Cell.

115. *Venturum decus*, futuram expugnatæ Capuæ gloriam. — 117. Cf. ad VIII, 276 sq. — 118. *agis*, adducis. — 119. *Sacratos sedes*; cf. ad III, 501, et X, 367.

Tantane, omnipotens, caligine mersa latere
Fata placet? veniet quondam felicior ætas,
Quum pia Campano gaudebit consule Roma,
Et per bella diu fasces perque arma negatos
Ultro ad magnanimos referet secura nepotes.
Pœna superborum tamen hæc durabit avorum,
Quod non ante suos Capua ad suffragia mittet,
Quam Carthago suos. Postquam nunc dicta Senatus,
Nunc facta exposuit, tum veris falsa per artem
Virrius admiscens cecinit fatale cruenti
Turbatis signum belli. Furiata juventus
Arma, arma, Hannibalemque volunt: ruit undique vulgus,
Et Pœnos in tecta vocant: ingentia facta
Sidonii juvenis celebrant, ut ruperit Alpes
Herculei socius decoris, Divisque propinquas

125. *et per arma* R. 1, Parm. Mediol. sed ad marg. R. 1, *per et arma* quod etiam N. Heinsio in mentem venit. — 126. *referet* Colon. *referret* Tell. et R. 1. Vulgo *referat*. — 130. *fata* primum legitur in Marsi Ven. 2. — 132. *Turbatis*, non *Turbati*, R. 1, Parm. et Med. — 133. Ita scripti cum R. 1, Parm. et Med. Cf. Heins. ad Ovid. Met. XI, 377. Alterum *arma* perperam omissum est in edd. Marsi, Nicandri, R. 2, et al. *Arma sibi* ed. Gryph. et al. — 135. *ut vicerit* Put. R. 2, edd. Mars. et inde al. prob. Lefeb. qui *Alpes* pro incolis Alpium adcipit.

122 sq. Quis tum temporis cogitasset, Campanos cunctosque Italos aliquando (finito scil. bello Marsico, seu Sociali, legibusque a. L. Julio Cæsare, et a Carbone Silvanoque latis) civitatem Rom., quæ nunc tanto animorum impetu ipsis negabatur, consecuturos, et ita aditum sibi ad summos Rom. honores ipsumque consulatum comparaturos esse? — 124. *pia Roma*; cf. ad V, 255. — 126. *magnanimos*; v. ad I, 29. — *nepotes*, posteros horum Campanorum adrogantia tam pervulgata fuit, ut *Campanum supercilium* et *Campana superbia* etiam proverbii loco diceretur. Cf. Gell. I, 24; Ausonii Capua, et inpr. Cic. Or. II, de lege agrar. c. 33... 37. — 128. *suos ad suffragia*, ferenda *mittet* Romam: nam civitas præcipue continebatur jure suffragiorum.

129. *Carthago*, colonia Rom. deducta. Dansq. putabat innui Gaditanos, Pœnorum olim imperio obnoxios, et quidem Corn. Balbum majorem, Gaditanum, qui primus externorum, gratia Cæsaris, ad consulatum pervenit, teste Plinio lib. VII, 43.

129. *Postquam*, etc. Conf. Liv. XXIII, 6. — 131 sq. *signum cecinit belli*, defectionem a Romanis suasit. — *fatale*, quod Capuæ fuit exitio. — *Turbatis*; v. ad I, 477. — 133. *Hannibalem*, ut sup. v. 113.

135 sq. Cf. II, 356; III, 90 sq.,

Transierit cursu rupes : ut cæde referta
Clauserit Eridani victor vada : victor ut idem
Lydia Romano turbarit stagna cruore :
Ut Trebiæ ripas æterno nomine famæ
Tradiderit, Paulumque idem inter prælia, et idem
Flaminium, proceres rerum, demiserit umbris.
His super excisam primori Marte Saguntum,
Et juga Pyrenes, et Hiberum, et sacra parentis,
Juratumque viro bellum puerilibus annis
Adcumulant : unum, ducibus tot cæde peremtis,
Tot fusis acie, stare inter prælia nullis
Adtactum telis. Superum quum munere detur
Huic sociare viro dextras et fœdere jungi;
Fastus exsanguis populi vanumque tumorem
Nimirum Capua et dominatum perferat Urbis,
Ceu famulis fasces æquataque jura negantis?
Prorsus enim tanto potiorem nomine habendum

137. *refecta* edd. Marsi *reverta et* a m. sec. *cruenta* in R. 1. — 140. *Ut*, non *Et*, R. 1, 2, Parm. Med. Gryph. Asul. — 142. *dimiserit* scripti, vid. ad I, 439. — 150. Ita Col. Vulgo *Fastus et exsanguis*, contra leges metri, *et fœdere jungi Fas sit, ut exsanguis*, etc., vel *Fastum an ut exsanguis* conj. N. Heins. et *Fastum et exsanguis* Lefeb. — 151. *urbi* Col.

et IV, 4. — 137 sq. *Clauserit vada cæde*, cadaveribus ita fluvium repleverit, ut stagnaret, et cursus aquarum præcluderetur. Cf. inf. v. 519 et sup. ad IV, 621. — *Eridani*, Ticini fl., qui Eridano, seu Pado miscetur, ut passim. — *vada*; v. ad I, 52. — 139. *Lydia stagna*, Trasymenum. Cf. ad IV, 719.

140 sq. *famæ Tradiderit*; cf. ad IV, 73. — 142. *demiserit umbris*, ut I, 439.

143. *His super*, ut I, 60, ubi v. V. L. — *primori Marte* pro vulg. *primoribus annis*, ut I, 511. — 144. *juga Pyrenes*, quæ transgressus sit. Cf. III, 415 seq. — *Iberum* V. ad I, 480. — *sacra parentis*; cf. I, 77 sqq. — 146. *Adcumulant*, laudibus ejus addunt. Nimis laudatur Hannibal. v. I, 522... 555.; Liv. XXI, 6 et 57. — 150. *populi exsanguis*, populi Romani, cladibus continuis ad internecionem prope redacti. Cf. II, 230, et XII, 318, 319. Dausq. bene laudavit locum Valer. Max. V, III, 2. « Africanus superior non solum contusam et confractam belli Punici armis rempubl., sed pæne jam exsanguem atque morientem, Africæ dominam reddidit. » — *tumorem*; v. ad II, 288, ubi de flatibus arrogantiæ et elato spiritu. — 153 sq. Vim sarcasmi facile sentiet lector. — *tanto nomine* scil. consulis.

Varronem, ut fugiat consul fulgentior ostro.
Talia jactantes jam lectam sorte parabant
Mittere, quæ Tyrios adjungat fœdere, pubem.
Sed non invictum ponebat pectore robur
Tum solum Decius Capuæ decus : isque receptus
In medios cœtus, neque enim differre dabatur;
« Itis, ait, cives violanda ad jura parentum?
Damnatumque caput temerati fœderis aris
Jungitis hospitio? Quæ tanta oblivio recti,
Sacram atque in magnis positam populisque virisque

154. *ut fugit*, hoc est quooiam, seo a quo tempore fugit, etc. Tell. recepit Lefeb. — 163. *Magnam atque in magnis positam populisque virisque Adversam ostentare fidem* noo male edidit Lefeb., qui tamen post *fidem* ooo puoctuoi, sed exclamandi signum posuit, (ut *ostentare fidem!* sit pro, quasi an ostendetis, etc.) et interrogationis ootam, quæ v. 162, post *recti* io eunctis libris reperitur, servavit. Ita legitur io omnibus codd. et scriptis et editis ante Basil. Wolfii, oisi quod *Magna* io Coloo. R. 2, Marsi ed. Paris., *Magnum* io Oxoo., *Magnum in magnis positum* in Marsi ed. Veo., *in magnas* in Puteol. *in magnis rebus* in Ald. et Paris. ed. Marsi, et *ostendere* in Ox. — *Magnum utique in magnis rebus p. v. Adversis servare fidem* Wolfii ed. Basil. quam scriptoram, etsi non ono mendo inquioatam, præter Dausq et Cell., retinuit Drak. qui, judice Lefeb., ineptit hie ioeptissime, (hæc sunt lepidi viri verba) et, fas sit dixisse, ignarissime enm Heinsio, dum a veteribus omnibus discedit. Qua gravi tamen censura non deterritus est Ernesti, quo mious Drakeo. sequeretur. Ipsi enim in tanto librorum vett. dissensu, oon vituperaoda videtur modestia ejus, qui vulgatam scripturam servet, cujus hie sensus sit, quamvis moleste verbis expressus: io magnis rebus adversis magnum h. e. egregiom, præclarum est, fidem servare. Sed inter veteres profecto libros parum discrepat, et, quamvis modestia criticus magnopere commeodatur, tamen ab animo meo inpetrare noo potui, ut, spreta fere omnium codicum auctoritate, adquiesceret in ea lectione, quæ oon nisi in una alteraque, et quidem receot. editione exstat, adeoque ne pro vulgata quidem habenda, et præterea ex inepti omnino ioterpolatoris ingenio profecta est: quis enim umquam *in magnis rebus adversis*, vel *magnum est, in magnis rebus*, etc. dixit? Neque tamen mihi prorsus satis faciunt N. Heins. et Burm. conjecturæ. Hic legeodum potabat *Dignum atque in magnis positum, p. v. Adversis servare fidem*, vel *Haud versam ostentare fidem*: ille vero *Magnam, agite, inque manu positam p. v. Adversi ostentate fidem*, vel *Magnum atque in manibus positum* (ut VII, 35; XII, 197, Val. Fl. VI, 460; Stat. Th. X, 29, et Lucan. VII, 253;

155. *jactantes*, dicentes, et quidem tam gloriose de se, quam acerbe de Romanis. — 157 sq. De *Decio Magio*; v. omnino Liv. XXIII, 7. — 161. Hannibalem, diis invisum, propter rupta fœdera; Cell.

162 sq. *Quæ tanta oblivio recti*, quomodo justi et æqui tam immemores esse potestis, ut *fidem sacram* (v. ad I, 481 et in V. L. II, 479) *atque in magnis positam*, quæ magni æstimatur, vel venerabilis est *populis* et *viris*, singulis hominibus, adeoque et publice et pri-

Adversam ostentare fidem? Nunc tempus inire
Prælia pro Rutulis; nunc signa aciemque movere,
Dum trepidæ res, et medicinam vulnera poscunt:
Is locus officio, quum cessant prospera, quumque
Dura ad opem fortuna vocat: nam læta fovere,
Haud quaquam magni est animi decus: huc, age, adeste.
Novi Dis animas similes et pectora magnis
Nunquam angusta malis: capiunt (mihi credite) Cannas,
Et Trasymena vada, et Pauli memorabile letum.
Hi sunt, qui vestris infixum mœnibus hostem
Dejecere manu, et Capuam eripuere superbis
Samnitum jussis: hi sunt, qui jura dedere
Terrore expulso, Sidicinaque bella remorunt.
Quos fugitis? socios quosve additis? ille ego sanguis

IX, 388) *p. v. Adversam ostentare fidem*, vel denique, quod verum ei videbatur, *Magnum a. in magnis positum p. v. Adversa ostentare fidem*. Mea qualicumque sententia interrogationis nota, post voc. *recti*, v. 162, in omnibus libris posita, fraudi fuit viris doctis; qua sublata et in locum puncti post *fidem* substituta, non video, quid in lectione cod. Col., quocum reliqui, si librariorum errores exceperis, conspirant, displicere possit, præter voc. *Magna*, vel *Magnam fidem*, pro quibus *Sacram fidem* reposui, nisi *Sanctam f.*, et pro *Adversam* forte *Aversam*, vel *Inversam* malis. Vox *sacram* facile in *magnam* mutari, vel hæc illam extrudere potuit, quum mox sequatur: neque etiam inprobabili judicio suspicari mihi videor, τὸ *magnam* esse interpretamentum verborum, *in magnis positam*, et e margine in contextum irrepsisse; Conf. not. *Magnum atque hinc magnis solitum p. v.* emend. Withof. — 167. *Sit*, vel *Fit*, vel *Est locus* o. conj. N. Heins. coll. Stat. Th. XII, 302. — 169. *huc*, non *hic*, scripti et primæ edd. — 171. *Cannas* Col. Vulgo *Cannæ*. — 173. *nostris* Oxon. R. 1; Parm. Med. — 176. Verbis *Terrore expulso* ne mendum subesset metuebat N. Heins. — 177. Ita scripti et priscæ

vatim sanctissime summaque religione colitur, *adversam* Romanis *ostentetis*, vel simpl. violetis?

170 sq. Cf. II, 315...324. — 170 sq. *Dis similes*, θεοειδέας, θεοεικέλους, Dausq. — *pectora angusta*, animum humilem et timidum. — *capiunt Cannas* etc. non fracti sunt cladibus ad Cannas etc., sed his adversis ferendis pares sunt Romani. Conf. ad VI, 617, et Gronov. Obss. I, 17. — 173 sq. Decius commemorat beneficia Romanorum, quæ nunc remunerari deceat. — 174. Cf. Liv. VII, 29 sqq. Flor. 1, 16. — 175. *jura dedere*, vobis leges et libertatem reddidere. — 176. *Terrore*, hoste. — *Sidicina bella remorunt*, propulsarunt bellum, quod Samnites intulerant propter Sidicinos, qui ad opem Campanorum confugerant; Cell. Cf. ad V, 551. — 177 sq. *fugitis* sc. Romanos. — *additis*, Pœnos. Conf. ad III, 350 in V. L. Novum argumentum, a cognatione

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
Ab Jove ducta Capys, magno cognatus Iulo;
Ille ego, semihomines inter Nasamonas, et inter
Sævum atque æquantem ritus Garamanta ferarum,
Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?
Ductoremque feram, cui nunc pro fœdere proque
Justitia est ensis, solæque e sanguine laudes?
Non ita, non Decio permixtum fasque nefasque
Hæc ut velle queat: nullo nos invida tanto
Armavit Natura bono, quam janua mortis
Quod patet, et vita non æqua exire potestas. »
Hæc vana aversas Decius jactavit ad aures.
Ast delecta manus jungebant fœdera Pœno.
Jamque aderant præmissa duci turbante tumultu
Autololes numerosa cohors: ipse agmine magno
Festinata citus per campos signa movebat.

edd. nisi quod *auditis* in Col. et *odistisve* pro *quosve additis* in Pul. et R. 2; *Quos f. socios odiis? quosve additis? ille Dardanius* ed. Marsi et inde al. *Quos fugietis? eho! sanguis vos edidit ille D.* conj. Barth. Adv. III, 10. Male! — 181. *rictum* pro *ritus*, et v. 186; *vos* pro *nos* primus edidit Marsus. Ibid. *vivida* conj. non temere teste Dausq. qui tamen probat τὸ *invida*, noverca licet natura. — 187. *morti* suspicari possis coll. Virgil. Æn. II, 661, vel *Mortis*, ut persona sit. — 188. *e vita* ed. Mars. et inde al. *ac* Lefeb. *vitam non æquam*, vel *vitæ non æqua* (ut *angusta loci* V, 174, et alia) *exire p.* malebat N. Heins. non improb. Drakenb. ut verbum *exire* cum quarto casu construatur, ut XIV, 455; Lucret. VI, 1217; Virg. Æneid. V, 438, et Tac. Ann. VI, 49. — 190. *jungebant*, et mox *aderant*, R. 1, Parm. Mediol. Vulgo *jungebat* et *aderat*, prob. Lefeb.

Campanorum cum Romanis petitum. Cf. sup. ad v. 30. De progenie Dardani, filii Jovis, v. Ovid. Fast. IV, 31 sqq. et Heyne Exc. VI ad Virgil. Æn. III. — 179. *Capys*, filius Assaraci et pater Anchisæ, cujus filius Æneas et nepos Iulus fuit. — *magno Iulo*; cf. Virg. Æn. I, 267 et 288. — 180 sqq. Acerbe in Pœnos, seu Afros, populos barbaros et sævos. Conf. VI, 531.

183 seq. Conf. ad I, 58, et II, 504. — 185. *Non ita*, ut ap. Virg. Æn. II, 583, ubi v. Heyne. — *Decio*, ἐμοῦ pro, mihi. — *permixtum fas nefasque*, ut apud Virgilium Georgic. I, 505; Horat. Od. I, xviii, 10, et alios.

186. Nihil mihi præstantius natura dedit, quam arbitrium et potestatem vitæ meæ finiendæ: sententia tenuiter et argute expressa; Ern. Cf. ad II, 576. — 187 sq. *janua mortis patet*, ut ap. Virg. Æn. II, 661: at quanto ibi aptius, quantoque cum adfectu elatum! Ern. — *vita non æqua*, iniqua infelici.

189. *vana*, frustra. — 190. Cf.

Et Decius, « Nunc hora, viri, nunc tempus : adeste,
Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex
Molitur facinus; procumbat barbara pubes.
Pro se quisque alacres rapite hoc decus : hostis adire
Si parat, obstructas replete cadavere portas,
Et ferro purgate nefas : hic denique solus
Eluerit sanguis maculatas crimine mentes. »
Dumque ea nequidquam non ulli læta profatur,
Audita asperitate viri cœptoque feroci,
Multa feta gerens ira præcordia, Pœnus
Adstabat muris, propereque arcessere lectos
Inmitem castris Decium jubet: horrida virtus,
Armatumque fide pectus, rectique cupido,
Et major Capua mens interrita mole
Invicta stabat, torvoque minacia vultu
Jussa ducis, verbisque etiam incessebat amaris.
Quem Libyæ rector tot signa, tot arma ferentis
Spernentem increpitans magno clamore profatur :
« Post Paulum, post Flaminium componimur, eheu!

198. *replete* Puteol. R. 1, Parm. Mediol. Vulgo *præbete*. — 199. *Aut* sine *Vel* pro *Et* legendum crediderim; vid. not. — 204. *arcessere*, non *accersere*, Putean. R. 1, Parm. Mediol. Conf. ad lib. I, v. 264. — 208. *minacia* Colon. Vulgo *minantia*, vulgari errore. Vide, quos Drakenborch. laudavit, Heins. ad Claud. b. Gild. v. 39; Broukh. ad Propert. III, VII, 47, et Bentl. ad Horat. Od. II, XII, 12. — 210. *ductor* R. 1, et Med. *ferentes* ed. Gryph. et sic conj. Barth. Adv. III, 10, h. e. omnem Hannibalis exercitum. Sed *ferentis* ἀρχαικῶς scriptum tantumdem est. — 212. *eheu*, non *heu*, *heu*, Col. Cœsf. Pier. et Burm. ad Virgil.

Liv. XXIII, 7. — 197. *rapite*; vid. ad I, 570. — *decus hoc*, ut scil. arceatis Pœnos ab urbe. — 198. *obstructas replete cadavere*, cadaveribus; cf. ad IX, 99.

199 seq. Decius apud Liv. l. c. « primo, ne reciperetur præsidium (Autololes, v. 192, definite, poetarum more), vociferatus est : deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, si malum facinus, quod a vetustissimis sociis consanguineisque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut, interfecto punico præsidio, restituerent se Romanis. »

201 sq. Cf. omnino Liv. XXIII, 7 seq. — 203. *feta ira præcordia*; cf. ad X, 14 in V. L. — 204 seq. *arcessere castris*, in castra sua, non procul ab urbe posita. — *Horrida virtus*; v. ad I, 58. — 207 sq. Cf. Virg. Æn. X, 770 sq. ubi v. Heyne. — *major Capua*, mente, seu animo civium.

212. *componimur;* vid. ad I, 39.

Vecordi Decio, mecum certasse volenti
In decus et famam leti : rapite, ite citati,
Signa, duces : pateatne mihi Campana vetante
Urbs Decio, explorare libet, nova bella moventi
Cui patuere Alpes, saxa inpellentia cælum,
Atque uni calcata Deo. » Subfuderat ora
Sanguis, et a torvo surgebant lumine flammæ.
Tum rictus spumans, et anhelis faucibus acta
Versabant penitus dirum suspiria murmur.
Sic urbem invectus, toto comitante Senatu,
Et vulgo ad spectanda ducis simul ora ruente,
Effundit cunctam rabiem irarumque procellas.
  Nec non et Decio propiora pericula mentem

Ecl. II, 58; Broukh. ad Prop. II, xix, 22, et VV. DD. ad Horat. Epod. XV, 23. — 214. *ite* scripti, R. 2, Mars. et Mart. Herbip. Vulgo *inde*. — 215. *pat atne*, non *pateatque*, Col., vel, teste Lefeb., duo scripti. — 218. *diffuderat* Oxon. — 219. *fulgebant* Put. — 220. *rictus spumans*, quatuor scripti, *rictu spumans* R. 1, Parm. Med. *rictu spumante* ed. Marsi Ven. Vulgo *rictu spumas*. — 221. *Versabat* Parm. *ad suspiria* R. 1, Parm. Med. — 222. *invectos*, non *ingreditur*, Col. Oxon. R. 2, Mars. et Mart. Herb. *toto*, non *tanto*, scripti.

— 214. *In decus et famam leti*, ut mors, a tanto viro, quantus ego sum, ipsi iulata, gloriosior sit. Cf. ad II, 705, et III, 123. — 217. *saxa cælum inpellentia*, tangentia, in illud adsurgentia, ut *cælum pulsantes scopulos* XII, 71. Cf. ad v. 136; XV, 167; IV, 2, 742, et Jani ad Horat. Od. I, 1, 36. — 218 sq. *uni calcata Deo*, ab Hercule. Cf. ad II, 356; IV, 4 al. Sed Galli quoque ante Hannibal. transiverant (v. Liv. XXI, 30): hi colebant Herculem, cui aram, (v. Petron. de bello civ.) transgredientes montem, dicarunt, unde nata fabula de transitu Herculis; Lefeb. — *Subfuderat ora Sanguis*; cf. ad V, 275; IX, 459 seq. — *surgebant flammæ*, ira Hannibalis. Cf. ad IV, 262, et V, 105 in V. L. — Majorem ornatum, qui in v. 220 et 221 inest, nemo facile desideraverit. Moderatius poeta iram H. sup. V, 603 sq. descripserat : *rictus* vero et *fauces* indigne de homine, quamvis furente et irato; Ern. — *rictus* quidem et *fauces* hominibus, etiam non furore et ira concitatis, æque ac bestiis tribuuntur. Sed ira turpior est *spumante rictu*, qualem Sueton. in Claud. c. 30 notavit. — 221. *suspiria*, iræ, ut *gemitus* apud Virg. Æn. III, 664; VII, 15; Ern. Proprie tamen non sunt iræ, sed iis tribuuntur. — 222 sqq. Cf. Liv. XXIII, 7.

225. Etiam in his comparandus omnino Liv. l. l. et c. 10. Orationem Hannibalis v. 233 sq., ut sup. v. 212 sqq. poeta ipse, nec inepte, commentus est.

Flammarant, tempusque adeo cernebat adesse,
Quo laudes ducis invicti superaret inermis.
Non illum fuga, non clausi occuluere penates;
Sed liber, veluti nullus penetrasset in urbem
Hannibal, intrepido servaverat otia vultu :
Quum juvenem sævis (horrendum) concitus armis
Invadunt globus, et pedibus sublime sedentis
Ductoris sistunt. Tonat inde ferocibus alte
Incessens victor dictis, « Solusne ruentem
Fulcire, et revocare paras a funere, Romam?
O demens! en, qui Divum mihi munera tanta
Eripiat. Decio prorsus servabar inerti
Vincendus, Decio inbelli, cui femina nulla,
Orta in Agenoreis nostræ Carthaginis oris,
Cesserit : huic agedum, (nam cur indigna feramus?)
Magnanime o miles, meritas innecte catenas. »
Dixerat hæc : necdum finem convicia norant.

232. *Invadunt*, ooo *Invadit*, Col. — 233. *sistunt* ex emend. N. Heins. Vulgo *sistit*. 240. *huc* Pot. — 241. *Magnanime o miles* Tell. R. 1, Parm. Med. Ben. *Magnanime miles* Ox. et Put. Vulgo *magnanimo miles*, ut poeta ioridens *magnanimum* dicat, quem modo *inertem* et *inbellem* vocaverit; *Magnanime, i, miles* malebat N. Heins. *Magnanimo, miles, meritas, i, necte catenas* conj. Bentl. ad Hor. Epod. XVII, 72, ubi docet, booos scriptores nunquam dixisse *innectere alicui catenas*, sed *innectere aliquem catenis*, vel *nectere alicui catenas*. Possis itaque et reponere *hunc agedum, Magnanime o*, vel *i miles*, *meritis innecte catenis*. — 242. *hæc* in et primus Nicander, et *nec dum* io *nondum* Marsus motavit. Hunc versum in vulg. edd. escipiunt doo alii, ab eodem Nicandro profecti, *Quum fera gens Decii constanti pectore corpus Invadit, vincitque manus post terga catenis*. Eos tamquam spurios ejecei, auctoribus N. Heins. et Draken., exemploque Lefeb. sed refrag. Ernesti, quo judice non commode possunt abesse, quum sequens ab iis pendeat comparatio. Eam ob causam quatuor, qui sequuntur, versus, *Inlatus... juvencum*, post v. 231, ioseruit Lefeb. At verba hæc loco, quem in omoibus libris occupant, aptiora videntur, illa vero ratiooe admissa, constructio eorum inpeditior fit, et vox *quum* bis posita languet. Omnia forsan bene inter se cohærent, modo voc. *Inlatus* non ad leo-

232 sq. *pedibus Ductoris sistunt*, apud Liv. lib. cit. c. 10. « Decium ante pedes destitutum causam dicere jussit. » — *sublime sedentis*; v. ad III, 9. — 236. *Divum munera*, victorias, quas diis debeo. Quod fere abhorret a persona Hannibalis, qui res feliciter a se gestas non diis, sed gladio et virtuti suæ tribuere solet, cujus poeta inmemor fuisse videtur. — 238 sq. Cf. ad II, 361. — 239. *Agenoreis*; v. ad I, 15.

241. *Magnanime o miles*, vide

Inlatus velut armentis super ardua colla
Quum sese inposuit, victorque inmane sub ira
Infremuit leo, et inmersis gravis unguibus hæsit,
Mandit anhelantem pendens cervice juvencum.
At Decius, dum vincla ligant, « Necte ocius, inquit,
(Nam sic Hannibalem decet intravisse) catenas,
Fœderis infausti pretium : sic victima prorsus
Digna cadat Decius : nec enim te, sanguine lætum
Humano, sit fas cæsis placasse juvencis.
En dextra! en fœdus! nondum tibi Curia, necdum
Templorum intrati postes; jam panditur acri
Imperio carcer : perge, ac primordia tanta
Adcumula paribus factis : mihi fama sub umbras

nem, sed ad militem (v. 241), vel ad ipsum adeo Hannibalem retuleris, ut sensus sit : *Inlatus* est, h. e. intulit se, inruit in Decium, velut leo, quum sese inposuit armentis, etc. Possis etiam lacunam, quam extrusis Nicandri versibus oriri putant, levi mutatione explere, si pro *Illatus* scripseris *Illi* (milites v. 241) *tum*, scilicet sese inposuere Decio, velut leo quum sese inposuit armentis, etc. — 244. *victorque inmanis ab ira* non male opinabatur N. Heins. nec improb. Drak. Cf. not. ad II, 139. — 246. *prendens* ex Put. recepit Lefeb. Sic λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσι Hom. Iliad. ρ, 63. Præstiterit *frangens*, quod proprium in hac re verbum est, ut ἐξ αὐχέν' ἔαξε ap. Hom. Iliad λ, 175, et ρ, 63; conf. Heins. ad Claud. Stilic. II, 21, et Burm. ad Val. Fl. II, 459. Sed vulgata quoque lectio bene se habet. — 249. *præsul* pro *prorsus* Put. *pressus* R. 1, Parm. Med. *Pœnis* emend. N. Heins. — 250. *cadit* scripti et Ven. Marsi. — 253. *intranti* a Marso inueetum. — 255. *sub umbras* Col. ut fere ap. Virg. Æn. IV, 387; conf. ad VI, 150. Vulgo *umbris*.

Var. Lect. et ad lib. I, 29. — 243 seq. Præclara et graphica comparatio, qualis fere ap. Virg. Æn. X, 723 sqq. Homer. Iliad. γ, 23 seq. inpr. λ, 172 seq., et ρ, 61 seq. Cf. Burm. ad Val. Fl. II, 458 sq., ubi gemmæ ex Gorlæi Dactyl. P. II, n. CXIX et nummo ex Morell. Specim. rei num. tab. XXVI, quibus Draken. ad h. l. imaginem leonis, tum tauri, tum cervi tergo inhærentis, oculis proposuerat, addit alteram Gorlæi gemmam T. I, n. 528; v. et V. L. — 245. *hæsit* ut ap. Virg. Æn. X, 726.

247. Cf. Liv. XXIII, 10, ubi tamen Decius cives, non Hannibalem, neque tam acerbis conviciis lacessit. — 250 sq. *sanguine lætum Humano*, sævum, inmanem, sanguinis sitientem militem Pœnum dicit (nisi forte ipsum Hannibalem, ut I, 59); nec opus est, cum Marso cogitare de ritu punico humanas victimas cædendi, quamvis non plane aliena foret ab ira Decii acerba illa adlusio; Ern. — 252. « Unum esse exsortem Punicæ amicitiæ fœderisque secum facti » etc. Liv. l. c. — 254. *primordia* etc. ut XV, 654. — *mihi fama sub umbras foret*; conf. V. L. et ad I, 398.

Digitized by Google

Te feret obpressum Capuæ cecidisse ruinis. »
Nec plura effari concessum : obnubitur atra
Veste caput, trahiturque ferox ante ora suorum.
  Exin victor ovans sedato pectore tandem
Spectandis urbis tectis templisque serenos
Lætus circumfert oculos, et singula discit :
Quis muris sator, et pubes sit quanta sub armis,
Quot bello pateant argenti ærisque talenta :
Nunc qualis frenata acies, nunc deinde pedestris
Copia quanta viris. Monstrant Capitolia cèlsa,
Stellatésque docent campos, Cereremque benignam.

257. *arte Veste* conj. Drak. — 262. *muri* Med. *Qui* ed. Lef. *pator*, vel, quoniam hæc vox non nisi inferioris ævi scriptoribus in usu fuit, *positor* (ut ap. Ovid. Fast. II, 63) emend. Burm. *auctor* e Virg. Æn. VIII, 134, reposuit Lefeb. qui neminem id vidisse miratur, et Burm. ineptire dicit; conf. Bentl. ad Hor. Od. III, III, 65, qui et *structor* legi posse putabat. Ego potius miror, viros doctos non vidisse, omnibus his conjecturis metri leges adversari. Si quid mutandum, *pater* rescriberem; conf. Virg. l. l. Ovid. Metam. XV, 861; Prop. IV, x, 17, et sup. II, 654; ubi tamen Drak. monet, τὸ *sator* tantumdem esse, et *æternùm mœrûm sator* Pacuv. in Periboea ap. Nonium Marcell. cap. de Numeris et Casibus dici ex emend. Gulielm. Verisim. I, 17; conf. Bentl. l. c. — 263. Ita Col. et Ox. cum R. 1, (nisi quod in hac ed. errore typogr. *argentique æris t.*) unde cum Lefeb. recepi, etsi poetam *aurique* pro *ærisque* scripsisse suspicor: *Quot b. p. auri argentique talenta* Put. Parm. Med. forte rectius; conf. Virg. Æneid. X, 531; *Quotque auri pateant bello argentique t.* ed. Marsi, quem sequuti sunt alii, etiam Draken. *armisque* pro *ærisque* conj. N. Heins. et *lateant*, scilicet in ærario Burm. — 266.

256. Hoc est, quod Marcellus ap. Liv. XXIII, 45, dixit, *Capuam Hannibali Cannas fuisse*; Cell. — 258. Hæc « vociferanti obvolutum caput est, ociusque rapi extra portam jussus, » Liv. XXIII, 10. Reliqua Decii fata memorantur inf. v. 377 sq.

259 seq. Silius exornavit verba Livii XXIII, 7 extr. — 261. *discit*, cognoscit a Campanis, ut XII, 568, ubi v. not. — 263. *bello*, in usum belli, *pateant*, parata et in promtu sint. — 264. *frenata acies*, equitatus. — 265. *Capitolia*, arcem Capuæ (cf. ad I, 541), ut apud Sueton. Tiber. 40, et Calig. 57. Sic et aliarum urbium arces ac templa magnifica, primoribus diis dicata Capitolioque Rom. similia, dicuntur. Cf. VV. DD. ad Plaut. Curc. II, II, 19; Suet. Gramm. 9, quosque Drak. laudavit, Savaro ad Sidon. Apoll. XXIII, 40 seq. et Gothofr. ad I. 34 cod.; Theod. de Annon. et Tribut. — *Campus Stellatis*, fertilissimus, in mediterranea Campania, de quo v. Cic. Agrar. I, 7; II, 31; Sueton. Jul. 20; Liv. IX, 44; X, 31; XXII, 13; Cluver. Ital. Ant. IV, 5, p. 1172, et inpr. Camillus Campan. Fel. Diss. II, c. 33 sq.

266. *Cererem benignam*, agrum

Jamque diem ad metas defessis Phœbus Olympo
Inpellebat equis, fuscabat et Hesperus umbra
Paullatim infusa properantem ad litora currum.
Instituunt de more epulas, festamque per urbem
Regifice exstructis celebrant convivia mensis.
Ipse, Deum cultu et sacro dignatus honore,
Præcipuis multoque procul splendentibus ostro
Adcipitur sublime toris : non una ministri
Turba gregis : posuisse dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre.
Nec non et certis struitur penus : aspera mensa
Pondera cælati fulgent antiquitus auri.
Eripiunt flammæ noctem, strepituque moventum

Stellantisque, vel *Stallentesque* (quos Voss. Inst. Or. IV, VI, 3, floriferos exponit) in scriptis et priscis edd. — 268. *Hesperos*, enuntiatione Græca, Tell. R. 1, 2, Parm. Med. Non opus erat tot exemplis, quot congessit Drak. — 269. *offusa* conj. Draken. vid. ad V, 678. — 273 *Præcipuus* R 2, quod recepit Lefeb. coll. Virg. Æneid. VIII, 177. Non male, judice quoque Ern. — 277. *Nec non certatim*, vel *nec non et Cereri* emend. N. Heins. — 279 Pro *moventum*, scilicet se (vid. ad I, 539), legendum crediderim *vocantum*, ut de sermonibus clamoribusque inter vina ortis agatur, quemadmodum ap. Virg. Æn. I, 725; *strepitusque moventum*

fertilem Campaniæ, de quo v. Cluver. l. l. p. 1090.

267 seqq. Silius expressit Liv. XXIII, 8, variumque ornatum petiit ex descriptione convivii Didonis Virg. Æneid. I, 699... 747. — *Phœbus defessis equis inpellebat* ab *Olympo*, cælo, *diem*, lucem, quam Phœbus spargebat *ad metas*, Hesperio positas in litore, *et Hesperus*, vesper, etc. Lenz.; coll. XII, 647; XVI, 38 sq.; Ovid Met. II, 142. — 271. Cat. 63, 305, *large multiplici constructæ sunt dape mensæ*; Lenz. — 272. Imitat Virg. Æn. I, 699... 708. — *dignatus* passive, divino honore cultus; Lenz.

273 sqq. *splendentibus ostro toris*, ut *strato ostro* et *pictis toris* ap. Virg. l. c. — *sublime*; v. ad III, 9. — *Grex minister*; cf. ad I, 173. — *addita*, data. — 276. *adolere focos*, ut *adolere penates* ap. Virg. l. l. ubi vid. Heyne. — *ordine* longo servorum, ut apud Virg. l. l., vel convivarum, ut ap. Hom. Iliad. α, 470... 597. Lenz. — 277. *certis*, ab aliis servis *penus struitur*, coquuntur et adornantur, vel parantur cibi, ut apud Virg. *aspera pondera auri antiquitus cælati*, vasa aurea, et quidem tam *aspera*, h. e. anaglypha (v. ad II, 432), quam antiquo artificio facta, quo pretium eorum magnopere augebatur. Cf. Virgil. Æn. IX, 266, quosque Drak. laudavit, poeta noster XIV, 653; Cic. in Verr. I, 5; Val. Fl. I, 143; Suet. Cæs. 47; Ovid. Met. XII, 235 seq.; XIII, 700. — 279. Conf. Virg. Æn.

Digitized by Google

Murmurat alta domus : stupet inconsuetus opimæ
Sidonius mensæ miles, faciemque superbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
Vescitur ipse silens, et tantos damnat honores
Esse epulis, facilesque coli tanto agmine mensas :
Donec pulsa fames, et Bacchi munera duram
Laxarunt mentem. Tum fronti reddita demum
Lætitia, et positæ graviores pectore curæ.
 Personat Euboica Teuthras testudine, Cymes
Incola, et obtusas inmiti murmure sævæ
Inter bella tubæ permulcet cantibus aures.
Namque Jovem et lætos per furta canebat amores,
Electræque toros Atlantidos : unde creatus,
Proles digna Deum, tum Dardanus : isque Tonanti
Ut det Erichthonium magna de stirpe nepotem.

Murmure tecta sonant conj. Withof. — 285. *At cum* pro *Donec* refinxit Nicander, quem alii secuti sunt. — 286. *Tum frontis* Col. Oxon. R. 1, Parm. Ben. Lefeb. *Cum frontis* Put. *fronte* R. 2; *Cum fronti* primus edidit Marsus; *dedita* Put. et R. 2. — 288. *Theucras* Oxon. *Teutras* Med. — 291. *Namque* (ut inf. v. 453, et ap. Virg. Ecl. VI, 31) ex scriptis recepi, auctore N. Heins. Vulgo *Jamque*, prob. Lefeb. quoniam hic incipiat Musicus.

I, 725... 727, et V. L. — 280. *Stupet* etc., ut *mirantur* apud Virg. Æn. I, 709 sq. — 281. *faciem*, ut IV, 591. — 282. *oculis mirantibus haurit*; vid. ad VIII, 135. — 283. *ipse*, Hannibal. *damnat*, inprobat, tam splendide parari epulas.

284. *agmine*, continuo motu et strepitu, ut XIV, 442, et ap. Virg. Æn. II, 782, ubi v. Cerda et Heyne. Poeta forte servorum quoque multitudinem respexit. — *mensas faciles* paratu, cibos facile parvoque sumtu parabiles, scil. ei, qui convenienter vivit naturæ, quæ paucis contenta est. Cf. ad I, 615.

285. *Bacchi munera*; v. ad VII, 748. — *duram*, severam.

288 seq. Teuthras ad citharam canit, ut *ἀοιδοὶ* in conviviis heroum; (conf. Hom. Odyss. Θ, 99, 267; Athen. XIV, 6, et Virg. Æn. I, 740 sq.) unde lyra *δαιτὸς ἑταίρη*, dicitur Hom. H. in Merc. 31. Idem poetæ transtulerunt ad Deorum epulas, in quibus Apollo lyram pulsat, et Musæ adcinunt. Nomen Teuthrantis ab ignobili fluvio, vel euripo, vel piscina quadam agri Campani, non nihil a litore Baiano remota, deductum esse, suspicabatur Broukh. ad Prop. I, 11, 11. — *Euboica testudine*, quod Cumæ, seu Cyme ab incolis Chalcidis Euboicæ condita est; Drak. Conf. ad VIII, 531, et Heyne ad Virg. Æn. VI, 2. — *Personat*, cithara canit, ut ap. Virg. Æn. I, 741. — *Cymes*; v. ad VIII, 531. — 291... 297. Aptum carminis argumentum est ge-

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Assaracus, nulloque minor famave manuve
Tum Capys ut primis dederit sua nomina muris.
Concelebrant plausu pariter Sidonia pubes,
Campanæque manus : ante omnes ductor honori
Nominis augusto libat carchesia ritu;
Cetera quem sequitur, Bacchique e more liquorem
Inrorat mensis turba, ardescitque Lyæo.
Interea, Tyrio resoluta in gaudia cœtu
Converso, (neque enim, juvenis non digne sileri,
Transmittam tua cœpta libens, famamque negabo
Quamquam inperfectis, magnæ tamen indolis, ausis)
Mens una inviolata mero, nullisque venenis
Potando exarmata, decus pugnæque, necisque

297. *primus* Marsi e*. et inde aliæ; confer ad lib. II, v. 235. — 300. *Nummis* (Dianæ, numinis tutelaris Campanorum) emendat. Dausq. coll. XIII, 124, et Eustath. ad Homer. Iliad. λ, Καὶ φασὶν ἐν Καπύῃ πόλει Καμπανοὺς ἀνακεῖσθαι Ἀρτέμιδι ποτήριον ἐν τοιούτῳ σχήματι, ὃ λέγεται εἶναι τοῦ Νέστορος. Non male; nec tamen necesse. Idem *honori augusto* jungebat. Præstiterit forte : *honori Nominis augusti* (ut in cod. Tell. nisi *augusto* doctius pro *augusti* positum censeas) *libat carchesia rite*, ut ap. Virg. Æn. V, 77. — 301. *e* pro vulg. *ex* recepi, ex scriptis et priscis edd. — 307. *uni* recte, puto, corrig. N. Heins. nec male mox *venenis Potanti* (confer ad III, 580), et *pœnæque* pro *pugnæque*. In ed.

nus Capyis, conditoris Capuæ, a Jove, ejusque filio, Dardano ductum. Cf sup. ad v. 30, et 177 sq. — *furta;* v. ad VII, 487. — 298. Cf. Virg. Æn. I, 747. — 299 *ductor*, Hannibal. *honori nominis*, in honorem Capyis. Cf. ad IV, 729, et V, 161. — 300. *libat*, non προπίνει, sed σπένδει, libatione effundit, ut mox *inrorat mensis*. Conf. ad VII, 750; Virg. Æn. I, 736; V, 77, et VIII, 279. — *carchesia*; v. Macrob. Sat. V, 21; Tristan. Comment. hist. T. II, p. 604 seq., et Heyne ad Virg. Ge. IV, 380. — *ritu augusto*, sancto. Cf. Var. Lect.

303. De Pacuvio Calavio et Perolla, ejus filio Deciique Magii amico, vitæ Hannibalis insidiante, conf. Liv. lib. XXIII, cap. 8 et 9, qui, judice quoque Ernesti, majori cum elegantia atque adfectu rem narravit, et sententias ornavit, non, ut Silius, sola verba. — *gaudia resoluta*, dissoluta, immodica. Proprie, sed sensu paulum diverso, frons et mens gaudio dissolvi, vel, ut inf. XIV, 681, *in gaudia resolvi*, ut contra tristitia contrahi, dicuntur. Cf. quos Drak. laudavit, Barth. ad Claud. Cons. Olybr. et Prob. v. 248, et Burm. ad Petron. Sat. c. 131. — 306. Similiter Ovid. Met. II, 328. Conf. inf. v. 363 sq. — 307 sqq. *nullis venenis Potando exarmata*, moles-

Sidoniæ tacito volvebat pectore molem.
Quoque esset miranda magis tam sacra libido,
Pacuvio genitus patrias damnaverat artes.
Is variis oneratum epulis atque atria tardo
Linquentem gressu comitatus pone parentem,
Postquam posse datum meditata aperire, novosque
Pandere conatus, et liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus, « Adcipe digna
Et Capua et nobis, inquit, consulta : » togaque
Armatum amota nudat latus. « Hoc ego bellum
Conficere ense paro, atque avulsum ferre Tonanti
Rectoris Libyci victor caput : hic erit ille,
Qui polluta dolis jam fœdera sanciet, ensis.
Si perferre nequit spectacula tanta senectus,
Et tremit inceptis lasso majoribus ævo,
At tu securis concede penatibus, et me

Parm. τὸ *decus* conjungitur τῷ *exarmata*, noto græcismo. — 310. *tam* R. 1, Med. et Ben. Vulgo *tum*. — 311. *Pacunio* Put. Parm. Ven. Marsi et Ben. *Paculloo* Col. Vulgo *Pacuvio*; conf. sup. ad v. 58. — 323. *lapso* e c. Tell. reposuit Lefeb. coll. XVII, 427, et *ævo* pro *in ævo* positum putat. Sed vid. not. — 324. *At*, non *Et*, Col. et Ven. Marsi *securus*, vel *secretis* conj. N. Heins. *En tu securus confide* emend. Lefeb. quia jam fuerit in penetralibus domus sive penatibus; quasi illuc

to ornatu variata sententia proxime antecedens : nempe vinum largius sumtum, ceu venenum, vires animi frangit; Ern. — *uccis Sidoniæ* Hannibalis *molem*, quia et magnus et difficilis conatus.

310 sq. Quod maxime mireris, Hannibali necem parabat filius ejus, qui in primis auctor defectionis ab Romanis fuerat. De malis *artibus*, quibus Pacuvius ad dominatum adspirabat, v. Liv. XXIII, 2 sq. — *sacra libido*; v. ad VII, 9.

312. *atria*, atrium, in quo veteres epulabantur; Drak. qui laudavit Serv. ad Virg. Æn. I, 726.

313... 316. « Patrem, ex convivio egressum, sequutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) pervenerunt » etc. Liv. XXIII, 8. — *datum*, data ei occasio est consilii cum patre communicandi. — 319. *Tonanti*, Διὶ ὁρκίῳ, cujus nomen rupto fœdere H. violavit, vel, tamquam spolia opima, Jovi Feretrio.

321. « Jam ego sanguine Hannibalis sanciam rom. fœdus, » Liv. l. l. — 323. *tremit inceptis*, ad incepta *majoribus lasso*, debili, *ævo*, senectute, h. e. quam ut a senibus perfici possint. — *lassum ævum*, ut *fessa ætas* ap. Tac. Ann. XIV, 33. Cf. VV. DD. ad Plin. Ep. VI, 21. — 324. *securis penatibus*, qui

Linque meæ menti. Summum quod credis, et æquas
Hannibalem Superis, o quantum nomine major
Jam Pœno tibi natus erit! » Vibrabat ab ore
Ignis atrox, animusque viri jam bella gerebat;
Quum senior, tanti pondus conaminis ægra
Jam dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem
Sternitur, et pedibus crebro pavida oscula figens,
« Per si quid superest vitæ, per jura parentis,
Perque tuam nostra potiorem, nate, salutem,
Absiste inceptis, oro : ne sanguine cernam
Polluta hospitia, ac tabo repleta cruento
Pocula, et eversas pugnæ certamine mensas.»
Tune illum, quem non acies, non mœnia et urbes

iterum concedere non potuerit. — 325. *tu* pro *quod* primus substituit Marsus. — 337. *non mœnia* R. 1, 3; Parm. Med. *nec m.* scripti Mars. et Mart. Herb. *neque*

nihil ab Hannibale metuebant, Drak. in ædes, ubi tutus latere potes, rectius Dausq. et Ern. Sed forte vera verborum sententia est hæc : concede, recede, ex his ædibus, ubi Hannibal et reliqui convivæ securi sibi videntur, neque insidias a me vel quoquam alio metuunt. « Te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur, malles, » Liv. l. c. *me linque meæ menti*, patere me consilium meum perficere.—325. *quod*, quoniam ; Drak. et Cuper. ad Petron. c. 104, sed pro *quamvis* positum putabant Heins. et Burm. ad Ovid. Ep. Her. XVII, 51, et Gron. ad Liv. XLII, 26 in additis.

329. Cf. Liv. XXIII, 9, ubi pater graviter duobus verbis *amens metu* dicitur, nec prius ad pedum amplexum et oscula descendit, quam filium precibus commotum et lacrimantem vidit, quod ad dignitatem adfectumque patris tuendum multo adcommodatius est. Ita Ernesti. At contra præclare poeta v. 351 seq. inducit filium, virtute Hannibalis ad facinus illud magis incensum, quam ab eo deterritum, nec tam suo, quam patris periculo commotum : nec minus graviter parens h. l. dicitur *tremebundus* sc. metu, et *pavida oscula figens*; et vers. 353... 360, oratio vehementioribus gravioribusque adfectibus insurgit, quam ap. Liv. l. c. Virtus quoque Hannibalis periculique magnitudo v. 337 sq. vividioribus imaginibus adumbratur. Nec tamen dissimulo, in vss. 337 sq. et inpr. 344 sq. paterni adfectus dolorisque vim rhetorum argutiis aliquantum infringi. — 334 sq. *ne sanguine cernam Polluta hospitia*, quod apud Romanos (immo apud omnes antiquitatis populos) dirissimum et maxime exsecrandum scelus habebatur; Drak. — 337 sq. « Vultum ipsius H., quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem horret

Ferre valent, quum frons propior lumenque corusco
Igne micat, tunc illa viri, quæ vertice fundit,
Fulmina pertuleris; si viso intorserit ense
Diram, qua vertit per campos agmina, vocem?
Fallit te, mensas inter quod credis inermem.
Tot bellis quæsita viro, tot cædibus armat
Majestas æterna ducem: si admoveris ora,
Cannas, et Trebiam ante oculos, Trasymenaque busta,
Et Pauli stare ingentem miraberis umbram.
Quid? tanto in casu comitum juxtaque jacentum
Torpebunt dextræ? parce, oro, et desine velle,
Cui nequeas victor superesse: an tristia vincla
Et Decius non erudiunt componere mentem? »
  Talia commemorans, famæ majoris amore
Flagrantem ut vidit juvenem surdumque timori:
« Nil ultra posco, refer in convivia gressum;
Adproperemus, ait: non jam tibi pectora pubis
Sidoniæ fodienda manu tutantia regem.
Hoc jugulo dextram explora: namque hæc tibi ferrum,

m. Nicander et deinde alii. — 343. *virûm tot cædibus*, vel *ultro t. c. armat*, scilicet inermem, (h. e. quantumvis, ut inf. v. 516.) scribendum videbatur N. Heins. quoniam *viri* præcessit: sed interjectis demum tribus versibus. — 347. *tanta in rabie* suspicari possis, coll. Liv. XXIII, 9. *quid tot dextræ? torpescentne in amentia illa?* — 348. *desine belli* (ut X, 84, ubi vid. not.) conj. N. Heins. et *Quum nequeas* Dausq. — 352. *timoris* malebat N. Heins. coll. I, 692, et X, 553. — 356.

populus Romanus, tu sustinebis? » Ita Liv. l. l. Cf. sup. I, 496 sq.

339 seq. *Fulmina, quæ vertice fundit*, splendorem cassidis, terrorem incutientis; Ern. Ad cristarum quoque fulgorem hæc referenda sunt. Cf. I, 460 sq. et ad I, 421. — 343 sq. Drak. comparavit Lucan. II, 75 sq. — 346. *Pauli ingentem umbram*; conf. ad I, 97; VIII, 146, et X, 288 — 347. *in casu*, periculo, vel fortuna adversa, vel nece, *tanto*, tanti viri; nisi malis, in tam gravi re. — *juxta*, prope eum, *jacentum*, ad mensam adcumbentium. — 348. seq. *Torpebunt dextræ*; cf. Liv. l. l. — *desine velle* aliquid, *Cui nequeas victor superesse*, quod si tibi ex voto successerit, perniciosum tibi et causa interitus erit; Ern.

349 sq. *vincla et Decius*; v. Decio indita. — *erudiunt*, docent, commovent. — *componere mentem*, sedare animi æstum, et a proposito declinare.

352. *surdum timori*, non deterritum periculo ejusque metu. Cf. ad I, 692. — 356. *Hoc jugulo*, et *hæc per viscera δεικτικῶς dicta*.

Si Pœnum invasisse paras, per viscera ferrum
Nostra est ducendum : tardam ne sperne senectam.
Obponam membra, atque ensem extorquere negatum
Morte mea eripiam. » Lacrimæ tunc ore profusæ,
Et magna Superum cura servatus in arma
Scipiadæ Pœnus; nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra. Pulcherrimus iræ,
Et dignus fieri compos memorabilis ausi,
Amisit quantam posito conamine laudem,
Cui tantum est voluisse decus? Tum reddere sese
Festinant epulis, et tristia fronte serenant;
Donec læta virum solvit convivia somnus.
  Postera lux Phaethontis equos proferre parabat,
Jam rapido summis curru splendente sub undis;
Et juvenis, magno generatus Hamilcare, duras
Jam dudum exercet curas. Carthaginis arces
Ire ferox Mago, et Patribus portare jubetur
Nuncia facta ducis : præda et captiva leguntur

hæc, non *hoc*, Col. Oxon. R. 2, *huc* putabat N. Heins. — 357. *lenta* pro *ferrum* substituit Nicander, *læta* conj. Dausq. Conf. not. ad II, 26. — 366. *tanta* maluerit N. Heins. — 370. Ita Col. *rapidos undis* Parm. *rapidos omnis* Oxon. Put. R. 1, et Med. *rapidos omni* Marsi ed. et inde plures, *parabat Jam rapidos*, *imis curru* ad marg. R. 1, a manu docta emend. — 371. *En* tacite scripsit Lefeb. ut passim. *At* et *crudas* pro *duras* legendum videbatur N. Heins.

361. Dii vitam H. servarunt, ut a Scipione vinci posset. — 362. *Scipiadæ*, Scipionis. Vid. ad VII, 107. — *tantum* facinus, *peragi*, perfici: nisi malis, tantum virum vinci et occidi, ut *peragit* ap. Val. Fl. I, 146, ubi v. Burm. — 363... 366. *dextra Externa*, Campani hominis. Hæc sententia exiguam vim habet, sed argutas verborum antitheses, poetæ delicias; Ern.

367. *tristia fronte serenant*, tristitiam serena fronte dissimulant. Cf. Virg. Æn. IV, 477, et ibi Heyne. Ceterum Silius h. l. discrepat a Livio, (XXIII, 8 et 9 extr.) quo teste solus pater convivio se reddidit, non filius, qui in eo haud interfuerat : nam « unus nec dominorum invitatione, nec ipsius interdum Hannibalis, vinci potuit; ipse valetudinem excusans, patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem causante. »

372 sq. Cf. Liv. XXIII, 11. Propriæ curæ nos exercent, fatigant. Vid. ad I, 260 et 675. — *Jam dudum* de tempore non longe præterito; Drak. coll. inf. v. 489. Plaut. Amphitr. II, II, 59 seq. et Tibull. III, VI, 63, ubi vid. Broukh.

374. seq. Spolia jam postridie

Corpora, dereptæque viris sub Marte cruento
Exuviæ, fausti Superis libamina belli.
Altera curarum Libycis demittitur oris
Heu! Decius, reduci lentas servatus ad iras;
Ni pœnæ juvenem indignæ miseratus ab alto
Jupiter antiquam Batti vertisset ad urbem.
Hic Pellæa virum Ptolemæi sceptra vehentum
Eripuere minis, resolutaque vincula collo.
Atque eadem vitæ custos mox deinde quieto
Adcepit tellus ossa inviolata sepulcro.
  Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus

375. *dereptæque*, non *direptæque*, Col. cf ad IX, 29. — 379. *indignum* conj. N. Heins. qui tamen vulgatam scripturam non damnabat: cf. Heins. Burm. et Heyne ad Virg. Æn. VI, 332, et inpr. X, 686, et Gron. ad Minuc. Fel. in Octav. c. 28. — 381. *Pellæa* pro *Pellea* scripsi.

ejus diei, quo pugna fuerat, lecta. Vid. Liv. XXII, 51, 52. Nunc exquisitiora tantum *eliguntur*, ut Mago ea secum Carthaginem avehat, et *exuviæ* inpr. sunt annuli equitum — 376. *fausti Superis libamina belli*; cf. ad X, 551. — 377. Cf. Liv. XXIII, 10. — *Libycis demittitur oris*, Carthaginem mittitur.

378. *reduci*, Hannibali, confecto bello in patriam redeunti. — — *lentas servatus ad iras*, sero ei pœnas daturus. — 380. *Batti urbem*, Cyrenas. Vid. ad II, 61, et III, 252 sq. Illuc navem detulerat tempestas, quod poeta Jovi tribuit. Inde eum Alexandriam deportatum *Pellæa Ptolemæi sceptra*, h. e. Ptolemæus, rex Ægypti, *eripuit minis vehentum*, eorum manibus et vinculis liberavit. — 381. *sceptra Ptolemæi*; Ptolemæus rex. Cf. ad III, 383, et IV, 599. — *Pellæa*, Macedonica (a Pella, urbe et regia Maced. ubi Alexander natus), et, quoniam Alexander Ægyptum expugnavit, ibique Alexandriam condidit, vel Ægyptiaca, ut ap. Virg. Ge. IV, 287 (ubi v. Heyne), et Lucan. VIII, 475, 607; IX, 1016, vel Alexandrina, ut apud Lucan. IX, 153; X, 511. De Ptolemæis, sub quorum imperio Cyrenaica fuit, postquam Macedones Ægypto potiti, v. a Drakenb. jam laudatum Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 68. — 383. seq. Decius deinde Alexandriæ, vel in Ægypto certe, in regno ejus, quem vitæ libertatisque vindicem habuit, et vixit et mortuus est. Conf. Liv. XXIII, 10 extr. ubi tamen non *mox deinde* obiisse traditur.

385. Capuæ Pœnorum animi et corpora luxu deliciisque ita enervabantur, ut Capuam Hannibali Cannas fuisse veteres jam scriptores recte judicaverint. Tam gravi itaque rei paullo diutius poeta inmoratus est, et exornavit narrationem Liv. XXIII, 18. Veneris ministerio commode usus est propter odium ejus in Pœnos ipsamque rei indolem. In tota vero hujus

Pœnorum mentes cæco per læta premendi
Exitio, et luxu corda inportuna domandi.
Spargere tela manu passim fallentia natis
Imperat, et tacitas in pectora mittere flammas.
Tum pueris dulce adridens : « Eat inproba Juno,
Et nos (nec mirum, quid enim sumus?) acta secundis
Despiciat : valet illa manu, valet illa lacertis :
Parvula nos arcu puerili spicula sensim
Fundimus, et nullus nostro de vulnere sanguis.
Verum, agite, o mea turba, precor, nunc tempus, adeste,

389. *tantas* Oxon. *tectas* conj. Drakenborch. — 391. *aucta secundis* corrig. D. Heins. et sic primæ edd. — 394. *it nullus* ex emend. N. Heins. edidit Lefeb.

deæ machinatione Silio ante oculos fuisse Virg. Æneid. I, 657 sqq. (qui locus tamen non prorsus cum nostro congruit) jam observavit Marsus. Ceterum poeta more suo ordinis historici minus, quam epici ornatus rationem habuit. Res enim, ab Hannibale, priusquam in hiberna Capuam concesserat, genioque indulserat per hiemem, gestæ, quas Livius lib. XXIII, 14... 18, ordine exposuit, a Silio demum lib. XII, 1... 425, memorantur. — 386 sqq. *cœco Exitio*, dum libidinem luxumque mentibus insinuat, atque veluti ex insidiis oppugnat animos; Ern. qui eodem pertinere monet v. 388 sq. — *tela fallentia* et *tacitas flammas*; v. 396, *tacita tela*; v. 423, *occultam sagittam*, et ap. Virg. Æn. I, 688, et IV, 2, *occultum* atque *cæcum ignem*. Cf. Virg. Æn. IV, 67, et Heins. ad Ovid. Amor. I, 11, 6. — *inportuna*, dura et violenta, vel fera et inmansueta. Livius XXIII, 18. Hannibalis « exercitum adversus omnia humana mala sæpe ac diu duratum, bonis inexpertum atque insuetum » vocavit. *Nati Veneris* Ἔρως, et Ἀντι-Ἔρως, vel ἔρως et Ἵμερος, a quibus distinguuntur multi Ἔρωτες, ὀπαδοὶ Ἀφροδίτης, Νυμφᾶν παῖδες. Vid. ad VII, 446. Sed a Silio confunduntur, unde v. 395. — *turba* Veneris, et v. 411. — *exercitus* Cupidinum. *Spargere tela*; cf. ad I, 267; V, 19, et VII, 443 seq.

389. *flammas*; v. ad V, 19. — 390. *dulce adridens*; cf. ad VII, 467. — *Eat inproba Juno*, σαρκαστικῶς, ut et cetera. Cf. VV. DD. ad Petron. Sat. c. 115. — 391. *quid enim sumus?* quam imbecilli, si Junoni comparamur? — *acta secundis*, impulsa et elata rebus prosperis; Cell. Cf. ad X, 617. — 393. *Parvula spicula*; cf. VII, 443. — 394. *nullus sanguis*: ergo cæcum, seu tacitum vulnus est, tantoque periculosius; Ernest. Sed contemtim potius et ironice Venus de se ipsa et de natis suis loquitur, ut contra superbe Hector καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν ap. Hom. Iliad. υ, 437, et Turnus *nostro sequitur de vulnere sanguis* ap. Virg. Æn. XII, 51, ex quo loco Silius orationis colorem petiit. — *nostro*, quod nos infligimus. — 395. *mea turba*; vid. ad

Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.
Amplexu multoque mero, somnoque virorum
Profliganda acies, quam non perfregerit ensis,
Non ignes, non inmissis Gradivus habenis.
Combibat inlapsos ductor per viscera luxus,
Nec pudeat picto fultum jacuisse cubili,
Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.
Ille sub hiberno somnos educere cælo
Jactator tectis malit consumere noctes;
Ac ponat ritus vescendi, sæpe citato
Dum residet sub casside equo, discatque Lyæo

prob. Drakenb. Conf. not. ad IV, 205. — 396. *tædis* maluerit N. Heins. Sed vid. not. ad V, 19. — 399. *immissis* Put. R. 1, Parm. Med. et Marsi cdd. *in missis* Tell. et R. 2; *admissis* etiam legi posse, ut apud Val. Fl. VI, 303, monuit N. Heins. Vulgo *emissis*. — 400. *elapsos* Tell. — 402. *nitet* pro *pugnet* R. 1, et Med. *vitet* emendat. ad marg. R. 1. Sed glossa esse videtur. — 403. *abducere* Tell. *se ducere* recte, opinor, emend. Barth. Adv. III, 10. Litera *s* facile excidere potuit, quoniam proxime præcedit. *Vile sub h. s. et ducere cælo Jure ratus* emend. Withof. — 404. *Jactato* Pótean. *Jactatus* (h. e. qui vulgo fertur, dicitur) e cod. Tell. recepit Lefeb. et ita conj. Burmann. Non male! *Lætatus* corrig. N. Heins. ut sensus sit: Hannibal, qui olim tempore hiberno sub Jove frigido somnos capere gaudebat, etc. Sed τὸ *jactator educere* græcissantem et duriorem formulam esse pro *gaudens et glorians* existimat Ern. *telis* pro *tectis* Oxon. *de*... Col. *tædis* conj. Barth. et *dapibus* N. Heins. qui et unum alteruonque versum excidisse suspicabatur. Sed vulgata lectio commode se habet.

VII, 446. — 396. *exurite telis;* vid. ad V, 19. — 397 sq. Cf. Liv. XXIII, 18. — *amplexus*, honestum voc., quo res turpes, res Venereæ et incliti amores exprimuntur; Drak. coll. XIII, 639, et aliis locis. — 399. *inmissis Gradivus habenis*, pugna acerrima. Conf. ad IV, 681; Virg. Æn. V, 662 (ubi v. Heyne); VI, 1; XI, 889; Val. Fl. VIII, 139.

400. *Combibat luxus*, inbibat, quasi longo haustu et ore pleno, ut ap. Virg. Æn. I, 749; πίνειν αὔρας, ἔρωτα et similia apud Anacr. XIX et al. Conf. ad V, 274. Pœnos « nimia bona ac voluptates inmodicæ eo inpensius perdidere, quo avidius ex insolentia in eas se merserant; » Liv. l. l. — 402. *pugnet*, repugnet, recuset. — *amomum*, frutex, et deinde unguentum inde paratum. Optimum est Armenium, teste Dioscor. I, 14, unde *Assyrio* h. l. pro *Armenio* positum. Conf. Plin. XII, 13; XVI, 32; Heyne et Martin. ad Virg. Ecl. III, 89; IV, 25, et inpr. Heins. ad Ovid. Ep. Heroid. XV, 76. — 403 sq. Cf. V. I.. et XII, 20. — *educere somnos*, ut v. 409, *ducere noctes;* cf. Bentl. ad Hor. Epist. I, II, 31, et Burm. ad Val. Fl. I, 251. — 405 sq. Dediscat ex equo vesci: quæ est severissima ratio vivendi, omnes de-

Inbellem donare diem : tum deinde madenti
Post epulas sit grata chelys, segnisque soporas,
Aut nostro vigiles ducat sub numine noctes. »
  Hæc postquam Venus, adplandit lascivus, et alto
Mittit se cælo niveis exercitus alis.
Sentit flammiferas pubes Maurusia pennas,
Et pariter fusis tepuerunt pectora telis.
Bacchi dona volunt, epulasque, et carmina rursus
Pieria liquefacta lyra : non acer aperto
Desudat campo sonipes : non ulla per auras
Lancea nudatos exercet torta lacertos.
Mollitæ flammis lymphæ languentia somno
Membra fovent, miserisque bonis perit horrida virtus.
Ipse etiam, adflatus fallente Cupidine, ductor
Instaurat mensas dapibus, repetitque volentum

414. *carmina pulsu Pieriæ liquefacta lyræ* malebat N. Heins. et — 417. *nodatos*, ut ad amentum referatur, quod Silius frequenter *nodum* adpellet. Sed in omnibus fere exercitiis, et inprimis jaculatoribus, brachia olim fuisse nudata, quis ignorat? — 418. *nymphæ* Pulean. — 419. *obruta virtus* conj. N. Heins. et

licias excludens; Ernest. — 407. *Inbellem*, otiosum, (quo non pugnatur, h. e. otiose,) *diem Lyæo donare*, compotationi addicere. Cf. XII, 103 seq. — Verecundius loquitur Venus. — *madenti*, βεβρεγμένῳ, ebrio. Cf. V. L. ad XII, 18. — 408. *chelys*, χέλυς, testudo, cithara, lyra. — 409. *nostro sub numine*, amore. — 410. *lascivus exercitus*, Amores. Vide ad VII, 446. — 411. *niveæ alæ*, ornate, ut in re læta; Ern.

412. *flammiferas pennas*; v. ad V, 19. — 413. *fusis telis tepuerunt pectora*; cf. ad I, 267, et V, 19.

414 seq. Memorantur plura genera luxuriæ, cujus desiderio Pœni telis amorum incenduntur. — *Bacchi dona*; vid. ad VII, 748. — *carmina liquefacta lyra*, h. e. pura, suavia, canora, λιγεῖα, quæ ad lyram canebantur, λιγαινόμενα, ut *carmina liquida*, et *fluens cantus*, quibus *rauca*, *rava*, *torrida* et *arida vox* obponitur, ap. Lucret. IV, 982; V, 1386; Virg. Ge. I, 410; Val. Fl. III, 158 et alios, quos Drak. laudavit. Cf. Jani ad Hor. Od. I, xxiv, 3. — *Pieria*, epith. orn. a monte Macedoniæ Musis sacro. — *rursus*; nam musica Teuthrantis adeo grata fuit Pœnis, ut subinde iterum atque iterum illum cantantem audire cuperent; Drak.

418. *Mollitæ flammis*, tepidæ, *lymphæ Membra fovent*, post prandium aut cœnam se lavant, quod Gr. ἀπονίψασθαι et ἰαίνεσθαι dicitur; D. Heins. — 419. *miseris bonis*, abundantia omnium rerum et deliciis, quæ miseros reddunt homines. — *horrida virtus*; v. ad I, 58.

420. Cf. Virg. Æn. I, 688. — 421.

Hospitia, et patrias paullatim decolor artes
Exuit, occulta mentem vitiante sagitta.
  Altera jam patria, atque æquo sub honore vocatur
Altera Carthago Capua, intactumque secundæ
Fortunæ ingenium vitia adlatrantia quassant.
Nec luxus ullus mersæque libidine vitæ
Campanis modus : adcumulant, variasque per artes
Scenarum certant epulas distinguere ludo;
Ut strepit adsidue Phrygiam ad Nilotica loton
Memphis Amyclæo passim lasciva Canopo.

423. *sagina.* — 425. *intectumque* quædam edd. hoc est contra blanditias voluptatum oou monitum: uam τὸ *fortunæ* casus dandi. Ita Cellar. — 426. *adlatrantia*, non *ad latrantia*, priscæ edd. — 430. *ad Phrygiam Nilotica loton* emend. N. Heios. et *Phrygiæ ad Nilotida loton* Dausq. male. *Nilotida* ed. Basil. — 431. Verba explicatu difficillima *passim lasciva* silentio prætermittunt ioterpretes, exerptis Burm. et Draken., qui certe non dissimulant, se ad τὸ *passim* hæ-

volentum; cf. ad v. 443, et V, 16. — *Instaurat mensas dapibus*, repetitis conviviis exstruit (v. Heyne ad Virg. Æn. IV, 63), *repetitque hospitia volentum*, frequentat convivia civium se invitantium.

422. *patrias artes*, morum severitatem virtutemque, *exuit*, v. a l VII, 496. Inde *decolor*, degener, deterior, sibi dissimilis. Cf. Heins. ad Ovid. Ep. Her. IX, 4, et Virg. Æn. VIII, 326. — 423. *occulta sagitta*; confer ad XI, vers. 386. — 424 seqq. Ita et Florus II, 6, ubi vide Freinshemium, « Quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ; et eo impensius, quo avidius ex insolentia in eas se merserant; » Liv. XXIII, 18. — *intactum secundæ Fortunæ*, ut ap. Liv. l. c. « exercitum bonis inexpertum atque insuetum. » — *vitia adlatrantia*, cum impetu animum impugnantia, vel, ut al. *latrantia*, impetuosa, turbulenta, sæva. Conf. Barth. ad Stat. Th. II, 338, VV. DD. ad Petron. Sat. c. 119. — 428 sq. *artes Scenarum* sunt mimi, qui antiquissimis jam temporibus in usu erant in Italia infer. — 430 seq. Convivia Campanorum strepunt cantu et saltationibus lascivis, ut *Canopus*, urbs Ægypti, ad Canopicum Nili ostium, non longe ab Alexandria, sita, quæ luxu et libidinibus infamis fuit : de quo v. Strab. XVII, p. 800 seq.; Senec. Epist. LI; Juven. VI, 84; XV, 46; Prop. III, xi, 39; Ammian. Marcell. XXII, 16; Ulit. ad Grat. Cyneg. v. 43, et inpr. Heins. ad Ovid. Amor. II, xiii, 7. — *Nilotica Memphis*, celeberrima Ægypti urbs, sedes regni, in sinistra Nili ripa, h. l. pro tota Ægypto posita. — *Phrygiam loton*; v. ad VIII, 504. Tibia vero est, non sistrum, cujus in lascivia Ægyptiorum frequentem usum quomodo ex h. l. probare potuerit Heyne ad Virg. Æn. VIII, 696, non adsequor. — *lasciva strepit ad*

Inprimis dulcem, Pœno lætante, per aures
Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cantum.
Isque ubi mirantem resonantia pollice fila
Ductorem vidit Libyæ, cauere inde superbas
Aoniæ laudes sensim testudinis orsus,
Concordem citharæ movit per carmina linguam,
Vincere linquentes vitam quæ possit olores.
Atque hæc e multis carpsit mollissima mensæ.
« Argolicis quondam populis (mirabile dictu!)

sisse, sed ipsum nodum non expediunt. Suspicari possis, poetam scripsisse, *Memphis*, h. e. Ægyptus, *Amyclæi in fossa*, vel *ad fossam lasciva* (h. e. lasciviens) *Canopi*; nisi malis, *Amyclæo fossæ* sive *fossam insultante* (vel simile quid pro *lasciva*, quod voc. ex margine in contextum inrepsisse videri potest) *Canopo*, h. e. incolis Canopi. Quam emendationem h. l. aptissimam esse, intelligitur ex loco classico Strabonis, qui de Canopo agit, lib. XVII, p. 801. A. Ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὄχλος τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατιόντων τῇ διώρυγι. (*in fossa*) Πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ νὺξ (*adsidue*) πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων (*strepit*) καὶ κατορχουμένων (*insultante*) ἀναίδην (*lasciva*) μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. — 439. *mollissima Musæ* conj. N. Heins. Post hunc versum in recent. edd. alius legitur, a Nicandro profectus, *Facta antiqua virûm, placidas quis mulceat aures*, quem ejeci exemplo Cellar. et

Phr. lot. lascive saltant ad numeros tibiæ Phrygiæ; Lenz. — *Amyclæo Canopo*, ut ὁ Ἀμυκλαῖος Κάνωβος apud Dionys. Perieg. v. 13, et *Therapnæus Canopo* ap. Stat. Silv. III, II, 111. Nam Spartani hoc oppidum, propter sepultum ibi Canopum, Menelai gubernatorem, condidisse credebantur, quod notum ex Tac. Ann. II, 60; Strab. l. c. et Serv. ad Virgil. Ge. IV, 287. Sed v. Heyne Opusc. Acad. T. I, p. 297. — *passim lasciva*; v. V. L.

433. Cf. sup. v. 288 sq. — 436. *Aoniæ* Bœotiæ, et deinde Musis sacræ, propter Heliconem montem et Aganippen fontem, in Bœotia, ab Aonibus olim habitata, Musis dicatos; unde *Aonia lyra*, *vertex*, *vates*, *sorores*, etc. — 438. Cycnos suavissime canere, potissimum morientes, olim credidere non solum poetæ, qui vulgares opiniones fabulasque sequi et solent et possunt, sed et alii, v. c. Plato de Rep. X, et in Phædone p. m. 397. Aristot. H. Anim. IX, 12 et 16; Ælian. H. A. II, 32; V, 34; X, 36; Cic. Tusc. Qu. I, at in dubium jam vocarunt idem Ælian. Hist. Var. I, 14; Plin. X, 23 (ubi v. Hard.), et Lucian. in dial. de electro, seu cycnis. Cf. Spanhem. aliique VV. DD. ad Callim. H. in Apoll. v. 5, et in Del. v. 249 sq. Jani ad Hor. Od. I, VI, 2; II, 20; IV, II, 25, et inpr. Herman. Mythol. T. III, p. 353 seq. — 439. *e multis*, quæ canere poterat, *hæc carpsit*, elegit. — *mollissima mensæ*, jucundissima et ad convivas exhilarandos maxime idonea; Cell.

440. Recensentur miracula (*superbæ laudes*, v. 435), ab Amphio-

Exaudita chelys, lapidem testudine felix
Ducere, et in muros posuisse volentia saxa.
Hæc Amphionio vallavit pectine Thebas,
Ac, silice aggeribus per se scandente vocatis,
Jussit in inmensum cantatas surgere turres :
Altera, turbatum plectro moderata profundum,
Et tenuit phocas, et in omni Protea forma
Traxit, et æquoreo portavit Ariona dorso.
Nam, quæ Peliaca formabat rupe canendo

Lefeb. — 441. Pro *testudine* forte legendum, *vel* (adeo) *pectine*, vid. not. *felix* Oxon. Put. R. 1, Parm. Med. Vulgo *promta* D. Heins. conj. *lapidem promtum*, et mox *saxa volentia*. Præstiterit *blanda Ducere*, h. e. blando cantu ducens, ut apud Hor. Od. I, XII, 11. Sed τὸ *felix* etiam bene se habet, et *promta* glossam redolet. — 442. *in muris* e c. Tell. R. 1, et Ben. recepit Lefeb. *volentia saxa*, non *volentia*, Col. — 444. *locatis* suspicabatur N. Heins. et — 447. *Detinuit*, ut ap. Prop. III, 1, 41, (al. III, II, 2) ubi vid. Brouckh. Sed *tenere* pro *detinere* dicitur I, 640; XII, 474; Ovid. Fast. II, 84; Val. Fl. II, 406, et al. Drakenb. — 449. *Jam* ex

ne (v. 440... 445), Arione (vers. 446... 448); Chirone (449... 458), et Orpheo (v. 459 sq.), per lyram edita. Cf. sup. ad I, 96; Prop. III, II, 1 seq.; Hor. Od. III, 11 et al. Vides autem, quanto studio poeta ornatum sectetur. Aliud carminis argumentum fuit sup. v. 291 seq. — *Argolicis populis*, a Græcis.

441. *chelys*, ἡ χέλυς, testudo, et hinc lyra : unde verba, *chelys*, *testudine felix ducere*, etc.; si non plane inepta sunt, certe languent, ut taceam, voc. *testudinis* modo præcessisse. — *felix*, peritus, οἷος, ἱκανὸς, δυνατὸς, qui potest; ut ap. Virg. Æn. IX, 772, et al. *felix lapidem ducere*, ut apud Hor. A. P. 394 sq. Fabula de Amphione, lyræ sono muros Thebarum struente, vel tironibus nota. — 442. *volentia saxa*, ut vers. 421; VII, 174; XV, 473; XVI, 142, 219. N. Heins. Alia exempla congessere Drak. ad h. l. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. II, 128, ad Virg. Georg. II, 41, et Æn. V, 219. Ita mox dicitur *silice per se scandente*, h. e. sponte, ut apud Prop. I, II, 13 (ubi v. intpp.). Cic. pro Rosc. Com. c. 7 (ubi v. Græv.); Ovid. Met. I, 102; VIII, 680; Drak.

443. *vallavit*, muro (*aggeribus*, v. seq.) cinxit. — *vocatis*, et mox *cantatas*, v. ad I, 96. — 446 seq. Fabula *Arionis* nota ex Herodot. I, 23, 24; Ovid. Fast. II, 83 seq., et Hygin. Fab. 194, ubi v. Munker. — *Altera* chelys, seu lyra. — *moderata*, sedans, compescens, *turbatum plectro*, maris æstum.

447. *Protea in omni*, quam induit, *forma traxit*, attraxit, delinivit. Cf. VII, 420 sq. — 448. *dorso æquoreo*, in superficie maris, ut ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης ap. Homer. Iliad. β, 159, et quidem ope delphini, in cujus dorso sedebat : nisi *æquoreo dorso* accipere malis pro dorso belluæ æquoreæ, delphini.

449 sq. Agitur de lyra Chironis, *Centauri*, qui *Pelium* montem, eoque a Lapithis pulsus Maleam, in-

Heroum mentes et magni pectora Achillis,
Centauro dilecta chelys compesceret iras,
Percussa fide, vel pelagi vel tristis Averni.
Namque chaos, cæcam quondam sine sidere molem
Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.
Tum Deus ut liquidi discisset stagna profundi,
Tellurisque globum media compage locasset:
Ut celsum Superis habitare dedisset Olympum,
Castaque Saturni monstrabat secula patris.
« Sed, quos pulsabat Rhipæum ad Strymona, nervi,

emend. Dausq. et Burm. recte, opinor, edidit Lefeb. refrag. N. Heins. Nam de alia, et quidem tertia, lyra agitur, ut taceam τὸ *Nam* mox sequi. Possis etiam *Tum* reponere, ut sup. v. 295 et 297, *formabat* Col. Oxon. R. 1, Parm. Med. Ven. Marsi et Ben. *firmabat* Put. Vulgo *frenabat*. — 453. *Jamque* corrig. Dausq. Sed conf. ad v. 291. — 455. *discisset* Col. *discusset* (pro discussisset) Put. R. 1, Parm. Med. Ben. quod et in mentem venerat Gruo. Diatr. Stat. p. 112. *dissepsset*, vel *discresset* emend. N. Heins. ad Ovid. Metam. I, 69, *disclusit* conj. Cerda ad Virg. Ecl. VI, 35; sed sequitur *locasset* et *dedisset*. Vulgo *discussit*; male, eamdem ob causam. — 456. *locasset*, non *ligasset*, scripti. — 459. *quis* corrig. Scali-

habitasse, et *Achillem*, Æsculapium, Jasonem, Actæonem aliosque *heroas* instituisse dicitur. Cf. Orph. Argon. 375 seq.; Heyne ad Apollod. p. 353, 355, 565; Hermanni Mythol. T. I, p. 195; T. II, p. 346. — *formabat*; v. ad I, 441.

451 sq. *dilecta Centauro chelys*, ut I, 167, ubi v. V. L. — *iras pelagi*; conf. ad I, 101, et IV, 299. — *fide*, fidibus lyræ. — 453. Chiron originem rerum, a priscis poetis philosophisque traditam, canit, ut Orpheus, cum Chirone decertans, ap. personatum Orph. Argon. v. 419 sq. et inter Argonautas ap. Apollon. I, 496 seq. quæ loca jam laudavit Drak. Inde suspicari possis, hos versus post v. 461, inserendos esse. Sed idem carminis argumentum, ex physicis et cosmogonia desumtum, tribuitur etiam Iopæ et Sileno ap. Virg. Æn. I, 742 sq. et Ecl. VI, 31 seq. ad quæ loca v. Heyne, et in Argum. Ecl. VI. — *sine sidere* ut *non surgente die* et *sine luce*: quæ luxuriantis ingenii indicia sunt.

455. *discisset*, pro discidisset. Cf. XII, 118; XIV, 16; Ovid. Met. I, 22; Heins. ad Claud. B. Gildon. vers. 297, et ad Val. Fl. I, 827; Bentl. ad Hor. Od. I, III, 33.

456. *Tellurisque globum media compage locasset*; cf. Ovid. Fast. VI, 269... 276, et ej. Met. I, 12, 13. — *compage*, ut *congeries* ap. Ovid. Met. I, 33. — 457. *habitare*, habitandum, *dedisset*. Cf. ad IV, 716, et V, 324. — 458. *Casta*, aurea, *secula*, in quibus homines erant casti, h. e. pii et sancti. Vid. ad I, 481, et II, 698. — *patris*, ut I, 606, ubi vid. not. vel proprie, quoniam Chiron Saturni et Philyræ filius fuit. — *monstrabat*, ut *refert* ap. Virg. Ecl. VI, 42.

459. Conf. Ovid. Met. X, tot. et

Auditus Superis, auditus manibus Orpheus,
Emerito fulgent clara inter sidera cælo.
Hunc etiam mater, tota comitante sororum
Aonidum turba, mater mirata canentem.
Non illo Pangæa juga, aut Mavortius Hæmus,
Non illo modulante sonos stetit ultima Thrace:
Cum silvis venere feræ, cum montibus amnes.
« Inmemor et dulcis nidi, positoque volatu
Non mota volucris captiva pependit in æthra.
Quin etiam Pagasæa ratis, quum cærula nondum

ger ad oram ed. Raphel. Male[1] *nervis* Col. *verbis* Put. *nervos* rescripsit Cell. cui vulgaris vocum trajectio nimis dura videbatur. *Rhipheum*, *Riphæum*, *Rhiphæum*, *Ryphæum* multi h. l. scribunt, et XII, 7. Sed τὰ Ῥίπαια, vel Ῥιπαῖα ὄρη dicuntur. — 461. *cælo* scripti et R. 2, *seclo* R. 1, Parm. Med. Vulgo *Emerito Plectro*, quod Dausq. ad cantum feriatum referebat, quo sensu dicuntur *emerita stipendia*, *anni*, etc. — 465. *moderante* Put. — 469. *Pegasea* Parm. *Pangea* R. 1, et Med.

XI, 1... 66; Virgil. Ge. IV, 454... 527, quæ loca Silio ante oculos fuere. « Nervi, quos pulsabat Orpheus, fulgent inter sidera, » quo summa eorum præstantia declaratur. Lyram Orphei Jupiter, precibus Musarum motus, inter astra collocasse fingebatur. Vid. Eratosth. Cataster. 24. Alii v. c. Lucianus (adv. indoct. T. II, Opp. p. 385, ed. Græv. Amst. 1687) memorant, eam in Lesbo ins. et quidem in templo Apollinis pependisse, donec Neanthus, Pittaci tyranni filius, eam abstulerit. — *Rhipæi* Scythiæ montes; *Strymon* fluvius Thraciæ in Macedoniæ limite: supra Thraciam vero Scythia, unde laxior hæc geographia, et *Rhipæus* id. qd. *Threicius*; Cell. Poetæ omnino quosvis fere septemtrionales montes *Rhipæos*, vel *Hyperboreos* adpellant. Cf. Virg. Ge. IV, 508 et 518. An legendum *Rhodopeum*, h. e. Thracium? — 460. *auditus*, *manibus*; conf. mox. v. 472 sq. 461. *Emerito cælo*; v. ad VII, 19 in V. L. — 462. *mater*, Calliope: sec. nonnullos Polyhymnia. Vid. Schol. Apollon. I, 23. — 463. *Aonides*, seu Aoniæ *sorores*, Musæ. Cf. sup. ad v. 436. — 464. Conf. Hor. Od. I, XII, 7 seq. — *Pangæa juga* et *Hæmus*, montes Thraciæ, quæ propria Martis sedes fuit, unde *Mavortius Hæmus*; vid. ad II, 73, et I, 433. — 465. *Non stetit*, eum sequuta est, cantus suavitate perlecta.

467. Argute vis cantus exprimitur. — 468. *captiva*, cantus dulcedine capta. — *pependit in æthra* ut ap. Ovid. Met. I, 12. — 469 sq. Orpheus inter Argonautas fuit, adscitus a Jasone consilio Chironis, ut Sirenas feliciter præterveherentur. Vid. Heyne ad Apollod. p. 212, et Schol. Apollon. I, 24 et 31. In navi celeusma cecinit, ferosque heroum animos cantu et mansuefecit et delinivit. — *Pagasæa ratis*, Argo, navis non procul

Cognita terrigenis, pontoque intrare negarent,
Ad puppim sacræ, cithara eliciente, carinæ
Adductum cantu venit mare: pallida regna
Bistonius vates flammisque Acheronta sonantem

470. *terrenæ* scripti, *terrene* R. 2; *Tyrrhenæ* R. 1, et Med. *Cognitum iter terris*, vel, quod propius ad lectionem MSS. accedit, *Cognita terrenis* (ut loco simil. Lucan. VI, 400, 401 et al.) conj. N. Heins. *negarent*, scripti R. 1, 3, Parm Med. *negaret* in vulg. *Quin etiam*, *Pagasæa ratis quum cærula n. C. t. pontumque intrare* (vid. ad VI, 498) *negaret*, *Ad puppim... venit mare*, corrig. Drak. cui inconcinnius videbatur, *cærula* et *pontum* jungi, sed a Silii stylo non alienum. *P. ratis*, *quum c. n. C. t. pontumque i. negaret*, *Ad puppim... Adductum cantu vidit mare* emend. Burm. Verbum *vidit* recepere Lefeb. et Ernesti, *vetat* pro *venit*, R. 2. Ego levissima mutatione *verrit* scribendum arbitror, ut nautæ dicuntur *verrere cærula* et *vada*, Virg. Æn. III, 208; V, 778; VI, 320, vel *delphines æquora* Æn. VIII, 674, et *venti mare*, vel *nubila* Lucan. V, 572; Lucret. I, 280. Vulgata lectione admissa, sermo erit ἀνακόλουθος, quoniam nihil est, ad quod τὸ *Pagasæa ratis* referri possit, ut adeo Silius, dum hanc periodum inciperet, aliter scribere in animo habuerit, aliter vero scripserit, de quibus locutionibus, vel potius vitiis et solœcismis, vid. Græv. et Ern. ad Cic. in Verr. I, 9, §. 25; Gronov. Obss. I, 12; Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 25, et ad Cæs. B. G. I, 18. Ita Drak. — 473. *Bis-*

a Pelio monte constructa in navalibus Pagasarum, opp. Thessaliæ, quod inde (a παγῦσαι, *compingere* sc. navem) nomen accepisse Strabo et alii putarunt. — *cærula*; v. ad I, 21. — *nondum Cognita terrigenis*; cf. Lucan. III, 193... 197, et VI, 400 seq. — *terrigenis*, hominibus, ut ap. Lucret. V, 1410, 1426. Sed δυνᾶς adhibita vox, et h. l. significat homines, quorum sit, in terra vivere, non per mare vehi, ut fere *terrenum equitem*, dixit Horat. Od. IV, 11, 27. Conf. Lucan. III, 195 sq. — *ponto intrare*; v. ad VI, 498 in V. L. — *negarent*; cf. ad IX, 534. — 471. Ita et ap. Stat. Theb. V, 340 seq., sed in Orphei Argon. 231... 275, navis, quum nimio pondere depressa arenæ inhæreret, et ab Argonautis in pontum deduci non posset, ad cantum Orphei sponte in mare desiluisse dicitur: quod jam monuit Draken. Conf. V. L. *sacræ carinæ*, ut *sacra Argo*, Ovid. Ep. Her. VI, 65, et *diva ratis*, Val. Fl. IV, 336, quoniam Minerva, cujus maxime consilio et auctoritate hæc navigatio quum suscepta tum perfecta est, et in construenda navi Argum adjuvisse (v. Apollon. I, 19, et Apollod. I, 9, 16), et in puppi (sed sec. Apollod. l. c. κατὰ τὴν πρῷραν) lignum, ex Dodonide silva excisum, quod vocale (φωνῆεν φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον ap. Apollod. l. l.) et oraculi loco fuit, fingitur, unde *fatidicam ratem*, Val. Fl. I, 2, et λάληθρον κίσσαν, Lycophr. v. 1379, dixit. Cf. Æschyl. ap. Hygin. Astron. Poet. II, 37; Val. Fl. I, 301... 305 (ubi vid. Burm. et Carr.) et Claud. B. Get. 14 sq. Quod hi de ligno illo memorant, alii de carina, et alii denique de malo navis tradunt. Vid. Apollon. IV, 582; Meurs. et Tzetz. ad Lycophr. 1313 et 1319. — 472. Orphei descensus ad inferos notissimus, vel ex Virg. Ge. IV, 467. sqq., et Ovid. Met. X, 11 sqq., — 473. *Bistonius*, Thra-

Placavit plectro, et fixit revolubile saxum.
O diræ Ciconum matres, Geticique furores,
Et damnata Deis Rhodope! tulit ora revulsa
In pontum, ripis utrimque sequentibus, Hebrus.
Tum quoque, quum rapidi caput a cervice recisum
Portarent fluctus, subito emicuere per undas
Ad murmur cete toto exsultantia ponto. »
Sic tum Pierius bellis durata virorum
Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.
  Interea placida adtulerant jam flamina terris
Magonem Libycis : lauro redimita subibat

tonius scripti et vetustæ edd. Vulgo *Bistonios.* — 477. *utraque* (scilicet parte) eleganter, judice N. Heinsio, scripti et R. 2, unde recepit Lefeb. *ripis querentibus* olim conji. Drak. coll. Ovid. Met. XI, 50 sq. sed postea prætulit vulg. lect., cujus sententia sit, ripas, sive arbores et feras in ripis, sequutas esse decisum Orphei caput, secundo flumine in mare labens. — 483. *adpulerant* legendum putabat N. Heins. forte etiam *placita flamina*, quod probavit Drak. quia *placida flamina* sint lenia, quæ etiam adversa esse potuerint, *placita* autem secunda, quæ Ma-

cius, *vates*, Orpheus, filius OEagri, regis Thraciæ. — 474. *fixit revolubile saxum*, vi cantus effecit, ut Sisyphus, eo captus, saxum in montem volvere paululum desisteret. Conf. Ovid. Met. I, 41 sq.; Virg. Ge. IV, 481... 484; Prop. IV, 11, 23; Claud. R. P. II, 335 sq. — *revolubile saxum*, ut *revolubile pondus* apud Ovid. in Ibin, v. 191.

475 seq. De Orpheo, a Bacchis discerpto, conf. Virg. Ge. IV, 520 seq.; Ovid. Met. XI, 1 sqq.; Pausan. Bœot. c. 30, et Heyne ad Apollod. pag. 34. — *Ciconum matres, Geticique furores*; v. ad II, 75.

476 sq. Cf. Virg. Ge. IV, 523 sq., et Ovid. Met. XI, 50 sq. qui nescio an minus in hac re laudant, quam Silius, quem insanæ subtilitatis insimulat Ernesti. Præter lusum tamen ingenii displicet etiam h. l. luxuria in oratione. — *damnata Deis*, exsecrabilis. — 479. *emicuere* præ gaudio, dulcedine soni rum capta. — 480. *Ad murmur*, ad nenias flebilesque sonos a capite editos. Apud Ovid. l. c. *flebile lingua Murmurat exanimis*, etc. Conf. et Virg. l. l.

481 sq. *Pierius*, ἀοιδὸς Cf. ad v. 415. — *bellis durata virorum Pectora*; v. ad. I, 558, et VI, 308. — — *Castalium carmen*, a Castalio fonte Parnassi, Apollini (Παρνασσοῦ τε κράναν Κασταλίαν φιλέοντι, Pind. Pyth α, 75), et Musis sacro. — *Pectora durata frangebat*, exquisite pro emolliebat. Cf. ad I, 262; Dausq. comparat τὰ ὦτα κατεαγότας ap. Phot. c. 242, et D. Heinsius τὰ κατακεκλασμένα μέλη, molles effeminatosque modos, et τὴν κατεαγυῖαν μουσικὴν oppositam τῇ ἀνδρώδει ap. Plutarchum de Musica pag. med. 1136, et 1138.

483 seq. Cf. sup. v. 372. sq., et Liv. XXIII, 11, med. cujus narra-

Optatos puppis portus, pelagoque micabant
Captiva arma procul celsa fulgentia prora.
At, patulo surgens jam dudum ex æquore, late
Nauticus inplebat resonantia litora clamor,
Et, simul adductis percussa ad pectora tonsis,
Centeno fractus spumabat verbere pontus.
  Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus
Procurrit fluctus, elataque turba favore
Certatim ingenti celebrant nova gaudia plausu.
Æquatur rector Divis : illum undique matres,
Illum turba minor moniti gaudere nepotes,
Et senior manus, et juxta populusque, Patresque,
Mactatis Superum dignantur honore juvencis.
Sic patriam Mago et portas ingressus ovantes
Fraternæ laudis fama : ruit inde Senatus,

goni placuerint properanti. — 487. *ex* scripti et ed. Gryph. Vulgo *et*, otiose et contra leges metricas, unde *et in* edidit D. Heins. — 493. *celebrat* Col. et Oxon. — 495. *laudare* ed. Bas. et inde al.

tionem poeta exornavit. — *laurus* victoriæ signum, unde fasces victoriam nuntiantes et laurea nuntii victoriæ laureata apud Romanos; Cell. *Navium laureatarum* meminit etiam Vitruv. II, 8 a Drak. laudatus. — 487. *jam dudum*; cf. supra ad v. 372. — 488. *Nauticus clamor*, celeusma, nec tamen proprie ita dictum (de quo vid. ad loc. simil. VI, 360 sq.), sed clamores, quibus nautæ vel remiges se invicem hortantur, et quidem h. l. ut ocius navis ad litus adpellatur. Ita ap. Virg. Æneid. III, 128; Val. Fl. I, 186 (ubi v. Voss. et Burm.) et Lucan. II, 688. — 489 sq. *simul adductis... pontus*, ut fere supra VI, 362 sq., ubi v. not. — *Centeno verbere*, centenis remis, ut *centena arbore* ap. Virg. Æn. X, 207, ubi v. Cerda et Heyne. — *fractus pontus* remis, ut ap. Val. Fl. I, 363, ubi v. Burm.

491. *rapere gaudia*, raptim ea percipere. Cf. ad I, 570. Vox *gaudia* mox perperam repetitur, ut et τὸ *turba*, nisi hæc vulnera librarii poetæ inflixerunt. — 492. *elata favore*, ut *efferri studio*, *lætitia*, *dolore*, etc., de quavis animi commotione, et de his, quæ inde oriuntur. Conf. Ernesti Clav. Cicer.

495. *moniti gaudere*, quia causam gaudii ignorant, adeoque ejus sensu destituuntur. Conf. quos N. Heins. et Draken. laudant, Lucan. VII, 38, 39 (ubi tantus omnium luctus fuisse dicitur, ut etiam *pueri injussi*, h. e. ultro ploraverint, non moniti et inpulsi a parentibus nutricibusve), Mart. I, xxxiv, 2; Stat. Th. X, 562 seq., et Senec. Troad. v. 716 sq. — 499. *fama*, nuntius.

Et multo Patrum stipatur curia cœtu.
Tum, Divos veneratus avum de more vetusto,
« Martem, ait, egregium et fractas, quîs Itala tellus
Nitebatur, opes, pars ipse haud parva laborum,
Nuntio : pugnatum Superis in vota secundis.
« Est locus, Ætoli signat quem gloria regis,
Possessus quondam prisca inter secula Dauno :
Humentes rapido circumdat gurgite campos
Aufidus, et stagnis intercipit arva refusis;
Mox fluctus ferit Hadriacos, magnoque fragore
Cedentem inpellit retrorsus in æquora pontum.
Hic Varro et magnum Latia inter nomina Paulus
Nomen, quîs rerum ducibus permissa potestas,
Vix dum depulsa nigræ caligine noctis,
Invadunt campum, et late fulgentibus armis
Adcendunt ultro lucem surgentis Eoi.
Nos contra (nam germanum furor acer agebat

502. *agit* Colin. et Dausq. — 507. *Umentes* Col. *Viventes* Oxon. *Uventes* malebat N. Heins. vid. ad II, 469, et III, 522. — 510. *retrorsus* scripsi. Vulgo *retrorsum*, quod in leges metricas peccat. — 511. *magnum Latio* e e. Tell. edidit Lefeb. et perperam illustravit. — 512. *Lumen* conj. N. Heins. Sed in his repetitionibus frequenter ludere poetas, Drak. probavit ex Ovid. Fast. VI, 26, cj. Met. II, 604; XV, 30; Senec. Troad. 732, et al. Conf. inf XII, 221; XIII, 116, et Harles. ad Ovid. Trist. V, x, 11.

501. Oratio Magonis, qui apud Liv. XXIII, 11, omnes res a fratre adhuc in Italia gestas exponit, non, ut h. l., solam pugnam Cannensem. — *Divos veneratus*, postquam gratias egerat diis et sacra fecerat.

502. *Martem egregium*, victoriam. — 503. *pars ipse haud parva laborum*, ut fere ap. Virg. Æn. II, 6; Drak.

505. *Ætoli regis*; v. ad I, 125. — 506. *Dauno*; conf. ad I, 291.

509... 511. Ornate pro, Aufidus in mare Hadriaticum fluit. Cf. I, 52 sqq. — *Nomen magnum*; cf. ad IV, 729, et V, 77. — 515. *Adcendunt*, geminant, augent (ut *adcendere sitim*, *curam*, *vitia*, vel *incendere annonam*, *luctus*, *vires*) *lucem Eoi*, Luciferi vel auroræ, ex qua resplendent arma; nisi malis, efficiunt fulgore armorum, ut clarius luceat aurora (qua ratione sensus non mutatur), vel eliciunt quasi et late spargunt lucem auroræ. Conf. Burm. ad Val. Fl. V, 370. Heyne ex Virg. Ge. I, 251 (ubi operarum incuria *adscendit* pro *adcendit* legitur), hunc Silii versum putat expressum : sed ille locus nostro parum respondere videtur. — *ultro*; vid. ad VI.

Optatæ pugnæ) castris cita signa movemus.
Intremit et tellus, et pulsus mugit Olympus.
« Hic fluvium et campos abscondit cæde virorum
Ductor, quo nunquam majorem ad bella tulerunt
Rectorem terræ. Vidi, quum turbine sævo
Ausonia et sonitu bellantis fusa per agros
Uni terga daret: vidi, quum Varro citato
Auferretur equo, projectis degener armis.
Quin et magnanimum, perfosso corpore telis,
Strage super socium vidi te, Paule, cadentem.
Ægates ille et servilia fœdera larga
Ultus cæde dies: non plus optasse liberet,
Quam tum concessit dexter Deus: altera jam lux
Si talis redeat, populis sis omnibus una
Tum, Carthago, caput, terrasque colare per omnes.
Testes hi stragis, quos signum inlustre superbis
Mos læva gestare viris. » Tum funditur ante
Ora admirantum præfulgens annulus auro;

518. *Intremit et* scripsi. Vulgo *Intremuit*. Sed tacite et sine librorum auctoritate, ut solet, *Intremit en tellus pulsusque inmugit O.* reposuit Lef. qui tamen τὸ *inmugit* in c. Tell. legi testatur. — 519. *accendit* priscæ edd. *strage* pro *cæde* primus substituit Nicand. — 522. *tonitru bellantis*, vel *bellanti* maluerit N. Heins. Cf. ad I, 436, et Klotz. ad Tyrt. p. 126. — 526. *Strage* pro *Stare* est ex emend. Dausq. Barth. et N. Heins. Conf. ad X, 587. — 529. *Quam tum* Col. Vulgo *Quantum*. — 530. Ita Col. et Tell. In reliquis libris *Si redeat, populis certe sis*. Withof. opinabatur: *Si talis redeat, populis eris omnibus una tum, C., caput, populosque* (cur non *terras?*) *colere per omnes*. — 531. *colare* ed. Ald. et Gryph. Vulgo *colere*, non improb. Lefeb. quum hæc mutatio modi frequens sit. — 534. *perfulgens* ed. Parm.

678 in V. L. — 518. *pulsus*, pulsatus clamore (v. ad III, 436), *mugit Olympus*, ut ap. Virg. Æneid. IX, 504. *Sequitur clamor, cœlumque remugit*.

519. *cæde*, cadaveribus, strage cæsorum, *abscondit*, obplevit, obtexit, ut inf. XVII, 49. Cf. sup. v. 137 sq.; IV, 621, et VI, 708.

521. *turbine*, impetu. — 522. *sonitu* armorum, h. e. armis sonantibus. — 523. Cf. IX, 644 seq.

524. *degener*, ut X, 68; XII, 287; XV, 76. — 525. Cf. X, 234, 303 seq. *magnanimum*; vid. ad I, 29. — 527. *Ægates*; ut I, 61. — *servilia*, inhonesta, turpia, *dedecus parentum*, sup. I, 61. — 529. *Deus dexter*, propitius.

532... 535. Cf. Liv. XXIII, 12, et sup. ad VIII, 675, ubi descriptio annulorum minus apta quam h. l. his enim, ad quos Mago nunc verba facit, certe plerisque, tam

Datque fidem verbis haud parvo insignis acervo.
Hinc iterum repetens : « Restat nunc sedibus imis
Vertenda atque æquanda solo jam subruta Roma.
Adnitamur, ait, vires refovere tot haustas
Casibus, et pateant non parca æraria dextris,
Quas emimus bello : desit jam bellua, tristis
Ausoniis terror : nec non alimenta fatigant. »
  Atque ea dum memorat, torvo conversus in ora
Hannonis vultu, quem gliscens gloria pravum
Ductoris studio jam dudum agitabat acerbo :
« Jamne tibi dextras inceptaque nostra probamus?

536. *restetne* Pot. — 538. *refovere* Parm. Vulgo *refovete*. — 539. *ut* Col. et sic Drak. Ego vulg. lect. retinui cum Lefeb. — 540. *bello*, non *bellis*, Col. Oxon. R. 2. — 540. *desit* Oxon. *castris* pro *tristis* conj. N. Heins. et *cristis*, h. e. cristatis militibus, Burm. qui acute id dictum putabat, quia cristæ ad terrorem incutiendum galeæ olim impositæ sint. Sed vid. not. — 541. *fatiscunt*, h. e. deficiunt, recte, opinor, emend. Burm. — 544. *Ductori* e Col. edidit Lefeb. et exponit, in, adversus ductorem. — 545. *Jamne*, non *Jamque*, Col. et ad marg. R. 1.

dignitas equestris, quam mos ille ignotus erat, et inde tamen potissimum magnitudo gravitasque cladis Romanæ intelligi poterat. Hinc et Livius loc. cit. tradit, Magonem « adjecisse deinde verbis, quo majoris cladis indicium esset, neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne. » Vereor itaque, ut jure h. l. verborum inpendium reprehenderit Ernesti.

536. Conf. Magonis oratio apud Liv. lib. XXIII, 12. — 537. *subruta*, quassata quasi et labefactata. Imago petita a muro, qui ab imo subruitur; quo facto exitium urbis inminet. — 539 seq. *pateant*, eorum usus nobis pateat et permittatur *dextris*, *quas emimus bello*, ad milites emendos vel mercede conducendos. Sic *patere* fere sup. v. 263, et *omnia Ciceronis patere Treboniano*, vel *res familiaris patuit fortunæ meæ* ap. Cic. ad Div. VI, 10, et XIII, 29. — *Dextras emere*, ut *dextras mercari* et *legere* inf. XV, 495, 564. Cf. et I, 500; V, 501, et Gronov. Diatr. Stat. c. XL. — *bellua*, elephanti. — *tristis*, acer, vehemens, dirus, vel sævus, funestus, exitiabilis, ut *tellus tristis cœlo* inf. XII, 371, vel *tristis fragor* XII, 603. — *tristis ira*, *ursa*, *tristia bella*, etc. ap. Hor. Od. I, xvi, 9, et Art. Poet. v. 73; Stat. Achill. II, 409, et al. Conf. V. L.

541. *alimenta fatigant* sc. nos penuria, Lef. ægre comparantur; Ern. Cf. V. L.

542. Conf. Liv. XXIII, 12, ubi tamen non Mago, sed Himilco, vir factionis Barcinæ, hanc occasionem Hannonis increpandi amplectitur. De *Hannone* et factione Barcina cf. ad II, 276 seq. — 543, 544. Verba *quem gliscens... acerbo* expressa ex Virg. Æn. XI, 336 sq.

Jam fas Dardanio me non servire colono?
Anne iterum Hannibalem dedi placet? Atra veneno
Invidiæ nigroque undantia pectora felle,
Tandem tot titulis totque exorata tropæis,
Infelix muta : dextra en, en dextera, quam tu
Æneadis lacerare dabas, et litora, et amnes,
Et stagna, et latos inplevit sanguine campos. »
Hæc Mago, atque animos favor haud obscurus alebat.
Cui, simul invidia atque ira stimulantibus, Hanno :
« Talia vesani juvenis convicia miror
Haud equidem : tumet ingenio, fraternaque corda
Non tarde adnoscas et virus futile linguæ.
Quin, ne mutatum vanis absistere credat,
Nunc pacem orandum, nunc inproba fœdere rupto
Arma reponendum, et bellum exitiale cavendum
Auctor ego : atque adeo vosmet perpendite, quæso,
Quid ferat : haud aliud nobis censere relictum est.
« Tela, viros, aurum, classes, alimenta precatur,

549. Hunc versum D. Heins. post v. 551, ponendum putabat, quod recte jam inprobavit Dausq. *exorata* Col. *exoraata* Tell. *exornate* R. 1, et Ben. Vulgo *exornata*. — 550. *dextra en*, non *d. hæc*, Col. Ox. R. 2; conf. Heins. ad Ovid. Met. XV, 677. — 552. *Latios* conj. N. Heins. — 553. *alebat*, non *habebat*, scripti et R. 2. Pro *haud* in R. 2, *a*, unde originem falsæ lectionis *An* pro *Haud* sup. II, 299, patere monet Lefeb. — 558 *Quin* ed. Ven. Marsi, prob. N. Heins. Nec tamen spernenda videtur vulg. lectio, *Qui ne... credat*, quam revocavit Lefeb. *credat* Col. Vulgo *credas* : non male, si τὸ *Quin* genuinum est. — 559. *orandum* Col. et mox *reponendum* R. 1, Parm. Med. Ben. Vulgo *orandam* et *reponenda*; vid. ad VIII, 36. — 563. *classes* scripti et R. 2. Vulgo *classis*, quæ antiqua scriptura esse potest, modo post hanc vocem comma ponatur, quod in plerisque edd. omittitur.

547 seq. *iterum* : nam idem jam olim censuerat. Vid. sup. II, 377. — *Invidiæ veneno*, cf. Ovid. Met. II, 777 et 801. — *undantia pectora felle*; cf. ad VIII, 288. — 549. *tropæis*, victoriis, et *titulis*, gloria victoriis parta. — 550. *Infelix*, ut σχέτλιε ap. Hom. — 551. *lacerare dabas*; v. ad V, 324. — *dabas*, actus pro conatu, ut *reseravit* I, 14, vel *recludis* XIII, 523 et al. — 553. *animos*, animum, ferociam, iram, θυμὸν, *favor* Patrum *alebat*, ut al. *nutrire* et *augere*.

554. Cf. oratio Hannonis apud Liv. XXIII, 12. — 556. Conf. sup. II, 288, et ibi not. — 557. *Non tarde*, facile. — 562. *Quid ferat*, præ se ferat, vel proferat, dicat, ut ap. Virg. Æn II, 161, et al. — *haud aliud*, etc., acerbe hæc dicta sunt, ut pleraque in hac oratione.

Belligeramque feram : victus non plura dedissem.
Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros,
Et jacet in campis Latium : deponere curas
Tandem ergo, bone, da, victor, liceatque sedere
In patria; liceat non exhaurire rapacis
Inpensis belli vacuatos sæpe penates.
Nunc en, nunc, inquam, (falsa ut præsagia nostra
Sint, oro, mensque augurio ludatur inani)
Haud procul est funesta dies : atrocia novi
Corda, ac prospicio natas e cladibus iras.
Vos ego, vos metuo, Cannæ : submittite signa,
Atque adeo tentate, agedum, ac deposcite pacem.
Non dabitur : parat ille dolor (mihi credite) majus
Exitium adcepto : citiusque hæc fœdera victor,
Quam victus, dabit : atque adeo, qui tanta superbo
Facta sonas ore, et spumanti turbine perflas
Ignorantum aures, dic, en, germanus in armis
Ille tuus par Gradivo, per secula tellus
Cui similem nunquam ductorem in bella creavit,
Mœnia Romuleæ cur nondum viderit urbis?
« Scilicet e gremio matrum rapiamus in hostem

564. *victo* ed. Raphel. prob. Barth. Adv. IV, 10, *victis dedissem*, vel *victus*, vel *victis*, vel *victo num plura petisset*, (hoc est Hannibali Mago) opinabatur N. Heins. Withof. malebat *victis*, scilicet Hannibali et Magoni, fratribus. — 567. Hunc versum perperam omittunt B. 1, Parm. Med. — 583. *vicerit* conj. N. Heins. Sed multo acerbius Hannon dicit, Hannibalem ne tantum quidem animi habuisse, ut Romam obpugnatum proficisceretur. — 584. *e*, non *a*, Col.

564. Ap. Liv. l. l. *Quid aliud rogares, si esses victus? Hostium*, etc.

565 sq. Cf. ad X, 264 sq. — 567. *bone victor;* v. ad II, 240. — *sedere*, quiete et pace frui, ut III, 561 et al. — 569. *penates*, patriam et cives. — *vacuatos*, exhaustos.

573. Mente prospicio, iram Romanorum ipsa hac clade atrociorem futuram, et gravius exarsuram esse. — 574. *submittite signa*, ut *submittere vexilla fortunæ suæ* dixit, Stat. Silv. IV, II, 43. — 577. Hanc pacem facilius olim a victoribus, quam nunc a victis Romanis, impetrabitis. Gravis sententia et vera : nam Romanos numquam pacem, nisi victis hostibus, fecisse, nec umquam a victoribus eam petiisse constat. — 580...583. Perstringuntur verba Magonis sup. v. 520 sq.

584. Hannibalis consilia ad dominatum spectare arguit Hanno,

Nondum portandis babiles gravioribus armis?
Æratas jussi texamus mille carinas,
Atque omnis Libyæ quæratur bellua terris?
Ut longa imperia, atque armatos proroget annos
Hannibal, et regnum trahat usque in tempora fati?
Vos vero, (neque enim occulto circumdamur astu)
Ne dulces spoliate domos; castrisque potentum
Atque opibus sancite modum : pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est : pax una triumphis
Innumeris potior : pax, custodire salutem
Et cives æquare potens, revocetur in arces
Tandem Sidonias; et fama fugetur ab urbe
Perfidiæ, Phœnissa, tua. Si tanta libido
Armorum tenet, atque enses non reddere perstat
Poscenti patriæ; nil suppeditare furori
Hortor, et hæc fratri Magonem dicta referre. »
  Plura adnectentem (neque enim satiaverat iras
Dicendo) clamor turbat diversa volentum.

586. *jussit* Put. *jussu* primus edidit Marsus. *Ceratas carinas* etiam legi posse putabat N. Heius. Sed aptiores h. l. sunt *naves æratæ*, h. e. bellicæ et rostratæ vel ære præfixæ : nam rostra ex ære, et hoc olim ferri loco fuisse nota res est. — 588. *armatos annos* scripti, ut ap. Iscan. bell. Troj. IV, 435, *armatos in pacem reddidit annos*, et sup. v. 405, *inbellis dies*, vel inf. XII, 104, *inertes atque actos sine Marte dies*; Drak. Volgo *armatus*. — 597. *tuæ* Col. Tell. R. 1, 2, Parm. Med. Ben. — 603. *ullis* Tell. et Put. *Sic*, *Libyæ... est iræ tibi?* conj. Drakenb. Withof. ita interpungebat : *Si*, *Libyæ decus*, *haud ulli s. armis H. est*, *iræ tibi d.*, etc., vel, *Si*, *Libyæ decus haud ulli s. armis H. est iræ*, *tibi d.*, etc. Illud præcedentibus iræque Hannonis convenientius ipsi videbatur.

ut in invidiam eum adducat. — *Scilicet;* v. ad V, 114. — 585. Pueros dicit mittendos, quo innuit, nihil jam virorum superesse, qui conscribi possint et in cæsorum substitui locum. — 587. *bellua*, elephanti. — 588. *armatos proroget annos*, bellum trahat, summumque in eo imperium diu teneat. Cf. V. L. — 589. *fati*, mortis, unde *fatifer.* — 591. *castrisque potentum*, etc., desistite Hannibalem et Magonem, qui jam nimis potentes sunt, militibus, pecunia et commeatu adjuvare. — 592... 595. Verba præclara! — 596 seq. *fama perfidiæ*; cf. ad I, 5. — *Phœnissa*, Dido, ut apud Virg. — 598. *tenet*, scilicet Hannibalem. — 599. *nil suppeditare furori*, furenti nec milites, nec pecuniam, vel commeatum dare, non ita quasi alimenta furori ejus subministrare.

601. Cf. Liv. XXIII, 13. — 602.

« Si, Libyæ decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est iræ tibi, destituemus ad ipsas
Victorem metas? nec opum adjumenta feremus?
Invidia unius sceptra ut jam parta retardet? »
Inde alacres tribuunt, quæ belli posceret usus;
Absentique suum jactant sub teste favorem.
Mox eadem terris placitum traducere Hiberis,
Dum malus obtrectat facta inmortalia livor,
Nec sinit adjutas ductoris crescere laudes.

604. *curæ*, vel *oneri* pro *iræ* reponendum videbatur N. Heins. *superabilis ira* perperam tentabat Lefeb. coll. Val. Fl. III, 510, 648. Sed recte prætulit vulg. lect. vid. not. — 605. *opem* Put. — 608. *Assentique* R. 1, et *Assensique* a m. sec. *sub corde* Put. — 611. *aduitas* Put. et R. 2, *adtritas ductoris*, vel *ad justas ductorem c. l.* putabat N. Heins. Possis et *ad metas*. Sed vid. not.

turbat, interpellat. — 603. Verba senatorum, *diversa volentum*, qui ab Hannone dissidebant. — 604. *iræ est*, odio est, ut ap. Virg. Æn. X, 714 : *justæ quibus est Mezentius iræ*, ubi v. Heyne. — *destituemus*, num eam ob causam opera nostra decrimus victori *ad ipsas metas*, bello fere feliciter confecto. — 606. *sceptra*, victoriam, et imperium orbis terrarum, de quo cum Romanis contendimus.—608. *sub teste*, præsente Magone declarant, quantopere absenti ejus fratri faveant. — 609. *eadem*, quæ belli usus posceret, ex Hispania ad exercitum Hannibalis in Italia, vel *terris Hiberis*, h. e. in Hispaniam et ad exercitum, qui ibi esset, *traducenda* censuerunt (conf. Liv. XXIII, 13 extr.): nisi forte sensus est, *eadem*, quæ in favorem honoremque Hannibalis decreverant, jusserunt etiam *traducere*, nota facere, indicare Hispanis, ut *traducere carmina*, *secreta*, *poemata* ap. Martial. I, LIV, 3; Petron. 17 et 41. — 610. *livor*, invidia. — 611. *laudes adjutas*, consensu plurimorum firmatas.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google